cũ non fiat animo ſpoliandi, ſed ꝑꝑ neceſſariã cãm conſequẽdi
pabulum aĩab. ſalutare. Nã ꝯ eos, qui negant ſoluere debitũ ca-
3 nonẽ, vel penſionẽ annuã ꝑꝑ iuſtã † cãm non datur remedium
poſſeſſoriũ, ſed ſolum ꝯ eos qui ſola voluntate moti detractant
ſoluere, vt dñm ſua poſſeſſione ſpoliẽt, ſm Pan.& alios in c. q̃re
ſam. de elec. Alioquin ſequeretur, ꝙ agenti non obſtaret exce-
ptio ſolutionis, nec alia legitima exceptio, ſi agẽs eo ipſo, ꝙ ex-
ceptio proponitĩ, diceretĩ ſpoliatus, ꝙ q̃ ſit abſurdũ, quis nõ uidet?
Sed vt omnib. cauillationib. pręcludatur via ꝯ agẽtẽ poſſeſſorio
4 recuperandæ, hoc loco proponatĩ † exceptio alterius ſpolii, c. fi.
de or. l. cogn. Si ergo dñs præpoſitus agat tanq̃ ſpoliatus quaſi
poſſeſſione decimãdi, excipiant Inſulani ſe ſpoliatos prius quaſi
poſſeſſione audiendi diuina. Nam dñs ꝑpoſitus non exhibẽdo
ſacra,& diuina miniſteria in loco, vbi commodè quilibet poſſit
intereſſe, dr̃ ſpoliare ſuos parochianos quaſi poſſeſſione audiẽ-
di,& percipiendi eccleſiaſtica ſacra,& officia diuina, ſm Lapum.
5 in alleg 67.& Fel. in d. c. cum inter. Paria n. ſunt non exhibere
ſacramenta, vel minus liĩa exhibere. l. quoties ff qui ſatiſd. cog.
cum vulgare Si igitur proponatur ſpolium pro parte dñi præ-
poſiti, articuletur & excipiatur de alio ſpolio,& priori,& exce-
ptionib. ſupra deductis. ¶ Ad aliud quæſitum, An particulares
hoc anno,& ſucceſſiue poſſint retinere decimas, donec eccleſia
reſtaurata,& ampliata fuerit? Prima fronte videretur reſpõden
5 dum, ꝙ non: quia adeundo † iudicem ſuper refectione,& am-
pliatione, videntur perdidiſſe beneficium retinendi decimas, ꝓ-
pria auctoritate, per ea, quæ ſcribit Bal. in l. a. verſi. ro. quæro, C.
de ſeruit.& aqua. traditur per Iaſ. in l. 2. col. 59 C. de iure emphy
teu. vbi dñt, ꝙ is, qui habet ius propria auctoritate expellẽdi em
phyteutam, ſi petat licentiam a iudice, non poterit amplius lite
pendente expellere propria auctoritate, ne iudicium inĩtiatum
reddatur eluſorium,& quia qui viam iudicii eligit, meticuloſus
videtur, ideo viam facti perdit, l. de pupillo. § meminiſſe, ff. de no
ui oper. nunc. Sed hoc non obſtante, ſm ea, quę proponuntur,
Reſpondeo contrarium verius eſſe, ad quod demonſtrandum
dico, multum intereſſe, an quis incęperit uti uia iudicii, & tunc
procedunt contraria; An uero incœperit uti uia facti,& poſtea
pro conſeruatione ſui iuris,& eorum, quę propria auctoritate
geſta fuerunt, itum ſit ad prætorem ſiue iudicem, & tunc dici
non poteſt, ꝙ is qui poſt uiam facti iuit ad iudicem, uideatur
meticuloſus,& ideo non perdit ullo modo uiam facti. Caſus eſt
de utroque in d. § meminiſſe, quem allegat Bal. pro ſua opinio
ne: nam qui iactu lapilli nunciauit nouum opus, nõ perdit poſ
ſeſſionem, & ſi poſtea prætor adeatur pro conſeruatione ſuæ
nunciationis factæ per iactum lapilli, ſecus ſi nũciatio prius fiat
per prætorem. Cũ igitur Inſulani incæperint retinere decimas,
& ex poſt pro conſeruatione ſuæ retentionis,& iuris retinendi,
adiuerunt iudicem, non uideo quare in ſua quaſi poſſeſſione
retinendi, perſeuerare non poſſint. Nec video, ꝙ hoc loco iudi-
cium reddatur ludibrioſum, cum fuerit ad hos fines intentatũ.
Forſitã bene redderetur iudicium eluſiorum,& immortale, ſi In-
ſulani non ualeant uti ſolita retentione, quod latius deducerẽ,
niſi ipſi Inſulani oculos haberent,&c. Laus Deo.

RESPONSVM II.

ETſi præſcriptione centũ annorũ oĩs tollatur actio, at
tamen ius decimarũ olei,& amigdalarum, ſnullo
iure Menamenes preſcribere potuerunt, et ſi per tẽpus
immemorabile poſſederint: tum quia iuri diuino, pręce
ptiſq; moralib. nunquam pręſcribitur, tum ẽt quia ſm Cano-
nes, malęfidei poſſeſſores nunquam præſcribunt, nec ex diutur
nitate tpis diminuitur, ſed magis augetur peccatum. Nec ꝯtra
conſuetudo valet, cũ peccati nutritiua ſit, nã iuri diuino huma-
noque repugnat. Nec iura illa oĩa canonica, dicentia ſuper iure
decimarũ conſuetudinem ſpectandã, repugnãt; quia in ſolutio-
ne,& quota conſuetudo ſpectanda eſt. & hanc iura illa omnia
interpretationem habent. Solutionẽ uero decimarum rectè in-
tuenti non negant & ſi hmõi conſuetudo extaret, nequaquam
a Pontifice toleranda eſt. Nec mutatio formæ prædiorum deci
mas eiſdẽ prædiis impoſitas prius mutare põt, ſi dolo mutarũt
formã, ſecus ſi gratia ꝯmodi ſcolatũ agri mutata fuerit forma,
cũ de ſimilib. prędiis eccleſię decimæ non debeantur Ad pręte
ritas etiam decimas Menamemes teneri conſtat, licet pro annis
elapſis petitæ non fuerint, nam ſi peccatũ eſt cum diminutione
ſoluere, error peior priore eſt, nihil ſoluere, ſed totum retinere,
& cum ex decimarũ retentione locupletiores in dubio fiant, ni
hil ex aduerſo proponi poteſt, cur non teneantur, nam & bonę-
fidei poſſeſſor ad reſtitutionem fructuum tenetur, eo quia locu
pletior factus, ſaltem de fructibus a triennio perceptis. qui pſcri-
bi non potuerunt, ac extare præſumuntur. Quare Menamenes
ad vigeſimam tam olei, quàm amigdalarum, ſicut de aliis fru
ctibus ſolui conſuetum eſt, tenetur pręſcriptione,& conſuetudi
ne non obſtantibus.

SVMMARIUM.

1 *Oliuarum, & amigdalarum, Deo decima debetur de iure diuino, & huma*
no. uide nu. 16.
2 *Ius decimarum, etiam per tempus immemorabile, præſcribi non poteſt.*
3 *Malefidei poſſeſſor nulla iure præſcribit.*
Diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.
4 *Conſuetudo non ſoluendi decimas, uti reproba non admittitur. & ibi ui-*
de quomodo procedat & nu 15.
5 *Argumentum a contrario ſenſu non ualet, quando reſultat abſurdus intel*
lectus.
6 *Conſuetudo non ſoluendi decimas titulo tranſactionis, uel priuilegio Pa-*
pæ approbata, ualet.
7 *Lapſus temporis centum annorum inducit tempus immemorabile, de quo*
hominum memoria non eſt.
8 *Libertas ſoluendi decimas, an præſcribatur ſpatio centum annorum.*
Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.
9 *An mutantes formam fundi in fraudem decimarum a decim. liberẽtur,*
& uide quando mutatio dicatur facta in fraudem.
10 *Laici pro annis præteritis, an cogi poſſint ad ſolutionem decimarum reten*
tarum, licet ad interpellati non fuerant. & uide nu. 12.
Bonum eſt argumentum a conſequenti deſtructo.
11 *Ad deſtruendam conſequentiam uniuerſalem, ſufficit dare inſtantiam.*
Si peccatum eſt ſoluere decimas cum diminutione maius peccatum eſt ni
hil ſoluere.
13 *Bonæfidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum, ex quibus factus*
eſt locupletior. & ibi uide, quando præſumatur locupletior.
Fructus naturales dicuntur, qui abſque cultura, & impenſa percipiuntur,
ſed a natura potius producuntur.
14 *Bonæfidei poſſeſſor tenetur ad fructuum naturalium reſtitutionem, quia*
ex eis factus eſt locupletior.
Fructus uſque ad triennium præſcribi non poſſunt, & uſque ad triennium
præſumuntur extare.
Conſuetudo contra præcepta moralia legis diuinæ non ualet, ſecus ſi contra
præcepta iudicialia.

Reſpon. Interpreta.

PRior Prioratus eccleſiæ ſancti Petri de Menamenis,
qui ab antiquo ſolitus eſt hactenus percipere
decimas oĩum,& quorumcũque fructuum intetritorio
dicti prioratus excreſcentium exceptis, oliuarum, vult
de pñti petere & exigere decimas oliuarum ibidem excreſcen-
tium. Sed poſſidentes ibi olıueta, recuſant illas ſoluere eo pręte
xtu, quia a centum annis citra poſſident ibi olineta,& nunquam
ſoluerunt decimã oliuarum ibidem excreſcentium. Et iõ poſi-
to caſu, ꝙ decima de illis dẽretur, eandem præſcripſerunt. non
ſoluendo p tot tpa, cuius memoria in ꝯtrium non extat. ¶ Quæ-
ritur, vtrũ poſſint cogi ad ſoluendum dictã decimam nõ obſtã.
ꝑſcriptione,& ꝯſuetudine non ſoluendi per tot, tempora. ¶ Itẽ
poſito caſu, ꝙ prædicta præſcriptio, ſeu ꝯſuetudo nõ ſoluendi,
locũ hẽat. Si quis hẽat ꝑdiũ, in quo creſcat bladum, vel vinũ de
quib. debet decima & ſoluit, & curſu tpis alteretur conditio ꝑ-
dii, plantando videlicet arbores oliuarũ, aut in pratum conuer-
tendo. Quęritur vtrũ debeatur decima de iis rebus, uidelicet oli-
uis,& fœno, uel aliis rebus ſimilibus, puta Zafrano, amigdalis,
nucibus,& cardonibus ad parandum pannos, de quib. nõ dẽtur
decima extante dicta præſcriptione, ſeu cõſuetudine nõ ſoluẽdi.
¶ Itẽ poſito caſu, ꝙ debeatur decima, an poterit peti,& exigi ꝓ
annis ꝑteritis poſito caſu, ꝙ debitores nõ fuerint requiſiti,& in
terpellati tempore congruo de ſoluendo dictam decimam.
¶ Item poſito caſu, ꝙ dẽatur decima de dictis oliuis,& aliis ſimi
libus rebus, de quib. non fuit ſoluta decima durante prædicto
tempore, an poterit exigi ad rationem uerę decimæ, i. decimæ
partis? An uero ad rationẽ uigeſimæ partis, ad quam prędictus.
Prior ſolitus fuit,& ſolet exigere decimas oĩum fructuũ in di-
cto

Go territorium excreſcentib.? Quia propoſitę dubitationes notā-
dæ ſunt & a Doctorib. ſæpe diſcuſſę, paucis rñdebo. Et pro fun
1 damento præſuppono, q ẽt oliuarum, † & amigdalarum de-
betur decima de iure diuino, vt hr Deuter. c. 14 ibi, Decima fru-
menti, vini, & olei, ac primogenita de armentis. & 18 & Leuit.
c. fi. ibi, da fructib. arborum, quod ẽt humano iure cõprobatum
fuit. c. ad apoſtolicæ, c. non eſt, de decimis. Quo pſuppoſito rñ-
2 deo Menamenes non potuiſſe præſcribere † libertatẽ a ſolutio-
ne decimarũ olei, & amigdalarũ, ẽt per tps immoderabile. Tum
quia, laici tenentur ad decimas rõne ſupremi dñi, quod eſt Dei,
nā terra eſt dñi, & eam dedit filiis hoium, retentis decimis in
ſignum maioris dñii, decimæ. c. reuertimini. 16. q. 1. c. tua. de deci-
mis. Vñ ſicut emphyteuta nullo tpe pſcribit ꝯ dñm. l. male a-
gitur. C. de pſcr. trig. uel quadrag. anno. Ita filii hominum nun
quā pſcribent ꝯ Deũ, eorum verum, & ullũ dñm, & ſicut poſ
ſidens precario, quia dño poſſidet. l. certe. §. 1. ff. de precar. & nõ
☞ poteſt ſibi præſcribere ſm gl. communiter receptam, in c. cũ non
liceat, de præſcr. Ita nec nos mortales, quia Deo tenemus oĩa, ẽt
animam, præſcribere poſſe debemus. Nec. n. ſubditis permiſſum
eſt præſcribere ꝯ ſupremũ dñm, ſm Pan. in d. c. cum non liceat.
quare ergo licebit pſcribere ꝯ Deũ, qui eſt rex regum, & dñs
dominantium? Tũ, quia is, qui decimas nõ ſoluit, mala fide agit:
nam ſacrilegiũ cõmittit, c. qñ. 16. q. 1. olimq; prædonum crude-
litatem ſuperat. c. decimas. 16. q. 7. ergo præſcribere nequibit re-
3 ſiſtẽre peccato, & mala † fide. c. fi. de pſcr. r. l. malęfidei. de reg.
iur. lib. 6. & quanto magis decimas retinet, tanto magis infęli-
cem animam affligit. c. quanto, de conſt. Nam diuturnitas tpis
non minuit peccatum, ſed auget, c. non ſatis. de ſymo. Solet etiā
pro hac ſnĩa allegari tex. in c. cāin. de pſcrip. ſed parum facit,
quia loquitur in laicis uolentibus præſcribere ius decimandi in
præiudicium eccleſiæ. Ita rñ oẽs Canoniſtæ ibi concludunt poſt
Hoſt. in Summa, de deci. uerſi. an pſcribi poſſint. Et Bald. fir-
mat in trac. præſcr. 5. parte. & eadem quoque rõne non puto ua-
4 lere conſuetudinẽ non † ſoluendi decimas olei, & amigdalarũ,
quia eſt nutritiua peccati. c. fin. & ꝯ ius diuinum & humanũ ut
ſ. probatum fuit. & Exodi 22. Deuter. 14. Leuit. 27. Nume. 4. & c.
1. de deci. in 6. & in cle. de dec. per totum. ¶ Non obſtat ſi d ca-
tur, q plura iura uideantur determinare ꝯtrium, uidelicet tex. in
c. cum ſint homines, de deci. & c. ad apoſtolicę. & in c. fi. de paro.
quia iſta iura loquuntur, de conſuetudine ſoluendi magis iſti, q̃
illi eccleſiæ. Nos uero loquimur in conſuetudine non ſoluendi
iſti, nec illi eccleſiæ, quæ non ualet, quia eſt nutritiua peccati.
Non ẽt obſtat tex. in c. dilecti, eo. tit. ibi, de quib. decimas ſoluere
conſueuerunt, quia non probat, niſi ſumatur argumentum a ꝯ-
rio ſenſu, q hoc loco nõ bene aſſumi põt, tum quia ſtat ſimul,
q papa mãdet ſolui decimã prædiorum. de quib. conſueuerunt
ſoluere, & tñ nõ approbet ꝯſuetudinẽ nõ ſoluendi de iis de qb.
non conſueuerunt ſoluere, uel quia de illis uoluerint ſibi cogni
tionẽ reſeruare, uel quia potuerint de aliis ſoluere alia rõne, quā
rõne conſuetudinis non ſoluendi, puta rõne priuilegii, quod ex
cuſat non ſoluẽtes rõne aliquorũ bonorũ. c. quãuis, c. phibemus
de dec. uel rõne tranſactionis, c. ex multipli, eo. tit. c. 2. ueniens, de
5 tranſa. Vñ q non licet † arguere a ꝯrio ſenſu, quoties reſultat
ſenſus iniquus, ſm Bar. & alios, in l. ꝯuenticulā, C. de epi. & cler.
Impium aũt eſt, & iniquũ, q defendat conſuetudo peccati nutri
tiua. d. c. fi. de ꝯſue. ergo &c. ¶ Nõ ẽt aduerſatur tex. in c. aliquib.
in fi. eo. ti. ibi, uel ex conſuetudine loci approbata, quia loquitur
de cõſuetudine ſoluẽdi alias decimas ultra eas, quæ de lege diui-
na dẽntur, non aũt de conſuetudine non ſoluendi decimas Deo
debitas, ita intelligunt illũ tex. Hoſt. d. Ant. & Pan. ibi uel aliter
6 poteſt rñderi, q loquitur de † cõſuetudine loci approbata tranſa
ctione, uel priuilegio, Papę, q̃ pp titulum defenditur, ut ſ. dictum
fuit. ¶ Et q non ſit recipienda conſuetudo non ſoluendi deci-
mas in totum, vel in parte, firmat Hoſt. in Summa de deci. §. 7. q̃-
ritur. Gem. & Petuſ. in c. 2, de dec. in 6. ubi Gem. ingt, nõ ualere ta
lem conſuetudinẽ, ẽt ſi papa ſciuerit, aut tolerauerit. Idem tenẽt,
☞ d. Ant. Hoſt. Pan. & alii cõiter in d. c. in aliquib. & in d. c. ad apo-
ſtolicę, poſt Inn. & Card. ibi. & Car. in cle. 1. q. 6 de pœnis. Henr.
Boic. in d. c. ex multiplici, Fel. qui alias adducit auctoritates, in d.
c. cãm, col. 1. & ultra. eundẽ, idẽ reſpondet Alex. conſi. 60. Rom.
eccleſia. lib. 4. & hanc dicit eſſe cõmunem Doctorum ſententiā.
Do. pręceptor meus, Rochus Curtius, in d. c. fi. col. 6. de cõſuet.
quam veriſſimam arbitror, quantum ad decimas prædiales, de
quibus nunc agitur, ſed quantum ad perſonales, contraria ſnĩa
verior eſt, & crebrior, vt ex auctoritatib. præallegatis colligi faci-
le poteſt. Sunt etiam, qui dñt valere conſuetudinem ſuper quo-
ta, licet non valeat ſuper tota, quia ſufficit, q Deus recognoſca-
tur in aliquo, ſm Imo. in c. ſtatuimus. col. fi. de tranſac. quod non di
ſcutio, quia in occurrenti caſu agitur de conſuetudine nihil ſol-
uendi de oliuis, & amigdalis, pro quib. conuenit, vt etiam Deus
recognoſcatur. Concludo itaq;, Menamenes cogi poſſe ad ſolu
tionem decimarũ, præſcriptione, & conſuetudine non obſtan-
tib. Et ſi inſtetur, q Menamenes non ſe tueantur clypeo præſcri
ptionis, uel conſuetudinis, ſed priuilegii, aut trãſactionis, ad quę
probandi produxerunt conſuetudinem tpis immemorabilis, ex
cuius curſu tpis præſumitur priuilegium, uel tranſactio. Si alle-
getur c. cum apoſtolica, ubi Bal. Card. & Imo. notant, de his, q̃
fi. a præl. & docet Bar. in l. cum de in rem verſo, ff. de vſu. Ant.
& Pan. in c. peruenit. de cenſi. Old. conſi. 296. Alex. conſi. 6 lib. 1.
conſi. 84. col. 2. & in terminis conſulit Raph. Cu. conſi. 84 qa
eſt decimalis. & Raph. Fulgo. conſi. 166. in qõne, quæ vertitur
quia rñdetur dupliciter. Primo ſi uerum eſt, vt præſupponitur,
q nondum ſunt centum anni, q oliueta, & amigdalę fructum
fecerint in terra illa, falſum eſt aſſumptum, q decurſum ſit tem
17 pus immemorabile. Oportet enim q decurſi ſint centũ † anni
ad hoc vt dicatur non extare, vel extare memoriam hominũ,
ſm Inno. Hoſt. & Car. in c. quid per nouale. de uerb. ſig. ubi do-
cent modum probandi, non extare hominis memoriam, & do
cet etiam Spec. de prob. §. 1. verſi. vlti. ſequitur, & ſequ. Secundo
reſpondetur, quòd non eſt ſatis probare, & allegare curſum
centum annorum, & vltra, niſi etiam probetur, & allegetur fa
ma priuilegii, ſeu tranſactionis, ſecundum Car. & Fel. in d. c. 2.
§. ſicut. de deci. Fel. in c. accedens. col. 4. de præſcr. & licet Bald.
in d. tractatu dicat Doct. cõiter ſentire ꝯtrium, tñ concordantur
18 † diſtinguendo inter ſpecialem, & determinatam famam priui
legii habiti a tali Pontifice, aut tranſactionis initæ cum tali pręla
to, nam probatio talis ſpecificæ famæ, videtur quodammodo
impoſſibilis. Et iſto modo procedat ꝯ opinionem Bal. & ſequa
cium, & famam indeterminatam priuilegii, & tunc procedat
opinio noſtra, nam facile probari poteſt, q fama eſt non ſolui-
ſe Menamenes, quia priuilegiati fuiſſe dñr. Alioquin ſi dicere-
mus, ſufficere curſum tpis abſque probatione famæ in genere,
nunquam procederet, nec verificari poſſet communis, & uera
ſnĩa Doctorum, q libertas decimas ſoluendi præſcribi non põt
ẽt curſu annorum mille, quia ſemper allegabitur priuilegium,
& hoc modo prohibitio pręſcriptionis erit uenioſa, & uerba-
lis ꝯ l. 2. C. communia, de leg. & cum cauſa. de elec. & dabitur oc
caſio fraudibus, & maliciis, contra l. venire. ff. de pac. dot. c. ſedes
de reſcr. Ideo amplectenda mihi videtur huiuſmodi diſtinctio,
quę æquiſſima eſt & hominũ maliciis occurrit, quam uiſa fuit
amplecti Capella Tholo. deciſ. 439. incip. item fuit quęſitum, &
ego quoque amplexus ſum in c. 2. colum. fi. de iud. Sed poſita
parte affirmatiua in pręcedenti, quęritur ſecundo, an ſaltem de-
beatur decima de oliuis, & amigdalis prędiorum, quę erãt cul
tiuata, vel uineata, ſeu uitibus plena, de quibus decima ſolui cõ
ſueuit? videretur decimam deberi, per text. in c. commiſſum. de
deci. vbi dicitur, q ſi paſcua cõuerſa ſunt in terras cultas, vel do
mus in uineas ſoluẽda eſt decima, ſicut prius ſoluebatur: & ecõ
tra, ſi prius non ſoluebantur, non etiam modo ſoluenda uide-
tur. Cum igitur prius de uino, & frumento dictorum prędio-
rum ſolueretur decima, de oliuetis, & amigdalis nunc quoque
ſoluenda videtur. & pro hac ſententia facit, quia non licet em
phyteutę mutare formam rei, puta reducere formam in uineã
& domũ ad aream, ſm Flori. in l. haſtenus, §. Caſſius, ff. de vſu
fru. Iaſ. in l. 1. col. pen. C. de iur. emph. ergo non etiam licuiſſe v
Menamanſibus mutare uineas, & culturas in oliueta, in pręiu
dicium eccleſię. Tertio facit tex. in l. repeti. §. fin. ff. quibus mod
uſusfruc. amit. in l. ſi eo loco, §. ſi uſufructuarius, ff. ſi ſeru. uendi. ubi d
citur quod proprietarius, qui mutauit formam rei in damnum
vſufructuarii, de dolo actione tenetur, quia eius facto extinctũ
fuit ius utendi fruendique. Sic quoque nunc dicendum videtur
in caſu pręſenti, ut de dolo teneantur Menamenſes, quia eorũ
facto extinctum foret ius decimandi. In contrarium facit, quia
ſi oliueta, de quib. nulla debetur decima, reducta fuiſſent in vi-
neas, uel terram cultam, ſoluenda foret decima vini & bladi, ut
decidit Card. Flor. in clem. 1. q. vi. de deciſ. ergo ita dicendum e-
contra, ut ita ſe habeat oppoſitum in oppoſito, ſicut propoſi-
tum in propoſito, capitu. cognoſcentes. de conſtitu. l. fin. §. fin.
ff. de lega. 3. ¶ Et quia contrariorum eadem eſt diſciplina, l. 1. ff.
de iis qui ſunt ſui, vel alie. iur. cum concor. Quid tenendum? mi
hi uidetur inſpiciendam eſſe mentem Menaſimenſium, nam
19 ſi mutauerint in fraudem, eos teneri puto, aliter non. Ita vult &
Card. Flo. in d. capit. commiſſum. ad fin. poſt Hoſti. Ad cogno-
ſcendum autem, vtrum mutauerint in fraudem puto inſpicien-
dam fore naturam prædiorum. nam ſi aptiora ſui natura ſint
ad vineas, & culturam, quam ad amigdalas & oliueta, conſtat
de dolo, quia commodo eorum conſtat non fuiſſe mutatam
formam prędictorum, ſi uero magis conueniant oliuetis, & a-
migdalis, tunc non crederem conuerſionem factam in frau-
dem, quia licuit eis mutare, & conuertere formam, d. capitulo,
commiſſum, & ſuo commodo mutarunt, ergo nihil propo-
nitur, cur pręſumenda ſit fraus, vel dolus, qui regulariter
non pręſumitur, niſi probetur. l. quoties, §. qui dolo, ff. de
probat. nec ea hac mutatione poteſt eccleſia pretendere lę-
ſionem, cum non ſit receptura decimas eorum prędiorum
de quibus non debentur, ſi commodo incolarum redigantur
ad culturam, vel vineas, argumen. l. fideicommiſ. C. de tranſa-
ctio. & l. ſi pater puellę. C. de inoffi. teſta. ¶ Ad tertium reſpon-
des

det Hoſt.in Summa, de deci.verſi.8.quęritur, vbi dic.t, ad prete-
10 ritas † decimas cogi poſſe, conſuetudine non obſtāte, licet pau-
peribus ſint remittēdę, donec ad pinguiorem fortunam per-
uenerint, per tex.in c.cum homines.ibi, & de reteutis ſatisfactio-
nem facere procurent, de deci. Ad idem tex.clariſſimus in c.oēs
decimæ, xvi.q.8 & ad hoc iura abundant. In ɔ̄trium facit, quod
decidit idem Hoſt.in c.a nobis col.pen.eo.tit. de deci. vbi dicit,
Papam cenſeri diſpenſaſſe quo ad pteritas, ne tot animæ rema-
neant illaqueatę. ſequitur Pan.in d.c.in aliquibus, & clarius in
Summa Ang. verſi decima il 2. Item pro hac parte facit, quia
decimę vr̄ debitæ ſi petantur, ſm Arch.in c 1.de deci.lib 6 er-
go debitor non condēnabitur a tpe petitionis. Hanc ɔ̄clūam
in terminis facit Rota de deciſio.xxv.in antiquis.ſequitur Fel.in
c.ſi autem, colum.4. de reſcrip. quod etiam ſequitur Bal.cum
temperamento, ſi ita ſe habeat conſuetudo, ꝙ non debeantur,
ſi non petantur; quaſi cenſeatur, ꝙ de iure debeantur ēt ſi peti-
tę non fuerint. Ita concludit in d. trac.in 7.q. prio e particulę
quintæ partis principalis. quod vltimū, ſ. ꝙ debeantur, ēt ſi non
petantur, veriſſimum mihi vr̄. quia decima vr̄ eſſe in dominio
eccleſiæ, c.tua nobis, & ibi no. Pan.de deci.in fin. ꝙ pōt rendica
ri, & pro eis agi ɔ̄tra donum, & tertiū poſſeſſorē, quia pro decimis
res ipſa, ſeu fundus obligatus eſt, ſicut pro tributo, vt conclu-
d Hoſt.I And. Pan.& alij, in c.paſtoralis, de dec., nec eſt bo-
na ſit a facit Rota. Ita d. entur ſi petantur, ergo non tene-
tur poſſe ad pteritas, ſed ſolū a die petitionis. quod ſic oñdi-
tur, non tenentur fratres ſororibus ad ſupplementum liīæ, niſi
petat ir, l. cimus. C.de inoffi. teſta. & tñ cum primum petitur,
no tantum tenentur ad fructus perceptos poſt petitionē, ſed ēt
ad oēs præteritos, l.Papinianus, §.vnde ſi quis.ff.de inoff. teſta.
& firmat Fabia in repe.auth.nouiſſima, in 7.q. C.de inoff. teſta.
Card. or conſi.80. ſuppoſito ſtatuto. Alex.conſi 69 ſuper
primo, lib.1.Cor.conſi.265.circa primum, col.1.li.t.& cōſi. 265.
in hac col.fi lib.5. Similiter emphytheuta cum cadit in cōmiſ-
ſum, non tenetur ad fructus rei, quę cecidit in commiſſum, niſi
petatur, l.2.C.de iure emphy & tñ ſi petatur, tenetur ad fructus
tet perceptos a die commiſſi, ſm Spec.tit.de loca.§ nunc a-
11 qu verſi. Ex his deſtruitur premiſſa ɔ̄clūa, ad q̄ † deſtruendā
t ſtet d re inſtantiam, §.pauonum. Inſti.de re.diui.no.per glo.
12 in c.licut vrgeri.1.q. & in l ſi ventri, ff.de priuil.credi.vnde mi-
hi vr aliter dđm. Aut † quęritur, an tertius poſſeſſor poſſit con-
ueniri ad decimas pteritas ab alio perceptas, & tunc refert, qua
ſi one agatur, iam actione perſonali conueniri non pōt, l.pri
ma.§.ſi l s ff.ad Treb l.ſi ff.de ɔ̄hen.empt.an vero reali, videli-
cet hypothecaria, & tunc licet multi teneant eum conueniri
poſſe, vt traditur in d.c.paſtoralis. Tamen ſtante conſuetudine,
dicerem ɔ̄ eos non poſſe hypothecaria conueniri, maxime ſi
petitę non fuerint co tpe.quo alius poſſidebat, & iſto caſu pro-
cedit opinio Rotæ, & ſequacium. Aut quęritur, an is qui deci-
mas non ſoluit, ſed retinuit, poſſit conueniri ad retentas deci-
mas, & puto intrepide cum teneri per iura, & rōnes pręallega-
tas Nam ſi peccatum eſt cum deminutione ſoluiſſe, c.ex parte.
de deci. vtique peccatum eſt nihil ſoluiſſe. Sed poſito, ꝙ ita de-
mum deberentur, ſi petantur, adhuc is qui eas retinuit, dēt cum
petuntur, perſoluere, ſi aliud non alleget, niſi ꝙ petitæ non fue-
rint, d.l.ſcimus. & ſi dicatur, ꝙ ſint in bona fide donec fuerint pe
titæ, admittantur, ſi velis. Quid ergo ſequitur? dices ſequi acqui-
ſitionem fructuum, quos bonæfidei poſſeſſor facit ſuos, vt nota
tur per glo.& alios.in l.fructus ff de rei ven.d.Reſpō.verum, niſi
13 ſit factus † locupletior, ſm Bart, & oēs ibi Pan.& can.in c.gra-
uis, de reſtit.ſpol. In dubio aūt p̄ſumitur factus locupletior ex
perceptione fructuum, ſm glo.q̄ ibi ſummè notat ad hoc Ang.
in l.verum.ff.de pet.hęredi & iſtud verius eſt, q̄ id qđ dicit idem
Ang.in conſi.160.D.Catherina, col.fi. vbi dicit ɔ̄trium, & male.
& ꝙ in dubio p̄ſumatur factus locupletior, quatenus fructus va
luerint, firmat d. Alex.conſi.63, col.2.lib.2.& Soc.conſi.82. lib.
4 Pręterea conſtat, ꝙ amigdalę ſunt fructus nales, quia abſque
cultura, & impenſa percipiunt, vt poma, in quib.plus operatur
nã, q̄ induſtria.l.ſi eius fundi, ff.de rei vendi.no.per gl.& Bart.in
14 l.ex diuerſo.ff, eo.tit. Ad reſtitutionem aūt fructuum † nalium
tenetur ēt bonæfidei poſſeſſor, ſm gl.& Bart.& alios, in d.l.&
ea diuerſo. & Pan.in d. c.grauis. probat in l fructus.ff.de vſur.
At dicetur fructus fuiſſe a bonęfidei poſſeſſore p̄ſcriptos, quod
qualiter in hoc caſu dici non poſſit, non video, cum poſſeſſor
ſciat ſe dēre, ſaltē ſi petentur; aūt nullus negabit, fructus a men
ſe circa perceptos dēri, quia antea p̄ſcribi nō potuerunt.l.ſe-
quitur §.fructus ff. de vſucap.& vſque ad triennium p̄ſumunt
extare, ga tpe durare pñt, ſm glo.in l.1. C.de aduer. vſucap. vbi
Bald.& no.Ang.& Imo.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſol.mat.&
in l.1 in §.quęſitum fuit, ff.ad Treb. Ad vltimum dico, de oliuis,
& amigdalis deberi vigeſimam, ſicut conſuetum eſt ſolui de
alijs fructibus, quia licet non valeat conſuetudo, ꝙ non ſoluat
15 decima, valet † tñ, vt ſoluatur alia quota, q̄ decima. & ratio di-
uerſitatis eſt, q̄ ꝙ ſoluatur aliquid, & ſic recognoſcatur Deus,
eſt pręceptū morale & iudiciale, ſed ꝙ ſoluatur decimas ma-
gis alia quota, eſt pceptum iudiciale duntaxat. ɔ̄ autem pcepta
moralia legis diuinæ non valet conſuetudo, d.c.fi.& ſupra pro
batū fuit, ſed bene valet ɔ̄ precepta iudicialia, quia talia ſunt iu-
ris poſitiui, ſm Hoſt.in locis pallēg. Imo.in d. c. ſtatuimus. Pan.
in d.c.in aliquib.clarius in d. Summa verſi.x.§.decima. Nec di-
catur, ꝙ conſuetudo nunq̄ fuit de oliuis ſoluere vigeſimam, ſed
de alijs fructibus quia rōdetur, ꝙ conſuetudo de alijs extenden-
16 da eſt ad oliuas, & amigdala, quia datur rō † diuerſitatis, ergo
ex vi rōnis idem eſt in oliuis dđm, per ea, quæ traduntur per
Rochum Curtium in d.c.fi.Card.xvij verſi.vltimo limitatur, &
ēt quia reſpectu decimę amigdala, & oliuæ comparantur x le-
ge ver-ri cæteris fructibus, vt ſup.probatum fuit, ergo conſuetu
do ſuperueniens ſuper alijs fructib. habebit locum ēt in oliuis,
& amigdalis, ſm glo.& Bart. in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de
furt.& Rochum vbi ſup.verſi.3.limitatur. Ita iuris eſſe reſpon-
deo ego Franciſ.de Sancto Nazario.

De iure patronatus.

RESPONSVM L.

VIliter Facta prima fronte vr̄ prçſentatio & in
ſtitō in fauorem Claudij Robertet, tum
quia patroni non ſemel conuenerunt, nec ſimul eī-
dem p̄ſentauerunt, tum ēt quia p̄ſentatus, & inſtitutus
fuit ante, q̄ beneficium vacaret ɔ̄ conſtōnem c.1.de conce. p̄ben.
Verum enim vero cum iſte Claudius a maiori parte patrono
rum & p̄ſentatus, & inſtitutus fuerit, neminem latet cęteris p̄ſta-
tis, & inſtitutis anteponendum, non obſtantibus ex aduerſo
adductis: quia patroni ex cōi ſnīa, nec ſimul conuenire, nec p̄ſta
re tenentur; nec qui ignoranter ad beneficium ex fama publica
vacans præſentatur, & inſtitutus fuit, inhabilis dici poteſt; quia
ignorantia & fama publica excuſantur a pœna & dolo, & ma-
xime cum inſtitutus ſub hac conditione ſi vacat, inſtitutus non
dicatur, ſi per rerum naturam non vacet.

SVMMARIVM.

1 *Patroni in præſentando, an teneantur ſimul conuenire, & ſimul præſen-
tare, & vide num 4.*
2 *Præſentatio, & inſtitutio ad beneficium antequam vacet, eſt nulla, & prę
ſentatus ad huiuſmodi beneficium, an ſit inhabilis ad illud obtinendū.*
3 *Præſentatus & inſtitutus a maiori parte patronorum, an alijs præſenta-
tis, & inſtitutus ſit præferendus.*
5 *Intellectus c.1.de conceſ. preben explicatur. & vide nu 7.*
6 *Ignorantia iuncta cum fama publica, excuſat a dolo, & pęna.*

Reſpōo Interpreta.

Videretur Ex duobus, quòd p̄ſtatio. & inſtō in fauo-
rem Claudij Robertet nihil valeat. Primo,
quia p̄ſtatio eius. Claudij facta fuit contempto, & non vocato
Nicolao Torquo, hñte maiorem partem iuris p̄ronatus: vn
1 de vr̄ nulliter facta, quia in p̄ſtando, † patroni ēt laici dēnt ſi-
mul conuenire, & ſimul p̄ſtare, ſecundum Pan.c.qm̄, de iure
patr.in fi.& in c.cum omnes, col pen.de conſt.& 10 c.in Geneſi.
col.pen. & in c.venerabilem.in 13.nota.de electi. Fel.in d.cap.
cum omnes.mou, quia etiam in actu, qui expeditur à pluribus
vt ſingulis, vnus poteſt alterum trahere in ſuam ſententiam, er
go ſimul actus expedien. vr̄, ſecundum Bar.in l. omnes populi,
ff.de iuſt.& iur. Secundo ex alio non videtur valere, quia idem
Claudius ab eiſdem patronis, antequàm vacaret fuit præſenta-
tus, & inſtitutus, & ɔ̄ſequenter effectus ſuit inhabilis ad ipſum
2 beneficium poſtea obtinendum, c.1.de ɔ̄ceſ. præben. † Prçmiſ
ſis non obſtantibus, teneo intrepide p̄ſtationem, & inſtitutio-
nem valere, tanquàm factam à maiori parte patronorū, ideo
3 cenſeo Claudium omnibus alijs † anteponendum eſſe, cap.3.
de iure patr.cum ſimilibus.ad contraria rñdeo clariſſimè. Ad
primum reſpondeo, quòd *cōis* opin.eſt contra Pan. † quod
4 patroni poſſint ſeparatim p̄ſtare, nec vnus alterum tenetur re
quirere, ita concludit Ioan. An. Ant.Car.& omnes alij, in d.c 3.
Fed.de Senis conſi.102.nobilis quidam. Cal. conſ.9. & conſil.
15.ſub ti.de iure pat.& Pan. ſibi contrarius, conſi. 76. inuocato
Chriſti auxilio.lib.2.vbi atteſtatur, quod iſta opin. eſt commo-
nis, & quod in practica obſeruatur. & ſequitur Dec.in d.c.cum
omnes. vbi etiam dicit, quod iſta opi. contra Abb. eſt commu-
nis, & reſpondet ad rationem ſupra factam, quod procedit in
iudicialib.tantum. vel aliter reſpondetur, quod opin. Pan. proce
deret ſi patronus non vocatus inſtaret proſequendo contēptū,
vt p̄ſtatio ſine ipſo facta irritet, ſecus ſi eam ratificauerit, ſm
Rochum in trac.de iur.patr.in ver.honorificum q.lx.circa me-
dium.& vltra eum ɔ̄probatur, quia elect.ratificata ab ijs, qui nō
fuerunt vocati, valet, & manutenenda eſt, ſm Pan. in c. auditis,
& in c.ꝙ ſicut, de el.& ꝙ ratificari poſſit præſentatio ab iis, qui
præſen-

pñtationi nõ interfuerũt, pbat ex ijs, q̃ dixit Io. And. i c. i. p vr̃as. de iure patr. vbi concludit, q̃ collatio facta ab Epõ ſine cõſenſu patroni, quæ eſt ipſo iure nulla, c. decernimus, 16 q. 7. manutenenda eſt, ſi patronus poſtea eã ratificauerit, & ſequitur Gemi. conſi. 45. conſuetudo eſt Mutinę col. fi. Ad ſm rñdeo, q̃ diſpõ
5 d. c. i. de conceſ. pb. procedit † in eo, qui ſcienter pmotus fuit ad bñficium viuentis, ſecus in eo, qui fuit ignoranter inſtitutus & pñtatus ad bñficium illius, quem credebant eſſe mortuum, ſm
☞ glo. Hoſt. Car. & cõiter oẽs, in d. c. i. p illũ tex. ver. pellendus eſt, quia ignorans nõ deliquit, & pñr non eſt puniendus, l. ſi ignorans. ff. loca. l. ex maleficiis. § i. de act. & obl. c. a. de conſti. c pñtium. 7. q. i. c. in lectum, 14. q. i. Et ſi dicatur dẽt ſibi imputari, qui non inueſtigauit, an intitulatus in illo beneficio viueret. arg l. qui cum alio, ff. de reg. iur. paria enim vñr, ſcire, vel ſcire dẽre l. ſi duo ff. de acq hęr. & debuit in dubio credere eũ eſſe viuum, qa quilibet pſumitur viuere vſq; ad cẽtum annos. l. fi. C. de ſac. ſan eccl. vnde cum pſumptio ſit ꝯ Claudium, q̃ ſciret, vel ſcire deberet, pdeceſſorẽ ſuum adhuc viuere. non vr̃ excuſandus, niſi iuſtam cãm adducat, quare credere debuerit illũ eſſe mortuũ, & illam cãm probet. Sed ad illud ẽt rñdetur, q̃ Claudius adduxit, & probauit famã publicam eſſe in eo loco, q̃ ille erat mor-
6 tuus; quæ publica fama pſtat iuſtam cãm credulitatis ad † excuſandum pmotum a pęna, d. c. i. de conceſ. pb. ſm Old. qui in proprijs terminis ita conſuluit. conſi. 304. in infraſcriptæ allegationes. Nam fama, q̃ aliquis ſit mortuus (q̃ naturæ conſonat) credibilis eſt. l. ſi ff. de hær. inſti. l. a. cum ſeq ff quis ord. in bon. poſ. ſerue. & iſtam decil. Old. refert, & ſequitur Fel. in c. in nr̃a. de teſtib. Facit, q̃ fama excuſat a dolo, l. cum quidam § quod dẽ. ff. de acq hẽd. & excuſat a delicto, c. quia veriſimile, in ver. loci fama. & ibi Fel. de pſump. l. mulier. ff de aduit. Scdo rñdeo, q̃ di-
7 ſpoſitio d. c. i procedit, † qñ quis fuit promotus ad beneficiũ viuentis purè, & ſimpliciter, ſecus ſi fuit pmotus ſub ꝯdõne, ſi va-
☞ cat, ſm glo. cõiter approbatam, in c. a. de elect. lib. 6. Et illud maxime procedit in pręſentationibus, in quib. admittuntur vota patronorum incerta, cle. fi. de iure pat. & ꝯdõnalia, ſm Lap. alle. 8. quem ſequuntur Gem. & Peruſi. in d. c. a. & licet Rochus in tract. de iure pat. in ver. honorificũ, in 8. q. teneat, diſpõ d. c. i. ẽt habeat locum in pñtationibus, tñ de eo nõ eſt curandum, qa ſolus eſt, & quia mouetur mala ratione; licet enim patroni teneantur pſentare intra quatuor menſes, non tñ ſequitur, ergo non pñt intra quadrimeſtre præſentare ſub condõne. Præterea quicquid ſit, an diſpoſitio d cap. procedat in pſentationibus, tñ nihil ad caſum noſtrum, videlicet in conditione ſi vacat, quia illa non tenet pſentationem, neque electionem, vel inſtõnem in ſuſpenſo, cum ſit de præſenti certa per rerum nãm. ſi enim tunc non vacat, non dr̃ pręſentatus neque inſtitutus, & pñr non poteſt hr̃e locum pœna d. c. i. quod loquitur in promoto ad beneficium viuentis, cum promotus ſub conditione, ſi vacat, non cenſeatur promotus, vbi non vacet, l. cum ad præſens, ff. ſi certum petatur. Laus Deo.

¶ De eccleſijs ędificandis, vel reparan.

RESPONSVM I.

Beneficiati Omnes quartã partem reddituum bñficiorum ſuorum exponere debent pro reparatione eccleſiarum ſibi creditarum, niſi conſuetudo onus fabricę in ſingulos clericos, vel populũ tranſtulerint; nam huiõi conſuetudo ſeruanda eſt, & impenſæ neceſſariæ, ſiue vtiles, per populũ ad id non aſtrictum pro reparatione eccleſiarũ factæ, actione vel negotiorum geſtorũ, vel in factum repeti pñt. Hęres defunctorũ nullo iure cogi pñt clericis pro lecto ſepulturæ ſatisfacere, ita Inno. iij. Alexanderq; iij. rectè ſanctiq; ſtatuerunt. Quinimo nec pro ſepultura quicq̃ exigi licere ẽt a ſponte dantibus, hoc vno probatur argumento, ne qui pro ſpiritualib. dat temporale, credat domum Dei pecunia comparere poſſe, quo nihil abſurdius contingere poſſet.

SVMMARIVM.

1 Quarta pars reddituum beneficiorum applicanda eſt pro fabrica eorum.
2 Onus fabricæ eccleſiarum, in populum transferri poteſt ex conſuetudine.
3 An quæ vtiliter a populo impenſa ſunt, pro refectione eccleſiarum repeti poſſint
4 Pro ſepultura defuncti quicquam clericis exigere non licet, etiam ſi ipſis ſponte detur, & ibi vide, an valeat conſuetudo in contrarium.

Reſpon. interpreta.

Quæritur Primo, an prior de Bonilis teneatur reparare eccleſiam? Ad quod breuiter reſpondeo,
1 quod tenetur conuertere quartam † partem reddituum prioratus in fabricam eccleſiæ, capitulo quatuor. cap. ſeq. xij. q. 2. c. 1. cap. de his. extra de eccleſ. ędif. Nec enim ferendus eſt prior, qui lucrum amplectitur, & onus fabricę ſubire recuſat. l. manifeſtiſſimi, §. pen. C. de fur. quod verum eſt, niſi conſuetu-
2 do † onus fabricæ tranſtuliſſet in populũ, ſm Inn. in c. fi. de his, q̃ fi. a mai. par. c. quem ſequuntur Car. Flo. Hoſt. & Pau. in c. i. e. tit. Quæritur ſecundo, an prior teneatur ad impenſas iam factas?
3 ad hoc ẽt reſpondeo, q̃ † ſi vtiliter, & non animo donandi populus fecit impenſas, actione negotiorũ geſtorũ, vel actione in factũ repetere poterũt ab ipſo Priore. l. ſi quis negotia, l. a. & l. ſed an vlti ò. §. i. & l. q̃ vtiliter. ff. de neg. geſt. ¶ Quæritur tertio, & vlt. an hæredes, defunctorũ cogi pñt ſoluere lectum ſepulturæ: ad qd rñdet Inn. iij. in hęc verba, Abolendę ꝯſuetudinis peruerſitas inoleuit apud Montem Peſſulanũ, vt non prius permittat effodi ſepultura, q̃ pro lecto ſepulturæ certũ pretiũ eccleſiæ
4 pſoluatur, ideo tibi Magalonenſi Epõ mandamus, quatenus † inhibeas clericis tuæ diœceſis, ne quicq̃ oĩno pſumant exigere hac de cã. ita cantat tex. in c. abolendę, de ſepul. itẽ determinauit Alex. iij. ita inquiens, Pro ſepultura nulla cuiuſq; pretij exactio attentetur, nec ſub obtentu cuiuſc; cõſuetudinis reatũ ſuũ quiſpiã tueatur, quia diuturnitas tpis non diminuit peccata, ſed auget, ut legitur in c. nõ ſatis &c. ſeq. de ſimo. Imo alias ego tñ ſi. pro ſepultura ex more quicq̃ exigendum non eſſe, ẽt q̃ exactum locat in anniuerſariũ a prælato cõuerti, quia vitiũ ſimoniæ, q̃ in ea accipiendo ꝯmittitur, bene diſpenſando non diſſoluitur. c. ex multis, i. q 3. Quinimo ſacerdoti non puto licere quicquam pro ſepultura capere, ẽt a ſponte dantib. quia qui pro ſpiritualib dat tpale, credit domũ Dei pecunia ꝯparare ẽt q̃ vltrò offerat. & accipiens terrena pro diuinis, gratiã ſancti ſpũs a ſe abdicat. d. c. ex multis. i. q 3. & ita late probaui in trac de peſte, in §. accedo nunc ad vltimã partẽ, nu. 108. & ſeq. ver. 3. q̃ro, an liceat parochiali ſacerdoti. & ad ibi dicta me remitto, quã ea puto veriſſima. Laus Deo.

RESPONSVM II.

QVia Conſuetudo (vt proponitur) onus fabricæ in laicos nondum tranſtulit, ſit eo de eccleſiaſticis redditib. eccleſiam reficiendam. Quilibet. n. in eccleſia Dei beneficiatus, ſecundũ nouas veteresq. ſacrorũ canonum traditiones, quartam partẽ reddituum ſui beneficij in fabricam eccleſiæ conuertere tenetur ¶ Si gabella uini pro muro rum, pontium, ſortium, viarũq; pub. earum reparationib ſit inſtituta, aut laudo, tranſactione ve clerici ab his oneribus fuerint ea lege liberati, ut vini datium ſoluerent, inique agit Præpoſitus, qui contendit minutatim uinum vendere abſque ſolutione gabellæ. Et quãquam a gabella Præpoſitus immunis eſſet, eius tamen colonus nulla poteſt ratione ab huiuſmodi datio ſe defendere, cum vinum, pro quo gabella debetur, eccleſiæ eſſe deſierit, cumque æquum non ſit eum, qui negociatur, perfrui eccleſiaſtica immunitate.

SVMMARIVM.

1 Onus fabricæ, & refectionis eccleſiæ, regulariter ſpectat ad prælatum.
2 Laici non tenentur de iure aliquid erogare in fabricam, uel refectionem eccleſiarum, canonici uero, & capellani tenentur pro rata reddituum. nume. 3.
4 Præpoſitus non tenetur ſoluere datium uini, quod ex vineis eccleſia percipit.
5 Prælatus tranſigens, an poſſit obligare ſucceſſores?
6 Eccleſia tenetur ad onera, communem utilitatem concernentia.
7 Clerici poſſunt compelli ad ſolutionem datij vini, impoſiti pro oneribus ad quæ tenetur eccleſia.
8 Prælatus non poteſt ſine conſenſu Papæ renunciare priuilegio exemptionis, nec de ipſo compromittere.
9 Prælato licitum eſt rem uiliorem cum precioſiore permutare ſine conſenſu capit.
10 Papa poteſt concedere laicis facultatem collectandi, & taliandi clericos, & ecc.
11 Papæ conſenſum neceſſarium ad ualiditatem actus interueniſſe præſumitur ex curſu temporis.
12 Conductores prædiorum fiſcalium, & Cæſaris, gaudent immunitate.
13 Statutum, quod colonus eccleſiæ, teneatur ſoluere collectas pro eccleſia, nõ ualet, & quid de emphyteuta eccleſiæ? num. 14.
15 Perſona inſpicienda eſt, cui imponitur datium.
16 Datium uini reſpicit fructus, onus uero fructuum ſpectat ad colonum, qui uineas colit.
17 Negociantes, etiam clerici, non habent immunitatem a ſolutione datiorum. uide contraria non obſtantia, nu 18. & 19.
20 Datium præſumitur inductum authoritate ſuperioris.
21 Statutum, quando obliget colonum eccleſiæ.

Reſpon. Interpreta.

EX præmiſſo Themate tria reſultant dubia. Primum, an dñs Prępoſitus teneatur ad onus fabricæ? Secundũ, an teneatur ad ſolutionẽ datij pro uino, q̃ minutatim eius nomine vẽditur? Tertium, an ẽt conductor reddituum præpoſituræ poſſit ſe eximere a ſolutione dicti datij, pp eccleſiæ priuilegium? Ad primum rñdeo tradẽdo doctrinam magiſtralẽ, cum omnis hæſitatio ad ius referatur. onus fabricæ † & refectionis eccleſię, ſpectat regulariter
1 ad prælatum, qui percipit redditus ipſius eccleſię, ca. i. & ç. de his

dę

de eccl ædifi.nec.n.ferendus eſt, qui lucrũ amplectitur, & onus fabricæ recuſat.l.manifeſtiſſimi.§.pen.C.de furt. Hinc dici ſolet, commoda qui ſentit, [illegible] onus emolumentis. l. ſecundum naturam.ff. de reg. iur. Quarta.n.pars reddituum conuertenda eſt in fabricam eccleſiæ.c. quatuor,& c.ſeq.12.q.2. & ibi glo.di-
2 xit, laicos † non teneri de iure aliquid erogare in fabricam, vel refectionem eccleſiarum,& antiquorum canonum traditione tertia pars reddituum erat in fabricam conuertenda c.decreuimus.10.q.1. Et etiam canonici & capellani † contribuere tenen-
3 tur pro rata redditium.c.ſi monachus.16.q.1.cap.fi.de his,quæ fiunt a maio par.c.& ita conſuluit Fed.de Sen.conſi 217. quem refert & ſequitur Card.Flor.in cap.ad audientiam.in fi. de eccl. ædifi.quę concluſio ſane intelligenda eſt, ſ. detractis neceſſariis alimentis prælati,& clericorum,d.ca. de his.Item procedit niſi conſuetudo onus fabricæ tranſtuliſſet in populum, ſecundum Inn.in d.c.fi Hoſt,Car.& Pan.in d.cap.1.Item niſi ad hoc eſſent deputati certi redditus ſufficientes ad fabricam,c.venio.10. q. 3. Et ubi redditus eccleſiæ non ſuffi[illegible]unt, honeſtum eſt, q laici parochiani adiuuent clericos, a quibus recipiunt ſacramenta, ſecundum Panor.in d.c.1. Ad ſecundum videtur,quod d. Prępoſitus non teneatur. Sunt n.clericorum & eccleſiarum bona,ac perſonę immunes ab omnib.collectis, angariis, & perangariis, & [illegible] vniuerſis,tam de iure diuino,quam humano,vt habetur Gene. 47.& [illegible] ſdræ 1.cap.7. [illegible] in l.placet.C.de ſacr ſan.eccl. & in auth.item nulla communitas,C.de epiſ.& cle. [illegible] in c. fin. de vi.& hon cle.& in cap.non minus.de immu.eccl.& in c.clericis.§ i.eod.tit.lib 6 & in c.quanquam,de cenſi.eo. [illegible] .& in cle. 1.eo tit. Et quod d. Præp[illegible]ſitus non teneatur ſoluere datium vi-
4 ni, † quod ex vineis eccleſiæ percep[illegible], etiam ſi de ipſo vino negocietur, conſuluit Fed.de Sen.conſi.207. nos Gr ſolus quia iura,quæ volunt clericos teneri ſoluere gabellas rerum, de quib. negociantur maximè text.in d.cap. quanquam. & in d.cap.fin. ſunt intelligenda de rebus patrimonialibus, aut emptis cauſa negociandi,non de fructibus natis in prediis eccleſię ſecundum eum,quia delictum prælati negociantis non dēt nocere priuilegio conceſſo eccleſię,reg.delictum,de re[illegible]iur. Sequitur Pan. in d.c fin.& Gem in d cap.quanquam. Et quod eccleſiaſtici poſſint vendere vinum ſuum minutatim abſque ſolutione gabellæ,conſuluit D.Hieron.Zanne.quem refert & ſequitur Io. Ber. in tract.de gabellis,in 7.q 7. partis prin.uer.an autem poſſint,& ita conſuluit Pan. conſi 6. Caſus ſuper quo ad fin. diſtinguens inter vinum natum in proprietatibus eccleſiæ, & vinum emptum cauſa negociandi. Nec huic concluſioni obſtare uidetur tranſactio,de qua in themate, per quam olim Præpoſitus obligauit ſe,& ſucceſſores ad datium ſocheti,ſic enim appellatur a prouincialibus datium vini,quod minutatim venditur, quia reſpondetur, q ille præpoſitus tranſigens, non videtur potuiſſe
5 obligare ſucceſſores, † cap.veniens. de tranſa.l.iubemus.2 C.de ſacr.ſanc.eccl.& no.in l.ſeruus.maxime per Mod.C.de pac.Sed prædictis non obſtantibus,arbitror d.Præpoſitum teneri ad datium ſocheti,& Retiam macelli,duabus vrgentibus & concludentibus rationibus. Primo,quia etiam eccleſia tenetur ad refectionem murorum,pontium,viarum publicarum,& ad omnia
6 onera † communem utilitatem tam clericorum quam laicorũ concernentia.l.ad inſtructiones.C.de ſac.ſan.eccl.per quem tex. ita communiter concludunt Legiſtę ibi,& Canoniſtæ in d.cap. non minus.de immu.eccl. & dixi late ſup.cap.20.ergo etiam tenebitur ad datium vini,& carnium impoſitum ad releuandum clericos & laicos,ſicut ab oneribus pontium,murorum,& ſimilium, vt dicitur in punctu.& firmant in propoſito Iaco Butr. & Bal.in d.l.ad inſtructiones,vbi dicunt eccleſiam teneri ad gabellam plauſtorum impoſitam pro reparatione uiarum publicarum.& quod ad ſolutionem datii uini impoſiti pro oneribus,
7 ad quæ tenetur eccleſia,poſſint compelli etiam clerici,† determinat in ſpecie Pan.in d.c.non minus in fin.& bene facit doctr. Bal.o l.1.col.4.C.de mulier.& in quo loco.lib.10. & quæ tradũtur per Mod.in l.4.§ actor.vbi ſcripſi,ff.de re iud.Secundo,quia contra clericos lata olim fuit ſententia arbitramentalis,quam conſtat obſeruandam,cum ab ea non fuerit vnquam reclamatum,l.cum antea.C.de arb.Nec obſt.ſi dicatur,quod laudum arbitratoris obtinet vicem tranſactionis, auth. ſi vero contigerit, & ibi not.& in corpore vnde ſumitur.C.de iud.quæ tranſactio non nocet ſucceſſoribus.d.c.veniens.& eo maxime,quia præla-
8 tus non potuit ſine conſenſu papæ renunciare † priuilegio exēptionis,nec de ipſo compromittere,ut eſt caſus in c.cum tempore.de arbit. quia reſpondetur,quod prædicta procedunt,quando prælatus ſolus tranſegit ſine conſenſu capituli,non etiam ſi tranſegit ſine conſenſu capituli,vt legitur in d.c.veniens. In caſu autem occurrenti præſupponitur interueniſſe conſenſum capituli & totius cleri,ergo &c.Item prædicta procedunt,quando per laudum arbitratoris repetitur læſa eccleſia, non ſi ſit eius conditio melior effecta,vt in caſu iſto, vt tradit Panor. in d. ca.cum tempore.Comprobatur in l.filius pacitcendo.& in l.ſeruus,C.de pact.& in cap.primo.de tranſact. eccleſia enim & ec-

cleſiaſticę perſonæ, fuerunt per huiuſmodi laudum liberatæ ab oneribus murorum,pontium,& ſimilium, & grauatæ duntaxat ad datium uini, & carnium vendendarum ab ipſis eccleſiaſticis perſonis minutatim, quod eſt quid modicum grauamen reſpectiue ad commodum exemptionis ab oneribus prædictis, a quibus fuerunt liberatæ, & immunes declaratę, ergo
9 &c. Nam prælato licitum eſt rem uiliorem cum precioſiori † permutare abſque conſenſu capituli,cap.1.& cap.ad quęſtiones,de rerum perm.ac rem alienare pro alia maiori habenda,c.conſenſus.de reb.ecc.non alie.Item prædicta non procedunt,ſi poſtea
10 papa ratificauerit ipſum laudum,d.ca.cum tēpore. Papa † enim poteſt concedere laicis facultatem colle[illegible]tandi & talandi clericos,& eccl[illegible]ſias.cap.clericis.ibi,abſque auctoritate ſedis eiuſdē, de immu.eccle.lib.6 fuit autem huiuſmodi laudum auctoritate apoſtolica approbatum. Igitur,&c Et ſi dicatur non conſtare de approbatione: reſpondeo,quod ſatis eſt eam allegaſſe,& iuſtificaſſe quaſi poſſeſſionem collectandi, & collectas exigendi a perſonis eccleſiaſticis,a tanto tempore, cuius initii non extet memoria hominum,ut [illegible] themate deducitur:nam ex curſu tē-
11 poris præſumitur, † conſenſum papæ neceſſarium ad ualiditatem actus interueniſſe,ſi allegetur,cap. [illegible]on inebatur,& ibi D. Ant.de But circa fin. de his,quę fiun[illegible] a præla.ſine conſen. cap. & Soc.tradit conſi.15.libro primo,& communiter tenent Doct. quod ſolemnitas neceſſaria ex diuturnitate temporis præſumatur interueniſſe in alienatione rei ecc[illegible] [illegible] [illegible] Dec[illegible]o ſi.36 colu.pen.& conſi.135. colum.1.Et quod papę confirmatio præſumitur ex tanti tem[illegible]ris defluxu,conſuluit idem [illegible] ec.conſi.152.colum.fin.& Bar[illegible] conſi. 5. ſapienter ſcribitur eo. antepen.lib.2.& eo maxime,quia ſedes apo[illegible]oli[illegible] tunc reſidebat in ciuitate Auenionis proxima per mediam dietam,arg c quanto, de præſum.Quis enim diceret genus clericorum auariſſimum, ca.auar[illegible] cæcitas,de elect.lib.6.huiuſmodi angarias tanto tempore ſu[illegible]uiſſe, [illegible] laudo re[illegible]re potuiſſet,certe nemo.ergo nec nos dicere debe[illegible]mus.cap.quia veriſimile,de præſump. Et ex[illegible]ſtis patet re[illegible] [illegible] contraria [illegible] formata, ideo al[illegible] non inſiſtam. Ad tertium præſupp[illegible], q[illegible] dom.pręfoſitus eſſet immunis, [illegible] eade[illegible] debe[illegible] immunitate gau-
12 dere [illegible] prędiorum [illegible] potiantur immunitate l. ſemper, §. conductor[illegible] immu.l prima.C.de priuileg.dona. Aug.libr[illegible] debent,eſſe immunes conductores prędiorum eccleſiæ,[illegible] cap. duo ſunt.96. diſt. Secundo,quia iſtud datium vid[illegible]tur extraordinarium, cum neque ſenatuſconſulto, neque decreto Principis fuerit indictum, ergo tranſibit in conductorem priuilegium exemptionis,ſecundum doct. Bar.in l.licitatio,§.fin.ff. de pub. Tertio,quia decreta communitatis,quibus grauantur eccleſiaſticæ perſonæ, & etiam per indirectum ſunt ipſo facto nulla & irrita.cap.fin.de immu.eccl. libro ſexto,
13 & ideo non valet † ſtatutum, quod colonus eccleſiæ teneatur ſoluere collectas pro eccleſia, quia per tale ſtatutum grauatur eccleſia per indirectum:non enim inueniret ſaltem eodem precio colonum,quo inueniret,ſi colonus non grauaretur, ſecundum Bar.in l his penes.C.de agri.& cenſi.lib.11.& Bal.in l.prima. C.de epiſ.& cle. Ang.in Auth.de non alien.§. quia vero.& Ioã. Ber.in tract.de gab.in 7.quęſt.7.par.non enim dēt licere per indirectum,quod directè non conceditur. regula,cum quid vna via.de reg.iur.lib. 6 ſic in propoſito,ſi colonus domini Præpoſiti non poſſit minutatim vendere vinum,& carnes abſque ſolutione gabellę,non tanti conducet redditus eccleſiæ. Quarto facit tex.in l.priuatę C. de exc mu. libro 10. per quam determi-
14 nat ibi Bar.& emphyteuta eccleſię † non tenetur pro emphyteuticis prædiis eccleſiæ ſoluere collectam. Quinto facit tex.in l.ſecunda.C.de epiſc. & cle. & in cap. eccleſiarum ſeruos.12. q. ſecunda,& in d.cap.non minus.de immu. eccleſ. vbi deciditur, quod ſerui & mancipia eccleſiarum eadem potiuntur immunitate, qua eccleſiæ. Sed præmiſſis non obſtantibus, arbitror in contrarium eſſe veritatem. Primo, quia iſtud datium vini, & carnium, imponitur perſonæ pro rebus, quo caſu inſpicienda
15 eſt perſona, † cui imponitur. l. reſcripto,§. fin. de mun. & hono.l.indictiones,& ibi no.C. de anno.& trib.lib.decimo,& not. etiam in rub.C. de mu.patri.eo. lib.hęc enim collecta imponitur uendenti vinum & carnes, & cum colonus vendens ſit laicus,eius perſona inſpicienda eſt, & non perſona d. Prępoſiti, vel eccleſia. Secundo, quia datium vini reſpicit fructus, onus
16 autem fructuum † ſpectat ad colonum, qui numis colit, eo quod fructus a ſolo ſeparati, ſunt ipſius coloni.l.c. prima.& ibi not.Barto. C. de agri. & cenſi. lib.vndecimo, & hac ratione deciditur, quod onus decimę ſpectat ad colonum, cuius ſunt fructus, ſecundum Innoc. in capit.cum non ſit. de deci. & Cardi. in capit.tua nos. eodem titulo. Tertio,quia negociantes,
17 † etiam clerici, non habent immunitatem a ſolutione datiorum,c.ſi.de ui.& hon.cle.ergo nec coloni,qui negotiandi cauſa conducunt redditus eccleſiarum,& ita per hanc rationem decidit gl.quam ibi Imo.& alii cõiter ſequuntur,in clem. pręſenti,de cenſi.

11 *Iudex laicus detinens clericum in carceribus incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo.*

12 *Iudex ſecularis, tenetur parere inhibitionibus factis per iudicem eccleſiaſticum.*

13 *Captura inordinata nullius eſt momenti.*

14 *Statuti forma ad vnguem eſt ſeruanda, nec ſufficit quod ſeruetur per æquipollens, nu.15. 6. & 25.*

17 *Res effectus, optima eſt probatio.*

18 *Cautionem iuratoriam præſtare volens loco fideiuſſoris, debet allegare, & iurare impotentiam fideiubendi.*

19 *Ablatiui reſoluuntur in conditionem.*

20 *Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica.*

21 *Actus vitiatur, ſi forma, quę debet præcedere, omittatur.*

22 *Ratihabitio non æquiparatur mandato, quando pro forma requiritur, quod mandatum pręcedat.*

23 *Conſenſus vbi præcedere debet, non ſufficit quod ſubſequatur.*

24 *Captus non pręcedente legitima ſuſpitione fugæ, debet relaxari.*

26 *Cautio præſtita poſt actum conſummatum, non poteſt dici incontinenti pręſtita.*

27 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*

28 *Carcerari nemo debet quis vti ſuſpectus, de iure communi, niſi prius fuerit legitima ſuſpitionis cauſa allegata.*

29 *Fugæ ſuſpitio allegata a creditore fortaſſis tollitur, ſi forenſis debitor in loco domicilij bona immobilia vel annuam penſionem poſſideat.*

30 *Captura ſine cauſa conceſſa, iniurioſa eſt, & iniuriarum confirmatio nulla eſt.*

31 *Debiti cauſa, & quantitas ante capturam exprimi debet.*

32 *Statutũ volens forenſem arreſtari, debet intelligi, quod ſit debitor in ſumma notabili.*

33 *Querimonia verbum, idem eſt quod libellus.*

34 *Iudici debet fieri fides de debito, antequam quis vti ſuſpectus carcerari poſſit. num.35.*

Reſpon. Interpreta.

Viſis, Et diligenter conſideratis, ſtatuto Aueniο. de ſuſpectis debitoribus detinendis, donec cautionem, vel pignora dederint, & decreto iudicis decernentis, cautio per do. Io. Alloandi (iuxta formam) dom. Lud. eius fratrem carcerandum eſſe, inciuilis, & inhoneſta mihi viſa fuit captura, rationibus ſubſequentibus. ¶ Primo, quia

4 peccat ratione fori, cum fuerit conceſſa † per iudicem incõpetentem,

tentē, eo tit. C. ſi a nō compe. iu. & c. at ſi clerici, de iud. & talem c:pturam non valere in ſpecie conſuluit Bal. conſi. 275 qa
non eſt, lib. 1. Sunt tam actor, q̄ reus forenſes, ambo fratres, ambo habitatores Maſſani diœceſis Carpentoratenſis. & ſic rōne
domicilii Iudex Auenionen. non pōt dici competens. Non ēt
rōne alicuius prætenſi delicti, quia nullū delictum præſupponi
2 tur commiſſum in diſtrictu Auenionen ita q rōne delicti † potuerit ibi conueniri, iuxta tex. in c. fi. de fo comp. Et vbi rōne de-
3 lictis alias potuiſſet ibi cōueniri, tñ obſtaret prœuentio † facta per
iudicē Carpen. c. ſignificaſti, eo. tit. & quia prǣuentione ſtāte, ſicut non potuit Auenione. cōueniri, ita nec ēt carcerari, ſm Bal.
4 in d. conſi 285 & q captura ob ſuſpicionē fugę † fieri nō poſſit
per iudicem incompetentē, ſimilia idem Bald conſi. 318 illa captura, lib. 4. & dixit Bal in c. cūm matrimonii, de offi deleg q facien carcerari aliquem per iudicem incompetentē, debet pdere cām; Et ita conſuluit Dec. conſi. 75 col. 1. quod maxime verum erit in caſu noſtro, in quo iudex eſt omnino incapax, & inhabilis, quia laicus eſt, & d. Lud. detentus eſt clericus. Conſtat
5 aūt laicum non poſſe ius dicere † in clericum, c. 1. & 2. c. ſi diligenti, de fo comp. Nec ob conſuetudo, ſeu ſtatutum allegatū,
6 qa vt poſſint clerici a iudice laico diſtringi, † nulla lex, nullave
conſuetudo facere pōt, quia eſſet ꝯ libertatem eccleſiaſticam,
auct. caſſa & irrita, C. de ſac ſan. eccl. & eſt tex. in terminis noſtris, c. clerici, & ibi glo & alii no. de iud. Nam privilegium fori
7 conceſſum clericis, † eſt de iure diuino, ſm glo. in c. imperator, 96. di. cui etiam Papa non poſſet derogare. ſm Pan. in c. at
ſi clerici, in prin. de iud. & Fel. d. c. ſi diligenti, col. 5 ¶ Non ob.
8 ſi dicatur q clericus ſuſpectus de fuga, † poteſt a laico detineri,
vt concludunt Pan. & alii, in c. cum non ab homine, de iud. &
Bart. in l. ſi quis in ſer. iure, ff de fur. Quia reſpondetur dupliciter. Primo, q deciſio Pan. & ſequa. in d. c. cum non ab homine,
debet ſane intelligi videlicet in clerico, qui eſt in actu fugæ, qui
poteſt etiam capi a creditore propria auctoritate, abſque licentia alicuius iudicis, ſecundum Bart. in l. ait prętor, § ſi debitorem, per illum tex. ff. de his, quę in fraudem creditorum, ergo
etiam auctoritate iudicis incompetentis, arg. eius, quod no. per
gl Inſt. de iure perſo. §. pen. ſecus autem dicendū eſt in clerico,
qui ſolū allegatur ſuſpectus de fuga. Differunt. n. inter ſe q̄ maxime, eſſe in actu fugæ, vel eſſe de fuga ſuſpectū, vt declarat Soc.
conſi 99 circa primū, lib 4. & latius patebit ex his, quę in ſequētibus deducentur. Hinc eſt, q licet Hoſtien. And. Siculus, & Decius, in d. c. cum non ab homine, velint licere laico capere clericum, & repertum in flagranti crimine, vel eum capere, vt obuiet futuro delicto, tamen concludunt poſt alios, poſt commiſſum delictum non eſſe conceſſum laicis capere, vel detinere
clericum criminoſum. ¶ Secundo rñdetur, q Doc. concludentes q laici poſſunt capere clericos, loquuntur ad finem tradu-
9 cendi † clericos captos ad iudicem eccleſiaſticum, non autem
volunt, q liceat eos ducere ad iudicē laicum; nec ēt volunt, q
liceat iudici ſeculari licentiam impertiri, vt clericus capiatur: &
ſi aliter quis intelligeret, pernicioſe erraret & ita concludit Bar.
In l. cum eo, ff ad leg. Iul. pecu. Et ſtante hac reſolutione non inſtabo aliter in perquirendo, an ſtatutum debeat intelligi, qñ
agitur inter ſubditos. vel inter ſubditum, & forenſem tantum,
an etiam inter duos forenſes, vt in caſu noſtro. ¶ Non obſt.
10 quoque ſi dicatur, q ſuſpectus de fuga pōt capi auctoritate † iudicis incompetentis, vt conſuluit Pet. de Anch. cōſi. 192. in auxilium veritatis. & Lud Ro conſi. 242. vnum eſt. quia eorum reſponſa procedunt in vero fugitiuo, vel reperto in fuga cum exportatione rerum; ſecus autem eſt dicendum in ſuſpecto, quia
forenſis, vel quia non poſſidet immobilia, ſm Cur. in tract. de
ſequeſt. q. 17. & Io. Ioan. Bapt. in tractatu de debi. fugit. in 41 q.
prin. & Decium in d. conſi. 75. ad finem. Item procedunt, quando non poſſet haberi copia iudicis competentis, & non aliter,
ſm Bart in d. §. ſi debitorem. & Bald. in l. 1. C. ubi quis decur. vel
cohor. Alex. conſi. 135. col. 2. lib. 1. Item procedunt in laico carcerato auctoritate iudicis incompetentis, ſecus autem in clerico
carcerato auctoritate iudicis ſecularis, in executionē ſtatuti editi
per laicos, quod nullus eſt momenti in prǣiudicium clericorum, vt ſ. dixi. Imo ſm Hoſt. & Mod. in d. c. cum non ab homi-
11 ne, Iudex laicus detinens clericum in carceribus, † incidit in
can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4 In caſu autem præſenti,
conſtat dñm de Fara, non eſſe vere fugitiuum, imo nec prǣſumptiue, cum in foro ſuo ſit ſoluendo, & habeat bonos reddi
tus. Item conſtat, q hēri potuit copia iudicis cōpetentis. Item
per literas inhibitorias emanatas a curia ſpirituali Carpentoraten. conſtat, eum eſſe clericum. Quibus inhibitionibus, vos domine Iudex ſecularis, tenemini parere, & carceratum relaxare,
ēt q inſtrumentū clericatus vobis non exhibeatur, alias incur-
12 retis cenſuras † tam a lege, quam ab homine comminatas, c. ſi
iudex laicus, de ſent. excommun. lib. 6. per quem ita conſuluit
Raph. Fulg. conſi. 124. prǣſuppoſitis ſtatutis. qui loquitur in clerico coniugato non incidente in habitu, & tonſura. ſequitur
Bald. in l. ſi qua per calumniam, C. de epiſc. & cler. nam clericus
(etiam coniugatus) nullo modo poteſt auctoritate iud. cis laicæ
incarcerari etiam pro debito pecuniario, ſecundum Lapum allegat. 41. ſequitur Ioan. de Imo. in c. ex parte. de cler. coniuga. &
Phil. Fran. in c. vnico, per illum tex. in ver. diſtingui. eo. tit. lib. 6.
Et iſta volui ſubiungere ad tollendum tacitum obiectum, ſi forte diceretur, quod do. de Fara, nuperrimè deſponſauit vxorem.
¶ Secundò peccat in forma, quia non fuit ſeruata forma ſtatuti,
ergo carceratio nulla, l. cum hi §. prętor, ff. de tranſac. inordina-
13 ta enim captura † nullius eſt momenti, l. 1. C. de exec. rei iudic. l. 1.
C de prohib. ſequeſtr. pec. l. cum vnus, ff. de bon. aucto. iudic. poſſid. tradit Bal. in d conſi. 318. lib. 4. & maximè, quando non ſer-
14 uatur forma ſtatuti, † quę ad vnguem ſeruanda eſt, ſecundum
Baldum in l. 2. C. quo, & quando iud. vbi dicit vnum non ſufficere edictum peremptorium pro trib. ſi ſtatutum loquatur de trina citatione, licèt aliàs de iure ſufficiat vnum pro tribus, l. nonnunquam, ff. de iud. & idem tenet Bal. in c. 1. poſt gl. de mil. vaſ.
qui contu. eſt. & dixit Bal. in l. 2. C. de patri qui fil. diſtra quod ſta-
15 tutum eſt ad literam obſeruandum, † nec ſufficit, q ſeruetur per
ęquipollens, & idem dixit Ang. in l 2. ff de libe & poſthum. &
Alex. conſi. 132. in cauſa. & lite, col. 4 lib. 2. Requiritur autem ex
forma ſtatuti, quod creditor, qui petit debitorem incarcerari, pſtet idoneam cautionem de eo, & ſuper expenſis, & iniuriis, quā
ſatiſdationē do. Ioan. non præſtitit, ergo &c. Nec obſtat in quantum dr. quod ſtatutum alternatiue loquitur, vel quod præſtetur idonea cautio, vel cautio iuratoria, quæ dicitur præſtita ante
16 capturam. Quia ſtatutum ab eo, qui poteſt ſatiſdare, † requirit
cautionem idoneam, aliàs vult ſufficere iuratoriam, & ſic conditionaliter ſtatutum admittit cautionem iuratoriam, ſi creditor
fideiubere non poſſit Nullus autem, vt puto, erit, qui dicere audeat do. Ioan. condominum Maſſani ditiſſimum, & potentem,
qui habet agnatos, & cognatos in ciuitate Auenionē & ſub eodem Principe, non poſſe reperire fideiuſſorem ſuper expenſis,
& iniuriis. Et licèt tex. in Auth. de depoſ. §. fi. ad fi. dicat, non eſſe
facile omnibus dare fideiuſſorem, tamen a contrario prǣſupponit aliquibus eſſe facilè Quod certe de diuitib. & cognitis intelligendum eſt. Et quòd do. Ioan. poſſet fideiubere patet ab effectu,
17 quia poſt capturam fideiuſſorem dedit. Rei autē effectus, † optima eſt probatio. l. vnica. §. ſed & ſi quis homini, C. de lati. liber.
tol. & in Auth. de nup. § quod eis ¶ Prǣterea, qui vult iuratoriā
18 cautionem præſtare loco fideiuſſionis, † debet allegare. & iurare impotentiam. l. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cog. in
auth. generaliter, & in corpore vnde ſumitur. C. de epiſco. & cleri. Sed dominus Ioan non iurauit. nec allegauit ſe non poſſe dare fideiuſſorem, ergo &c Imo ſi videatur iuratoria cautio, ex lectura conſtabit, & ex propria confeſſione, quod poterat fideiubere. vnde ad quid opus eſt teſtibus, & coniecturis, c. per tuas de
proba. ¶ Non denique obſt. dum dicitur, quod fuit præſtita fideiuſſio poſt capturam, quia non ſufficit, ex quo ſtatutum requirit pro forma, quod prǣſtetur ante. Et decretum carcerationis
etiam pro forma exigit, quod cautio præſtetur ante. Ita ſonant
illa verba, cauto per eum, iuxta formam ſtatuti. nam cū ſint pro-
19 lata per ablatiuos abſolutos, † reſoluuntur in conditionem, l. a
teſtatore, ff. de condit. & demonſt. l. euictis agris, ff. de vſur. Quæ
20 conditio debet adimpleri † in forma ſpecifica. l. qui hæredi, & l.
Mæuius, ff. de condit. & demonſtr. & conditio. cenſetur eſſe de
forma, vt traditur per Bal. in auc. matri & auiæ. C. quando mulier tut. offic. fun. poſſ. vbi autem pro forma requiritur, quod fideiuſ-
21 ſio præcedat, ſi talis forma omittatur, † actus vitiatur, nec conualidatur, etiam quod ſubſequatur fideiuſſio. Ita concludunt Ioā.
And. & alii, in c. quanquam, de vſu. lib. 6. vbi diſputant an cautio,
de qua ibi, requiratur pro ſolennitate, quia ſi pro forma requireretur cautio in teſtamento vſurarii, non ſufficeret, quod præſtaretur, & idem tenet Pet. de Anch. conſi. 422. viſo, & diligenter
ponderato. Idem vult Bald. in l. executorem, C. de execu. rei iud.
22 col. 5. & ſeq. vbi etiam dicit, quod ratihabitio † non ęquiparatur
mandato, quando pro forma requiritur, quod præcedat mandatum. ſequitur Fel. in c. cum dilectæ, verſi quarum ſignum, de re-
23 ſcrip. Facit, quia vbi conſenſus † alicuius debet pro forma prǣcedere, non ſufficit, quod ſequatur, licet regulariter quando conſenſus interueniat, habeat actum validare, ſecundum Innoc. &
alios, in c. cum conſuetudinis, de conſuet. Anto. de But. & Ioan.
de Imo. in c. 3. de his, quę fiunt a prælat. traditur per Alexan. &
Mod. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquirend. hæred. &
Soc. conſi. 15. lib. 1. Poſſem plura alia adducere, quæ omitto. ſolum adducam quod in terminis propoſitæ quæſtionis decidit
Ludo. Rom. conſi. 241. ſpectabilea domini, vbi vult, quod captus
24 non præcedente legitima ſuſpicione fugæ, † debeat relaxari, etiam q poſt capturam fuerit facta legitima probatio ſuſpicionis, quia pro forma requiritur, quod præcedat ſummaria cognitio ſuſpicionis. Sequitur Fel. in d. cap. cum dilecta. colū. 3. nam
25 ut dixi. forma ſtatuti † non poteſt adimpleri per æquipollens, l.
prima, in princip. iuncto §. ſi quis ita, ff. de verbor. oblig. ¶ Non
obſt. dum dicitur, quod fideiuſſio fuit præſtita incontinenti, &
quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, l. petens, cum ſi. C.

de præ. quia iſtud non procedit, qđ pro forma requiritur, vt fideiuſſio præcedat, vt patet ex prædictis. ¶ Prætereà falſum eſt, q
26 fuerit præſtita in continenti, † cum fuerit præſtita poſt actum cõſummatum, vt traditur per Bar. & alios, in l. contractus. C. de fide inſtr. & no. gl. Bar. & alij, in d. §. iuſtum, dum tex. dicit pſecto negocio. & ipſi exponunt conſũ. tamen conſummato. i. ante q actus habitus fuerit pro abſoluto. Debuiſſet ergo do. Ioan. fideiubere antequam frater ſuus eſſet deductus ad carceres, quod nequaquam fecit, ſed longe poſt, ergo &c. ¶ Tertio peccat in cauſa, quia non apparet de ſuſpicione fugæ, nec q d. de Fara, ſit pſona ſuſpecta, prout debuit apparere antequam iud. x decerneret ipſum carcerandum, ſic diſponente ſtatuto ibi, ſi porrecta quærimonia fuerit, & apparet ſuſpecta perſona, &c. Et vbi ſtatutum hoc non exprimeret, deberet tamen ſubintelligi: quia illud ſta-
27 tutum † recipit interpretationem a iure communi. l. 1. § lex Falcidia, ff. ad leg. Falc. & ita in terminis huius ſtatuti dixit Bar. in l. fin. C. de ſpon. & Alex. conſi. 19. lib. 3. Pau. de Caſt. conſi. 472. in cauſa capturæ. col. 1. De iure autem communi nullus ut ſuſpe-
28 ctus † debet carcerari, niſi prius fuerit legitima ſuſpicionis cauſa allegata, & approbata per duos teſtes, ſecundum Ang. Aret. in ſt. de actio. in prin. Cuius opi. cõiter practicatur, & a Doctoribus approbatur, vt per Decium in d. conſi. 75. vbi alia adducit. Et licèt ſint, qui velint ſufficere, quod creditor iuret debitorem ſuſpectum, tamen iſta opinio non tenetur. Et dato, q vera eſſet, pro ut non eſt, tamen adhuc ſtat propoſitum noſtrum: quia do. Ioannes, neque allegauit aliquam cauſam ſuſpicionis, neque probauit etiam per iuramentum, ergo captura iniuſta fuit. & iniurioſa, vt in proprijs terminis conſuluit Bald. in conſi. 338 Primò allegatum, lib. 4. Et re vera non potuiſſet dom. Ioannes (citra periculum ſuæ ſalutis) putare eius fratrem ſuſpectum de fuga, cum ipſe confiteatur ſe illi, & ſuis debere annuam penſionem florenorum ducatorum, & partem dotis maternæ. Et licèt bona ſint in Comitatu Venaſcini, non tamen dominus Ioannes (qui etiam eſt forenſis, non magis poſſidens immobilia in agro Auenien. quàm frater) poteſt dicere fratrem ſuſpectum, quia nihil Ca na Cethego, l. in arenam, C. de inoffic. teſtamen. Et ad tol-
29 lendam ſuſpicionem allegatam a creditore forẽſi, † ſufficit quod debitor forenſis poſſideat immobilia, vel annuos redditus perciperet in loco domicilij, ſecundum Bald. conſi. 312 in cauſa Baptiſtæ, lib. 5. & ſufficit, quod annua penſio ſit idonea ad ſatisfaciendum debito, quod petitur, l. ſciendum, & ibi not. lat. ff. qui ſatiſd. cogan. & ita conſuluit Aret. conſi. 94. Reſpondeo breuiter.

¶ Quartò peccat in modo proponendi, quia debuit dom. Ioan. exprimere cauſam, & quantitatem debiti, & non debuit iudex ante expreſſionem cauſæ, & quantitatis debitæ, capturam concedere quia quod non eſt allegatum ante capturam, non poteſt poſtea allegari ad confirmandam ipſam capturam. Nam ſi ſi-
30 ne cauſa concedatur, iniurioſa eſt, † & iniuriarum confirmatio nulla eſt, l. ſi eum nulla, ff. de re iudic. Quod autem debeat prius
31 exprimi cauſa, & quantitas debiti, tenet Bal. in d. conſi. 338. & ratio eſt in promptu, quia ſtatutum volens forenſem arreſtari, debet intelligi, ſi prætendatur, quod ſit debitor de ſumma nota-
32 bili, † non autem de modica ſumma, ſecundum dom. Ioan. Bapt. in d. tracta. de debit. fugi. quem ſequitur Dec. in d. conſi. 75. ſiculum, quæ traduntur in l. cætera, §. pen. & fin. ff. de lega. 1. Exprimenda eſt ergo cauſa, & quantitas debiti, vt liqueat iudici, an captura ſit concedenda, l. hoc autem, §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. aliàs ſi ſibi non liqueat, ſaltem per informatoriam narrationem, non poteſt iuſtè decernere, ſecundum Innocen. in cap. ſolet, in fin. de ſenten. excommu. ¶ Sed quid moror ſuper iſtis? Non ſolum ex forma iuris communis, ſecundum quam illud ſtatutum debet interpretari, vt ſupra probaui, ſed etiam tenore eiuſdem ſtatuti requiritur, quod ante capturam fiat iudici quere-
33 monia per creditorem. Pondera verbum, querimonia, † quę idem eſt, quod libellus ſecundum glo. in l. ſi ex multis, C. de anna. excep. & in l. ſi quis ſuper, & ibi glo. in verbo querimonia. C. fin. reg. Pondera etiam, quod ſtatutum requirit, quod querimonia fiat per creditorem, ergo in querimonia, id eſt in petitione, debet narrari per creditorem debitorem eſſe ſuſpectum. Sed quomodo iudici apparebit debitorem eſſe ſuſpectum, ſi non exprimatur cauſa, & quantitas debiti? Imò (ſecundum ius com-
34 mune) debuit iudici fides fieri, † ſaltem ſummariè de debito, ſecundum Ang. in l. nemo carcerem, C. de exact. trib. Sed illud non proſequor, quia non expedit. D. autem Ioan. neque ſe creditorem dixit, neque cauſam, aut quantitatem aliquam expreſſit, ergo &c. ¶ Non obſtat in quantum allegatur, ſtylum & conſuetu-
35 dinem eſſe in contrarium, quia iſta ſunt facti, † quæ probari debuerunt ante capturam, c. 1. de conſtit. li. 6. Nec, ut intelligo, vnquam probabitur aliquis ſtylus, vel conſuetudo, quod forenſis poſſit carcerari facere forenſem clericum per iudicem laicum nulla præſtita ſatiſdatione, non facta fide ſummaria de ſuſpitione, non expreſſa cauſa, & quantitate debiti. Prætereà captura nõ fuit conceſſa in executione alicuius conſuetudinis, ſed vigore ſtatuti, ergo illius forma ſeruanda fuit, quia via, quam elegiſti, &c.

Nec quicquam fecit dicere, quod Auenio ſit communis patria quia eſto quod ita eſſet, debuiſſet ergo captura concedi, ſecundum formam iuris communis, quo vtitur communis patria, & ſic debuiſſet fieri fides de debito, & de ſuſpicione, quæ minimè facta fuit. ergo vertat ſe dom. Ioan. quo voluerit, nunquam poterit hanc iniuſtam, & iniurioſam capturam iuſtificare. Et ſi contra abſtinentes ſtatuto idem ius diceretur, vt pareſſet, l. 1. ff. quod quiſque iur. c. cum omnes, de conſtit. noſtram procul dubio interpretationem, tanquam ipſum euangelium admitterent, & probarent &c.

RESPON. III.

TRiturantes Pro ſuo tritico mercenario nõ tenentur gabellam ſoluere, quę per ſtatutũ importantibus bladum ad vendendum in ciuitatem impoſita eſt. Nam ſi verum ſit, quod triturantes triticum vendant falſum tamen eſt, quod vendendi gratia in vrbem intuliſſe dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribitur gabella triturantium a tempore immemorabili, quo nũquã ſoluta fuit gabella.*
2 *Ad præpoſitio, oſtendit modum, & cauſam finalem.*
3 *Statutum, q nullus poſſit emere bladum in platea, niſi pro vſu ſuo ſub certa pœna, locum non habet in eo, qui a principio emit cauſa vſus ſui, & ſi ex poſt eo non vtatur, & nu. 4.*
5 *Statutum prohibens exportare bladum extra territorium, non ligat forenſes, qui agros colunt in territorio, quominus poſſint eorum partem, quam collegerunt, exportare.*

Reſpon. Interpreta.

QVæritur An ſtatutum de ſoluenda gabella rerum, quę importantur in ciuitatem, vel territorium Auraicenſe ad vendendum &c. obliget vendentes blada recollecta, & comparata in territorio, pro trituratione, ſeu calcagio bladorum? Super præmiſſo quæſito paucis inſiſtam. Quia ſi verum eſt, quod in themate pręſupponitur, quod tempore immemorabili, vendentes trituragia nunquam ſoluerint gabellam, res tranſit ſine difficultate: nã tanto tempore clarum eſt præſcribi libertatem, ſeu immunita-
1 tem † non ſoluendi gabellas, cap. ſuper quibuſdam. §. pręterea, de verb. ſignifi. traditur per Cor. conſi. 268. in hac. col. 1. & ſequ. lib. 4. ¶ Sed (remota præſcriptione) non puto eum triturατores teneri ad ſoluendam (vt verbis interrogãtis utar) pro trituragijs per eos venditis in territorio, vel ciuitate. Tũ quia verba ſtatuti non conueniunt: loquitur enim de importantibus, non de colligentibus in territorio: vnde non etiam conueniet diſpoſitio, l. quod conſtitutum ff. de teſtam. milit. l. 4 §. toties. ff. de dam. infect. Accedat, quod huiuſmodi ſtatutum, vtpotè odioſum, ſtrictè venit interpretandum. cap. in noſtra, de iniur. l. quicquid aſtringendæ.
2 ff. de verborum oblig. Tum, quia illa præpoſitio † ad, oſtendit modum, & cauſam finalem. l. quibus diebus. §. fina. & ibi no. Albe. de Roſa. ff. de condit. & demonſt. & ſic ſtatutum debet intelligi de importantib. blada in territorium, principaliter cã vendẽdi, l. quæ vtiliter, in princ. ff. de neg. geſt. & ibi gloſſ. Non ergo locum ſibi vendicabit in triturατoribus, qui non important, & ſi importarent non venderent, principaliter importarent, ſed ut ea aliquo in horreo reponerent, ne deperirent in areis, & in campis. vnde licèt ex poſtea vendere contingat, non dẽnt ad gabellam teneri. Ad quod bene facit, quod decidit Bart. in l. cętera. §. ſed & ſi parauerit. ff. de leg. 1. vbi concludit, ſtatutum, quod nul-
3 lus poſſit emere bladum in platea, niſi pro uſu ſuo, † ſub certa pœna, locum non habere in eo, qui principio emit cauſa vſus ſui, licèt ex poſt contingat, quod ex cauſa non vtatur, ut quia ab futurus ſit ex aliqua neceſſaria, vel probabili ratione. Sat. n. eſt,
4 q principium † fuerit licitũ. l. 1. §. vnde quærit Offilius. ff. de exer. act. & ibi Iac. de Bel. Bal. & Alb. Idem dicunt Alex. & Mod. in d. §. ſed & ſi parauerit, & Io. Fir. in trac. de gabel. in 2. par. 8. par. pri. q. 1. Adducitur etiam, quod in ſimili conſuluit Cor. conſi. 241. in cauſa inquiſitionis, col. 2. lib. 4. vbi conſuluit, ſtatutum prohibẽs
5 exportare bladum extra territorium, † non ligare forenſes, qui agros colunt in territorio, quominus poſſint eorum partẽ, quã collegerunt exportare, ratione publicę vtilitatis. l. vt incitentur forenſes ad excolẽdos agros. Idem ergo nos etiam dicamus, vt ſtatutum non obliget triturατores forenſes, quominus poſſint libere ſua trituragia vendere, vel exportare. Alioquin per indirectum ciues, & incolæ Auraicenſes immunes ab ipſa gabella, cogentur pro triturατorib. ſoluere, quia non tam modico ære reperirent, qui velint eorum blada triturare, vt in ſimili dixit Bar. in l. priuatæ. C. de excu. mu. lib. 10. & Bal. in l. 1. C. de epiſ. & cle. & Angel. in Auth. de non alie. § quia vero.

RESPON-

RESPONSVM. IIII.

NObiles Nobiliter viuentes, qui Valriacum incolebant, dum Delphinus ibi dominaretur lege Delphinali, ab omnibus oneribus immunes erant. Quæſitum fuit, cum nunc Comitatui Venaſcini vnit im fuerit, an eadem debeant immunitate potiri? Reſpondi Romano iure, Comitatusque conſuetudine, nobiles oneribus fore obnoxios, abolita Delphinali lege, cum Valriacum adeo acceſſerit Comitatui, vt etiam Delphinatus nomen titulumque perdiderit.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles lege communi immunes eſſe, probatur.*
2 *Tranſlatio Valriaci in Comitatu, an ob id Valriacum ſubiectum primis legibus, & ſtatutis videatur, nu. 3.*
4 *Nobiles lege Romana, ſubijciuntur oneribus locorum, quos inhabitant, vel ubi bona poſſident.*
5 *Abolito titulo Regis, aboletur titulus ſuæ legis.*
6 *[illegible] ſlatia an cenſeatur fieri cum ſuis legibus, & ſtatutis 7.*
8 *[illegible] do dicitur iuſtificata ex tribus ſententijs in actis productis.*
9 *C[illegible] ultima tollit primam*
10 *[illegible] xemptionis renunciaſſe uidentur, qui ſæpe quotizati munera ſoluunt nulla conſeruatoria proteſtatione præmiſſa 11 12.*

Reſpon. interpreta.

NObilis Do. Gaſpar Claretl, do. de trib. canutis, iuridicè proponere videtur ſe immunem
eſſe a taleis, & collectis impoſitis per ſindicos, & homines
loci Valriaci: quia tam cõi iure, quã lege Delphinali
quæ vigebat in d. loco, antequam acceſſiſſet Comitatui
Venaſcini) Nobiles nobiliter viuẽtes (prout viuit idem Gaſpar)
videntur immunes ab oneribus etiam realibus Quod ſint immu-
1 nes nobiles † lege communi, probari videtur per text. in l. 3. §. j.
ff. de mune. & hono. & in l. non tantum, §. 1. ibi, propter inclytã
nobilitatem. ff. de excuſ. tut. Quod etiam lege Delphinali ita caueatur,
atteſtatur Guido Papę deciſ 384 exordiente. ſed quid de
nobilibus. Et licèt Valriacum ſeparatum fuerit a Delphinatu,
2 † adhuc tamen ſubiectum videtur primis legib. & ſtatutis, ſecũdum
Bal. in l. cunctos populos, col. 2. C. de ſum. Tri. & ſi catin. &
Alex. conſi. 114 col. fi li. 4. & licèt tranſlatum fuerit in Põtificem
Maximum ſanctamque Romanam eccleſiam, tamen tranſlatio
3 intelligitur facta † cum ſuis legib. & decretis, quibus antea vtebatur,
ſecundum Barto. in trac. Tybenadis, ſub rub. de inſula, &
Soc. conſi. 79 ſi eſſemus, col. 4. lib. 3. ¶ Præmiſſis non ob. reſpondeo,
d Gaſparem nulla ſe poſſe lege eximere a prædictis oneri.
Non quidem Romana lege, quia ſecundum legem Romanam
etiam nobiles onerib. locorum, quos inhabitãt, vel vbi bo-
4 na poſſident, † ſubijciuntur, l. munerum, §. patrimoniorum, &
ibi no. Bar. ff. de mun. & hon. Ad contraria iura reſpondendum
eſt, vt dixi in 4. reſponſo, ſub rub. de pręla. & prin gratis, in a. dubio,
vbi latè de nobilium immunitate diſputaui. Non etiã lege,
5 ſeu conſuetudine Delphinali, † quia abolito tit. Regis, aboletur
tit. ſuæ legis, c. tranſlato, de conſt. ¶ Nec ob. ꝙ tranſlatio credatur
in dubio facta cum ſuis legibus: quia diſtinguendũ qualiter,
& q̃uõ ſit facta. Nam ſi fiat ſimpliciter, & principaliter in per-
6 ſonam alicuius, ita ꝙ is ſit dominus ſeparatus, † & principaliter
illius loci tranſlati, & tunc tranſlatio vr̃ facta cum ſuis ſtatutis,
& conſuetudinib. & ſecundum antiquas leges dẽt gubernari, vt
Comitatus Tholoſæ, & Comitatus Prouinciæ, Ducatus Mediolani
& Delphinatus, qui peruenerunt ad Regem Franc. non tanquam
vniti regno, ſed ut principales de per ſe eſſent, vt illis Rex
dominaretur non tanquam Rex, ſed tanquam Dux, & Comes.
Et in iſtis terminis procedunt contraria. ¶ Si verò tranſlatio
7 fiat acceſſoriè, † ita ꝙ locus tranſlatus accedat, & vniatur alteri
dignitati, puta Regno, vel Comitatui, & tunc quia efficitur portio,
& membrum illius dignitatis, cui adijcitur, dẽt gubernari ſecundum
leges ſuas antiquas, ſm gl. in c. 1. ne ſede vac. & Bar. in
l. ſi conuenerit §. ſi nuda. ff. de pig. act Et iſte eſt caſus noſter, ꝗa
Valriacum vnitum fuit acceſſoriè Comitatui Venaſcini, & ſanctiſſ
D. noſter Papa illi dominatur, tanquam Comes, & non tanquam
ſeparatus do. Valriaci. Et ita ẽt cõcludunt d Ale. & Mod.
in l. 3. ff de leg. 1. vbi alias congerunt auctoritates. Et ita etiam diſtinguũ
Alex. in d. conſi. 114. & Mar. Laud. in trac. de prin. verſi.
73. Card. Alex. in c. ius ciuile. 1. diſt. & in c. quadrageſima, 4. diſt.
And. Sic. conſi 4 ſcribitur 1. Regum. colu. 7. & ſeq. lib. 1. & Cur.
ſen. conſi. 57. ſuper eo, col. 5. Seruandum ergo eſt ius cõe, quo vtitur
Comitatus Venaſcini, ſecundum ꝙ nobiles nõ ſunt immunes
(vt ſ̃. dixi) & in quo eſt conſuetudo contraria conſuetudini
Delphinatus, toties obſeruata in d. loco Valriaci, vt conſtat ex
8 trib. ſententijs in actis productis, † ex quib. dr̃ legitima conſuetudo
iuſtificata, ſecũdum gl. & ſcri. in l. de quib. ff. de leg. & Pan. in
9 c. fi. col. 9. ver. 7. requiritur. de conſue. Quæ vlt. conſuetudo tollit
primam, l. Mel. §. 1. ff. de alie. & ciba. glo. 3 §. diuus ff. de ſepulc.
uiol. maxime quando vlt. eſt conformis iuri communi, vt in caſu
noſtro, vt probat abunde Fel. in c. cum acceſſiſſent, col. 13.
de conſti. Accedat ad corroborationem præmiſſorũ, ꝙ parentes
eiuſdem d. Gaſparis ſæpe iſta munera ſponte ſoluerũt nulla
conſeruatoria proteſtatione præmiſſa. Quo fit, ut priuilegio
10 † exemptionis (ſi quod haberent) renunciaſſe videantur, l. 1. &
ſeq. C. de his, qui ſpon. mu. ſub. lib. 10. & ibi no. Bar. ſequit Alex.
conſ. 106 in cã & lite, col. 1. li. 2. & licet in hoc ſit aliqua inter
11 Doc. hæſitatio, tñ qñ per 30. ann. † priuilegiatus ſponte ſoluit, ↄcordant
oẽs, ꝙ perdatur immunitas, vt per Ale. conſ. 33. ponderatis
his, li. 5. Ex depoſitionib. autem teſtium cõſtat, quod anteceſſores
d. Gaſparis ſemper ſoluerunt taleas, & collectas, iuxta
quotizationem factam per agens nole vniuerſitatis. Et etiã cõſtat
ex libris & regiſtris collectarum, quib. probatur, qui fue-
12 rint quotizati, & qui ſoluerint, ſm Bar. in l. quædã, §. numularios,
ut in vlt. no. ff. de eden & in l. admonendi. ff. de iureiu. & in
auc. & ſi contractus, C. de fide inſtr. & maximè, vbi conſuetudo
talibus libris auctoritatẽ dedit, l. 1. C. de emanc. li. c. 2. de fid. inſtr.

RESPONSVM V.

Iniqua Lex eſt Ciuitatis Grilonis, quæ pauperibus vetat, ne eorũ capras, & pecudes in communia paſcua depaſcendas inmittant. Nec quod a maiori parte populi impiè actum eſt, ratum haberi debet.

SVMMARIVM.

1 *Statuere poteſt uniuerſitas circa ea, quæ concernunt adminiſtrationẽ bonorum ſuorum.*
2 *Statutum a maiori parte populi obſeruandum eſt, ac ſi omnes ſtatuiſſẽt.*
3 *Statuti confirmati amplius de inualiditate non eſt dubitandum.*
4 *Appellare a ſtatuto grauante Remp. vel aliquos particulares, licitũ eſt.*
5 *Decreta alieni nociua ueniunt officio iudicis reſcindenda.*
6 *Exceptio doli competit grauatis contra ſtatutum alteri perniciaſum.*
7 *Ius depaſcendi animalia cuiuſcumque generis in publicis paſcuis, competit cuilibet de populo, 8 & uſque ad nu. 12.*
12 *Paſcuorum quædam æſtiua, quædam hyberna.*
13 *Paſcua pinguiora, & magis læta eſſent, ſi in eis pecudes, & capræ hybernarent, & ſtercorarent.*
14 *Reg. l. quod maior. ff ad munic quãdo procedat, & quãdo non. 15. 16. 17.*
18 *Reformatio ſi ſit iniqua, confirmatio eiuſdem pariter erit iniqua.*
19 *Confirmatio nullum robur tribuit confirmato, ſi aliàs ſit iniquũ, & iniuſtũ.*
20 *Confirmatio intelligitur facta ſine præiudicio tertij.*
21 *Sanioritas non conſiſtit in numero perſonarum, ſed in facto & operõne.*

Reſpon. interpreta.

Antiquo Loci Grilonis ſtatuto hactenus obſeruato cauetur, ꝙ quilibet de populo poſſit a feſto omnium
Sanctorum, vſq; ad feſtum S. Matię de menſe Martij, in
publicis paſcuis, & in qualibet illorum parte animalia cuiuſcunque
generis depaſci facere. Nunc verò maior pars hoĩum reformauit
dictum ſtatutum, & ſtatuit, quod nullus poſſit in certa
parte paſcuorum depaſci facere aliqua animalia quouis tempore,
niſi aratoria, & laborantia. a qua reformatione, & ſimiliter
ab impoſit. pęnarũ, quæ exceſſiue dñr contrauenientibus impoſitę,
nonnulli appellarũt, prætendẽtes non licuiſſe maiori parti
diſcedere ab antiquo ſtatuto, contradicentib. ipſis appellantib.
Ideo q̃ritur, an iuridica ſit horum appellatio & veniat reformatio
retractanda ¶ Videretur primo aſpectu male appellatũ, ꝗa
1 vniuerſitas Grilonis hẽt auctoritatẽ ſtatuendi † in his, quę concernunt
adminiſtrationem bonorum ſuorũ, l. 1. & l. ambitioſa,
ff. de decr. ab ord. faci. traditur per Bar. in l. oẽs populi, in 1. q. ff.
de iuſt. & iu. per illũ tex. qui ẽt procedit, ſi vniuerſitas velit ſtatuere
ↄ̃ antiqua ſtatuta, ſm eundẽ Bar. ibi, in 4 q. 3. q. prin. ¶ Nec
vr̃ diſſenſus, & appellatio vnius, vel pluriũ. quia ꝙ maior pars
2 facit, † eſt obſeruandũ ac ſi oẽs conſenſiſſent, l. aliud. §. refertur,
ff. de reg. iu. & l. quod maior. ff ad munic. Quod maxime verum
vr̃ hoc caſu quo R. domi. Legatus. & Vicarius Sanctiſſimi
3 nñi i Comitatu Venaſcini, ſtatutũ hmõi † ↄ̃firmauit. Vñ ñ vr̃ de
inualiditate amplius dubitandum, c. j. de confirma. vti. vel inuti.
c. cum M. Ferra. & c, cum acceſſiſſent, de conſt. ¶ Sed p̃miſſis nõ
obſt. in ideo bene appellatũ, & male fuiſſe decretũ, & ordinatũ
a maiori parte. Et pro fundamento præſuppono, ꝙ a ſtatuto gra-
4 uante Remp. vel aliquos particulares, † licitum eſt appellare, l.
1. §. ſolent. ff qñ appe. ſit. Firmat Bar. in l. oẽs populi. in fi. 5. quęſ.
prin. ff. de iuſt. & iu. & in d. l. ambitioſa. col. pe. ff. de decre. ab ordi.
fac. traditur per Pan. & Moder. in c. conſuluit. de appell. per
Ale. conſ. 190. mature digeſtis, li. 2. conſ. 106, vſo. li. 3. Et decreta
5 alicui nociua, † offõ iudicis ueniunt reſcindenda. l. q ſe grauatos.
6 C. de cenſ. lib. 11. & ↄ̃ ſtatutum alteri perniciosum † ↄpetit
grauatis exceptio doli. Si modo oñdatur, reformationẽ antiq ſtatuti
de oĩum ↄ̃ſenſu ↄditi, & hactenus obſeruati, fore iniquã &

appellantib. ac vniuerſis pernicioſam, iuſtificata remanebit ap-
pĕlo, retractādaq. erit ipſa reformatio. Ad hāc nugiatē demon-
ſtrādā pmitto, ꝙ cuilibet de pp̄lo ius competit depaſcēdi aīalia
7 ſua cuiuſq. gnīs in paſcuis publicis, † cū ſint oīb. cōia, l. in tm̄. §.
vniuerſitatu, ff. de rer. diui. l. 1. C. de paſc. pub. lib. 11. Hoc ſic præ
miſſo, rñdeo hmōi reformationē, qua incolæ arcentur a paſtio
ne eorū in paſcuis cōib. iniuſtā eſſe, & iniq̄, pluri b. rōnibus. Pri-
8 mo, quia iniuſtū eſt, ꝙ qs non poſſit vti re cōi † ad vſum deſti-
natū, d. l. 1. de paſc. pub. d. l. in tm̄. §. in cōe aūt ſepulchrum, & l.
arboris §. nauis, ff. de vſufr. & l. ſi ædes, ff. cōmu diui. Et ſi dicat,
ꝙ hæc iura loquunt̄ in re cōi plurib. vt ſingulis; rñdetur, ꝙ idē
ſdmeſt in re cōi plurib. vt vniuerſis; maxime, qñ ex tali re per-
9 cipit ꝯmodū a ſingulis, vt percipit † ex publicis paſcuis, ſm Cæ-
po in tra. ſeruit. ruſti. ſub rub. de ſeru. iuris paſcendi & prob. ſi in
l. a ciuitatib. de leg. 1. tunc n. ead. ſubeſt rō, ut non debeat quispiā
phiberi vti re cōi ad vſum deſtinatū, vt ēt pbatur in d. l. 1. & ſeq.
de paſcu. publi. & priua. Et ſi dicat, ꝙ appellātes non pñt dici
ſe fuiſſe grauatos, cum lex ſit oīb. cōis, & gñalis, nulliq. permit-
tat facultatem depaſcendi. Rñdetur ex eo dici grauatos, ꝙ non
10 hñt vſum paſcuorū ſm eorū indigentiā; † nam publica paſcua,
ad vſum publicum deputata, debent eſſe parata vſui cuiuslibet,
ſm eius indigentiā. Vt ſi habeat pecora, eiuē debent eſſe parata
ad vſum pecorum, ſi vero ſolum armenta, ad vſum armento-
rum, qa eſt natura iuris vtendi, fruendiq. l. vſus pars, ff. de vſu, & ha-
bi. l. pro parte, ff. de ſerui. l. per fundū, ff. de ſer. ruſti. pdi. Qua rō-
ne dñt Old. & Alb. in d. §. vniuerſitatis, ꝙ de vſu paſcuorum, &
nemoris Reipublicæ quorum vſus eſt cōis, tm̄ dēt hr̄e pauper
11 † pro ſua neceſſitate, ꝗtum diues arg. l. vtrum. §. fi. ff. de reb. dub.
& in l. 1. C. de conſor. eiuſ. lit. & l. Paulus, ff. de re iu. Stante autē
reformatione, non ita habebit vſum pauper, qui tres ſolas poſſi
det capras ꝗtum diues, qui triginta hēt boues: quare negari nō
pōt, ꝙ hęc reformatio non ſit ab omni equitate aliena ¶ Scdo
quia hyemali tpe paſcua conueniunt ſolis minutis aīalibus, vt
12 ſunt pecudes, & capræ. Paſcuorum enim † quædam æſtiua sūt,
& hæc ēt armentis eo tpe conueniunt; Quędam hybetna, &
hęc armentis minime conueniunt. Animalibus ſaltem ariato-
rijs, vt docet experientia rerum magiſtra, cap. quam ſit, de elect.
lib. 6. Clemen. diſpendioſam de iudi. probatur in l. qui ſaltum, ff.
de leg. 3. Vnde hæc reformatio dignoſcit pernicioſa reipublicæ,
quia eo tpe vtilius foret, ꝙ minuta animalia in paſcuis eſſent,
in quib. grādia illo tpe nequeunt paſtum quęrere. Nec dicatur,
ꝙ paſcua fertiliora erant ęſtiuo tpe pro animalibus groſſis, ſi
hyemali conquieſcant, & non depaſcant a minutis: quia illud
non eſt concedendum ea ratione, quia pinguiora, & magis lę-
13 ta eſſent paſcua, † vberioreſque producerent herbas, ſi illis
pecudes, & capre hybernarent, ſtercorizarentq. l. pecoris paſ-
cendi. ff. de ſer. ru. prędi. & traditur per gl. in l. ſylua cædua, §. in-
tegra, ver. paſcendi gratia, ff. de verb. ſig. & iſtud notiſſimum eſt,
adeo ꝙ non indiget probatione. Ex quib. apparet, antiquum ſta
tutum eſſe rationabilius, & populo vtilius, ideo cōcludendum,
vt concludit Imp. in d. l. 1. de paſcu. pup. Iudicem dēre decer-
nere eam manere depaſcendi neceſſitatem, ꝗ ſtatuit antiquitas.
Id ſolum reſtat, vt rñdeatur regulę l. quod maior, ff. ad munic.
Ad quam reſpondeo, & primo regula procedit in actu neceſ-
ſario, ſecus in voluntario, prout nos loquimur, qui uno appel-
14 lante † reuocari debet, c. continebatur, de his, que fiunt a pręla.
c. quis aūt. 54. diſt. & ita concludunt glo. Inno. Hoſt. Ant. Imo.
Fel. & Barb. in c. cum oēs, de conſt. Bald. in l. 1. in prin. ff. de mag.
conue. ubi vr̄ decidere caſum præſentis controuerſię. Inquit
enim, ſi maior pars faciat ſtatutum ꝙ ſi quis aliquid fecerit incī
dat in pęnam pecuniariam, vel aliam, puta excōicationis, ſoli
15 conſentientes † tenentur. nec obſtat regula l. quod maior, quia
procedit, qñ maior pars exercet actum neceſſarium, nec con-
ſuetum. Idem tenuit Io. And. in c. vnico, de rer. permu. lib. 6. & in
regula, quod omnes, de reg. iur. lib. 6. & Inno. in c. humilis. de
maio. & obed. & Lap. alle. 13. infraſcripta ſunt. Et idem in pro
poſito conſuluit Andr. Sicu. conſi. 7 Clementiſſimi Dei, colu. 2.
lib. 1. Et iſta eſt *cōis* ſnīa, teſte Dec. in d. c. cum oēs. Et licèt plures
ſint, qui non recipiunt hanc intelligentiam, inter quos fuerunt
Pan. & Car. in d. c. cum oēs, & Iaſ. in l. Iurigentiū, §. fi. ff. de pac.
dicentes ſtandum eſſe ſtatutis a maiori parte, mō qđ ſtatutum
fuit, vtile ſit, licet non neceſſarium. Horum tñ ſnīa ꝯſultationi
noſtrę non aduerſatur, cum hmōi reformatio non fuerit, nec
ſit neceſſaria, nec vtilis, vt patet ex pręmiſſis. ¶ Secundo rñde-
tur, ꝙ regula d. l. quod maior, non pcedit, qñ maior pars vult ſta
16 tuere † ꝯ id, qđ ab oīb. prius fuerat ſtatutū, & ordinatum, vt fuit
in caſu occurrent; tunc. n. neceſſarius eſt oīum conſenſus ſm
Inn. in c. accedentib. circa mediū, de priuil. vbi vult, ꝙ unus ſolus
poſſit contradicere. ſequitur Pan. in c. veniens, col. 5. de pręſcrip.
& Ludu. Roma. in rub. de arbit. colum. 10. & licet Bald. & qui-
dam alij illud non admittant, tamen de eorum auctoritatib. nō
puto curandum, tum qa ſufficit, ꝙ p nobis ſit communis opi-
nio, tū quia opinio ꝯtra pcedit, qñ maior pars aliquid ſtatuit ex
cauſa neceſſaria ſecus ſi uoluntaria, ut in caſu noſtro, ſm And.
Sic. & Felin. in d. c. cum omnes, & Iaſ. in d. § fin. tum quia cōtra
ria ſnīa poſſet pcedere, qñ maior pars aliquid diſponit ꝯ anti-
qua ſtatuta, antiquasq; conſuetudines, circa ea, quorū commo-
4 dum, vel incommodum tangit ſingulos, † vt vniuerſos; ſecus ſi
tangat ſingulos, vt ſingulos, qa tunc requirtur conſenſus oīum.
Vnde cum in occurrenti caſu agatur de iure depaſcendi in pa-
ſcuis communibus, & ſic de pręiudicio tangente ſingulos, vt
ſingulos, cōſequitur ꝙ nō potuerit antiquum ſtatutum tolli, ni
ſi communi omnium conſenſu: nam in hoc militat ratio regu
lę. quod omnes tangit, de reg. iur. in ſexto. ¶ Ad confirmatio-
nem Re. domini tripliciter rñdetur. Primo ꝙ eadem iniquitas
eſt in confirmatione, quę eſt in reformatione, c. ex parte, & ibi
5 no. † Pan. in ult. de teſti. unde eiſdem rōnibus iuſtificatur appĕlo
a confirmatione interpoſita, quibus a reformatione. ¶ Secūdo
reſpondetur, ꝙ confirmatio in dubio cenſetur facta in forma
cōi, nullumq; robur tribuit ꝯfirmato, † ſi alias ſit iniquū & iniu
ſtum, c. ex parte, & ibi gl. & Card. de conſt. nec quicquam ualet,
ſi actus confirmatus ſit nullus, c. inter dilectos, de fi. inſt. c. quia
diuerſitatem, de conceſ. prębē. & c. pe. de confir. uti. uel inut. &
conſuluit Anch. conſ. 389. uiſis diligenter. Et confirmatio intel
6 ligitur facta † ſine pręiudicio tertij, ſm Bal. in l. 1. in prin. ff. de con-
ſti. Prin. & Alc. conſi. 125 col. 2. lib. 2. per tex. in l. authoritatem
C. vnde ui. Et facit regula generalis l. 1. §. ſi quis a principe, ff. ne
quid in loco publ. & in c. ſuper eo, de of. deleg. cum ſi. ¶ Tertio
reſpondetur, ꝙ Re. d. Le. confirmauit hāc reformationem, mō
fuerit facta a maiori, & ſaniori parte. Sed non pōt uideri facta a
ſaniori, cum non ſit nec ęqua, nec rationabilis: non. n. ſanioritas
7 conſiſtit in numero perſonarum, † ſed in facto, & operatione,
ſm gl. in c. ea noſcitur, de his, quę fi. a pręla. & uoluit etiam Pan.
in c. eccleſia. ult. de elec. Ex quibus apparet bene appellatum; &
male ſtatutum, & ordinatum.

De iuriſdictio. & impe.

RESPONSVM. II.

OPtimo Iure moueri vīr Procurator ſanctiſſimi Do. Do. noſt. & Nobiles de Anceduna agentes contra nobilem d. Alanum reum, & eius au ctores in actione negatoria propoſita, cum hmōi agenti ſufficiat negare ius non eſſe parti aduerſæ, quæ ſi nō probet ius eſſe, facile ſuccumbet, ipſosq; agentes multum opitularetur ſnīa d. Roſtagni, ex qua dominium, ſeu quaſi acquiritur, & cui nihil opponere pōt, cum confeſſus fuerit omnia contenta in ea vera eſſe. Verum enim vero d. Alanum, potiorem fore clariſſimi iuris eſt, tum quia prædicti agentes nec ſe dominos, ſeu quaſi, nec inquietationes (prout eis incumbebat) probarunt nihilque probat ſententia per eos allegata quo ad dominium, cum traditio, ſeu quaſi ex ea ſecuta non fuerit, quæ etſi ſecuta fuerit, tñ cum nec articulata, nec probata extiterit, agentibus non prodeſt ſtum ēt quia ipſe do. Alanus ſe condominum loci Cadaroſiæ optimis inſtrumentis, & validis teſtibus, ad merū, & mixtum imperium ſuum comprobauit, ergo ei licuit, ut facinoroſos homines iuxta demerita animaduertere.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione negatoria, tenetur actor ſe probare dominium, vel quaſi.*
2 *Agens actione negatoria inquietationem probare tenetur.*
3 *Sententia licet præſtet iuſtum titulum praſcribendi, non tamē ex ea probatur dominium, niſi ſecuta fuerit traditio, uel quaſi.*
4 *Iuribus incorporalibus ſcientia, & patientia aduerſarij uenit articulanda, & probanda ad commodum præſcriptionis & quaſi traditionis.*
5 *Imperio ex uniuerſali non rectè arguitur imperium particolare.*
6 *Inſtrumentum ſententiæ ſuper mero, & mixto Imperio idem imperium rectè probat.*
7 *Confeſſio facta in uno iudicio, probat in alio.*
8 *Libellans omnia libellata uera eſſe fatetur.*
10 *Priuatis carceres habere non licet, niſi habentibus merum, & mixtum imperium.*
11 *Inſtrumenta recognitionum, & præſtationū homagij, & fidelitatis, probāt merum, & mixtum imperium.*
12 *Ex conſtitutione officialium communi facta nōie probatur condominatio.*
13 *Longa quaſi poſſeſſio Iuriſdictionis, validis titulis ac probis teſtibus iuſtificata, data patientia ac ſcientia aduerſarij, iuriſdictionem plene probat.*
14 *Teſtes producti in una cauſa, an fidē faciant in alia, ibi uide quomodo procedat.*

Qui veritas eſt, me dirigat in uiam lucis, & ueritatis.

Reſpon. Interpreta.

NE clarum ius ſtrenui militis do. Alani Raynaudi uerbola allegatione obtenebretur, paucis utar, & eo maxime, qa ueritas uerborū adminiculo nō eget. l. 1. C. ſi unus ex plurib. hære. qa ubi cōſtat de ueritate, nō eſt cūdū p ambages, ſm Bal.

in c.1.de noua for.fi le. Agunt d. procuratores ſanctiſ. D.D. noſtri,& Nobiles de Anceduna 9 d. Alanum actione negatoria, quam actionem negatoriam deduxerunt tam in cauſa appellationis interpoſitæ a ſententia d.N officialis prædicti d. Alani [illegible] in cauſa inhibitionis, & literarum obtentarum, negando dictum Alanum vnquam per ſe, neque per autores ſuos habuiſſe aliquod merum, vel mixtum imperium in terra Cadaroſiæ, quo circa videndum eſt, nunquid pro parte agentium ſint probata neceſſaria in actione negatoria. Secundo videndum eſt, an pro parte d. Alani rei conuenti ſit probatum ei competere merum & mixtum imperium in dicto loco. Circa primum, ſi quæritur, an pro parte agentium ſit fundata intentio in actione negatoria, prima facie videtur dicendum quod ſic, quia de natura actionis negatoriæ ſufficit agenti negarens parti aduerſæ competere, l.x in princ.& l.loci corpus.§.competit,ff.ſi ſeruit.vend.no.in §. æquè.Inſtit.de act.& niſi reus probet ius ſibi competere, debet ſuccumbere, ſm Spec.tit.de iure emp.§.1.ver.56. Guido Papæ conſi 91 circa proceſſum venalium, col 2. Præterea conſtare videtur ex inſtru. in literarum per d. R[illegible]lagnum, per quam ſolam acquiritur dominium, vel quaſi, vt per Bart.in l. ex hoc iure,ff.de iuſt.& iur.& ſola trib[illegible] titulum [illegible], vt per Alex [illegible] terminis noſtris, conſi 24 lib.5 per l.P[illegible]onius,§.ſi iuſſu,ff.de acq poſſ. & 9 dictam literam nō poteſt [illegible] Alanus venire, quia eam produxit, & ſic cuſtodius ſit contenta in ea vera eſſe ſm B[illegible] poſt legatum,ff. de h[illegible] qui ut in d. [illegible] Præterea, conſtat per quos [illegible] teſtes productos in cauſa appellationis ſanctiſſimi do N. prædictos de Anceduna eſſe iam longo tempore in quaſi poſſeſſione exercendi merum, & mixtum imperium in [illegible] loco, ergo &c. Sed præmiſſis non obſtantibus d. Alanus non intendat illud in dubium reuocare, ſi poſſet probabiliter dici non eſſe probata in [illegible] pro parte agentium ex infra ſcriptis. Primo in

1 actione † negatoria tenetur probare actor [illegible], vel quaſi eius rei, quam negat ad alium pertinere, quia actio negatoria eſt actio realis,§.æquè.Inſti.de act.& non datur poſſidenti tm̃, ſed domino vel quaſi,& non aliter.l.vtrum,ff.[illegible] d.[illegible] §. compenit. declarat Spec.in tit.de pu.& ſeru, § negatoria. [illegible] & no.& clarius Alex.conſi.136 in cauſa & li-

2 [illegible] 3.lib.2. Secundo tenetur actio probare † turbationem, quod aduerſarius turbat,& non patitur ipſum actorem vti ſuo iure ſuo,l & ſi forte,§.3.& l.iharum,& l.egi ff.ſi ſeru.vend.l. ſi prius ff de nou.oper nunc.c.examinata, de iud. quæ extrema non uideo concludenter fuiſſe probata. nec obſt.inſtrũ allegatum in [illegible]

3 quia & ſi ſententia † præſtet iuſtum titulum [illegible] §. ſi iuſſu, non tñ probat dñium, niſi fuerit ſecuta traditio, uel quaſi,

4 ſm Bart.in d.l ex hoc iure, quæ quaſi traditio in † iurib. incorporalibus conſiſtit in uſu illius iur s, cum patientia aduerſarij, l. quoties.la a ff.de ſerui.ſed nec in proceſſu primo, nec ſecundo, Sanctiſ.d.noſter, nec prælati d.de Anceduna, probauerunt, nec articularunt, quod unquam uſi fuerint mero uel mixto imperio in territorio Cadaroſiæ, ſcientibus & patientibus prędicto d. Alano,& auctoribus ſuis, ſeu aliquo condomino, ergo &c. ſi ultetius inſiſtere uoluerit d. Iudex ſuper dicta ſnia, dico quod illa facit totaliter ad uictoriam d. Alani, & deſtruit intentionem agentium, ut infra lariſſime probabo. Non obſt. aſſerti teſtes producti pro parte actorum, quia nullatenus probant, quod d. agentes habeant quaſi dñium alicuius iuriſdictionis in dicto loco; & licet deponant quod ſanctiſ.d.noſter, & prælati nobiles de Anceduna, aliqñ exercuerunt gladij poteſtatem, non tñ probant eos fore in quaſi poſſeſſione meri, & mixti imperij in præiudicium d. Alani, & ſuorum actorum, quia non deponunt, quod prædicti agẽtes exercuerint illam glad.j poteſtatem, ſcientibus & patientib. prædictis d. Alano, & auctoribus, prout neceſſarium erat, d.l. quoties, la x ff.de ſer.& in l.1.& 2.C. de ſer. & aqua. & ibi Bart. inſtituit iuuenes aduocatos, quod debent articulare, & probare ſcientiam,& patientiam aduerſarij.& idem ſentit Pan.conſi.18, li.cã & qõm adſi.lib.3. & conſi. 23. col 2.eo. lib. & alibi ſæpe. Nec obſt.ſi forte diceretur, quod ſanctiſ.d.noſter eſt ſupremus dñs totius comitatus Venayſini, quia poſſet dici non conſtare, quod locus Cadaroſię, ſit de comitatu, Venayſini.& ideo debuit articu-

5 ri,& probari.uel eſto, quod ita ſit, non tñ † ſequitur, ergo ſanctiſ.d. noſter hẽt merum, & mixtum imperium in dicto loco, quia Imperator eſt dñs totius mũdi.l.deprecatio,ff.ad leg Rho.de iac. & tñ merũ. & mixtũ imperiũ nõ hẽt in quolibet loco totius mundi, intelligitur enim hẽre ſupremum dñium quo ad protectionem ſm Bar in proſe.ſloſu, ſtat enim ſimul, Papa ſit vlis dñs Comitatus Venayſini,& habeat merum,& mixtum imperium in vniuerſo, non tñ habeat merum,& mixtum imperium vnius caſtri particularis, puta Cadaroſię, ſm Bart.in l.1.§. hanc, ff.de rei vend. Hinc dicebat Bald.in l.1.C.vñ cog quod ſtat ſimul, quod regnũ Apuliæ ſit de v[illegible] dñio Eccleſiæ,& tñ caſtra regni particularia ſint de directo dño Regis,& ſequit Iaſ.in l.1.in prin. col.2. ff.ad Treb Poſſem aliter comprobare. ſed quia d. Alanus non intendit inſidere, niſi ſuo uero iure, o clariſſime demonſtrabo primũ, d. Alanum probaſſe ſe eſſe pdñm dicti loci Cadaroſię,& in eo hẽre merũ & mixtum imperiũ,& põſſe ei licuiſſe & licere aiad. uertere i[illegible] nocoſos hoi[illegible] iuxta demerita.l 3.de iuri.om.iud. Probauit primo d. Ala.cãm hñs, a Petro Biſqueni, ſeu Iuliano eius filio,& hẽ de vñ, ſe eſſe pdñm dicti loci,& hẽre merũ,& mix

6 tum imperiũ in eo, per inſtrũ[illegible] dictæ ſniæ: qđ inſtrm̃ † facit probat onẽ eadem [illegible],c.licet cãm,in verbo.euidentiſſime pſtat per inſtrm̃, de prob.Bald.in l.l cet Imperator,ff de ſtatu homi. cũ ſol.ius pcord ibi in aduncatis Sanctiſſimi Do. fatet expreſſe Petrũ Biſqueni hẽre merũ & mixtum imperiũ ibi, D. Guihel de Anceduna nunc agẽs, & nunc reus pfitetur Petrũ Biſqueni eſſe pdñm dicti loci,& ad quẽ ſimul cum alijs pdñis aſſerit ſpectare ius puniendi facinoroſos, licet dicat locum eſſe præuentioni,

21 cluſionē ſuiipſius, quod non eſt dicendum cum in dubio † ſit euitanda perplexitas, quæ ſubſtōnem inutilē facit, l. ſi Titius, ff. de cond. inſtit. Rñdetur, ꝙ cōdō illa, ſi ſine illis, qui vt ſui ſuccedere pñt quolibet, intelligitur de ſucceſſorib. ab inteſtato ꝓximioribus, ipſo Gauchardo; quod patet ex eo, quod loquitur de iis, qui pñt ſuccedere, ergo de proximioribus, quia remotiores non pñt ſuccedere ipſo Gauchardo volente hēditatem adire, l. i. C. de ſucceſ. edic. & hoc modo ceſſat perplexitas, ceſſat ēt illa cōſideratio, quod ipo Gauchardo decedēte ſine liberis ſint ſubſtituti fratres ipſius, quia ipſi non ſunt proximioribus ipſo. §. ſi plures. Inſt. de legi. agna. ſucceſſione. Ceſſat etiam diſpoſitio d. § ſi l ex facto, quia conditio intelligitur de quocunque hēde ab inteſtato, quo caſu ceſſat illa diſpō, vt ſ. dictum eſt. Imo non intelligitur de omni ſucceſſore ab inteſtato, ſed proximiore ipſo Gauchardo ſubſtituto, & ita rñdet Baldus conſi. 354. Titius inſtituit ſororem, lib. 1. Mihi autem videtur ſtandum verbis, & non diuinandū: non. n. puto verba conuertenda, & penitus tranſmutanda propter noſtras imaginationes defendendas, prout video fieri in hoc caſu, vbi alternatiua reſoluitur in expoſitiuam, & dictio, aliàs, quæ diuerſitatem deſignat, conuertitur, ut identitatem donet. Item illa verba, quolibet ſuccedere pñt, quæ ſui nā ſunt generaliſſima, & quæ quoſcūq; ſucceſſores ab inteſtato, tam de iure prætorio, quam ciuili, in conditione poſitos deſignant, reſtringantur ad ſolos deſcendentes, licet enim
25 aliquando tolleretur improprietas † vnius verbi, tamen nusꝗ duorum vel trium, & minus plurium, vt de ſubauditione dixit Vlpia. in l. 1. §. legi autem, ff. de hæred. inſtitu. Laus Deo.

De ſub. & pac. in matri. adiectis.

RESPONSVM I.

Nobilis Ac potens Do. Antonius de Claramonte dominum Ioannem eius filium hæredem inſtituit, & eo decedente ſine liberis, plures ſuos filios gradatim ſubſtituit, & vltimo morienti ſine filiis domi. Triſtandum de Claramonte, & eius filios gradatim ſubſtituit. Quæſtionis eſt, an ſubſtitutio expirauerit, cum domi. Ioannes deceſſerit cum liberis maſculis, & fœminis, & quoniam etiam Domi. Triſtandus & eius filii non domino Ioanni, ſed vltimo morienti ſubſtituti ſunt. Verum quia dominus Antonius Ioanni alternatiuè ſubſtituit, videlicet ſi Ioannes eius hæres ſine liberis, vel ſi liberi dicti Ioannis ſine liberis decederent maſculis, & vltimo ſic decedenti dominum Triſtandum, & eius filios ſubſtituit: quæ quidem conditio purificata eſt, nempe quia dominus Iacobus, Guido, & Ioannes, filii prædicti domini Ioannis ſine liberis deceſſerūt, ideo ſubſtitutioni locum eſſe reſpondi, præſertim quia dominus Triſtandus non ſimpliciter, ſed alternatiuè ipſi domino Ioanni ſubſtitutus eſt, ſed ad veritatem alternatiuè ipſi domino Ioanni ſubſtitutus eſt, ſed partem veram eſſe, maxime etiam cum huiuſmodi ſubſtitutio vltimo ſine liberis decedente, facta ſit compendioſa, quæ fideicommiſſariam continet: in fideicommiſſaria autem ſubſtitutione peremptis gradibus præcedentibus hæreditas remanet penes grauatum cum onere reſtituendi ſubſtitutis in gradibus ſubſequentibus, qui etiam filii domini Ioannis in conditione poſiti ex veriſimili mente teſtatoris tanquam honorati & ſubſtituti grauari potuerunt, licet communis ſētētia repugnet, quæ limitationē recepit a præſumpta voluntate teſtatoris, & iudex a cōi concurrente aliqua coniectura diſcedere facile poteſt. ¶ Et licet in huiuſmodi fideicommiſſaria ſubſtitutione ea tm̄ veniant, quę ex vltima voluntate capiūtur, & ideo bona ipſi Ioanni donata in fideicommiſſo contineri nō videantur: tñ ſm ea, quæ proponuntur, in fideicōmiſſo contineri rñdi, & omnia bona dicti dñi Antonii iure fideicōmiſſi ad filios dicti domini Triſtandi ſpectare detracta legitima, & Trebellianica, ſi ꝓhibita non fuerit. ¶ Ioannes pdictus, filius, & hēs dicti dñi Antonii teſtm̄ pariter condidit, in quo inſtitutus legitē Iacobus ipſius teſtatoris filius, & velis hēs; & ſi dictus Iacobus ſine filiis maſculis deceſſerit, eidem Ioannem eius fratrem ſubſtituit, & eidem Ioanni ſine filiis maſculis decedentibus, ſubſtitutus eſt ſecundo genitus domus de Claromonte habilis ad ſuccedendum, & ea lege ne ſit eccleſiaſticus. & ꝗa dicti Iacob. & Ioannes ſine liberis deceſſerunt ſuperſtitibus tribus liberis domini Triſtandi, videlicet Reuerendiſſimo dño Franciſco Cardinali, & Legato Auenionenſi, ſecundo genito; necnon magnificis dominis Petro, & Guidone tertio, & quarto, reſpectiue genitis, & longe antequam ſubſtitutioni locus fuerit, prędeceſſerit dominus Ludouicus primogenitus. Iō qōnis ē, an hmōi ſubſtitutio caduca ſit, cum Reuerendiſſimus dñs Legatus ſecundo genitus eccleſiaſticus ſit, & vbi caduca non ſit, quæritur ꝗs hoc loco ſecundogenitus habeatur, Petrus ſcilicet, an Guido? Et licet Reuerendiſſimus dominus Legatus ſecundogenitus probetur, quia ſecundo loco natus eſt, tamen huiuſmodi ſubſtitutionem nullo iure caducam eſſe reſpondi, quia Reuerendiſſimus dominus Legatus reſpectu ſubſtitutionis, de qua agitur, ſecundogenitus dici non recte poteſt, nam qualitas requiſita ad actum, debet adeſſe tempore, quo de illo actu agitur. & eo tēpore, quo actus conſumat effectum, & maxime in ſubſtitutionibus, in quibus oportet qualitatem adeſſe tempore, quo ſubſtitutionis diſpoſitio ſumit effectum, ideo Guidonē, & ſi quartogenitus ſit loco, hoc tamen caſu ſecūdogenitum habilē ad portandum nomen, & arma domus de Caſtro nouo reſpondi. dominus vero Petrus, & ſi tertio ſit loco genitus, hoc tamen caſu primogenitus de Claromonte habetur, cum nullus ſit reſpectu domus & familiæ de Claromonte, qui eum præcedat: dimidia igitur bonorum domini Antonii ex eiuſdem teſtamento ad omnes filios domini Triſtandi deuoluitur, dimidia verò bonorum, quę fuerunt quondam domini Ioannis filii domini Antonii, ex eiuſdem teſtamento ad Guidonem ſpectat. Quia nec hēditas, nec hēditatis quota, pacto dari non poteſt, cum huiuſmodi pacta contra bonos mores recipiantur, ꝗa liberam teſtandi facultatem tollunt, ideo huiuſmodi pacta etiam in contractu matrimonii celebrata nullo iure defendi poſſunt, nec iuramentum contra bonos mores præſtitum obligatorium eſt, quare reſpondi huiuſmodi pactum (quo cauetur, ꝙ fauore dicti matrimonii Ioannes ſit hæres vniuerſalis Antonii eius patris reſeruatis vſufructibus eius vita durante, & ſexcentis libris annui redditus, de quibus libere diſponere poſſit) de iure non ſubſiſtere. Quod etiam in vim donationis defendi nullo iure poteſt, quia ex verbis teſtamenti conſtat Antonium non donare, ſed iudicium ſuum vltimum in Ioannem conferre voluiſſe, ex quo ipſum hēdem vniuerſalem appellat. Nec iuramentum poteſt operari, quod actus teſtandi in donationem reſoluatur, cum non ſoleat iuramentum vltra conſenſum operari, nec diſpoſitionem auget, ſed quam reperit, confirmat. Quæſtionis inſuper eſt, an donatio Caſtri noui, & Claromontis, in primo pacto matrimoniali ſcripta, ſoli Ioanni facta videatur, cum non fuerit Ioanni, & liberis, ſed ſoli Ioanni fauore matrimonii & liberorum ex eo naſciturorum facta, & ſic verba diſpoſitiua donationis non ſunt concepta in perſonam liberorum, nec per Ioannem pro illis fuit recepta donatio. Quare reſpondi ipſis liberis ex huiuſmodi donatione nullum ius acquiſitum eſſe, licet fauore filiorum facta legatur, potuitque Ioannes de eiſdem bonis liberè diſponere, de quibus etiam grauari non potuit, ex quo iam effecta erant propria ipſius domini Ioannis per retentionem vſusfructus illorum a teſtatore, nam in fideicommiſſo vniuerſali non veniunt bona propria hæredis grauati. Sed poſito, quod ex ſuperiori pacto Caſtra illa liberis ex illo matrimonio naſcituris ordine ſucceſſiuo poſt mortem domini Ioannis data intelligantur, prout mens donationis appare. ceterum dubitari contingit, an in huiuſmodi donatione filiæ fœminæ comprehendantur? quod manifeſtè negamus, quia ex diſpoſitione declarata non acquiritur, niſi quatenus in declarāte continetur; ſed in diſpoſitione declarante filiabus nulla donatio facta legitur de dictis Caſtris, nec de aliis bonis, ſed solū iubentur dotari in ſumma ſcutorum quinque millium, licet dici poſſit filiis maſculis ex eodem matrimonio naſcituris dicta Caſtra donata cenſeri poſt mortem domini Ioannis, ſaltem in vim modi adiecti per illa verba, fauore liberorum pro illis educandis, &c. nam dictio illa, pro, modum inducit, & excluſio filiarum, mediantibus quinque millibus ſcutis, incluſionem maſculorum aperte demonſtrat, & quia maſculi ex illo matrimonio grauati dotare filias, honorati manifeſtè arguuntur, & licet liberi in conditione poſiti, honorati nullo iure probentur, ſi tamen fideicommiſſo grauentur, tunc honorati iudicantur, ex quibus ſequitur domi. Ioannem non potuiſſe dicta Caſtra ſuis filiis maſculis relinquere, nec de illis in præiudicium maſculorum in extraneos diſponere poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ultimo ſubſtituto, an cenſeatur ſubſtitutus primo inſtituto.*
2 *Subſtōnis condōne deficiēte, deficit ſubſtitutio, & ecōtra, uide nume. 4.*
3 *Non honorati grauari nō poſſūt: & ibi uide, an poſiti in condōne, cēſeantur poſiti in diſpoſitione, & vide nu. 8 & nu 9. & nume. 11.*
5 *In ſubſtitutione fideicōmiſſaria, peremptis gradibus pręcedētibus, hæreditas remanet penes grauatum cum onere reſtituendi ſubſtitutis in gradibus ſubſequentibus.*

6. An

6 *An ſubſtitutio facta ſecundonato, eo non nato euaneſcat, & ibi uide declarationem ad deciſionem Oldr.*

7 *In ſubſtitutionibus conditionalibus, & alternatiuis, ſufficit alteram partem veram eſſe.*

11 *Iudex concurrente aliqua conlectura poteſt a communi opinione dubia recedere.*

12 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria, an bona hæredi donata comprehendantur & vide nu 13.*

14 *An ſubſtitutio Ioannis facta de ſecundo genito domus de Claromonte habilis ad ſuccedendum, reddatur caduca, quia ſecundogenitus eſt eccleſiaſticus.*

15 *Qualitas requiſita ad actum debet adeſſe eo tempore, quo actus conſummat effectum, maxime in ſubſtitutionibus.*

16 *Subſtitutio facta de ſecundogenito domus Claromontis, intelligitur de ſecundogenito tempore mortis. & vide nu. 17.*

18 *Mens coniecturata defuncti non minus obſeruanda eſt quam expreſſa.*

19 *An pactum, quo cauetur, ꝙ fauore dicti matrimonij Ioannes ſit hæres vniuerſalis Antonij eius patris, reſeruatis vſusfructibus eius vita durante, & ſex centis libris annui redditus valeat?*

20 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*

21 *Pactum de particulari ſucceſſione a iure reprobatur.*

22 *Vſusfructus reſeruatio maxime reſtricta ad vitam, non conſeruat facultatem teſtandi.*

23 *Iuramentum contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium.*

24 *Lex non propter bonos ſed propter malos facta eſt.*

25 *Vbi lex præſumit, & ſuper præſumptione ſtatuit, tunc nobis non licet contrarium allegare, nec præſumere.*

26 *Conſuetudo contra bonos mores non recipitur, neque valet.*

27 *Nobilitas ſine virtute & probitate, conſiſtere non poteſt.*

28 *Conſuetudo peccati etiam mortalis nutritiua, vel ſolius prauitatis inductiua & contra præcepta decalogi, non admittitur.*

29 *Facultas teſtandi non eſt de iure ciuili, ſed naturali.*

30 *Intellectus ad tex in l apud Labeonem ff de iniur.*

31 *Si in contractu matrimonij contrahens aliquem ſuum dicat, vel faciat hæredem, cenſetur in eam ultimum iudicium conferre.*

32 *Iuramentum non amplias diſpoſitionem ultra conſenſum, ſed quam reperit, confirmat.*

33 *Pactum, quod de conſuetudine, aut ſpeciali nobilitatis prærogatiua defenditur, in vim vltima voluntatis ſuſtinetur, & id fauore militiæ. nume 34.*

35 *Diſpoſitio iudicatur ſecundum tempus, in quo conſertur.*

36 *An donatio Caſtri noui. & Claromontis. in pacta matrimoniali appoſita ſoli Ioanni, aut eius filijs, ex illo matrimonio naſcituris, iuſta intelligitur.*

37 *In fideicommiſſa vniuerſali non veniunt bona propria hæredis grauati.*

38 *Ex diſpoſitione declarata ius non acquiritur, niſi quatenus in declarante continetur.*

Dictio, pro, modum inducit.

39 *Filij fideicommiſſo grauati honorati cenſentur.*

40 *An caſtra acquiſita filijs maſculis do Ioannis æqualiter omnibus, an uni tantum acquiſita intelligantur.*

41 *Diſpoſitio non extenditur ad perſonas in ea non expreſſas.*

Reſpon. Interpreta.

VT breuius Quo fieri poſſit, reſolutio ſol quæſito, ū habeatur, duo tm̃ proſequemur, cætera, q̃ ex longa facti ſerie proponū̄tur, vtpote nō neceſſaria omittā. Prima itaq; huius conſultationis portio verſabit circa ſubſtōnes, quib. vocauit filii do. Triſtādi de Claromonte. Secunda vero verſabitur circa pacta adiecta rā in contractu matrimonij contracti inter do. Catharinam ſororem dñi Io. de Lanion ex vna, & dominū Ioannem ipſius dñæ Catharinæ patrem & dñam Mariā matrem, q̃ in renunciatione hæreditatis paternæ, & maternæ facta per dictam Catharinā Quib. diſcuſſis apparebit de quib. bonis potuerit teſtari d. Io. vltimo defunctus abſq; liberis. & ꝙ ius ſpectet d. Petro virtute allegatarum ſubſtitutionum, & ꝙ virtute inſtitutionis hæredis. & pariter patebit an modernus dñs de Lanion filius d. do. Catharinæ habeat ius vllum in bonis, quę fuerunt quondam dñi Io. & Mariæ eius reſpectiuè aui, & auiæ maternæ. ¶ Veniendo ad primā partē in qua quæritur primo, vtrum euanuerit, vel locum ſibi vendicauerit ſubſtō, qua d. Antonius poſt multos ſubſtōnum gradus, quibus gradatim vocauit filios ſuos vltimo morienti ſine liberis maſculis ſubſtituit d. Triſtandum de Claromonte, & eius filios gradatim. ¶ Videretur prima conſideratione rñdendum, ꝙ euanuerit duplici rōne. Primo, quia dñs Triſtandus, & eius filii non le-
3 guntur ſubſtituti dño Ioāni hæredi inſtituto, ſed vltimo † filio ſubſtituto, ergo non poſſumus nos dicere, ꝙ teſtator voluerit Ioanni ſubſtituere, cum iſtud non reperiatur a teſtatore diſpoſitum, l. quidam cum filium, vbi Bal. & alii not. ff. de hær. inſt. l. unica. §. ſi autem ad deficientis, C. de cadu. tollen. qua rōne cōſuluit Oldr. conſi. 177. inc. teſtator in ſuo vltimo, ꝙ ſi teſtator inſtituit filium primo naſciturū, & ſi in pupillari ætate, vel aliás quōcū que decederet, ſubſtituerit ſecundo naſciturū, & ſi ſecundus in pupillari ętate, vel alias quōcunque moriatur ſine liberis, ſubſtituerit Bernardum fratrem. concludit Old. ꝙ non nato ſecundo ſubſtō euanuerit, quia Bernardus fuerat ſubſtitutus ſecundo hęredi inſtituto. Sequitur Io. And. in add. Spe. d. tit. de teſt. ſuper rub. in ad-dit. magna. ver. occurrit ēt caſus nouiſſimus. ¶ Secundo, quia cō-
2 ditio † ſubſtōnis deficit, nam do. Ioan. deceſſit cum liberis maſculis, & fœminis, ergo quantum ad dñm Io. ſubſtō expirauit, l. filiusfam. §. cū quis, ff. de le. 1. l. ex facto, §. pen. ff. ad Treb. cū concord. Nec dicatur, ꝙ do. Triſtandus, & eius filii fuerint ſubſtituti ēt vltimo liberorum ipſius dñi Ioannis, tum quia ſubſtō iſtud non cantat, tum quia ſi ſubſtituti fuiſſent vltimo liberorum decedenti ſine filiis, ſubſtō non valuiſſet, quia ipſi liberi non legun-
3 tur † honorati nec inſtituti, ergo grauari minime potuerunt, l. ab eo, C. de fideic. Quod aūt nō fuerint honorati, patet: quia tm̄ leguntur poſiti in condōne, ergo nōn ſunt in diſpōne, & ſic nō dñi honorati, quia condō nihil ponit, l. ſi quis ſub condōne dandorum decem, ff. ſi quis omiſſa cau. teſt. Et ꝙ poſiti in condōne non cenſeantur ſubſtituti tenuit glo. fi. in l. Lucius, ia 2. ff. de hær. inſt. & ſequūtur *communiter* Doctores, vt atteſtatur Io. de Imo. in d. §. cum quis, & Ale. in variis conſilus, relatus per Iaſ. in l. 1. C. de pac. & cōprobat latiſſime Cur. Senior conſi. 42. quia inquit Bal. & Soc. in l. cum auus, in fi. ff. de cond. & dem. & conſi. 93. lib. 4. ¶ Verū p̄miſſis non obſtantib. vr̄ ſubſtō. ni locū fore, & ſic filios dñi Triſtandi ad hæreditatem, & bona quondam dñi p̄d. cti Antonij admittendos, quia præſupponitur teſtatorem ſubſtituiſſe Ioanni hędi ſuo Guidonem, & gradatim cęteros eius filios ſub dupl ci condōne alternatiue, videlicet, ſi Ioannes eius hæres ſine liberis, vel ſi liberi dicti Ioannis ſine liberis maſculis decederēt, & vltimo ſic decedenti dr̄ ſubſtituiſſe d. ctum Triſtandū, & eius filios, quę condō euenit, quia oēs liberi dicti quondam domini Io. ā. 1. la. Gui. & In. deceſſerunt ſine liberis, ergo locus eſſe debet
4 † ſubſtōni, d. l. ex facto, § antep & l. hęredib. ff. eo. tit. cū ſi. & hæc noſtra cōclō ex rōnib. contrariorum cōprobabitur cōfirmab. itaq; & veriſſima ſolidaq; apparebit ¶ Non ob. igitur prima rō, ꝙ filij d. Triſtandi non fuerint ſubſtituti Ioanni hędi, ſed poſt huius filio vltimo loco vocato Quia rñdetur, ꝙ hmōi ſubſtō facta poſt mortē oīum filiorum vltimo decedenti ſine filiis dr̄ compēdioſa, quæ cōtinet ēt fideic. ſm Bar. in l. Centurio, ff. de vul. & pup. de
5 qua fideic. ſubſtōne tractatur ad pñs; in fideicōmiſſaria † aūt ſubſtōne peremptis gradib. pręcedentib. hæreditas remanet penes grauatum cū onere reſtituendi ſubſtitutis in gradib. ſubſequentib. l. vnic. § pro ſcdo, C. de cad. tol. per quem tex. ita determinat Bar quē Imo. Pau. & alii ſequuntur in l. q̃ſitū, la 2. in fi. ff. de acq. hær. & ſequitur ēt Pau. de Ca. in conſ. 152. in 1. parte, pñs dubium. Soc. cōſ. 52. vt verā teſtatricis, li. 1. Cor. cōſi. 199. vr̄. li. 3. Ad deciſio-
6 nē Old. rñdetur, ꝙ procedit in directa † ſubſtōne, & nō in fideic. ſm Soc. in d. cōſi. 52. & ita diſtinguit, & cōcludit nouiſſime Dec. in cōſ. 427. licet in caſu, per totū. Non ēt ob. ſcda rō, ꝙ cōdō ſubſtōnis defecerit ex eo, ꝙ Io. hęres deceſſerit cū filiis, quia rñdetur, ꝙ Io. hęs fuit grauatus, ſub duplici cōdōne alternatiuę, vcz ſi ipſe, aut eius filij decederēt ſine filijs, licet ergo defecerit altera, quia ipſe defecerit cū filiis, quia tm̄ altera euenerit cū oēs eius filii, & vl. Io. Io. deceſſerint ſine filiis, locus eſſe dēt ſubſtōni; nā ad veritatem
7 alternatiuę, ēt † in condōnib. ſufficit alterā partem veram eſſe, l. ſi hęredi plures, ff. de cond. inſt. l. cū pupillus, §. 1. ff. de cond. & demō. l. ſi is, qui ducenta, §. vltū, ff. de reb. dub cū n. grauetur hęs ſub duplici condōne, ſi ipſe, vel poſt eū ſui deceſſerint ſine liberis, grauamen dr̄ in rem ſcriptū, ideo afficit rem ad quēcunq; vadat, vt declarat Sal. poſt Rayn. & Bal. in l. p̄cib. C. de impub. & ita ē cōcludit Bar. in l. Centurio, in vlt. q. tertii mēbri, ff. de vul. & pup. Ale. cōſi. 13. l. 4. Cor. cōſi. 226. quem q̃ lib. 4. Non deniq; ob. tertia rō, ꝙ filij d. Io. hæredis inſtituti non potuerint grauari, cū non fuerint honorati, ſed ſolū in cōdōne poſiti, quia ad iſtud ſe offert duplex rñſio. Prima, ꝙ grauan. ē non fuit iniunctū fil. s ipſius d. Io. in cōdōne poſitis, ſed ipſi Ioāni hędi inſtituto ſub dupli ci cōdōne, vt ſ. dictū eſt, nā hoc caſu grauamē eſt in pſonā hędis, qui grauari potuit, ut dicit Bar. quē alii ſequunt, in d. l. Cēturio. Sal. in d. l. p̄cib. ubi ſubdit, ꝙ filii in cōdōne poſiti, & eorū hędes detrahunt Trebellianicā ex pſona hędis inſtituti, qui fuit grauatus. Scda eſt rñſio, ꝙ in occurrēti caſu filii d. Io. ī cōdōne poſiti, fuerūt
8 † honorati & ſubſtituti, ergo grauari potuerunt, d. l. ab eo. Nec ob. cōis opi. gl. in d. l. Lucius quia nō procedit abſq; difficultate, & cōtrariam ſnīam tenēt plurimi excellētiſſimi Doc. inter quos fuerunt Ol. Bal. Sal. Ra. Cu. Pa. de Ca. Mari. Soc. An. de Prato vetere, An. de Rotel. & And. Sic. quos referunt Cur. in d. conſi. 42. & Cor. in cōſi. 146. col. 5. li. 2. q̃ ſnīam, utpote magis cōſonā voluntati teſtantiū, alias recolo defendiſſe, ſed q̄a iudices non ſolent a cōi opi. Doctorū diſcedere, malētes errare cū plurib. q̃ ſancte iudicare cū paucioribus, ideo rñdeo, ꝙ cōis op. limitat, & declarat, ut nō pro-
9 cedat, quoties ex diſpoſitis ī aliqua parte teſti colligi pōt † cōiectura voluntatis teſtatoris, ꝙ voluerit filios ī cōdōne poſitos ſubſtituere pñi hędi inſtituto, ſm Soc. in d. l. cū auus, ubi ſubdit quot, quę, & quales cōiecturę ſufficiāt ad demōſtrādū hanc voluntatē, iudicis arbitrio relinquēdū eſt, ut dicit Corn. ī d. cōſi. 146. ꝙ pp var. etatē opinionū, & pp rōnea hincinde efficaces, q̃ reddunt cōem opi-

10 nem glo. in d. l. Lucius, ...biam, ab ipſa cõi iudea † concurrente aliqua coniectura diſcedere facile pt. In caſu aũt noſtro concurrunt ꝙ̃ plurimæ coniecturę, quæ efficaciſſime oſtẽdunt mẽtem teſtoris fuiſſe ſubſtituere liberos maſculos in ↄdõne poſitos, ergo ſequitur nr̃a ↄclo, ꝙ d. Ant. teſtõr potuit ab eis relinquere ſi, etc. ↄiecturæ aũt huius volũtatis ſunt quatuor. Prima
11 elicitur ex eo, ꝙ teſtor ſolum maſculos † in ↄdõne poſuit, quod nulla alia rõne fcm̃ creditur, niſi quia volebat teſtõr, vt bona cõſeruarentur in familia, & agnatione ſua, vt traditur per Io. And. in addi Spec. ſuper tub. de teſt. & ita in terminis noſtris firmat Guido Papæ deciſ. 584 & idem tenet Fran. Cur. in l. emancipata. C. qui admitti, vbi atteſtatur, ſe vidiſſe multa conſilia præſtantiſſimorum Doctorum totius Italiæ. & ita nouiſſimè conſuluit Dec. conſ. 318 in cãſſorum nobilium, in 3. vol. quæ coniectura conſeruandæ agnationis coadiuuatur ex eo, quod ipſe teſtõr in defectum maſculorum ſuę familiæ voluit, ꝙ filii do. Triſtandi ſubſtituti portarent nomen & arma ſuę familiæ, & agnationis. Secunda coniectura colligitur ex eo, quod voluit ſuos liberos maſculos excludere filios do. Triſtandi ſubſtitutos, & ipſos filios do. Triſtandi ſubſtitutor excludere ſuas filias, neptes, & proneptes fęminas. Et ſic voluit, ꝙ extantibus liberis maſculis filiæ fęminæ non admitterentur ad ſucceſſionem honorum, ipſius teſtatoris, quod glo. & cõiter Doctores in d. l. Lucius, intelligunt ab inteſtato. ita, ꝙ voluerit teſtator conſeruare liberis maſculis ius legitimum ſuccedendi ab inteſtato eorum parentib. quę cõis intelligentia ſtare non pt, qñ ſolum liberi maſculi ſunt in ↄdõne poſiti, & filiæ per teſtõrem excluſæ ab hęreditate eius, vt in caſu noſtro; quia ſi contigiſſet, prout contingit d. Io. hæredem grauatum decedere cum filiis maſculis, & fęminis, ſequeretur, ꝙ ipſæ filię ſuccederent patri ſimul cum maſculis, quod teſtator noluit, vt ergo ſaluetur voluntas, arctamur fateri, ꝙ teſtator voluerit filios maſculos in ↄdõne poſitos eorũ patri ſubſtituere. Ita per hanc (nr̃o iudicio) concludentem rõnem conſuluit Corn. conſ. 80. vĩ prima facie, col. pen. lib. 4. & Soc. conſ. 116. lib. 3. col. 5. vbi dicit, ꝙ iſta rõ eſt veriſſima & ineuitabilis. Tertia coniectura deducitur ex eo, ꝙ filias dotare voluit, &c. nam cum filias, quas non poſuit in ↄdõne, & excluſit fauore maſculorum, honorauerit in certa ſumma, in igit arq; magis credendum eſt, ꝙ voluerit honorare, & ea teſtõ vocare ipſos liberos maſculos in ↄdõne poſitos ad excluſionem ſubſtitutorũ, qui fęminas excluſerunt, arg. l. ſi viua matre, C. de bo. ma. Quarta coniectura reſultat ex eo, ꝙ teſtator digreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus, ſ. vocando maſculos, & in defectum maſculorum vocando d. Triſtandum, & eius filios: quo caſu cenſetur teſtator etiam ſubſtituiſſe liberos maſculos in ↄdõne poſitos eorum patri, ſm Pet. de Anch. conſ. 74 ↄ Phil. & licet ſint, qui velint hanc coniecturam non ſufficere ſolam, tñ iunctã cũ aliis multum dñt operari, arg. l. a. ff. de excu. tut. & ita dicit Soc. in l. cum auus, char. vlt. & in d. conſ. 116. col. pen. poſſent fortaſſis aliæ coniecturæ elici ex verbis teſta. Sed quia non fuit exhibitum, ad illud me remitto, cum p̃dictæ ſatis ſuperque ſatis ſufficiant. Cum igitur do. Io. vltimo defunctus, fuerit honoratus & ſubſtitutus d. Io. eius patri, nihil proponitur, quare non debeat eſſe locus ſubſtitutioni, vel ex perſona d. Io. patris grauati ſub duplici ↄdõne, vel ex perſona ipſius d. Io. filij vltimo defuncti tanq̃ grauati & q grauari potuit, cũ fuerit honoratus, & ſubſtitutus eius patri, &c. Sed quia d. Ant. teſtator contẽplatione matrimonij donauit dicto d. Io eius filio terras, & dominationes Caſtri noui & Calmontis, ac eum fecit hæredem omnium bonorum ſuorum, reſeruatis libris ſexcentis annui redditus, de quibus poſſit diſponere; Quæritur an in prædicta ſubſtitutione
12 fideic. comprehendantur bona donata dicto d. Ioanni? an dumtaxat bona reſeruata, videlicet ſexcentę libræ annuę? Videretur primo aſpectu dñi, bona donata in fideic. non contineri, quia Io. hr̃s ea habiturus fuiſſet, ẽt ſi hr̃s non extitiſſet, ergo in fideic. non comprehendent, in quo ea tñ veniunt, quæ ex vltima voluntate capiuntur, vt eſt caſus in propriis terminis in l. ſequens qõ, ff. de leg. 2. Pro reſolutione tñ plura in caſu p̃nti conſiderandã veniunt. Primo conſiderandum eſt, ꝙ do. Ant. in ↄctu matrimonij tria fecit. primo donauit Ioanni ſuo filio terras, & dñationes Caſtri noui & Calmontis. Secundo, conuenit, ꝙ filius maſculus, & hr̃s d. Ioannis, habebit in ↄctu matrimonij terram, & dominationem de Chaſtardo. Tertio fecit d. Ioannem hæredem vniuerſalem. Circa duo prima, videlicet caſtra, & dominationes Caſtri noui & Calmontis & Chaſtardi, aduertendum eſt, an d. Ant. ante eius obitum tranſtulerit dominium dictorum caſtrorum in d. Ioannem donatarium traditione vera, vel ficta; puta per conſtitutum, vel precarium, aut alia via. ſ. per retentionem vſusfructus, prout eſt in caſu noſtro, & tunc talia caſtra donata non veniunt in fideic. d. l. ſequens qõ. Si vero nõ tranſtuliſſet dñium ante eius obitum, tunc eſt aduertendum, an d. Io. hæres, & donatarius adiuerit hæreditatem abſque beneficio inuentarij; tunc quia aditione hæreditatis confuſa eſſet actio competens Ioanni ad bona donata. l. Stichum, §. aditio, ff. de

sol. l. ſi. §. ſi vero, C. de iure delib. talia caſtra comprehenderentur in fideic. ſm Guido. Papę conſil. 203. ſequuntur vndecim quęſita, cn l. 4. Circa vero alia bona, in quib. do. Ant. pacto fecit hęredem Ioannem, conſtat illa in fideicom. contineri, quia tale pactum non valet. l. hæreditas, C. de pac. conuentis. Et vbi valeret, ſuſtineretur in vim vltimæ voluntatis ex priuilegio, vel conſuetudine ſm gl. Bar. & alios *communiter* in l. licet. C. de pact. er-
13 go in fideicom. continebunt, quia † omnia, quæ vltima voluntate capiuntur, in fideic. comprehenduntur. d. l. ſequens quęſtio, & l. cum virum, C. de fideic. & l. quid ergo, ff. de le. 1. Ex quib. apparet, ꝙ omnia bona dicti quondam Ant. iure fideicõ. ſi ectant ad filios dicti Triſtandi detracta lña filiorum, quæ cum eſſent decem liberi, erit ſemis, aot. nouiſſima. C. de inoff. teſta. & Trebellianica, ſi non ſit prohibita detractio. Si vero ſit prohibita, dubitari poterit an valeat prohibitio. Et communis eſt, ꝙ in filiis primi gradus non valeat, per l. iubemus, C. ad Treb. Sed quia ↄtra opinio ſeruatur in curia Tholoſana, quam etiã ab obiectis aduerſantium defenſam in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. ideo nõ expedit circa hoc inſiſtere. Et hęc quantum ad ſubſtitutionem factam per dominum Ant. dixiſſe ſufficiat. Veniamus nunc ad te-
4 ſtm̃ dicti quondam d. Io. filii, & hæredis d. An. in quo legitur inſtitutus hæres vlis Iacobus ipſius teſtatoris filius. Et ſi d. Iac. decederet ſine filiis maſculis ſubſtitutus eſt D. Ioan. eius frater, & ſi d. Ioan. decederet ſine filiis maſculis ſubſtitutus eſt ſcd̃o genitus do. de Claromonte, habilis ad ſuccedendum, proviſo ꝙ non ſit eccleſiaſticus. Et quia vtraque ſubſtitutio purificata fuit (quia Iac. prius deinde Io. mortui ſunt ſine liberis, ſuperſtitibus trib. filiis d. quondam Triſtandi de Claromonte, videlicet Reuerendiſſimo d. Fran. Card. & Legato Auenionen. ſecundo genito. Magnificis dñis Petro & Guidone 3. & 4. reſpectiuè genitis, cũ longe antequam ſubſtõni locus fuerit, prædeceſſerit d. Lud. pri-
14 mogenitus) dubitatur, an dicta ſubſtõ † reddatur caduca, cũ Reuerendiſſimus Do. Legatus ſecundo genitus ſit eccleſiaſticus, & vbi non ſit caduca dubitatur, an dictus Petrus vocatus ſit, an vero do. Guido? Circa iſta dubia plura dicenda ſe offerunt. Sed nos more noſtro pauca agemus. ponendo ſolum rõnem dubitandi & decidendi. Ratio aũt primæ qõnis, quę dubitationẽ mouet, ea eſſe vr̃, quia Reueren. d. Legatus, qui eſt ſecundo genitus d. Triſtandi, eſt vir eccleſiaſticus, ergo ſubſtõ vr̃ irrita & caduca, cum legatur ſubſtitutus ſecundo genitus habilis qui non ſit eccleſiaſticus. Quod aũt Reueren. D. Legatus ſecundo ſit genitus probatur, quia ſecundo loco natus eſt: nec refert, ꝙ d. Lud. eius frater ante euentum ſubſtõnis deceſſerit, quia prima & ſecunda genitura eſt quędam qualitas naturalis, ſicut qualitas minoris, vel maioris ętatis, vt declarat Soc. conſ. 55. col. 6. vet. ponderanda eſt, l. i. a. ergo eſt immutabilis, § fi. Inſt. de leg. agn. tutel. & ↄñt omni tpe erit ſecundo genitus. ſed hac rõne dubitandi non obſtante, arbitramur ſubſtõnem non fore caducam, quia Reuerend. d. Legatus reſpectu ſubſtõnis, de qua agitur, non poteſt dici ſecundo genitus, ad quod probandũ præſupponimus, ꝙ qua-
15 litas † requiſita ad actum, debet adeſſe tpe quo de illo actu agit, l. e. in delictis. §. ſi extraneus, ff. de noxa. & tempore quo actus cõſumat effectum, l. 2. ff. de aus. & arg. lega. docet Bar. in l. ex facto, ff. de vul. quod maxime verum eſt in ſubſtõnibus, in quib. oportet qualitatem adeſſe tempore, quo diſpõ ſubſtõnis ſumit effectum, l. ex facto, §. ſi quis aũt ſuſceperit, ff. ad Treb. per quẽ tex. Alex. ibi determinat qõnem noſtram. dicit. n. ꝙ recipiẽs feudum vel emphyteuſim ita, ꝙ ſemper tranſeat in primo genitum vel ſecundo genitum, intelligitur de primo genito tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione q̃ritur, & ante eum idem determinat Bal. in l. a. C. de iure emph. hmõi ergo ſubſtõ, qua vocatur ſecundo genitus domus de Claromonte ſub condõne ſi Io. moriatur ſine filiis maſculis proculdubio intelligenda eſt de eo, qui erit ſe-
16 cundo † genitus tpe, quo morietur Io. ſine filiis maſculis, vt patet ex prędictis, & confirmat multipliciter. Primo, quia ſcd̃o genitus indeterminate ponitur, ergo talis indeterminata locutio a futuro dependet euentu, ergo a futuro euentu declaranda eſt, l. cum incertus, ff. de leg. 1. & ↄñt de eo interpretanda, qui reperiẽt a. genitus tpe, quo ſubſtõ ſumit effectum. Secundo, quia teſtator volebat ſubſtituere ſcd̃o genitum, & ſic do. Fran. ſi eſſet ſecundus, & d. Pet. ſi eſſet ſecundus, & do. Guidon. ſi eſſet ſecũdus, Nam participium iſtud, ſecundo genitum, condõne facit, vt docet Bar. in l. i. ff. de ↄd. & demon. & probatur, quia participiũ reſoluit in relatiuum, & verbum, ſm gl. in cle. 1. de pręb. et ad. Bar. in l. Centurio, in pen. qõne ſecundę qõ prin. ff. de vulg. & pupil. relatiuum autem iunctum verbo futuri tpis condõnẽ importat, l. e. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. 1. l. nuper, de le. 3. Sed quoties teſtator ſub condõne ſubſtituit, ſi cõndõnem extitiſſe ſciebat, & adhuc in futurum poterat euenire, expectandũ eſt adimplementum, ꝙ a futuro pendet, vt eſt tex. clarus in l. ſi iam facta. ff. de cõdit. & dem. dictus autem Io. Patẽr do. Ioã. qui ſubſtituit ſecundo genitum, ſciebat tpe quo teſtatus eſt, d. Triſtandum hr̃e primo, & ſecundo genitos, & ſic condõnem extare, & nihilominus noluit ſe reſtringere ad ſcd̃o genitum, qui tũc erat, ergo de eo intellexit

tellexit,qui reperitur ſecundo genitus tpe, quo ſubſtō purificabit. Tertio ꝓbatur rōne,nō ſenſu, ꝯcludēti:qa teſtator non ſubſtituit ſcdo genitū d. Triſtandi, ſed ſcdo genitum domus de Claromonte.certū aūt eſt,ꝙ do. Legatus non eſt ſecundo genitus domus,id eſt non eſt ille,qui teneat ſm locum domus, licet ſit ſecundo genitus do. Triſtandi. nam cū miniſterio teſtōr uocauit ſecūdo genitū domus,ut oſtenderet, ꝙ nolebat ſubſtituere eum,qui eſſet hrs do. Triſtādi,& portaret nomē & arma domus de Claromonte,nec eū q eēt ſcdo genitus ſm naturam, ſed ſm reſpectum domus,i.reſpectu ſucceſſionis & armorum: d.aūt Legatus nō eſt ſecundo genitus reſpectu domus & armorū,nec eſſe pōt,cū ſit eccleſiaſticus,ergo &c. Ex quo patet duplex rñſio ad rōnē dubitandi. Primo rñdetur, ꝙ non intellexerit de ſcdo genito ſm naturā,ſed de ſecundo genito domus. Secundo, rñdetur,ꝙ teſtōr ſenſit de ſecundo genito,q tpe quo ſubſtō purificaretur,teneret locū ſecūdi,ut ex pręcedentib. apparet,ſed eo tpe do. Legatus tenebat,& tenet primum locum,ergo de ipſo non eſt interpretanda ſubſtō. Nam ēt in primo genitura ſuccedit ſecundus ꝑmortuo primo,& in locū ſecūdi ſuccedit tertius, vt eſt text.& ibi oēs not.in c.licet,extra de uoto. ſi. n quæratur, quis ſit primus,quis ſecūdus tpe purificatæ cōdōnis,ſeu ſubſtōnis, fateri cogimur Reuer.do. Legatū eo tpe eē primum,quia nemo eum tūc antecedit,§.diſcipulū,in proœmio ffoꝝ,l.proximus.ff.de uerb. ſigni. cū ſimilib. Et ſic cōcluditur Reueren.do. Legatū non eſſe ſecundo genitū,& ꝯñr ſubſtōnē non eſſe caducā. Sed reſtat hæſitatio, uter ſit ſecundo genitus, an do. Petrus, an d. Guido? Et vr̄ ꝙ d. Petrus,quia eū ꝑcedit d. Legatus,& quia eſt habilis,& tpe purificatæ ſubſtōnis ſecundus vr̄ ipſe vocatus & non do Guido,qui vr̄ tertius. Sed hoc non obſtante,in vero ſenſu credimus vocatum do. Guidonē,quia ipſe eſt ſecundo ge

17 nitus † domus,habilis ad portandum nomen & arma domus: nā d. Petrus hrs vlīs eſt primo genitus domus de Claromonte, cum nullus ſit qui reſpectu domus,& hęreditatis,& repræſentationis eum præcedat,atq; eſt inhabilis ad portandum nomē & arma domus de Caſtro nouo,cum ipſe non poſſit duo diuerſa arma deferre,videlicet de Claromonte,& de Caſtro nouo turpeq; ſit d. Petrū deferre arma patris & familiæ ꝓpriæ,cuius eſt hrs,& truncus,ſiue ſtipes,& accipere aliena. Et hæc eſt rō,quia teſtator uoluit ſubſtituere ſecundo genitum domus de Claromonte habilem & non primo genitum, quia ſciebat primogenitum domus teneri deferri arma propria ipſius domus,& hac ratione non vocauit ſecundo genitum domus de Claromonte ſimpliciter,ſed uocauit habilem,intelligendo,habilē,qui poſſet propagare familiā de Caſtro nouo,per ſuſceptionem prolis legitimę,& portare arma & nomen,adeo ut noluerit,ꝙ eſſet eccleſia

18 ſticus. Ita nos docet coniectura,atq; mens defuncti, quę non minus obſeruanda eſt,quam expreſſa, l. cum res,ubi late Iaſ. in 6. no.ff.de leg.1.& l.cum proponebatur,ff. de leg. 2. Iſtud ēt nobis oſtendit rerū experientia,a qua licet arguere,c.multis.44.di.c.q̄ſit. de ele. Dimidia igitur bonorum d. Ant.ca teſtō eiuſdem d. Anto.ſpectat ad oēs filios d. Triſtandi.dimidia aūt bonorū,quæ fuerunt quondam dñi Io.filii d. Ant: ex eiuſdem teſtō ſpectat ad dñm Guidonem. Nam cum dñs Io.deceſſerit ſuperſtitib.quinque liberis,eorum lītima in qua non potuerunt grauari, eſt ſemis,d auth.nouiſſima. Eſſet tunc deueniendum ad teſtm̄ Iacobi. Verū quia ipſe ſubſtōnem a Ioanne eius patre factam de ſecūdo genito domus de Claromonte comprobauit & repetiit,nō expedit aliter inſiſtere,quia dicta & concluſa circa teſtm̄ Io repetita uideri pñt circa teſtm̄ Iac.idem diſponentis. Veniamus ergo ad ſecūdam partem conſultationis propoſitę, videlicet ad pacta mrīmonialia,circa quæ de plurib.dubitatur. Et primo diſcutienda ſunt pacta inita in ꝯtu mrīmonii quondam d. Io.& do. Mariæ de Culant. Ex quib.plurimę oriuntur dubiōnes, qua

19 rum prima eſt vtrum † valeat pactū illud,quo cautum eſt,ꝙ fauore dicti matrimonii Io.ſit hrs vlīs Anto.eius patris reſeruatis vſufructib.eius vita durante & ſexcentis libris annui redditus, de quibus dictus d. Anto.poſſit libere diſponere. Et prima facie vr̄ rñdendum,ꝙ valeat, quia ſtante reſeruatione prædicta conſtat tale pactum non eſſe de vlī ſucceſſione,ergo vr̄ validum,cū non auferat liberam teſtandi facultatem, qua ratione dicit Bal. poſt Pe.in l.fi.col. fin.C.de pac.quod valeat donatio certę partis hæreditatis.& ita vr̄ velle Alex.conſi 19 perſpectis,colu.4.lib.5. Et quia d. Ant.iurauit non ꝯuenire, quo caſu uidetur ſeruandū iurm̄,cum poſſit ſeruari abſque detrimento ſalutis ęternæ, cap. quemadmodum,de iureiur. & quia iurm̄ facit actum valere eo modo,quo valere poteſt,l.cum pater.§.filius matrem,ff. de leg. 2.cum ergo tale pactum poſſit valere in uim donationis inter uiuos,vt dicit Bal.in d.l.fi.Bar.& alii in l.ſtipulatio hoc mō concepta,ff.de uerb.ob.ubi firmant ualere donationem particularē collatam poſt mortē,& ꝯñr ualebit iſtud pactum,vt donatio, quia eſt particularis,ſtante reſeruatione præmiſſa,& quia ubi tale pactum non valeret de iure communi,tñ vr̄ ſuſtinēdum per conſuetudinem, quę (ut aliqui dicunt) uiget in Gallia, ut in contractu matrimonii poſſit hæreditas dari pacto. Ita Bald. in l.cū Archimedorū.col.fi.C.vt in poſſ.leg.in c.1.§.filii nati,per illum tex.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.vaſa. Et ſtante huiuſmodi ꝯſuetudine ita determinat Steph. Auſſerii in addi. ad Capel. Tholoſa.deciſ. 462. vbi ſubdit ita fuiſſe per plura arreſta deciſum inter nobiles. Pręmiſſis non ob ꝯtrium (ꝙ non valeat

20 tale pactū) probatur,quia pacto † dari non pōt hæreditas,l. hæreditas.C.de pac.cōuen.& ratio eſt multiplex. Primo,quia alia pacta tollunt liberam facultatem teſtandi, ꝙ eſt ꝯ bonos mores,l.ex eo.C.de inuti. ſtipul.l. pactum,ꝙ dotali,C. de pac.cum ſimi. Scdo,quia inducit votum captādę mortis.l.fi.C. de pact.c. deteſtanda.de conceſ.præb.li.6. Tertio,quia neceſſitat ad id,qđ liberi arbitrii eſſe dēt,l.1.C.de ſacroſ.eccl. & ita concludunt oēs ſcrib in d.l.pactum.& in d.l.fi.& in d.l.ſtipulatio hoc mō concepta,& firmat late Ale.conſi.28.lib.3.& auctoritates ad hoc abūdant. Et iſta ꝯcl̄o veriſſima apparebit,ſi allegata in ꝯtrium tollātur. Non obſt.itaque,dū dr̄,ꝙ pp reſeruationem non eſt pactū

21 de vl̄. ſucceſſione. Quia rñdetur dupliciter;primo ꝙ ēt † pactum de particulari ſucceſſione eſt a iure reprobatum,ut eſt tex.in d. l.pactum,ꝙ dotali,quem ibi no Dec.in 4.ampliatione. & ita firmat Pet.de Anch.in rubr.de teſt.ad fi. Alex.in d.l.fi.col.fi. Dec. conſi. 84.col.4. Bar.conſi.ſtatim allegando.militat.n.ratio voti captandæ mortis ēt in parte,nec libera foret teſtandi facultas in ea parte,qua valeret pactum. Sequereturq; eūdem poſſe decedere cum plurib.teſtīs,& vlt. voluntatib.qđ eſt in iure abſonum. Scdo reſpondetur,ꝙ hoc pactum eſt de vlī ſucceſſione,vt patet ex contextu verborum ibi,ꝙ ſit hrs vniuerſalis. Nec reſeruatio diſponendi de ſexcentis libris annuis facit ꝙ Ioan.nō ſit hrs vniuerſalis,quia ſi do. Ant.non diſpoſuit de illis ſexcentis libris,tūc accreſcunt ipſi hæredi,l.1.§ ſi ex fundo.ff.de hæred.inſt. Si uero diſpoſuit inſtituendo alium in dictis ſexcentum, ille inſtitutus in re certa erat legatarius,l. quoties.C.de hæred.inſt.l.cum quidam,ff.de liber.& poſth. & idem de reſeruatione vſuſfr. dicen

22 dum eſt.pręterea reſeruatio vſuſfr. † non conſeruat facultatem teſtandi,quia vſuſfr.finitur morte,§. finitur,Inſti. de vſuf. quod maximè dicendum eſt,quia hmōi reſeruatio legitur reſtricta ad vitam,vt ſonant illa uerba,la uita durant. Et ita in propoſito rñdet Pau.de Caſt.in d.l.fi.& conſi.73.in 2.parte notandum eſt. Sequitur Cor.conſi.176.in pñti,li 5. Et Dec.conſi 30.col.5. Simili

23 ter non ob iurm̄,quia tale † iurm̄ pręſtitum ꝯ bonos mores nō eſt obligatorium,reg.non eſt obligatorium, de reg iur. in 6. Et pactum de futura ſucceſſione non firmetur iurō,firmāt Cy. Bar. Ang.& Pau.& alii oēs,nemine diſcrepante,in d.l.pactum,& in d.l.fi.firmant omnes Canoniſ.in c.cum contingat.de iureiu. Bart. in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſ.& ita concludit Ale in d.conſ 28. Nec quicquam facit,ꝙ dicit Bal.in d.c.1.§ filii nati,ſi de feu.fue. controu.inter do.& agna.vaſ. quem ſecutus eſt Auſr. in loco ꝑalle.quia nec rationes ſuæ concludunt,& ipſi fuerunt varii.& ꝯtrarii;nam Bal ꝯtrium firmat in d.l.pactum.& in d.l.fin.ubi dicit,ꝙ tale iurm̄ non obligat,quia ꝯ ius diuinum,& ꝯ omnem rōnem, & ipſe Auſre.teſtatur ſeipſum toties uariaſſe. Quod eorum rōnes ſunt friuolę & non concludentes,patet. Mouētur.n.primo per tex.in c.2 de pac.li.6. qui loquitur in pacto negatiuo de non ſuccedendo quod nō inducit votū captandę mortis,ideo firmatur iurō ſm Bart.in d. l.ſi quis pro eo,& ſequuntur oēs in l.pactum,C.de coll. Mouentur ēt unica ratione,uno pernicioſa ꝑſuaſione. dicunt.n.ꝙ non dēmus dicere,ꝙ tale pactum inducat votum captandę mortis,quia neſcimus quid ſit in aīo paciſcentium, ſed bñ ſcimus ꝙ iurm̄ ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis ęternæ. Sed licet neſciamus nos quid ſit in animo paciſcentium, id ſaltem ſcimus, ꝙ tale pactum præſtat occaſionem captandæ mortis,& ſic ſcimus,ꝙ eſt ꝯ bonos mores, ergo nulla ratione dēt iurō firmari,d.reg.non eſt obligatorium. Item id ēt ſcimus, ꝙ in aīo paciſcentis pōt eſſe hmōi votum mortis captandę, ergo non refert,ꝙ ēt poſſit non eſſe cū lex nō ſit facta pp bonos,

24 ſed propter malos.cap. licet,de reg.§ quia vero,in Aut.vt ſine prohib. matr. & licet ſit poſſibile reperire aliquos bonos viros, quod rariſſimum eſt,teſte Satyrico Iuuenale inquiente, Rari qppe boni,&c. nam & Filius ante diem patrios inquirit in annos, vt inquit elegans ille poeta Ouid. non tamen in eis ceſſat legis vigor,qui ad obuiandum fraudibus,& hominum malitiis inuētus eſt l.1.§.ſexum,ff.de poſtu.nota.Mod.in cap. ſedes,de reſcri. Præterea hæc eſt præſumptio iuris,& de iure,cum hac præſumptione voti captandæ mortis lex ſtatuerit pactum huiuſmodi

25 non eſſe recipiendum,d.l.ex eo,& d.l.pactum,vbi autem † lex præſumit,& ſuper præſumpto ſtatuit non licet nobis contrariū allegare,nec pręſumere;quia præſumptio legis ſuperat præſumptionem hominis,c.iuuenis,de ſponſ.not.in aut.ſed tantū neceſſe,C.de don.an.nup.& opin. Bal.in d.c muribus reprehendit Iaco. Aluar.ibi,& Ale.in d.conſi.28.licet non ita aperte reſpondeant rationibus adductis per Bal.non obſt. pręterea conſuetudo,quæ ſecundum Bald.in c.1.§.filii nati,ſi de feu.fue.contro.inter domin. & agnat. vaſa.poteſt inter nobiles habere aliquod motiuum æquitatis fauore matrimonii, quia ſub tali pacto nobiles inueniunt nobiliores vxores, & inde creſcit nobilitas,

quia qui allegat conſuetudinem, debet illam probare, cum ſit
facti, c. 1. de conſt. li. 6. tradit Bal. in l. de quibus, ff. de legi. Et ubi
26 probetur, reſpondetur, ꝙ talis conſuetudo † non valet, nec eſt
recipienda: quia ubi aliquid eſt prohibitum deduci in pactum,
tanquam contrarium bonis moribus, tale pactum nunquam iu-
ramento, neque ſtatuto, neque conſuetudine validari poteſt,
cum idem uitium ſit in conſuetudine, quod eſt in ipſo pacto, ita do-
cet Bat. in l. omnes populi, in 3. q. princ. ff. de iuſti. & iur. & ita cō-
cludit Capella Toloſana in d. deci. 452. quicquid ibi aſtruat Au-
fre. quem miror uoluiſſe talia pacta ualere inter nobiles, & non
inter plebeos, quaſi nobilitati ſit magis condonandū, quod poſ-
ſit captare mortem alterius, & turpia pacta inire, quod nihil
aliud eſt, quam nobilitatem ipſam reprobam facere, q̄ tamen
27 † ſine uirtute, & probitate conſiſtere nequit, c. nunquam, 56. diſt.
c. nos qui præſumus, al. d. ſt. c. pe. de præb. Animus. n. eſt, qui (teſte
Seneca) nobilē facit hominem, & ſm Claud. exaltat uirtus no-
bilitate patens, certe uī ipſum Aufrerium, cui Bald. adſtipula-
tur, ꝙ iſtud ſit ſpāle fauore nobilitatis, conceſſiſſe unum perniſe-
rum priuilegium nobilibus, ut inuicem poſſint vitæ inſidiari, vt
facultatem teſtandi ſibi valeant adimere: ab hoc tene priuile-
gio liberet nos dominus. Nec refert, ꝙ per ſtreſiā ita quūq; fue-
rit iudicatum, vt ille aſſerit, quia exemplis non eſt facienda lex,
nec iudicandum, l. nemo, C. de ſen. & interl. om. iud. nec quod fa-
ctum fuit, ſed quod fieri debuit inſpiciendū eſt, vt no. in l. ſed licet.
ff. de offi. pꝛ. Et certe (ſalua ſemper ſnīa ſpectabiliū Dn̄orum) non
vī hmōi conſuetudo recipienda, nec nobilitatem putamus tali
impuro fauore dehoneſtandā. Nec dicat, ꝙ doct. Bart. in d. l. oēs
populi, pcedit, qn̄ pactū nō eſt ꝯ bonos mores, quia ꝯtinet turpi-
tudinem, vel inducit homines ad peccandum, ſecus ſi tractū ſit
contra bonos mores iuris ciuilis, & turpitudinem nō cōtineat,
ut vī in iſto caſu, ſm Dec. in d. l. pactum, vbi dicit, ꝙ libertas te-
ſtandi eſt de iure ciuili, ergo poterit tolli p cōſuetudinē, ſm eū.
28 Quia rn̄detur, ꝙ talis † conſuetudo eſt peccati nutritiua, & ꝯtra
præceptum decalogi, non occidēs, quod pceptū ēt de homicidio
mentali intelligitur, c. homicidiorū. c. periculoſe, ca. ſi cui, de pen.
diſt. j. Ergo talis conſuetudo, quæ dat occaſionē uoti captandæ
alienæ mortis, tanquam nutritiua peccati, erit nullius momēti,
c. fi. de præſcr. & ibi ampliatur p Abb. & Imo. vt pcedat, ēt ſi cō-
ſuetudo ſit nutritiua peccati venialis tm̄. Et procedit non ſolum
ſi re ipſa contineat in ſe peccatum, ſed ēt ſi ſolum præſtet occa-
ſionem, vel pronitatē delinquendi, c. ex parte, quē ibi not. Pan.
de conſue. & idē dicit Pan. in c. fi. col. 3. eod. tit. & c. ad noſtram,
ibi Fely. de proba. vbi dicit, ꝙ conſuetudo, & lex nutritiua pecca-
ti, uel inductiua ſolius pronitatis, dī peſtis in prouincia, adeo quod
non poteſt per principem ꝯfirmari, per tex. in c. illa, 12. diſt. Cæ-
terum falſum eſt, ꝙ facultas teſtandi ſit de iure ciuili, ut dicit
29 Dec. Imò eſt de † iure naturali, vt legitur in teſtamento vete-
ri, firmat Bar. in l. interdum, ff. de condi. licet forma & ſolenni-
tas ſit de iure ciuili, l. a. ff. de teſta. Non ēt refragatur quod dicit
Dec. hanc conſuetudinem non videri contra bonos mores,
poſtquam à ciuibus, & nobilibus approbatur, per text. in l. itē
apud Labeonem, in prin. ff. de iniur. quia ſua ꝯria non eſt veriſ-
ſima, alias ſi conſuetudo ciuium & nobiliū eſſet facere ꝯtus il-
licitos, vel furta, aut homicidia, ſequeret, ꝙ talis conſuetudo nō
diceretur ꝯ bonos mores ciuitatis, qa à ciuib. approbatur, ꝙ ꝯ-
ſtat ēt falſiſſimum, d. c. fi. de præſcr. & d. c. fi. de conſue. & ita con-
cludit Iaſ. in l. ſingularia, col. pen. ff. ſi cer. pet. Nec ob. tex. allega-
tus per eum, in d. l. apud Labeonem, quia quidam ſunt boni mo-
res vnius ciuitatis non improbati, nec approbati in alia, nec a
iure. Quidam ſunt boni mores approbati a iure, & in alia ciuita-
te; quidam ſunt mores a iure reprobati. Ad cognoſcendum aūt
vtrum aduerſus bonos mores ciuitatis factum ſit, dicit tex. in d.
l. apud Labeonem, eſſe inſpiciendum locum ciuitatis, & ſic loq-
30 tur † de bonis morib. vnius particularis ciuitatis, q non ſunt a
iure reprobati, & hoc caſu tenet ꝯria; ſunt approbati, ergo non
dicitur feciſſe contra bonos mores, qui tales mores obſerua-
uit. Nos autem loquimur de cōſuetudine, ꝙ pacto dēt hæredi-
tat, quæ licet approbetur a ciuib. tamen talis conſuetudo, & ta-
lis mos, eſt damnatus a iure pp votū captandæ mortis, d. l. ex eo.
ergo nihil facit illa lex ad punctum nrē qōnis, quicquid dicat Dec.
qui ad illa nō aiaduertit, & ꝯtrarium conſuluit ipſemet Dec. ꝯſ. 225.
in cā, quæ quōdam. vbi reprobat conſuetudinē, & pactū etiā fa-
ctum in ꝯtu mrīmonij de hrēditate tota, vel de quota, vt ibi late
per eum. Nō deniq; obſtat, ꝙ hmōi pactum poſſit ſuſtineri in
vim donationis inter viuos, quia ex verbis conſtat, quod d. An.
volebat vltimum iudicium in Ioannem ꝯferre, nō āt donare, cū
eum vellet eſſe hrēdem vniuerſalem. ita dicit Bar. in l. tale pactū. §.
31 fi. ff. de pac. vbi inqt, ꝙ ſi in ꝯtu mrīmonij contrahens † ali-
quē ſuū dicat hrēdē, cēſet in eū ꝯferre ultimū iudiciū, ubi āt con-
ſtat aliquē nolle donare, iuſm non poteſt operari, ꝙ actus teſtā-
di conuertatur in donōnem, quia iuſm nō operatur ultra con-
ſenſum, l. fi. C. de nō nu. pecu. c. ueniēs, de iureiu. nō. n. iuſm am-
32 pliat † diſpōnē ultra ꝯſenſū, ſed q̄ reperit confirmat, teſte Bald.
conſ. 249. ſup eo. li. 3. Nam ſi du. Anto. noluiſſet donare, facile
ei fuiſſet exprimere, ſicut expreſſit de Caſtro nouo, & claro mō-
te, q̄ legitur donaſſe, & poſtea addidiſſe. Et vltra voluit ꝙ Ioan-
nes prædictus ſit ſuus hæres vniuerſalis. Et ꝙ pactum de futu-
ra ſucceſſione ēt particulare, non ſuſtineatur in vim donationis
inter viuos; patet, quia *communis* eſt concluſio, ꝙ tale pactū nō
firmetur iuro vt s. dictum fuit, q̄ certe cōis concl̄o eſſet falſa, vel
deriſoria, ſi mrī̄n ſuſtineret pactū in vim donatiōis īter viuos.
Idcirco Doctores ad cognoſcēdū, vtrū tale pactū ꝯtineat dona-
tionem īter viuos collatam poſt tps mortis, iuxta tradita in d. l.
ſtipulatio hoc modo concepta, an vero ſit pactū futuræ ſucceſ-
ſionis, dīt inſpicienda eſſe verba vtrum paciſcens vſus fuerit
verbo, donare, vel ne, prout loquitur Bal. in d. l. ſi. dum dicit, poſ-
ſe donari partē hrēditatis, nā ipſe vtitur verbo donare; ſecus autē
ſi vtatur verbo, inſtituere, vel hrēdem eſſe, ſm Mod. ibi ita decla-
rantes terminos. Et ſi neutro horum verborū vſus fuerit, tūc pō-
derandum eſt, vtrū per modum obligationis cōſtituendæ poſt
mortem, an per modum dandæ ſucceſſionis. Primo caſu valet pa-
ctum, ſcdo caſu nō ualet; ita declarat Old. conſi. 139. ad hrēdam.
& Bar. in conſ. a ta. pmitto tibi, §. tu mihi. Cōſtat āt in caſu oc-
currēti, ꝙ pactū fuit conceptū per viam dandæ ſucceſſionis, & hæ-
reditatis, vt ſonant verba illa, ꝙ ſit hrēs vniuerſalis, l. ꝗ. l. iis verbis.
ff. de hæred. inſti. & d. l. pactum quod dotali, in verbo, hæres eſ-
ſet. Nam quotiēs obligatio non originatur in perſonam hrēdis,
ſed bona ipſius poſt mortem transferuntur, dī conuentio de fu-
tura ſucceſſione, l. licet ibi, res eius pertineret, C. de pac. Et opti-
me tradit Cur. iunior conſ. 15. circa præmiſſam. vbi dicit, ꝙ niſi
ita diceremus, eſſet manifeſta iuris repugnantia inter d. l. ſtipula-
tio hoc mō concepta, qa valet pmiſſio oīum bonorū poſt mor-
tem, & dictam l. ex eo, & l. pactū, quod dotali, quæ uolūt, ꝙ nō ua-
leat pactū de futura ſucceſſione, ēt p pte, & hæc eſt ipſa veri-
tas, & Doc. recepta ſnīa, cui aduerſari ſine temeritatis, & inſolē-
tiæ uitio nemo pt. Sed fac, tale pactum iure ſubſiſtere, an lice-
bit prī filium, quem ex pacto hrēdem fecit grauare, vt ſi ſine libe-
ris maſculis deceſſerit, hrēditatem alteri reſtituat? Nos intrepide
tenemus, licuiſſe prī grauare filium onere fideicommiſſi, qa tale
33 † pactū, quod conſuetudine, aut ſpāli prærogatiua nobilitatis de-
fenditur, in uim ultimæ voluntatis ſuſtinetur, & nō in uim con-
tractus, ut eſt caſus, quem ibi gl. Bar. & oēs not. in d. l. licet. C. de
34 pac. ubi deciditur, ꝙ pactū de futura † ſucceſſione fauore milita-
ri valet in uim ultimæ uoluntatis, & ſupremi iudicii, & ſic pt
reuocari in totum, ergo longe magis poterit mutari in parte, ui-
delicet, & poſt mortē hrēditas alteri reſtituatur, & ita ibi Ale. &
alii concludunt. Et ſi pactū de futura ſucceſſione inter milites
ſolum defenditur in uim ultimæ uoluntatis, certe non aliter in-
Paganos defendi poterit. ad idem tex. in d. l. fi. ubi dī, ꝙ ita demū
pactū ſuſtinetur, ſi is, de cuius hrēditate agitur, conſenſerit, & in
tali conſenſu uſque ad extremum uitæ ſpatium perſeuerauc-
rit. ſi ergo non perſeuerauerit, ſed in totum mutauerit volun-
tatem, uel in parte, pactū non tenebit in parte mutata, & iſtud
expreſſe uoluit Bart. in terīs nrīs in d. l. tale pactum, §. fin. ubi di-
cit, ꝙ ſi prī conſenſerit extremū iudiciū in ꝯtu inito cū filio, tale
iudicium ſuſtinebit in uim ultimæ uoluntatis cū duobus teſtib.
ꝙ inter alios non ualeret, niſi adeſſent ſeptem teſtes neceſſarij
ad tale extremum iudiciū, l. fi. C. de teſt. & ita etiam tenet Io. Fa-
br. Pau. de Ca. Bal. & alij *cōiter*, in d. l. fi. Itē facit, qa effectus hu-
ius pacti, ꝙ Ioannes ſit hrēs, confertur poſt mortē abſque ulla ob-
ligatione ſumptura exordium in pſonā hrēdis, cum idē paciſcēs
ſit futurus hrēs, & eidē contra eundē non poſſit dari actio & ob-
35 ligatio. l. Vranius ff. de fideiu. diſpō tāt iudicatur ſm tps, in ꝙ cō-
fertur, l. ꝙ ſpōſæ, C. dē do. añ nup. l. in fuga, C. ad le. Flaui. dē plagi.
ergo talis diſpō iudicari dēt ultima uolūtas, nō ꝯtus īter uiuos,
& ita p hāc rōnē ꝯcludit Bar. in ꝯſ. 76. prī filio. & cū ſit ultima uo-
luntas, legī ꝙ Ioānes filius, cui etiā dicto pacto hrēs effectū ul-
timæ uoluntatis acquirebat, potuit onere fideicōmiſſi grauari, l.
translatio, de adimen. le. l. ab eo. C. de fideic. Itē facit, qa prī pōt
grauare filiam in dote, quatenus excedit legitimā, l. Titia, §. Lucius,
& l. fi. §. filiæ ff de le. 2. Ergo multo magis poterit eā grauare in
hrēditate, q̄ prī illi dedit. Et hāc ſnīam amplexa fuit Capella To-
loſana, & eā dicit veriorē eſſe Aufrerius ibi, licet dicat qſiqne ni-
diſſe iudicari ꝯtrū: & licet ibi adducat quaſdā rōnes p ꝯtra pte,
ad illas tn̄ patet clara rñſio, quia procedunt retenta opinione eo-
rum, qui dīt tale pactū ualere in uim donōnis inter uiuos, & in
uim ꝯtus, quod conſtat eſſe falſum, ut patet ex pdictis. Iō circa ta-
les rōnes non expedit inſiſtere, cū nihil penitus ſeruiāt in propo-
ſito, retēta cōi ſnīa, ꝙ tale pactum ualeat in uim ultimæ uolun-
tatis. Circa donationem Caſtri noui, & Claromontis, in primo
36 pacto mrīmoniali ſcriptā dubitatur, an dicta † caſtra fuerint do-
nata ſoli Io. an ēt filiis eius ex illo mrīmonio naſcituris? Et uī,
ꝙ ſoli Ioanni facta ſit illorum donatio, ita ꝙ filij nec accumula-
tiuè, nec ordine ſucceſſiuo donatio facta ullo modo uideantur.
Non. n. fuit donatio facta Ioanni & liberis eius, ſed Ioanni ſoli
fauore mrīmonij & liberorū ex eo naſciturorum, &c. & ſic uer-
ba diſpoſitiua donatiōis non ſunt ꝯcepta in pſonam liberorū,
nec p Ioānē p illis fuit recepta donatio, iō ipſis liberis non uī
facta

facta donatio, nec ex ea ius aliquod illis acquiſitum, licet fauore ipſorum facta dicatur, l. ſi pro parte, vbi Cy. Bal. & alij no. C. de do. pmiſ. vbi ſi dos pmittať viro p muliere, & in eius fauorē, tñ ipſi mulieri non acquirit ius agendi ea tali promiſſione. facit qđ nota. in l. quęcunq; gerimus, ff. de act. & obl. & in l. hmôi, in prin. ff. de leg. 1. Item facit, quia inferius declaratur qualis ſit, & in quo conſiſtat ille fauor liberorum, & nuſquam dr̃ q do. Ioã. donatarius teneať illa caſtra reſtituere, vel dimittere dictis eius liberis. Sed tm̃ dr̃, q filius maſculus, q erit hęres do. Io. teneatur dotare filias, &c. Ideo videtur, q dicta caſtra ſoli Ioanni donata intelligi debeant, ita q de eiſdē ipſe liberè potuerit diſponere & non potuerit in illis a patre fideic. grauari, ex quo iam erāt effecta propria ipſius do. Ioan. per retentionem vſusfru illorũ, l. ſi quis argentũ. §. ſed ſi quidem, & l. quiſquis, C. de don. Nam

37 in fideic. vniuerſali non veniunt bona propria heredis grauati, l. cohæredi, §. cum filię, ff. de vulg. Et p̃miſſa pcluſione ſtāte, bene ſequitur, q filiab. dicti do. Ioan. non intelliguntur vllatenus donata dicta caſtra. Et maxime q̃a in cæteris capitulis matrimonij filiæ ſemper excluduntur a ſucceſſione & bonis donantis mediante dote 5000. ſcutorũ. Et ex p̃miſſis ēt erāt ſopita alia dubia in ſecundo quæſito formata. Sed poſito, q ex illo pacto intelligeretur donata illa caſtra liberis ex illo matrimonio naſciturs, ordine ſucceſſiuo poſt mortem do. Ioan. prout magis vr̃ eſſe de mente donantis: adhuc tamē nullatenus in tali donatione cõprehenderentur filiæ fœminę, niſi prout inferius dictũ &

38 declaratum reperietur, quia ex diſpoſitione † declarata non acquirit, niſi quatenus in declarante cõtinentr, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſti. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demon. ſed in diſpoſitione declarante non legitur aliquatenus facta donatio filiabus de dictis caſtris nec de alijs bonis, ſed ſolum iubent dotari de ſumma p̃dicta 5000. ſcutorũ, ergo &c. Et illud, q filię fœminę ſint oĩno excluſę a p̃dictis bonis donantis, non vr recipere pbabilem dubitationē. Filijs autem maſculis ex eodē matrimonio naſcituris vñr ēt donata caſtra p̃dicta poſt do. Ioan. & hoc in vim modi adiecti per illa verba, fauore liberorum, pro illis elocandis, ad reſtandis, ſeu inſtituendis, & puehendis, ut J. declarabitur, nã illa dictio, pro, inducit modum, ſm Bar. in l. quib. dieb. §. Terminus, ff. de cond. & demon. Sed ex modo appoſito in donatione in fauorem tertij aquiritur illi tertio ius, & actio ſine ceſſione, & hoc fauore exercēns liberalitatē, caſus eſt in l. quoties, C. de do. q̃ ſub mo. p quē ita in terminis dñt Pau. de Caſt. & Corn. in l. 2. C. de his, quæ ſub mo. cum ſimilibus traditis per Soc. qui idē tenet, in cõſi. 236. placet, col. 1. in 2. parte. Cõprobať iſta pcluſio. Primo, quia niſi ita dicamus, illa verba fauore liberorum, & p illis elocandis, &c. fruſtra viderentur appoſita, & nihil viderentur operari, ƺ l. ſi qñ, ff. de leg. 1. Secundo, q̃a poſtea excludendo filias mediantib. 5000. ſcutis, vr̃ ſatis declarare donans ſe velle, q illa Caſtra pertineant maſculis, quia excluſio filiarum, eſt incluſio maſculorum, l. cum p̃tor, ff. de iud. Tertio, quia grauando maſculos naſcituros ex illo matrimonio, ut maritent, & dotent filias eiuſdem matrimonij, ut legitur in ſeptimo c. matrimonia li, videtur eo ipſo declaratum, q dicta caſtra donata pro maritãdis & adreſtandis p̃dictis liberis ſpectent, & remaneant maſculis tm̃, q̃a ſic grauando, cenſetur eos etiam ita honoraſſe, attēto maxime quod iam in dicto 1. pacto voluerat eiſdem maſculis p uideri de prædictis Caſtris. & ſic ad illa erant expreſſe vocati modo J. declarando, pro quo bene facit illa communis, & recepta concluſio, q licèt liberi in conditione poſiti non intelligantur

39 honorati, tamen ſi grauentur † fideic. tunc cenſentur honorati, ut tradit Corn. in l. ab eo, C. de fideicom. & Moderni communiter poſt Barto. in l. Centurio, ff. de vulg. per tex. not. in l. denique, §. interdũ, ff. de pec. lega. fortius ergo in caſu noſtro, in quo maſculi fuerunt expreſſe honorati in vim modi, ut dictum eſt. Ex quibus infertur, q do. Io. pater non potuit relinquere d. Caſtra filijs ſuis maſculis, & non potuit de illis in extraneos diſponere, nec tale pactum in præiudicium maſculorum alterare, ut poſt Bar. in terminis tenet Alex. in l. qui Romæ, §. Flauius. ff. de verb. obl. & alibi Soc. in ſcđa concluſione, an aũt dicta caſtra in

40 telligantur acquiſita oĩb. filijs maſculis † æqualiter, vel vni ſoli, quem d. Io. pro hæde ſuo elegit? vř tractatorium diſputare, attēto qđ oēs dicti maſculi diſpoſuerunt de illis caſtris ſm voluntatem ipſius primi donantis, l. quod deficientibus omnino maſculis ex aliquo ipſorum, dicta Caſtra, prout cætera bona, peruenirent in proximiorem domus de Caſtronouo. Ideo cum nihil referre vř, ſint acquiſita vni tm̃, an omnibus in hoc inſiſtendũ non vř. ¶ Circa illud dubium, ſ. an inſtitutio hæredis vniuerſalis facta de ipſo do. Ioanne in ſcđo capitulo matrimoniali, dēat cenſeri facta eodē fauore liberorum, quo legitur facta donatio dictorũ Caſtrorum immediate pręcedens. Et paucis agendo reſpondetur quod non, q̃a ſi donans hoc voluiſſet, veriſimiliter expreſſiſſet, id quod facile potuiſſet ſi voluiſſet, ut prius fecit, q̃ñ voluit, vnde cum non expreſſerit, dicendũ eſt, quod hoc noluerit, ideo debet haberi p omiſſo, ar. l. vnicę, §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tollend. c. ad audientiã, extra de decim. bene facit l. ſi cum dotem, ff. ſol. matr. cum ſim. Et hoc modo arguunt Doctores ſępiſſime, vt eos refert Dec. in conſi. 139. & illa eſt

41 regula firma. q † diſpoſitio non habet locũ, niſi in perſonis in ea expreſſis, ideo pōt ſemper dici, de re non loquitur diſpoſitio, & ſi vis dicere contrarium, habes neceſſe probare, ſm Ioannē And. in addi. Spec. tit. de teſtamentis, §. 1. ver. occurrit, in fin. Old. conſi. 21. thema tale eſt, cum concordantibus traditis p Soc. conſi. 61. col. 3. & conſi. 63. col 8. & conſi. 66. col. 4. in fin. vol. 3. hinc eſt, q vna perſona ſubſtituta in vno caſu, nõ cenſetur ſubſtituta in alio caſu diuerſo, niſi dictum ſit, vt per Soc. conſi. 67. col. 2. & 3. vol 3. & Dec. pſ. 384. col. vlt. bene facit, qđ poſt Aretinum dicit Dec. in conſi. 314. col. 2. & conſi. 208 col. 3. & conſilio 394 col. 4. in fin. Et quia in contractibus non debet perſona extranea ſubaudiri, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de verbo. obl. Et iſta diſputatio tunc eſſet neceſſaria, ſi talis vniuerſalis inſtitutio valuiſſet in vim donationis irreuocabilis. Sed cũ nos teneamus, eam non valere, niſi vim vltimę voluntatis, ad nutũ reuocabilis, ideo ſtandum eſt diſpoſitioni teſtamētariæ per do. Anto. donantem factę, quo ad omnia bona, exceptis caſtris prædictis. Laus Deo Opt. Max.

Ita iuris eſſe reſpondemus de Ripa & I. Montaigne.

RESPONSVM II.

Et ſi conditio ſubſtitutionis factæ in codicillis per hæc verba, Plus ordonne que ſe ledict Baldeſsar veſquit plus que monſieur Iehan ne que Thomas, le ſubſtitue en la ſegneurie de Senas, ſi eul ſue onthericiés maſſes da leus corps, defeciſſe videatur, q̃a dñs Baldeſſar defunctus ſit ante dom. Thomam, & maxime, cum Ioannes cum liberis deceſſerit maſculis, quæ liberorum conditio cum copulatiuè adiecta fuerit, in perſona vtriuſque erat adimplenda. Et quemadmodum ſubſtitutio, ſi neque Titius neque Męuius hæredes erunt, neutrum hęredē eſſe deſiderat, ita huiuſmodi ſubſtitutio amborum delectum requirit, nec fideicom. ſubſtitutio habet locum in perſona præmorientis, quando grauati inuicem erant ſubſtituti, maxime quando inſtitutus ex veriſimili mente teſtatoris prædilectus ſit ſubſtituto, quo caſu nec pluralitates in ſingularitates reſoluuntur, & conditio appoſita in perſona plurium in omnium perſonam eſt adimplenda Verum ſecundum ea, quæ proponuntur, huiuſmodi ſubſtitutionem fideicom. pluribus factam in perſonam vnius verificari reſpondi: nam quemadmodum teſtatorem omnem ſubſtitutum habere voluiſſe creditur, ſi omnium perſona defecerit, ita etiam exiſtimatur partem ad eum deferri voluiſſe, ſi vnius perſonã defecerit, & pręſertim ne codicillaris ſubſtitutio inanis iudicetur, ſi non aliter intelligatur ac ea plicetur, quàm ſubſtitutio facta in teſtamento, quę etiam ſingulari fauore ipſius do. Baldeſſaris facta legitur, ut ipſe teſtator in codicillis aſſeruit, idq; etiam manifeſte patet ex illis verbis, cętera vero in teſtamento contenta approbat, teſtamento addidiſſe, vel detraxiſſe, nam per ſpãlem diſpõnem codicillorum, ab vniuerſali teſtamentaria receſſum vř: quia etiam in fideicommiſſis voluntas magis quàm verborum quęſtio attenditur, ideo cum cõſtet teſtatorem in quodam primo teſtamento ipſum d. Baldeſſarem in portione ipſius domini Ioannis ſine filiis decedentis ipſi dño Thomæ prætuliſſe, ita per hmôi ſubſtitutionem in codicillis factam eundem præpoſuiſſe, creditur. nec obſtat, quod illud teſtamentum fuerit reuocatum, quia etiam ex teſtamento reuocato teſtatoris voluntas argui poteſt, & præcipuè cum ex huiuſmodi interpretatione omnia ad antiquã & primæuam teſtatoris voluntatem, & filij ēt ad æqualitatem reducãtur. Quare reſpondi do. Arnandum, filium dicti Baldeſſaris, in parte do. Ioannis præmortui, ſaltem in dominatione de Senaſio, virtute ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ admittendum fore.

SVMMARIVM.

1 *An ſubſtĩõ ita cõcepta, ſi dominus Baldeſar plus vixerit quàm dom. Ioannes, & quam Thomas in perſona vtriuſque conditionē euenire deſideret.*

2 *In fideicommiſſaria ſubſtitutione pluralitas quando reſoluatur in ſuas ſingularitates, & vide nu. 19.*

3 *An coniunctus ex veriſimili mente teſtatoris præferatur ſubſtituto aduenitate caſu ſubſtitutionis in perſonam primi, & vide nu. 18. & 20. & ibi vide, quando perſona dicatur magis dilecta.*

4 *An conditio facta in toto, & appoſita in perſona plurium, in perſona vnius impleatur, & vide plenius, nu. 16. & 21.*

5 *An teſtator pręſumatur mutare voluntatem ſuam, & an correctio præſumatur, & vide nu. 22.*

7 *Subſtitutio repetita codicillis, debet intelligi cum aliquo effectu, ne fruſtratoria cenſeatur.*

8 *Subſtitutio facta in fauorem alicuius, non debet in odium retorqueri.*

9 *Subſtitutio facta in augmentum non debet operari diminutionem, nec contra, vide nu. 10.*

11 *Teſtator voluiſſe non præſumitur, quod non dixit.*

12 .An

12 *An ſubſtitutioni vniuerſali factę in teſtamento, derogetur per ſpecialem factam in codicillis.*

13 *An arguere liceat a teſtamento renocato, quantum ad adhibendam declarationem diſpoſitorum in teſtamento.*

14 *In dubio pater præſumitur æqualitatem ſeruare voluiſſe inter filios, & in ſubſtitutionibus.*

15 *An ſubſtitutio facta ſub duabus conditionibus, in utraque conditione ſit verificanda.*

17 *An conditio, quæ tacitè ineſt ſi exprimatur, reddat conditionalem diſpoſitionem, & ibi vide optimam declarationem.*

18 *An ſubſtitutio codicillaris fideicommiſſaria facta de Signoria de Senaſio intelligatur facta vltimo morienti, & in parte ſua tantum.*

Dirigat me, qui veritas eſt, in viam ſalutis & veritatis.

Reſpon. Interpreta.

Quia Dominus Baldeſar mortuus eſt antequã Thomas, videtur quod conditio ſubſtitutionis factæ in codicillis per hęc verba deſecent, Plus ordone, quę ledict. Baldeſar velquit plus que monſieur Iean, neque Thomas, le ſubſtituit en la ſeigneurie de Senas, ſi eulx non heritiers males de leurs corps. Et conſequenter, quod ſubſtitutio euanuerit, l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de cadu. toll. Quod autem conditio defecent, probatur, quia facta fuit ſub duplici conditione. Prima, ſi dominus Baldeſar plus viueret quàm dom. Ioan. neq; Thomas. Secunda ſi dicti Ioan. & Thomas filios hæredes non habuerint, & vtraque defecit. prima quidem, quia dom. Baldeſar non ſuperuixit pluſquam dom. Ioan. tamen quia conditio fuit copulatiuè adiecta in perſona do. Ioan. & Thomæ, neneſbat in perſona vtriuſque adimplenda. l. ſi hęredi plures, ff. de cõ di. inſti. illa dictio, neque, habet incluſam copulam, ſecundum gl. in l. ſi filiæ, C. de donatio. ante nupt. & ibi Bald. & glo. in l. & quia. ff. de iuri. omni. iudi. & ideo iſta ſubſtitutio, ſi Baldeſar ſuperuixerit pluſquàm Ioan. & Thomas, debet requirere concur

3 ſum vtriuſque copulati, & ſic ꝙ Baldeſar † debuerit plus viuere quàm do. Ioan. & quàm do. Thomas ſicut iſta ſubſtitutio, ſi neque Titius, neque Sempronius hæredes erunt, requirit ꝙ neuter ſit hęres, l. quidam teſtamento Proculum, ff. de vulg. & pup. l. ſi is, qui ducenta, §. item ſi paterfami. ff. de reb. dub. deficit etiã ſecunda conditio, quia Thomas deceſſit cum filiis hędibus, & illa cõditio, ſi hędes maſculos non habuerint, cum fuerit concepta p verbũ pluralis numeri, ſi non habuerint, de pprietate ſermonis in perſonas vtriuſque erat adimplenda, ſm Pau. de Caſt. cõſ. 14. viſis & conſideratis, & ſic requirebatur, quod neuter habuiſſet filios hędes, l. ſi ita quis ſtipulatus. ff. de verb. obl. & d. l. ſi is, qui ducenta, §. vlti. ff. de reb. dub. & dicit Ang. in l. hędes mei, §. cũ ita, ad Treb. quod licèt ex mente teſtatoris admittat ſubſtitutus in perſona vltimi morientis, quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortẽ plurium per nomina collectiua ꝯ proprietatẽ ſermonis ex mente teſtatoris, d. §. cum ita, tamẽ perſona primi morientis nunq̃ admittitur contra proprietatem uerborum ſubſtitutionis copulatiuę, ſm Ang. in d. §. cum ita, & Pau. de Caſt. in l. qui duos, ff. de vulg. & pup.

2 ¶ Secundo cõfirmatur, quia licet aliàs in fideicõmiſſo † plura ſinas reſoluat in ſuas ſingularitates, & in cuiuſcunq; perſona cõditio adimpleat, habeat in parte illius locũ ſubſtõ fideicom. l. Lucius. §. Caio, ff. ad Treb. tñ fallit, qñ grauati erant inuicẽ ſubſtituti, tunc nunquam hẽt locũ fideicom. in perſona primi morientis, ut patet ad ſenſum, & eſt caſus in d. l. hędes mei, §. cũ ita, ff. ad Treb. verum d. Io. & Thomas grauati per fideicommiſſum in teſtamento fuerunt inuicem ſubſtituti, ergo &c.

3 ¶ Tertio fortificatur, quia vbi ſupereſt aliquis inſtitutus, quem veriſimiliter teſtator voluit pferri ſubſtituto, tunc non ſufficit, qđ condõ adimpleatur in perſona primi, l. pe. C. de impub. quæ licet loquatur in pupillari, tñ omnes Doctores extendũt ex idẽtitate rõnis ad fideicom. ut per Bar. & alios, in d. §. cum ita, conſtat autem teſtatorem magis dilexiſſe d. Thomam, quia eũ prætulit Baldeſari in ſubſtitutione, ergo &c.

¶ Quarto corroborat, qa ſubſtitutio facta fuit in donatione de Senaſio, & ſic in tota, cu indefinita æquipolleat vlt., l. plurib. ff. de leg. 2. c. qa circa, de priui. & quod teſtator intellexerit de tota donatione apparet ex verbis teſtamẽti, ex qb. inſertur ad declarationẽ verborũ prolatorum in codicillis, l. talis ſcriptura, §. fi. cum l. ſeq. ff. de le. 1. In teſtõ aũt ordinauit, quod donatio de Senaſio teneat ſp p vnũ tñ, ergo & idẽ dicendũ, q uoluerit teneri eã inſolidũ p d. dn. Bal uerũ ubi † ꝯdõ facta eſt in tota, & cõ

4 ditio eſt appoſita in pſona plurĩũ, non ſufficit, qđ ꝯdõ impleatur in pſona unius tñ, quia alii grauati cenſeant inuicem ſubſtituti, l. Titia Seio §. Seia, ff de leg. 2. & hoc firmat expreſſe Pau. de Caſt. in d §. cũ ita, & ꝯſi 404. doo vidẽda ſunt in prima parte, & Bar. Bal. & Ale. in d. l. qđã teſtõ. Ang ꝯſi. 80. Io. ſuũ ꝯdidit teſtm̃,

5 ¶ Quinto facit, quia teſtator † non pręſumitur mutaſſe uoluntatem, l. ſancimus, C. de teſta. l. filiæ cuius, C. fami. ercis. c. cum Matthę. de celebra. Miſſa nec pſumitur ſe corrigere, l. nã ad ea. ff. de cond. & dem. & gñaliter non pſumitur correctio. l. 1. C. de inoſ. dat. l. verũ ſi dicimus cõditionẽ illã ſi ſuperuixerit plus quã do. Io. neque do. Tho. copulatiuè eſſe adimplendam, & pluralitatẽ non reſolui in ſingularitates, diſpoſita in codicillis concordabuntur cũ diſpoſitis in teſtamento. Si vero dicimus locũ eſſe fideicõ. in perſonam primi, in cuius perſona euenit conditio, tunc ſubſtitutioni reciprocæ factæ in teſtamẽto de Caſtro & Segnoria Senaſii inter do. Io. & Thomã, erit totaliter derogatum, quod non eſt præſumendum teſtatorem voluiſſe, per prædicta. & maxime, quia ex tenore teſti apparere vr̃ teſtatorẽ feciſſe reciprocam ſubſtitutionem inter do. Ioan. & Thomam potius contemplatione dictæ Signoriæ, quam aliorum bonorum, capienda igitur erit illa interpretatio, per quam ſalua ſit reciproca, ut ſic ſcripturę concordentur, c. cum expediat, de electio. lib. 6. Et ſi præmiſſa uideant multũ vigere ꝯ do. Arnaud. ſilium dñi Bal. attamen illis non obſtãtib. ꝯtrariam puto fuiſſe mẽtẽ teſtatoris rõnib. maxime infraſcrip. ¶ Primo, p do. Arnan-

6 do facit, quia regula eſt affirmatiua † in cuiuſcunque perſona euenit conditio ſubſtitutionis factæ pluribus, in illius perſona hẽt locũ ſubſtitutio fideic. l. Luc. §. Caio, ff. ad Treb. l. fin. § filiũ, ff. de leg. 2. quia cuiuſlibet fides rogata cẽſetur de per ſe, ſm la. Bar. Bal. & alios, uel quia ſicut teſtator uoluit ſubſtitutũ habere totũ euenienre cõdõne in perſona oĩum, ita credendũ eſt voluiſſe ſubſtitutũ hẽre partẽ eius, in cuius perſona euenit condõ,

7 vt declarat Imo. in d. § cũ ita. ¶ Secundo, quia ſubſtõ † in codicillis dẽt intelligi facta cum aliquo effectu, ne alias fruſtra teſtator ſubſtitutionem illam feciſſe dicatur, l. ſi qũ, ff. de leg. 1. cum ſolitis concordantib. vñ ſi intelligamus, teſtatorẽ uoluiſſe ſubſtituere dñm Bal. poſt mortẽ dñorũ Io. & Thomæ copulatiuè ſi ſine filiis hędib. decederent, ſubſtõ facta in codicillis erit fruſtratoria, qa in teſtõ teſtõr ſubſtituerat d. Bal. poſt mortẽ amborum copulatiuè, ſi ſine filiis hędibus decederent, non tñ in Caſtro Senaſii, ſed & in oĩb. bonis, ergo &c. ¶ Tertio, quia ſubſtitutio facta in codicillis, fuit factã ipãli fauore d. do. Baldeſaris ut expreſſe in præfationib. codicilli ipſe teſtator proteſtatur, q̃ præfationes declarant uerba dubia appoſita in codicillis, l. fi. ff. de hæred. inſti. l. Titia, § 1 ff. de uerb. ob. uerũ ſi illa uerba, plus q̃ do. Io. neq; do. Thomas, intelligantur copulatiuè, & illa uerba, ſi hędes ex ſuo corpore non habuerint, non reſoluantur in ſin

8 gularitates, illa ſubſtitutio facta in codicillis retorqueretur † in odiũ, l. quod fauore, C. de leg. Nã deficiẽte cõdõne illa, ſi filios hędes non habuerint, in perſona unius ſm iſtum ſenſum, totaliter per talem codicillatem ſubſtitutionẽ excluderetur do. Bald. & tñ per ſubſtitutionem factam in teſtõ non excludebatur, qa etiam filiis dictorum do. Ioannis & Thomæ ſubſtitutus erat, & non ſolum ipſe, ſed eius filii etiam ſubſtituti fuerant, qui tamẽ per ſubſtitutionem codicillarem non fuerant uocati.

¶ Quarto, quia ſubſtitutio facta in codicillis, ſine dubio facta

9 fuit, ut aliquid adderet † ſubſtitutioni factæ in teſtamẽto, quod non ſolum, ut dixi, ex præfationibus colligitur, ſed etiam ex illis uerbis, plus ordinatione, l. ſi ſic, & l. ſi ibi pure, ff. de leg. 3. uerũ ſi illa uerba ſtãt copulatiuè, nec pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates, non plus ordinaſſet, quam in teſtamento. Imo minus, & quidem multo minus, quia in teſtamento, caſu quo ambo decederent ſine filiis, non ſolum ipſis do. Io. & Thomę, ſed etiam eorum filiis ſubſtituerat dominum Baldeſ. & eius filios vniuerſaliter in omnibus bonis, in codicillis uero in uno Caſtro tantum, & ipſis dominis Io. & Tho. totum, & ipſum dñm Baldeſ. tantum, & non filios. Quinto, quia illa uerba, cætera † ue

10 ro in teſtamento contenta approbata, aperte præſupponunt diſpoſita in codicillis, uel ſupplere, uel corrigere diſpoſita in teſtamento, auth. ex cauſa, C. de libe. præte. ibi, cætera namque firma manent. Sed ſi copulatiuè prima conditio intelligatur, & ſecunda non reſoluatur in ſingularitates, illa dictio, cętera non ſtabit aduerſatiue, nec ſeruabit naturam ſuam, igitur &c.

¶ Sexto, quia ſi dicamus dominum Baldeſarem ſubſtitutum fuiſſe in caſu tantum, quo ambo præmorerentur, & conſequenter, quòd ſit ſola reciproca reſpectu Segnorię de Senaſio, dicendum videtur, ꝙ fuerit ſubſtitutus in dicta Segnoria vltimo loco morienti, l. qui duos, ff. de vulg. & pup. ſed iſta interpretatio non eſt admittenda, patet, quia in teſtamento ſubſtituendo dictum dominum Baldeſarem uniuerſaliter ſubſtituit eum expreſſe ultimo morienti, & ſi uoluiſſet etiam in particulari ſubſtitutione dictæ Segnoriæ eum ſubſtituere ultimo morienti,

11 ita † expreſſiſſet, ſicut facit in uniuerſali, argumento l. unicæ. §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. toll.

¶ Septimo pro domino Arnaudo facit text. in l. libertis, quos, in principio, ff. de alimen. & cib. lega. ubi per ſpecialem diſpoſitionem factam in codicillis, uidetur receſſum a generali factã in teſtamento, & econtra, & ibi Bartolus dicit iſtud procedere in diuerſis uoluntatibus, & reperio Cur. ſen. conſi. 42. quia inquit Bal. col. fi. decidentem, quod ſi teſtator ſubſtituit in teſtamento aliquos in ſtirpes, & poſtea eoſdẽ ſubſtituit in codicillis

abſque

abſque illis verbis, in ſtirpes, ꝙ cenſetur conſultò omiſiſſe illa
verba, in ſtirpes, & in hoc receſiſſe a prima ſubſtitutione facta
in teſta. ita dicendū in caſu noſtro, ꝙ cum in ſubſtitutione fa-
12 cta vniuerſaliter † in teſtamento ſubſtituerit dominum Balde-
ſarem vltimo morienti, & in codicillis ſubſtituerit in Segno-
ria de Senaſio particulariter, ſimpliciter abſque illis verbis, vl-
timo morienti, ꝙ in hoc voluerit recedere a ſubſtõne vniuerſa-
li, & ſubſtituere cuilibet de per ſe. facit quod dicit Bald. conſi.
404. Præmittendum eſt, ad finem, lib. 4. vbi expreſſe dicit, ꝙ ſi
in teſtõ ſit factum fideicommiſſum vniuerſale ſub condõne,
in codicillis vero fideicommiſſum particulare abſque conditio
ne, ꝙ conditio cenſetur adempta in codicillis, & fideicommiſ-
ſum particulare remanebit purum. Ita dicemus in caſu occur-
renti, ꝙ voluerit de fideicommiſſo vniuerſali facto vltimo mo-
rienti adimere donationem de Senaſio, & in illa ſubſtituere
cuilibet in parte ſua, cum hoc fideicommiſſum particulare fue
rit factum vltimo morienti, ſicut vniuerſale. ¶ Octauo, ꝙ fue-
rit intentio teſtatoris per ſubſtitutionem factam in codicillis
vocare dominum Baldeſarem ad portionem Do. Ioannis præ
morientis, clariſſimè apparet ex ſubſtõne facta in primo teſta-
mento, in quo ipſum D. Baldeſarem prętulit ipſi domino Tho
mæ in portione domini Ioannis præmorientis ſine filijs. Et li-
cet illud teſtamentum fuerit reuocatum per ſecundum, §. po-
ſteriore, Inſtitut. quibus mo. teſta. infir. tamen quantum ad de-
13 clarandum † diſpoſita in vltima voluntate, licitum eſt ſumere
argumentum a teſtamento reuocato, l. fi. ff. de reb. cor. Bart in
l. 2. § teſtamentum, ff. quemad. teſta. aperi. vbi dicit, intereſſe
noſtra habere teſtamentum imperfectum, vel reuocatum plu-
ribus ea cauſis, & maxime quia per tale teſtamentum declara-
tur intentio alterius vltimę voluntatis. Hinc dicit Imperator,
prodeſſe ſcire antiqua iura correcta, quia per illa declarantur
noua, l. vnica, §. primo, C. de cadu. tol. c. fuerunt, diſt. 7. glo. in c.
nouit, de iud. cum ſimilibus. Cognouerat enim prudentiſſi-
mus pater, ꝙ iniuriam fecerat dom. Baldeſari filio ſuo obſe-
quentiſſimo, & bene dilecto, vt ipſe atteſtatur in præfatione co-
dicillorum, reuocando per vltimum teſtamentum ſubſtitutio-
nē vniuerſalem factam in primo teſtamento. Idcirco voluit
per viam codicillorum occurrere tantæ iniuriæ, reuocando ip-
ſam ſubſtitutionem ſaltem in Segnoria de Sena. capienda eſt
igitur interpretatio huius vltimæ ſubſtitutionis factę in codi-
cillis, quod teſtator voluerit, quod locus ſit fideicommiſſo in
perſona domini Ioannis præmorientis, quia per illam reducen
tur omnia ad antiquam, & primęuam voluntatem teſtatoris,
argumento gloſſ. in cap. 3. in verſi. numerandum, de præbend.
lib. 6. cum alijs, quæ accumulat Fel. in c. cum acceſſiſſent. col. 2.
de conſti. ¶ Et quia ita interpretando filij eiuſdem teſtatoris
reducentur ad ęqualitatem, nam ſubſtituerat teſtator domi-
num Ioannem & dominum Thomam hæredes uniuerſales,
Baldeſarem uero hęredem particularem in modico reſpectiuè.
Ideo in primo teſtamento voluit prę̨ferre in ſubſtitutione fa-
cta domino Ioanni ipſum dominum Baldeſarem dicto Tho-
mę, vt eueniente caſu ſubſtitutionis ipſe dominus Baldeſar eſſet
æqualis cum Dom. Thoma. ¶ Et quia cognouit idem teſta-
tor, ꝙ per ſecundum teſtamentum reuocauerat hanc ſubſtitu-
tionem, fecit codicillos, denuo ſubſtituendo ipſum dominum
Baldeſarem in Segnoria de Senaſiu tam ipſi domino Ioanni,
quam domino Thomæ, vt aliquando eueniente caſu fidei-
commiſſi in perſona alterius eorum, reduceretur diuiſio hære-
ditatis ad aliquam æqualitatem. in dubio enim præſumendum
14 † eſt, patrem voluiſſe ęqualitatem ſeruare, l. penultim. C. com-
mun. vtriuſ. iudi. l. quęſitum, §. ſed & ipſe Papinianus, ff. de
fund. inſtruc. quam interpretationem iudices ſequi debent, ſe-
cundum Socinum, conſilio 108. caſus, Ser Franciſcus, in fine,
libro 3. bene facit tex. in l. cum pater, §. cunctis, ff. de leg. 2. &
quod dicit Angel. per illum tex. in §. illud quoque. in Authent.
de nuptijs. Et ea reſponſionibus accommodandis ad allegata
in contrarium, manifeſtius cognoſcetur, hanc fuiſſe defun-
cti intentionem. ¶ Non obſtat igitur primum, quod ſubſti-
15 tutio † facta fuerit ſub duabus conditionibus, quę ambæ di-
cuntur defeciſſe; quia reſpondetur, quod immo vtraque pu-
rificata fuit in perſona domini Ioannis, qui ſine filijs mortuus
eſt ante dominum Baldeſarem. non obſtat dum dicitur, quòd
prima conditio, ſi dominus Baldeſar, magis quam dominus
Ioannes, neque dominus Thomas, eſt copulatiuè facta per
dictionem neque, habentem incluſam copulam. Quia re-
16 ſpondetur, quod ex mente † teſtatoris ſufficit, quod conditio
ſubſtitutionis factę poſt mortem plurium, etiam copulatiuè
eueniat in perſona vnius tantum, ſecundum Bartolum &
communiter Doctores in dicto §. cum ita. & Alex. Imolam, &
Modernio. in d. l. quidam teſtamento Proculum, per textum
in dicto §. Caio. quia non poteſt aſſignari ratio differentię, an di-
cat teſtator poſt mortem amborum, vt dicit in dicto §. Caio.
an dicat prius moriatur dominus Ioannes, & Thomas. & licet
aliqui faciant differentiam an ſubſtitutio ſit facta per copu-
lam expreſſam, an per copulam tacitam incluſam in dictione
neque, tamen Alexander in dicta l. quidam, iſtud reprobat. &
in caſu noſtro non poteſt adaptari, quia facientes differen-
tiam inter copulam &, & copulam neque, loquuntur quando
ſubſtitutio facta pluribus fuit facta per copulam affirmatiuam,
tunc dicunt locum eſſe fideicommiſſo in perſona cuiuslibet,
ſecus ſi fiat per copulam negatiuam, vt ſi neque Titius, neque
Meuius hæredes erunt. & licet illi non dicant, ratio poteſt
eſſe, quia negatiua negando plus excludit, quam affirmatiua
affirmando affirmat, ſecundum gloſſam in l. hoc genus, ff. de
condit. & demonſtrat. in cap. cum dilectus, de conſuetu. Hinc
eſt quod ſolo primęuo actu negatiua non adimpletur, ut per
Iaſon. in l. duob. § ſi ei, qui. colum. 2. ff. de iureiur. ¶ Præterea
textus in dicta l. quidam teſtamento, loquitur in ſubſtitutione
vulgari facta pluribus ſub conditione negatiua appoſita in
perſona plurium copulatiuè. Nos loquimur in fideicommiſ-
ſaria. & ratio differentiæ eſt, quia in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria cuiuslibet fides rogata videtur de per ſe, ut ſupra dixi,
ſecus in vulgari, vt latius declarant Doctores in dicto §. cum
ita, & in l. prima, ut dici, ff. de vulgari & pupilla. & quòd in vul-
gari requiratur, quod omnes repudient, & ſic ꝙ eueniet con-
ditio in perſona omnium, eſt tex. in l. quamuis, C. de impube
& alijs ſub. ſti. ſecus in fideicommiſſo, dicto §. Caio & ratio-
nem diuerſitatis latius explicat Alexander conſilio 103. pon-
deratis hic, colum. ſexta, lib. 4. quod legitur ad plenum in con
ſilio vndecimo, lib. 3. in caſu autem noſtro, ſi intelligimus ꝙ
dictio neque, copulet negatiuè, ut eſt ſua propria natura, &
ſic appunatur pro id eſt, & non quam dominus Thomas, vt
in Authentica. de non aliena §. primo, dicta l. quidam teſtamen-
to, cum ſimilibus. Certe clara erit intentio teſtatoris, quod
mortuo domino Ioanne, erit locus fideicommiſſo. Si vero
intelligamus, quod copulet affirmatiue, ut ſit ſenſus, ſi domi-
nus Baldeſar magis vixerit quam dominus Ioannes, & quam
dominus Thomas, tunc ſecundum omnes, eſt locus fideicom-
miſſo, etiam in perſona primi morientis, dicto §. Caio. & quod
ſit verum, oſtendo aliter. aut uolumus referre conditionem
illam, ſi domin. Baldiſar magis vixerit, ad perſonam ipſorum
dominorum Ioannis, & Thomę, & tunc perinde eſt ac ſi te-
ſtator dixiſſet poſt mortem amborum, & tunc caſus eſſet in
dicto §. Caio, quod in cuiuslibet perſona euenit conditio, lo-
cus eſt fideicommiſſo: aut uolumus referre illam conditionem
ad ipſum dominum Baldeſarem, ut uerba ſonant, & iſto caſu
dico, quod reſpectu ipſius domini Baldeſaris, illa verba (ſi ma-
gis uixerit, quam domini Ioannes, neque Thomas) non fa-
ciunt conditionem, quia tacitè inerat, & conditio † quę tacitè
ineſt, non reddit conditionalem diſpoſitionem, l. tertia, ff. de
leg. 1. capit. ad audientiam. ſecundo, de reſcrip. cum uulg. Quod
reſpectu ipſius ineſſet, patet; quia mortuo fideicommiſſario
ante grauatos ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis ex ſuo
corpore (ut in caſu iſto) fideicommiſſum euaneſcet, l. unic. §.
ſin autem ſub conditione, C. de caducis tollendis, nec tranſmit-
titur etiam ad deſcendentem, l. unic. C. de ijs, qui ante apertas
tabulas, quę probat per locum a ſpeciali, & ita tenet gloſſ. fin.
in dicto § cum ita, cuius opinio eſt *communiter* approbata
ſecundum Senio. ibi, reprobata gloſſ. in l. is cui, ff. de actio.
& obligat. quam reprobat Bartol. in l. prima, quem alij ſequun-
tur, ff. de legat. 1. Iaſon. in l. tertia, C. de fideicommiſſ. cum ſo-
litis auctoritatibus, quas omitto. & ſi dicatur quod debent
operari, quia exponuntur aliter quam infinit, l. ſi ita legatum, §.
illi ſi uolet, ff. de legatis ſecundo: nam inerat disiunctiuè, dicto
§. Caio, & expreſſa fuit copulatiuè. ¶ Reſpondeo aduerten-
dum eſſe, quod talis conditio disiunctiue in perſonam cu-
iuslibet tacite ineſt ex legis interpretatione, præſumentis teſta-
torum uoluntatem fuiſſe disiunctiuè loqui, licet uerba con-
trarium ſonent, ut expreſſe dicit text. in dicto §. cum ita, &
ſequuntur Doctores communiter, ut ſtatim dicam. Ineſt etiam
copulatiua reſpectu amborum & totius donationis. hoc ſic
præſuppoſito, dico quod talis conditio ſemper ineſt, ad hoc
enim ut disiunctiuè ſuccedat, neceſſe eſt ut magis quam alter
uiuat, eſt etiam neceſſe, quod magis quam uterque uiuat, ſi
utrique, & in tota donatione debet ſuccedere.

¶ Reſpondeo igitur in forma, quod licet uerba ſint copulati-
ue concepta, tamen legis interpretatione, quo ad quid, haben-
tur ac ſi disiunctiuè prolata eſſent; quo uero ad totum ſtant in
ſua figura. utroque tamen caſu ineſt tacitè conditio ipſa, ſi ſu-
peruixerit, ergo nullo pacto reddet conditionalem ſubſtitutio-
nem, ſed ſolum erat contemplanda altera conditio, ſi hæredes
ex ſuo corpore non habuerint, quę ſine dubio eſt reſoluenda
in ſuas ſingularitates per iura pręallegata, quę hoc manifeſte
uolunt, & per fundamenta prædicta, quę hanc ſententiam
apertiſſime demonſtrant. ¶ Non obſtat primo dictum Ang.
in dicto §. cum ita, & Pauli de Caſtro in dicta l. qui duos, quòd
lex interpretetur locum eſſe fideicommiſſo in perſona ultimi
morientis tantum in parte ſua contra proprietatem uerborum
copula-

copulatiuè prolatorum, quia *communis* opinio eſt contra Angelum & Pau. de Caſt. & contrarium tenent Bart. Imo. Alexan. & Senen. & in contrarium dicit eſſe communem Alexan. in l.
18 ſi pe C. de impub. col. pe ubi oēs cōcludunt locum eſſe fideic. in perſonam primi, niſi ſuperſit perſona magis dilecta, quæ ex veriſimili mente teſtatoris excludat ſubſtitutum. Ita Corneus conſi. 47. videtur prima facie lib. 1. & poſſem allegare infinita conſilia, quæ conſultò prætereo, quia non puto expediens eſſe iſtud aliter comprobare. ¶ Non obſtat ſm fundamentum, dum dicitur, quòd ſtante reciproca ſubſtitutione inter grauatos, plura-
19 litas † non reſoluitur, quia per ſubſtitutionem particularē factam in codicillis de Segnoria Senaſij, receſſit teſtator a reciproca vniuerſali facta in teſtamento, vt ſupra probatum fuit per octo fundamenta. Bald. ſuper gloſ. in l. diuus Pius, ff. de peti. hæred. hoc adnotat non ineleganter, pluralitatem reſolui in ſuas ſingularitates. nam gl. illic in verbo, quorum iudiciorum, intelligit, hoc eſt iudicij. & pro hoc facit tex. apertus in l. falſa demonſtratio, §. fin. ibi nam hunc ſermonem, licet pluralis ſit, pro eo accipi oportet, ac ſi ſeparatim dixiſſet, & cæt. ff. de cond. & demonſtr. Et iſtud facit pro ſtatuto puniente falſos teſtes producentem, vt etiam locum habeat in producente vnum.

¶ Sed & illud non inconcinnè adijciendum puto, pluralem diſpoſitionem verificari in ſingulari per ſuas ſingularitates, l. 2. C. de pact. can. 2. diſtin. 1. Quod tamen ſex modis declarat Ludo. Gozad. in dicta l. 1. & adde textum in l. a §. exactis deinde Regibus. & ibi gloſ. quam ibi ſequitur politiſſimus Vdalricus Zaſius, ff. de origi. iuris. Ex proprietate tamen verborum pluralis diſpoſitio non reſoluitur in ſingularitates hoc probat text. in l. Iulius Phebus, quæ eſt lex poſtrema, ff. ad Senatuſcon. Trebellia. idque regulare eſſe tradunt recentiores interpretes in l. quamuis, C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus. Nam (vt ait Modeſtinus Iureconſultus in l. non aliter, ff. de legat. 3.) non aliter a ſignificatione verborum recedi oportet, quam cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem & facit tex. in l. vbi numerus, ff. de teſtibus. in argumentum. dicit ibi Domitius Vlpianus, Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt. Ergo (data inſtantia) minori numero contenta non erit.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod maior eſt vera, ſed minor eſt
20 falſa. Verum quidem eſt, ſi ſupereſt perſona † magis dilecta, quòd excludetur ſubſtitutus; ſed falſum eſt quòd dom. Thomas, tunc ſuperſtes, dicatur perſona magis dilecta, quæ habeat excludere dominum Baldeſarem ſubſtitutum. dicitur enim tunc ſupereſſe perſona quæ ex veriſimili intentione teſtatoris habet excludere ſubſtitutum, quando ſupereſt perſona prior in grado, & alias ſola ab inteſtato ſucceſſura, ſecus ſi ſit in pari gradu cum ſubſtituto, vt in caſu iſto test. eſt ad literam in dicto §. cum ita. Et ita declarant Barto. & omnes ſcribentes ibi, & Socinus conſilio 94 pro clariori intelligentia, columna tertia, libro quarto. ¶ Nec quicquam facit, quod teſtator prætulerit in ſubſtitutione vniuerſali ipſum dominum Thomam, quia verum eſt, quantum ad portionem ipſius domini Thomę. Sed quantum ad portionem relictam domino Ioanni, de qua agitur, non prætulit dominum Thomam ipſi domino Baldeſari, & ideo quantum ad hoc, non poteſt dici magis dilectus. ¶ Ad quartum reſpondetur: quod *communis* opi-
21 nio eſt, ꝙ etiam ſi ſubſtitutio † fideicommiſſaria ſit facta in tota, & integra hæreditate, vel in tota donatione, vt in caſu noſtro, ꝙ nihilominus habeat locum ſubſtitutio in perſona cuiuslibet de per ſe, per tex. in d. l. fin. §. filium, & in d. §. cum ita, & ita Ang. Imol. Pau. Raphael Cumanus, & Alexand. in dicta l. quidam teſtamento, & ibi Alex. dicit, ꝙ iſta eſt communis opinio contra Bart. & ſequaces. idem tenent Angel. Imo. Alexan. & Senen. in dicto § cum ita. Matheſi. nota. 168. Pau. de Caſtr. in l. Lucius ff. de vulg. & pupilla. Antonius de But. conſi. 31. viſis conſilijs. Alex conſilio 91. ponderatis ijs, lib. 1. vbi dicit quod magis communis eſt contra Barto. quam ſemper legendo, & conſulendo ſecutus fuit, & idem Alexan. conſilio 92 ſuper eodem, libro 3. & conſilio 14. ſuper quæſtione propoſita, libro 4 Bald conſil. 471. libro 3. Alexand. conſilio 203. libro 4. quod ſepenumero eſt, vt ibi videre licet. & Socin. mei in dicto conſilio 94. non videtur approbare ſimpliciter, ſed in caſu ſuo tantum, qui non eſt caſus noſter. ¶ Ad text. in dicto §. Sen. reſpondetur quod ibi alia plura concurrebant, quæ non ſunt in caſu noſtro, ibi erat facta ſubſtitutio in toto, & vltimo morienti, & prohibita alienatio totius & alia, quæ ponderat Alexander in l. pater filiam, §. fin. ff. ad legem Falcid. & Iaſon in dicta l. quidam, & l. vel ſingulis, eodem titulo. & in l. penultima, C. de impuber. Alexander conſilio 55. proſpectis his, columna 8. libro 4. Præterea ſubſtitutio fideicommiſſaria facta in codicillis, eſt facta per verba indefinita, quo caſu eſt perinde, ac ſi per verba ſimplicia facta foret, ſecundum Alexandrum poſt alios,
22 in dicto § cum ita, colum. 3. ¶ Ad vltimum, ꝙ teſtator † non præſumatur mutaſſe voluntatem. Reſpondetur verum eſſe, niſi contrarium appareat tacite, vel expreſſe: hic autem conſtat ipſum mutaſſe voluntatem, quò ad donationem de Senaſio expreſſe, & ex coniecturis, & rationibus, quibus ſupra. Nam in vltimis voluntatibus ita obſeruanda eſt voluntas tacita elicita ex coniecturis a veriſimili intentione teſtatoris, ſicut expreſſa, l. cum res, & ibi Iaſ. in ſexto notab. ff. de leg. 1. l. Titius, §. Lucius, ff. de libe. & poſthum. ¶ Nam taciti & expreſſi par eſt virtus in vltimis voluntatibus, vt colligitur ex d. §. Lucius. Nam verba etiam ex mente accipienda ſunt, l. nominis & rei. §. verbū ex legibus, ff. de rerum & verbo. ſignific. qui text. licèt de legib. expreſſim loquatur, tamen ampliari poteſt ad vltimas voluntates, idque fauore earum. Coniecturæ autem tacitæ voluntatis, vnde ſumi debeant, notant Doctor. in l. virum per illum tex. de donatio. inter virum & vxo. ff. ¶ Quod autem ſuperius dictum eſt, voluntatem teſtatoris ſequendam eſſe & ſeruandam, hoc probat text. formalis in l. in conditionibus primum locum, ff. de conditio. & demonſtra. & in l. ſi ita ſit ſcriptum, ff. de lega. primo, vbi dicitur, quod uoluntas teſtatoris etſi verbis expreſſa non fuerit, ſeruari debet, vnde Paulus Orianus in repetitio. l. 1 numero 44. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. dixit, Barto. ſcripſiſſe in l. penul. C. de neceſſ. ſer. quod lex voluntatem teſtatoris ſequitur, ſicut venator leporem, nec immerito, nam voluntas teſtatoris habetur pro lege. §. diſponat, in Auth. de nupt. colla. 4. vbi dicit Imperator, diſponat itaque vnuſquiſque in ſuis, ut dignum eſt, & ſit lex eius voluntas, ſicut & antiquiſſima nobis lex, &c. ¶ Sed reſtat ſcrupulus, quia uidetur, ꝙ coniecturæ, de quibus ſupra in ſecundo, tertio, & quarto fundamentis adductis pro domino Arnaudo, poſſint faciliime elidi, ſi intelligamus teſtatorem voluiſſe ſubſtituere vltimo morienti ſine filiis, dato quòd primus eſſet mortuus cum filijs, ſecundum caſum propoſitum in dicto §. cum ita. nam hoc modo erit ſalua reciproca, & ſubſtitutio facta in codicillis non erit fruſtratoria, & ſine effectu, quia niſi facta fuiſſet codicillaris ſubſtitutio, dominus Baldeſar excludebatur per filios primi præmortui: ſic enim expreſſe diſpoſuerat teſtator in ſecundo teſtamento, & ad iſtum finem poteſt intelligi facta ſubſtitutio codicillaris & ſecundum iſtum ſenſum teſtator nō feciſſet ſubſtitutionem codicillarem fruſtratorie. ¶ Sed reſpondeo, quod iſte intellectus ſtare non poteſt, nec iſta fuit intentio teſtatoris: & quod ita ſit, demonſtro, prius præmittendo, quod reciproca facta in teſtamento inter dominos Ioannem & Thomā eſt pura & ſimplex, etiam ſi primus moriatur cum filijs.

¶ Secundo præmitto, quòd in caſu §. cum ita, reciproca ſubſtitutio non erat pura & ſimplex, ſed conditionalis, ſi alter prædeceſſerit ſine filiis. ¶ Hoc ſic pręmiſſo, demonſtro quod in caſu
23 noſtro ſubſtitutio † codicillaris fideicommiſſaria de Segnoria de Senaſio non poteſt intelligi facta ab vltimo moriēte in parte ſua tantum, nec ab ipſo tantum, quia mors vtriuſque videlicet tam domini Ioannis, quàm domini Thomæ, eſt poſita in conditione, & quia liberi utriuſque ſunt etiam in conditione poſiti, & vterque grauatus, ſi hæredes non habuerint, conſequenter non poteſt dici, quòd teſtator voluerit, quod ſalua ſit ſubſtitutio reciproca ſimpliciter & pure facta in teſtamento: quia ea ſalua, non eſſet primus grauatus, euenient e conditione in perſona ſui, nec expiraret fideicommiſſum, deficiente conditione in perſona ſui, ſed ſolum ultimus grauatus eſſet, ſola mors vltimi, ſoli vltimi morientes eſſent in conditione poſiti. ¶ Cum igitur verba ſubſtitutionis codicillaris non conueniant huic intellectui, nec ipſa ſubſtitutio ſtare poſſit, ſalua illa ſimplici reciproca. ¶ Dicamus, vt ſupra concluſum fuit, per codicillarem ſubſtitutionem receſſiſſe teſtatorem ab illa reciproca quantum ſit reſpectu dictæ Segnoriæ: in caſu uero dicti §. cum ita, poterant verificari verba ſubſtitutionis fideicōmiſſariæ in perſona vtriuſque grauati, quia reciproca erat conditionalis in perſona vtriuſque, ut ſupra dixi, igitur nihil ad caſum noſtrum.

Laus Deo, de Ripa.

¶ Ad legem Falcidiam.

RESPONSVM I.

CVm portio ex prælegatis cohęredi acquiſita, non prælegata; quia a ſeipſo ſibupſi legari non poteſt, ſed hæreditaria propriè appelletur: ideo dubium non eſt, quin Petrus quartam partem bonorum ex præallegatis ſibi obuentorum alienare liberè potuerit, cum pro quarta teſtatoris hęres extiterit, ac pro ea parte bona hęreditaria, & non prælegata dicantur. Quare male, ac inique iudicatum eſſe reſpondi contra Nauarrinos, ac litis conſortes dictę quartę partis emptores.

SUMMARIUM.

1 *Portio habita ex prælegatis factis cohæredi a cohærede, non prælegata, ſed hæreditaria propriè appellatur.*
2 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, cenſetur grauatus reſtituere portionem prælegatorum, quam iure hæreditario capit.*
3 *Rogatus reſtituere prælegata non cenſetur grauatus reſtituere portionem prælegatorum ſibi iure hæreditario obuentorum.*
4 *Hæres teſtatoris pro quarta, pro eadem quarta partem bonorum ſibi prælegatorum alienare poteſt.*
5 *Portio habita ex prælegatis in falcidiam computanda eſt.*

Qui veritas eſt, mihi viam veritatis aperiat.

Reſpon. Interpreta.

Vera, & induhitata concluſio eſt, quod portio † prælegatorum factorum cohæredi, quæ ipſum hæredem tangit, non dicitur prælegata, quia a ſeipſo ſibiipſi legari non poteſt, l. legatum, tertia, §. 1. ff. de leg. 1. l. Titia, §. Lucius, ff. de leg. 2. ¶ Ratio rationis, qua dicitur, a ſeipſo legari non poſſe, eſt, quia nemo ſibi donare poteſt, & inter donantem & accipientem oportere eſſe differentiam placuit, idque optimè probatur in capitulo ſecundo, de inſtitut. in volumine Gregoriano, & ibi no. interpretes. Atqui legatum eſt donatio a defuncto relicta ab hærede præſtanda, ita definit Imperator in §. 1. Inſtit. de leg. Legari itaque inutiliter ab hærede, vt ſibiipſi præſtet, ſcribit Modeſtinus in d. l. legatum, tertia, §. primo, ff. de leg. primo. ſic enim ait ibi Iuriſconſultus Modeſtinus. Hæredi a ſemetipſo legatum dari non poteſt, a cohærede poteſt. Dare autem eſt dominium in alium transferre, ita probat textus in §. ſic itaque, Inſtitut. de actio. & adde textus notabiles in cap. inter dilectos, extra de fide inſtrumentorum, & cap. ſi diligenti, de præſcrip. in antiquis. Quatenus vero pertinet ad §. Lucius, l. Titia, ff. de lega. ſecundo, ſuperius citatum, nullo certè modo congruit propoſito, ad quod citatus eſt, atque inductus, immo eſt ibi ſpecies diſſimilis, caſusque omnino diuerſus, & illum §. Lucius, pro contrario allegat Accurſiana glo. in d. l. legatum, 3. §. primo. Audiamus igitur Modeſtinum ita loquentem in d. l. legatum, §. Lucius. Lucius (inquit) Titius in teſtamento ſuo ita cauit, Octauianæ Stratonicæ, dulciſſimę filiæ meę, ſalutem. Volo eam a ſeipſa accipere villam cum impoſitionibus ſuis omnibus. Et paulo poſt quęrit Iuriſconſultus in hæc verba. Quæro, an huiuſmodi ſcriptura integrum prædium ſingulis hæredibus datum eſſe videatur, an vero partem hæreditariam duntaxat contineat, cum inutiliter a ſemetipſo quenquam eorũ, quã habebat partem, accipere voluerit. Modeſtinus reſpondit, non ſic interpretandam ſcripturam, de qua quæritur, vt fideicõmiſſum inutile fiat. Ponderatis illa verba, vt fideicommiſſum, &c. Nam actus interpretandus eſt, vt potius valeat, quàm pereat, l. quoties, ff de reb. dub. cum ſi. Videre contrarium, & velut antinomiam, quã ita conatur diluere gl. in d. l. legatum, § 1. Vt illa lex legatum, 3 §. 1. procedat, quando hæres eſt ſolus, §. autẽ Lucius, quando habet cohæredem. Ego uero aliter hoc contrarium dilui, & diſſolui poſſe puto, ponderatis verbis dari, & accipere. Vt verum ſit legatum ab hærede ſibiipſi dari non poſſe, quia nemo ſibi dat, ut ſuperius probaui per c. 2. de inſtitut. extra. & ita loquitur d. l. legatum, §. 1. accipere autem hæredi licèt ſuo iure, ut probatur in l. Titia, §. Lucius, & in l. in quartam. ibi, ſed & ſi accepta pecunia, hæreditatem reſtituere rogatus, ff. ad legem Falcidiam, quod notandum eſt. ¶ Illi l. in quartã, in principio, videtur obſtare textus l. filium, quem habentem, C. familiæ erciſ. vbi imputatur in quartam etiam pro partibus, quæ capiuntur a cohęredib. Soluit Cyn. vt l. in quartam, procedat, qñ grauatur reſtituere alijs, lex autem, filiũ, quando cohęredib. ar. l. Neſennius, ff. ad leg. Fal. Et quod dicitur in illa l. in quartam, q datum gratia conditionis implendę non computatur in quartam, hoc procedit reſpectu falcidię, non autem Trebellianicæ.
2 Et ratio diuerſitatis aſſignatur in d. l. in quartam. Ideo † cohęres rogatus reſtituere portionem hęreditatis ſibi relictam, tenetur reſtituere portionem prælegatorum, quę ipſum tangit, quia pro rata ſua cohęres percipit prælegata iure hęreditario, non iure prælegati, l. in fideicommiſſariam, §. fin. ff. ad Trebel. quo fit, ut econtra † rogatus reſtituere prælegata non teneatur
3 reſtituere, niſi quæ a cohæredibus percepit, non quæ a ſemetipſo, quia pro ſua portione non ſunt prælegata. Male ergo iudicatum videtur contra Nauarrinos & litis conſortes, quia do. Petrus potuit alienare quartam partem bonorum ſibi prælega
4 torum, cum fuerit hæres teſtatoris † pro quarta parte, pro qua quarta bona dicuntur hæreditaria, non prælegata, d. l. in fideicõ
5 miſſariam. § ſi hinc eſt, q ſuam † portionem non tenetur in falcidiam imputare, quia eam capit iure hæreditario, l. in quartam. ff. ad leg. Falc.

¶ Ad Senatuſconſultum Trebel.

RESPONSUM I.

23 nis: quia dictio, † prout, relata ad actum præteritum, de quo conſtat, ſtat limitatiue, l. edita, & ibi Bart. col. pe. C. de edendo. & idẽ firmat Bar. in extraua. ad repnmẽ. in ver. prout, & Fel. in c. qm̃. Abb. col. 3. de offi deleg. Alex. ꝯſi. uiſa & accurate conſideratis, col. pe. lib. 1. Conſtat aũt de præfata conſuetudine, quod vniuerſitas ſolita eſt leuare tributa habito conſenſu oĩum ꝯdñorum, non aũt ſolius do. Delphini, ut patet ex documentis deſignatis in proceſſu & in præmiſſa narratione facti. Ergo non aliam conſtat fuiſſe mentem d. Gubernatoris, qui nouiſſime cõceſſit facultatem exigendi tributa, prout hactenus ſolitum eſt. Quarto, quia Princeps concedẽdo aliq̃ gratiam, vel priuilegiũ, intelligitur eatenus concedere, quatenus ſua poteſtas ſe exten-
24 dit, † non aũt vltra, l. Lucius, §. Imperator, ff. ad municipa. c. a nobis, & ibi no. Pan. de ſent. excõ. & traditur per Pau. de Caſt. ꝯſil. 295. in cauſa, in 2. parte. ſm nouam impreſſionem, & per Cur. conſi. 60. col fi. Verum cum do. Delphinus non poſſit dare hãc facultatem in pręiudicium eccleſiæ ꝯdñę, niſi accedat conſenſus Pręlati & Capituli, vt oſtenſum fuit in primo dubio, dicendum eſt quod voluerit do. Gubernator hanc facultatem concedere, quatenus tangit portionẽ dñi Delphini. Et quod iſte fuerit ſenſus, ſuadetur, quia ſe refert ad antiquas conceſſiones pdeceſſorum, in quib. maxime in lnia ꝯceſſa de danno 1464 Lud. Regis primogenitus Delphinus ſapienter lniam ꝯceſſit, adiecta cl'a, in quantũ partem noſtrã tãgit, quę cl'a cenſet in pñti noua lnia, quia relatum eſt in referente, l. aſſe toto, ff. de hęre. inſt. l. quiſie, ff. de verb. obl. Ex prædictis ſatis ſuperque diſputatum fuit de ptãte & voluntate, nunc videndum eſt de ſubreptione, ex qua apparebit, ꝙ d. Gubernator talem lniam ſolus non dediſſet, ſi habuiſſet notitiam iurium competentium eccleſię, de quibus debuit vniuerſitas in precib. mentionem facere. Nam ea omnia ſunt per impetrantem expedienda, quę concedentẽ pñt mouere ad concedendum, vel difficilius concedendũ, c. ſuper literis, c. poſtulaſti, in ver. de leui, de reſcriptis. maxime in impetratione priuilegij, quia ſubreptio ipſo iure vitiat priuilegia & literas gratioſas, c. ad aures, ubi Pan. & alij, eo. tit. tacuerunt impetrantes Reue. do. Archiepm & Capi. eſſe in quaſi poſſeſſione exercendi regalia, & ſignanter impartiendi lniam. & authoritatem exigendi noua vectigalia ſimul cum Delphino; de qua
25 quidẽ quaſi poſſeſſione † mentionẽ facere debuerunt, alioquin impetrationẽ vitio ſubreptionis irritam eſſe cõſtat, c. cum noſtris, de conceſ. præben. & licet ille tex. loquatur in impetratione beneficij, tñ ratio illius cap. militat in omnibus impetrationibus: quia ſi fuiſſet expoſitum, quod eccleſia erat in quaſi poſſeſſione ſimul cum do Delphino, ſolus non dediſſet licentiam niſi accederet conſenſus Pręlati, & Capituli ꝓdñorum. & ꝙ ille tex. procedat generaliter etiam in alijs impetrationibus, probatur, in c. 2. ubi gl. de deci. lib. 6 & in c. dudum, extra eo. & firmat Fel. in c. noſtra, col. 24 ver. 9. no. de reſcr. Scd̃o conſtat hmõi impetrationem eſſe ſubreptitiam, quia non fuit facta mentio de tranſactione inita inter eccleſiam, & quondam do. Hubertũ
26 Delphinum, taciturnitas tranſactionis uitiat † reſcriptum ſm glo. in c. ex literis, de offi. deleg. poſt Cardinalem con. ſtr 36. factum ſic ſe habet, & idem firmat Socin. conſi. 530. circa primũ, lib. 4. Tertio, dato quod fuiſſet facta mentio tranſactionis, alia ratione eſſet ſubreptitia, quia non fuit facta mentio iuramenti pręſtiti per præfatum quondam do. Hubertum, nam taciturni-
27 tas iuramenti † reddit gratiam ſubreptitiam & inualidam, c. cõſtitutus, de reſcr. & firmat Lud Ro. conſi. 369. circa primũ, col. 3. & Alex. conſi. 125. col. pen. lib. 1. & traditur per Ferra. cau. 60. Quarto, hmõi gratia eſt infecta vitio ſubreptionis, quia non fuit
28 facta mentio tot, † priuilegiorum tam per Imperatores & Delphinos, q̃ etiam ſummos Pontifices conceſſorum, c. cum ordinatẽ, de reſcriptis, c. veniens, de ṗſcr. l. 3. C. de ſilent. lib. 12. & traditur per Fel. late in c. 1. ver. 2. diſpoſitio, de reſcriptis. Quinto, ex alia redditur ſubreptitia, quia non fuit facta mentio, ꝙ priuilegia & trãſactio ac libertates ꝯceſſæ eccleſię fuerint ꝯfirmatę per Franc. Modernũ Regẽ & alios pdeceſſores, Reges, & Delphi-
29 nos, de qb. ꝯfirmationib. † hñda quoq; mẽtio fuit, alias gratia vitio ſubreptionis nullius eſt momenti, ſecundum gl. in clem. dudum, in verbo, pacta, de ſepulturis. Alex. conſi. 125. col. 3. lib. 2. Curt. Senior conſi. 35. in fine. Sexto eſt ſubreptitia alia ratione, quia non fuit expreſſum concedenti, ꝙ alias fuerit lata ſententia contra ipſam vniuerſitatem, ꝙ non liceret impetrare facultatem indicendi nouas exactiones abſque conſenſu Archiepiſcopi, & Capituli, quę iam longiſſimo tempore tñſiuit in rem
30 iudicatam, taciturnitas enim ſententię, † vitiat priuilegium, c. ex poſita, de arb. & ibi glo. & Fel. col 8. in c. ſuper literis, de reſcr. niſi in gratia ſit appoſita clauſula, non obſtante re iudicata, l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. Nec ſufficit, ꝙ talis clauſola ſit appoſita in precibus, ſed oportet, ꝙ ſit inſerta in corpore gratiæ, ſecundum Alex. conſi. 36. col. 2. lib. 2. Nec valet priuilegium contra rem iudicatam, niſi ſit conceſſum parte citata, & cum prędicta clauſula, non obſtante, ſecundum Alex. conſi. 123. ad finem, eodem lib. Septimò, quia impetrantes tacuerunt, ꝙ vniuerſitas cõ
31 ſueta † ſit petere licentiam impetrandi & exigendi vectigalia et a pręfato domino Archiepiſcopo & Capitulo, ideo gratia quoque redditur ſubreptitia, c. 1. de conſuet. li. 6. & traditur per Alexan. in d. conſ. 130. col. 3. de quibus omnibus ſi do. Gubernator fuiſſet (vt iuris erat) ad plenum informatus, non conceſſiſſet dictis vniuerſitati & hominibus prædictam licentiam ſimpliciter & abſolute, ſed ita demum ſi accederet conſenſus domini Archiepiſcopi & capituli condominorum. Quare concludo non licuiſſe vniuerſitati & hominibus exigere aliqua vectigalia ſeu tributa, abſque conſenſu omnium condominorum, quia dominus Gubernator non voluit ſolus talem impartiri licentiam.

RESPONSUM XIII.

ARelatenſes Nullo iure onere reſtituendi ptij per Chriſtianiſſimum Regẽ exacti ab emptoribus officiorum Viguerarus eiſdem Vigueria ab eodem Sereniſſimo Rege grauati cenſentur. Idque ex tenore verborum Regis aperte deprehenditur afferentis, en exbourſant tou ſtesfoys par leſdictz gens dudict pais &c. per quę verba pſonæ ſeu homines trium ſtatuum expreſſe grauantur, & præſertim cum ad eorum ſupplicationem, & non Arelatenſium, hęc fuerint per Principem conceſſa. Quipanter Arelatenſes, vt adhærentes nullo iure adſtricti cenſentur, cum nulla æquitatis ratio patiatur iuſtiſſimum Regẽ adhærentes non ſupplicantes grauaſſe, & pecunias eis inuitis extorquere voluiſſe. Quare Arelatenſes & ſi adhærentes, non tamẽ ſupplicantes, nec ſupplicantibus acquieſcentes, non grauatos eſſe reſpondi.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſeu clauſula in fine poſita, referuntur ad pręcedentia eis correſpondentia.*
2 *Relatio in dubio fit contra ſupplicantem.*
3 *Relatio, ſeu interpretatio, nunquam fit ad ea, ex quibus reſultaret iniquitas.*
4 *Edicti Regij declaratio, ad ipſum Regem ſpectat.*

Reſpon. interpreta.

NOn creditur Chriſtianiſſimum Regẽ uoluiſſe grauare Ciuitatem Arelatanſem onere reſtituẽdi pretium, ꝙ ipſe recipit ab emp. offici Viguriatus rationib. ſeq. Primo, quia illa verba reductionis Regiæ, en exbourſãt touteſfoys par leſdictz gens dudict pais, ceulx que en vertu de noſdictes letres ont obtenu leſdictz offices perpetuez, referenda ſunt imo expreſſe referuntur ad gentes trium ſtatuum pręmemoratas, ita ſonant il-
1 la uerba, per leſdictz, quæ † reſpiciunt præcedentia l. i. §. cũ qui, alias eſt §. hoc edicto, & ibi not. Bar. ff. de poſt. docet Bar. in l. talis ſcriptura, col. fi. ff. de le. 1. Soc. conſi. 62. col. 1. lib. 4. Secundo, quia dicta reductio facta fuit ad ſupplicationem gentis triũ ſta-
2 tuum, ergo, † ad ipſas in dubio facienda eſt relatio, c. inter dilectos, de fide inſtr. Inſt. de inut. ſtip. §. præterea. Cum igitur Arelatenſis reſpublica (vt proponitur) non ſit de gentib. trium ſtatuũ, nec in trib. ſtatibus comprehenſa, bene ſequitur, ꝙ ipſa nõ intelligatur grauata. Non ob. ſi dicatur, ꝙ licet non ſit de gentib. trium ſtatuum, eſt tñ de terris adiacentibus, quia in pręcedẽtib. legũtur nominatæ, quia videtur, ꝙ quatenus Chriſtianiſſimus Rex ſe refert ad terras adiacentes, intelligitur de terris adiacentib. quæ ſimul cum gentib. trium ſtatuum ſupplicarunt, & petierunt reductionem, offerentes ſeſe exoluturos pretia emptorib. officiorum, ita probant verba præfationis dictę reductionis ibi, requeſtes & complaintes, &c. a quib. ipſa reductio omnino regulatur, l. fi. ff. de hær. inſt. non. n. iuſtiſſimus Rex intelligit velle grauare terras adiacentes non ſupplicantes, nec velle auferre ſe

enniam de burſa Arelaten.aſtum,eis inuitis,ſm Bald. in l.3.C.de
ſer.& aqu.co.10 & Rip Cn.in l.fi.C.ſi Ꝯtus,vel vtil.pub.cõpro
bat Fel.in c.quę in eccleſiarũ,col.13.de conſt.alioquin ſi ad ter
ras adiacentes non ſupplicantes fieret relatio,reſultaret ſumma
iniquitas. ſic ſi Rex voluiſſet vendere officia & precia recipere
cum damno ſubditorum,quos voluiſſet reddere pretia emptio-
ribus contra omnem æquitatem,ſic.n.in effectu.& per indire-
ctum voluiſſet extorquere pecunias ipſis ſubditis inuitis,ergo
non dicamus, ꝙ relatio ſit facienda ad terras non conſentientes,
nec ſupplicantes duntaxat,quia ſugienda eſt illa interpretatio,p
quam reſultat iniuſtitia,vel iniquitas,ſm glo. & Bar.in l.fi.in f.
3 t.C.de libe.pręte Nec † relatio facienda eſt ad ea,ex quib.reſul
tat abſurditas,c.cum eccleſia Vlter.de elec.Old.conſi.158 incip.
factum tale eſt.traditur per Iaſ.in l.1.C. de lib.pręt. Cum igitur
Ciuitas Arelatenſis non ſupplicauerit, nec ſupplicanti conſen-
ſerit,bene ſequitur ꝙ ipſa nõ cenſeatur grauata. Et ſi inſtetur,
quis ergo erit grauatus,ſeu quis remborſabit dictum Viguerũ?
4 Reſpondetur,ꝙ declarare habeat † Chriſtianiſſimus Rex, qui
reductionem fecit,l.fi.C.de leg.

RESPONSVM XIIII.

ALlobrogum conſuetudine nobilib.nobili-
ter viuentibus munerũ immu
nitatem pręſtante proponebatur, num Baldeſar ex
Ioanne illuſtris Delphini Barbitonſore natus,genere
nobilis eſſet? Plerique reſpõderunt,ex nobili parente originem
ducere etiam eum,qui ex principis coquo deſcẽdit. Ego autem
dixi inferioris Principis non decorari radiis, quem artis vilitas
ignobilem facit,ꝙ vulgi opinione comprobari dicitur, & natu
rali conſtat exemplo. Minoribus.n.aſtris ea non eſt illuſtrandi
vis,quæ Phœbo omnium aſtrorum maximo.id etiam quęreba
tur,an immunitas a Delphino conceſſa Ioanni, eiuſque hære-
dibus & ſucceſſoribus ex ſuo corpore,& legitimo matrimonio
procreatis conceſſa quoque foret Baldeſari nepoti inſtituto in
re certa a Ludouico,filio & hærede. Ego verba priuilegii ſtri-
ctiſſime interpretans,filiis hæredibus vniuerſalibus,non etiam
nepotibus hęredibus particularibus immunitatem donatam re
ſpondi,ſed nec a muneribus a Principe indicendis exemptos a
collectis,quæ populi decreto pro communi vtilitate imponun
tur,puto poſſe defendi.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſunt de deſcendentibus,& ex corpore aui.*
2 *Nobilitatem tenetur probare qui ſe ſuper ea fundat.*
3 *Barbitonſor propter artis vilitatem non differt a mechanico, & plebeio,*
& numero 5.
4 *Coquus Principis dicitur conſtitutus in dignitate.*
6 *Princeps ſupremus poteſt domeſticos ſuis radiis nobilitare,non autẽ Prin*
ceps inferior.
7 *Delphinus non recognoſcit ſuperiorem. Iura tamen loquentia in Impe-*
ratore non habent locum in eo,licet ſit aqua poteſtas.& nu 8.
9 *Conſuetudo & exiſtimatio communis in materia nobilitandi alterum,*
magis ſpectanda eſt,quam lex.
10 *Nobilitas,vt praſcribatur, quanti temporis vſus requiratur,idem de pri*
uilegio non contribuendi nu.11.
12 *Taleas ſoluere dicitur,qui ſponte ipſis remittit,quod ſibi debetur.*
13 *Teſtium plurium depoſitio de nobili uita ratione,non probat nobilitatẽ.*
14 *Plebeius poteſt eſſe exemptus a datiis & taleis.*
15 *Hæres hæredis eſt etiam teſtatoris hæres.& qualiter hac regula intelli-*
gatur. nu.16.
17 *Succeſſoris appellatione in dubio uenit uniuerſalis hæres nõ particularis.*
18 *Filius inſtitutus in re certa,dicitur hæres.*
19 *Priuilegia immunitatis,ſunt contra publicam utilitatem,& num. 24.&*
ideo ueniunt ſtrictiſſime interpretanda.
20 *Nepos an ex aui matrimonio,aut eius corpore dicatur natus.*
21 *Priuilegium unum ſuppletur,& declaratur per aliud.*
22 *Argumentum a contrario ſenſu,valet etiam in priuilegiis.*
23 *Impoſitis & imponendis,participium reſolutum,& reſoluendum,prout*
decet,diſpoſitionem reſtringit ad terminos relatiui uerbi.
25 *Hoſpitari milites quilibet tenetur, niſi ſpeciali priuilegio fuerit exem-*
ptus.
26 *Collecta impoſita ob communem utilitatem,regulantur ſecundum natu-*
ram onerum,in quorum loco ſubrogantur.

Qui veritas eſt,mihi viam veritatis aperiat.

Reſpon.Interpret.

VIdetur Reſpondendum Baldeſarem duplici iu
re immunem eſſe a collectis,ſubſidiis,
cęteriſq; munerib.ciuitatis Dienſis. Primo ex nobi-
litatis prærogatiua, nobiles.n.immunes ſunt a con-
tributione onerum facienda cum plebeis tam cõi iure,quã con
ſuetudine Delphinali,ſm Guid.Pap.deciſ. 384. quæ incipit,ſed
quid de nobilibus,vbi allegatur tex.in l.3.§.1.ff.de mu.& ho.Et
pro eius ſententia facit ẽt tex.in l.non tantum,§.1.de excuſat.tu
to. Secũdo de priuilegio,nam illuſtris olim Delphinus exemit
Ioannem auum pręfati Baldeſaris & eius hæredes,& ſucceſſo-
res ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio deſcẽden
1 tes. Conſtat aũt nepotes eſſe de deſcendentibus, † ex corpore
aui,ſm Bal.& Mod.in l.1.C.de conditio.inſer.& in c.1. §.filia,de
ſucc.feu.ad fi.& Lud.Rom.conſi.168.viſis,loquentes in fortio-
rib.terminis Dicunt.n.ꝙ conceſſio facta ſibi & aliis ex ſuo cor-
pore naſcituris,ẽt cenſetur facta nepotib.ex filia,quia in nepo-
te eſt ſanguinis continuatio, vnde immediatum dr. quicquid
per rerum naturam continuatur, ꝙ maxime verificabitur in de
ſcendentibus. Verum.n.eſt omnes ex proprio Corpore Adæ,
& Euę deſcendere,vt eſt gl.in l nuptiæ cõſiſtere.ff. de ritu nup.
& docet Bal.conſi.141.punctus talis eſt,quid.m.lib.5. no.gl.in
§.ergo non omnes,Inſt.de nup. Conſtat etiam illuſtrẽ do. Del
phinum,ẽt ſi ſuperiorem recognoſceret, potuiſſe concedere
immunitatem dicto Ioanni & deſcendentib.ſubditis ſuis,l.pla-
cet,C.de excuſa.mune.li.10.traditur per Pau.in c.2. col. pen. de
immu.ecc. per Alex.conſi 30.ponderatis,lib.5 ergo nihil vide-
tur propoſi,ꝙ huiuſmodi priuilegio aduerſetur Verum ſecũ-
dum ea,quæ proponuntur, arbitror Baldeſarem nullo iure ſe
poſſe a munerib.tueri,non quidem ex prætogatiua nobilitatis,
quia non conſtat ex actis,ꝙ ipſe ſit nobilis tenetur enim nobi
2 litatem probare,† qui ſuper ea ſe fundat,ſecundum Bal.in c.1.
§.ſi ruſticus.per illum tex.de pac.ten. & in l.non ignorat,col.2.
C.qui accuſ.non poſſunt. Soc.conſ 246 eleganter & ſubtiliter,
col.1.lib.2.quod inſertum fuit inter conſilia Curtii Senioris cõ-
ſil.18 Quinimo ex productis per Baldeſarem conſtat, ꝙ origi-
nem trahit ab auo,barbitonſore quõdam do. Delphini,quem
3 conſtat non differre a mechanico,& plebeio propter artis † vi
litatem,l.1.C.de exc.artifi.lib.10.& l.ne quis,& ibi not. C.de di-
gnita.lib.12. Nec dicatur,ꝙ barbitonſor Principis dicitur habe-
re dignitatem,cum etiam coquus Principis dicatur conſtitutus
4 in dignitate,ſecundum Bal.in rub.de feud.Guardiæ,& Ludou.
Rom.in ſuis ſingula.nec etiam dicatur barbitonſorem domini
5 Delphini dici nobilem,quia aſſiſtat eius lateri,† iuxta tex.in l.1.
C.de præpoſit.laborum.lib.12. ibi,quos noſtri lateris Comita-
tus illuſtrat.per quem tex.dicunt Ang.& Iaſ in l. omnium, C.
de teſta.ꝙ quicunque adhęret lateri Principis,dr nobilis.& idẽ
tex.in l.1.C.de dome.& protecto.ibi,ſi his honos nõ deferatur,
qui contingere noſtram purpuram digni ſunt exiſtimati. Quia
ad iſta omnia reſpondetur dupliciter. Primo,quod iura quę vo
lunt domeſticos Principis nobilitari radiis ſui domini, loquun
6 tur in domeſticis Imperatoris † & ſupremi Principis: vnde nõ
recte protrahi poſſunt ad domeſticos inferioris,qui de iure nõ
7 poteſt † aliquem nobilitare,ſm Bar.in l.1.col.9.C.de dig.lib.12.
Et dato,ꝙ do. Delphinus non recognoſceret ſuperiorem,non
8 tamen ſequitur,ꝙ iura loquentia † de Imperatore,habeant lo
cum in Delphino,in quo non eſt tanta maieſtas,quanta in Im
peratore vt probat in ſimili Soc conſi. 273. in cauſa fratrũ,col.
2.vol.2.poſt Imo.in l.infamen,ff.de iud.& conſtat exemplo ſtel
larum,quarum ſplendor non ęque lucet,ſicut ſplendor Solis.
Secundo reſpondetur,ꝙ ſi de iure barbitonſor, & coquus Del
phini forent nobiles,quod vix crediderim, tamen de conſuetu
dine non reputantur nobiles,quæ conſuetudo,& cõis exiſtima
9 tio in hac materia eſt magis inſpicienda † quam lex,ſm Bar.in
d.l.1.col.fi & Pau.de Caſt.in l.3.de epiſc.audien.col.2.& Soc. in
d.conſi. 265. col. 3. Et ꝙ barbitonſor Delphini non reputetur
nobilis,licet coniecturari ex impetratione priuilegii. Nã ſi fuiſ-
ſet nobilis, fruſtra impetraſſet priuilegiũ imunitatis a ſubſidiis
Delphinalib.a quib.ſm mores patrię nobiles nobiliter viuẽtes
ſunt exempti,fruſtra.n. precib.impetratur, ꝙ cõi iure concedi-
tur,l.1.C.de theſau.li.10. Item, ꝙ non eſſet dictus barbitonſor
nobilis,conſtat ex tenore dicti priuilegii, in quo legitur filium
Regis Delphinum mandaſſe trib.ſtatibus,vt præfatũ barbiton-
ſorem deſcribant in numero exemptorum, & non ſoluentiũ,
non aũt mandauit,ꝙ deſcriberent in numero nobiliũ. Tres.n.
hominum ſunt ſpecies,quę ſolent in trib.ſtatutib.Delphinalib.
deſcribi,eccleſiaſtici.ſ.nobiles,& exempti,ſeu non ſoluentes,vt
patet ex productis tam per actorem quã per reos.Cum igitur fue-
rit poſitus in numero exemptorũ ex priuilegio,conſtat,ꝙ non
fuit receptus in numero nobilium,l.ſeruorum,ff.de ſtatu hom.
cũ ſim. Et ſi prędicta non videntur ſufficere ad oſtendendũ con
ſuetudinẽ,articuletur,& probetur qualiter barbitonſores,coq.
& ſimiles ſeruitores d.Delphini non hñt,neq; reputant.ac nec
habiti,nec reputati fuerũt retroactis tpib.nobiles,&c. Nõ ob.ꝙ
d.Baldeſar probauerit ſe in ſubſidiis contribuere cum nobilib.
quia non pptea ſequitur ꝙ ſit nobilis, nam ad hoc vt ex vſu &
10 quaſi poſſeſſione pſcribatur † nobilitas,requiritur uſus tãti tpis,
cuius initii memoria non ſit in ↄtrium,ſm Io. And. in ca. Abb.
de priu.lib.6. & Ludou.Rom.ſingula.289.aliquid vſus,&c.qui

viſus

vſus tanti tpis non fuit deductus neque probatus. Et dato qđ a
certo tempore citra contribuerit cum nobilibus, non tamen ſe
11 quitur ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione non contribuendi † cum ple-
beis: quia ad hoc vt quis dicatur in quaſi poſſeſſio. non ſoluēdi
& non contribuēdi cum his, cum quibus de iure tenetur contri
buere, plura ſunt neceſſaria. Primo, quod dictus Baldeſar fuerit
aliquando requiſitus, vt contribueret, l. litibus. cum ibi not. per
Bar. C. de agri. & cenſ. lib. 6. Scđo, ꝙ requiſitus ſoluere recuſa-
uerit, ſm glo. in l. qui luminibus. ff. de ſer. vrb. præd. Tertio, ꝙ v-
ſus fuerit prærogatiua nobilitatis ſcientibus & patientibus his
qui præſunt regimini ciuitatis Dienſis, ſm Bart. in l. 2. C. de ſer.
& aqua. & Pan. conſi. 18. in cā, lib. 2. & conſi. 33. col. fi. eo. li. Non
conſtat autem ex actis de prædictis, nec de his fuit articulatū. er
go &c. Quinimo requiſitus Ioā. auus vt ſolueret, ordinatū fuit
per curiam quod idem Ioānes ſolueret, cui ordinationi paritū
fuit, vt legitur ex proceſſu. Nec obſtat trāſactio inita inter agē
tes nomine ciuitatis, & quondam Ludoui. eius patrem, per quē
conuentum fuit, quod vniuerſitas nō poſſet taleare, nec cotiza-
re dictum Lud. eius vita durante. Quia rñdetur, quod vniuerſi-
tas, ſeu agentes pro ea, ideo promiſerunt non taleare eum pro
tempore eius vitæ, quia remiſit vniuerſitati ſummam 12 a. flo-
renorum ſex ſolidorum, & quindecim denariorum, ita capitur
tranſactio. Vnde ſtante hac remiſſione, ſatis dicit ipſe Lud. ſol-
12 uiſſe taleas Soluere † enim dr̃ taleas, qui pro ipſis remittit, quod
ſibi dētur, l. ſi debitor, ff. q pot. in plg. hab. l. uel permutauit, ff. de
liber. cau. l. ſi qui delegauerit, ff. de noua. cum ſimi. Præterea ta-
lis promiſſio non fuit facta ex cā nobilitatis, ſed ex cā officij, qđ
habebat ipſe Lud. quia erat receptor patriæ pro Illuſtri d. Delphi
no, pp quod officium idem Ludo. obtinuerat literas exemptio
nis a præfato do. Delphino, quæ exemptio catenus durauit,
quatenus durauit officium, & non vltra, l. maximarum, C. de
excuſa. mune. lib. x. & ibi notat Bar. in l. qui ſub pretextu, vbi Bar.
de collegi. & carh. lib. xi. C. & in l. qui ſub prætextu, C. de ſacr.
ſan. eccl. & l. Scriniarius, C. de teſt. mil. Et hac rōne uniuerſitas
tranſegit cum receptore ad eius vitam. Non denique obſtant te
ſtium depoſitiones, quia & ſi plures deponant, quod Baldeſar
13 viuat nobiliter, non tamē ſequitur quod ſit nobilis. † Nam ad
hoc, vt quis ſit immunis a taleis & ſubſidijs quæ ſoluuntur per
plebeios, duo ſunt ſm mores patriæ neceſſaria. Primum quod
ſit nobilis. Secundum, quod viuat nobiliter. Itē teſtes aſſignāt
rationem minime concludentem, & quam conſtat eſſe falſā,
ergo nullam fidem faciunt, l. iulam, cum ibi notatis, C. de teſt.
traditur per glo. & Canoniſtas in c. cum cauſam, co. ii nam oēs
teſtes dñt, quod Ioannes & Lud. pater & auus d. Baldeſaris ha-
biti & reputati fuerunt nobiles, quia non contribuebant cū ple
beis. Iſta ratio non concludit, ſtat n. ſimul, quod aliquis nō con
14 tribuat cum plebeis, & tñ non ſit † nobilis, cum poſſit eſſe ple
beius, & exemptus, ut ſ. dictū fuit. Itē conſtat, qđ hęc rō aſſigna
ta per teſtes eſt falſa. Quia cum conſtat, quod Ioannes & Ludoui. nō
contribuebant cum plebeis, non pp prærogatiuam nobilitatis,
ſed pp priuilegium eiſdem ſpecialiter cōceſſum, unde de depo-
ſitionibus dictorum teſtium non eſt habenda rō. Ex his patet,
quod Baldeſar non poteſt ſe iuuare ea prærogatiua nobilitatis,
cum non conſtet ipſum eſſe nobilem, & ubi conſtaret de no-
bilitate, niſi eſſet conſuetudo patriæ, rñderem audacter, qđ non
poſſet prætextu nobilitatis ſe excuſare a contributione onerū
occurrentium in d. ciuitate, quia nobiles de iure tenentur one-
ra patrimonialia ſubire, ſicut quilibet plebeius, ut fuit cōclu-
ſum ſ. in 4. tāſo, in ij. dub. Videamus modo, an Baldeſar iure ſe
prætendat immunem ex priuilegio conceſſo Ioāni auo & eius
hrēdib. & ſucceſſorib. deſcēdentib. de ſuo proprio corpore? Mi-
hi, ſaluo ſanioribus iudicio, vr̃, qđ nec ēt uigore huius priuile-
gij Baldeſar ſit immunis. Tum quia Baldeſar non eſt hęres nec
ſucceſſor d. Ioannis. Nō ob. ſi dicat̃, qđ eſt filius, & hrs Ludoui
ci filij, & hrēdis d. Ioannis, & ꝯñt vr̃ ēē hęres ipſius Io. cum hę-
15 res hrēdis † ſit etiam teſtatoris hęres, l. fi. C. de hęr. inſt. l. ſi pfamili-
las, in fi. ff. de hęr. inſt. Quia rñdetur quod hęc ratio pcederet, ſi
Baldeſar eſſet hęres vlis dicti Ludo. ſed in facto preſupponitur,
quod ipſe non eſt hæres vlis, ſed particularis, qui loco legata
rij hr̃, l. quoties, C. de hę. inſt. Legatarius, autem hrēdis nullo mo
do poteſt dici primi teſtatoris vlis hęres, ergo &c. nam illa re
gula, hęres hrēdis, &c. intelligitur de hrēde uniuerſali, ut uolunt
Bal. Iaſ. & alij in d. l. fi. Accedat, quod illa verba priuilegij loquē
16 tia de hęredib. intelligenda ſunt de hęredibus † vlibus, l. fideiuſ
ſor, §. qui interrogatus, ff. de interro. act. Et quod appellatione
hęredis, in dubio non cōprehendatur ſingularis ſucceſſor, fir-
māt Bal. & d. Phi. de Peru. in c. ſi pater, de teſt. li. 6. & Fel. in c. q a,
col. fi. de iud. Et ꝙ appellatione hęredis, non comprehendatur
particularis ſucceſſor, patet ad oculū, quia hęreditas, a qua nomē
hrēdis deſcendit, eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, l. hrēdi-
tas, ff. de reg. iur. l. pecuniæ, §. hęreditas, ff. de uer. ſig. Et ſi dicat̃,
qđ priuilegium non ſolum fuit cōceſſum hrēdib. ſed ēt ſucceſ-
ſoribus, & ideo uerbum, ſucceſſorib. debet intelligi de ſucceſſori
bus particularibus, ut aliquid operetur, c. ſi Papa, de priuileg. li.
6. l. qñ, de leg. 1. Rñdeo, ꝙ ēt appellone ſucceſſoris in dubio venit
17 † vlis ſucceſſor, non autem particularis, l. quędam, §. nihil, ff. de
eden quod procedit etiam ſi diſpō loquatur de hæredib. & ſuc-
ceſſorib. ſimul & geminate, ſm Bal. in l. emptorem, col. 3. C. lo-
ca. Imo. & Mod. in l. quod dr̃, la 2. ff. de verb. obl & late Cur. iun.
conſi. antepe. Nec ob. dum dr̃, quod verbum, ſucceſſorib. debet
aliquid operari, quia iſtud conceditur: ſed rñdetur, ꝙ verbum,
hæredibus, intelligitur de hr̃ibus vlibus de iure ciuili, verbum
ſucceſſoribus, de ſucceſſoribus vniuerſalibus de iure pretorio,
l. ſtipulatio iſta, in prin cum gl. in uerbo, cæterorum ff. de verb.
obl. & ita rñdet Imo. in d. l. quod dr̃, col. pen. & Alex. in d. §. ni-
hil, & Cur. in d. conſi. antepe. Non denique obſtat, ſi dicatur,
18 quod filius inſtitutus in re certa, † dicatur hæres, & ideo ſucce-
dat in feudo conceſſo alicui pro ſe & hrēdib &c. ut tenet Bart. in
l. ut iuriſiurādi, §. ſi liberi, ff. de ope. lib. & conſi. inci. d. Amatus,
quod eſt conſi. 55. &c. quem ſequitur Imo. in l. ex facto, la grā-
de, ff. de hrēd. inſt. quia ꝯtrium tenēt Bal. Ang. & Sal. quos refert,
& ſequitur Alex. in d. §. nihil. & poſito, quod dicta Bart. vera eſ-
ſet, nihil facit ad rem nr̃am, quia loquitur in cōceſſione feudi,
& ſic in beneficio Principis, quod latiſſime eſt interpretandū,
l. fi. ff. de cōſti. prin. c. cum dilecti, de do. nos loquimur in priuile
gio, quod eſt ſtrictiſſime, & propriiſſime intelligendum, l. ſi qñ
C. de inof. teſta. l. ex facto, ff. de vulg. & pup. traditur per gl. Abb.
& Fel. late in c. cauſam, quæ. de reſcri. Et ſi reliqua priuilegia
ſunt reſtringenda, & ſtricte interpretanda, a fortiori veniunt re
19 ſtringenda priuilegia immunitatis, † quia ſunt ꝯ publicā utili-
tatem, ſm Pau. de Caſt. l. maritum, ff. ſol. mat. & Alex. in l. quia
tale, ff. eo. tit. & conſi. 125 col. 3. lib. 2. Hinc eſt appōne poſtero
rum, & appōne generis, & appōne deſcendentium in priui-
legio immunitatis non veniunt deſcendentes ex filia, quia tale
priuilegium eſt odioſiſſimum, l. prima. ff. de iure immun. licet
in alia mā fauorabili contineant̃ & nepotes ex filia. Ita in ppo-
ſito rñdet Dec. conſi. 233. in caſu propoſito, per totum. Alia ēt
rōne non vr̃, quod Baldeſar ſit de ꝯprehenſis in d. priui. quia nō
eſt de hrēdib. & ſucceſſorib. deſcendentib. & procreatis ex cor-
pore & lrīmo matrimonio Io. aui. Nam cum ei non conueniāt
verba priuilegij, non ēt conueniet diſpō, c. porro, de priuile. l. 4.
§. toties, ff. de dam. infec. l. conſtitutum, ff. de teſt. mil. Nec obſt.
quod nepos dicatur deſcendere ex corpore; non tñ fuit procrea
tus ex corpore aui, & ex matrimonio per auum ꝯtracto, prout ex
tenore priuilegij diſponitur. Nepos enim non dr̃ natus, nec p-
20 creatus ex aui mr̃imonio, † nec ex eius corpore, ut eſt tex. cla-
rus in l. nam ciuiū, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. licet enim
omnes deſcendamus ex corpore Adę, non tñ ex eis Euæ ma-
trimonio, & corpore fuimus omnes procreati. Et ſi negetur, ꝙ
ex tenore priuilegij requiratur, ꝙ hrs ſit de deſcendentib. pro-
creatis ex matrimonio & corpore Ioannis aui; rñdeo, ꝙ impro
ba & calumnioſa eſt hmōi negatio. Priuilegij tenor talis eſt, Io.
de Pererio & eius hrēdes, & ſucceſſores, deſcendētes de ſuo pro-
prio corpore & lrīmo matrimonio, eximimus, &c. Pondera il-
lam copulam, & lrīmo matrimonio, quę copulat uniformiter,
& qualitates pręcedentis copulati repetit in ſequen. ſm glo. in
l. ii ſic, ff. quemad. ſer. amit. q̃ extollit Iaſ. in l. fi. col. pe. C. de ſuc-
ceſ. edic. Pro qua facit, quod decidit Bart. in l. ſi legatarius, ff. de
leg. 3. & quod decidit Lud. Ro. conſi. 231. præmiſſorum Docto
rum & Soc. conſi. 280. conſiderata, lib. 2. & ſi in ſequenti copu-
lato reperitur illa pręcedens qualitas, prout repetenda eſt, ex
ſuo, & proprio corpore, ſolum erunt exempti, qui ex ſuo &
proprio corpore, & ex ſuo & proprio lrīmo mr̃imonio deſcen
dunt, & procreati ſunt. Et ſi inſtetur, quod tenor huius priuile-
gij loquatur de deſcendentib. non aūt de procreatis: rñdeo qđ
ſuppleri dēt uerbū, & procreatis, quia ita cantat tenor alterius
priuilegij declarantis primū. ſuppletur. n. priuilegiū & declarat̃
21 † per aliud, c. inter dilectos, de fid. inſtr. l. verum, ff. de pet. hær.
Et ita no. Bal. in c. auditis, per illum tex. de pręſcr. & Iaſ. in l. ſi qs
ex argentariis. §. ſi initium, in 4. no. ff. de eden. & in l. triticum,
ff. de verb. ob. Facit tex. in l. ſed & ſi poſteriores, ff. de leg. Potuit. n.
do Delphinus, qui priuilegium conceſſerat, illud declarare, ſup-
plere, & reſtringere, c. inter alia, de ſent. excō. c. t. de iura. cal. Et
traditur per Fel. in c. nouit, col. 9. de iud Sed ponamus quod Bal
deſar ſit uirtute huius priuilegij immunis, videamus a quib immu
nenb. Priuilegij verba hæc ſunt, Io. barbitōſorē nr̃m eximimus
ab oīb. ſubſidiis, auxiliis, taleis, & donis gratioſis impoſitis, &
imponendis per gentes trium ſtatuū nr̃i Delphinatus & Comi
tatus, a qb. exonerauimus & exoneramus ciuitatem nr̃am Dien
ſem, &c. Ex horum verborum meta, q̃ tranſgredi non licet, c.
recepimus, c. porro, de priuil. arguēdo a ꝯtrio ſenſu, ꝯſtat fuiſſe
ꝯceſſam immunitatē Baldeſari ab his onerib. quæ p gentes triū
ſtatuū, non aūt ab his, q̃ per vniuerſitatē p cōi & publica utilita-
22 te imponunt̃. ualet. n. ar. a ꝯtrio ſenſu ēt † in priuilegiis ſm gl. in
c. licet, de priu. li. 6 q̃ dicit aureā & ſingularē Cur. ſenior ꝯſi. 16.
col. 7. in prin. & iſtud ēt pbat̃ ex pricipio illo, īpoſitis & īponen-
23 dis p gētes trium ſtatuū, qđ pricipiū † reſolutū in relatiuū, & uer
bum, out reſoluēdū eſt, ſm gl. in cle. 1. in uerb. dignitatib de pb.

diſpōnem reſtringit ad tertios verbi relatiui. l.cunctos pplos.C. de ſum.trin & fi cath. Et ꝙ illuſtris Delphinus voluerit dūtaxat ꝯcedre immunitatē a ſubſidiis,& taleis, quæ imponunt̃ p tres ſtatus,ſeu quę debent̃,ſoluunt̃ ipſi Delphino.patet ea eo ꝙ exonerauit ciuitatē. Rōe eñ exonerationis non conuenit,nec adaptari pōt oneribꝰ.quę imponuntur per vniuerſitatē pro cōi ciuium
24 vtilitate,ergo ad ea onera nō eſt immunitas protrahenda, † ſm Io. And.& Pan in c.peruenit,de immu.eccl.& Fel.in c. accedētes. de præſcr. Sed vbi Delphinus dediſſet Baldeſari immuni-
25 tatē ab oīb. & quibuſcunq; munerib † non tñ cenſeretur dediſſe immunitatē ab onerib. hoſpitandi milites, a quib. nullus cēſetur exēptus,niſi ſpeciali priuilegio ꝯcedatur l.3 C.de mun. pñ li a & l.3.§.eos milites.ff.de muner.& hono.& l.ſunt munera.ff.de va.mu.nec ab onerib.refectionis murorum pōtiū, fontium,& his ſimiliū,quæ pro cōi oīum vtilitate imponunt̃,nam ad talia onera tenetur ēt eccleſia, cui iure plenariā concedunt immunitatē,l.ad inſtructionē,C.de ſacroſ. eccl. & ibi Cyn. Iac. But. Bald. Albe.& Mod ita firmant,& ſequuntur *cōiter* Cano. In c.non minus,de immu eccl.reiecta ſnīa Pan.ibi,& conſi.3.li.1. Nam domus Auguſta,& celſitudo Imperialis,a talib. onerib. non excuſantur, l.abſit, C.de priuile.do. Aug.l.2. C.de immu.nemi.conced.lib.xj.dicit Bal.in ut.de pace Conſtan.in ver. munitione.ꝙ ēt eccleſia tenetur conferre in gabellam plauſtrorū, quę ſoluitur in portu pro refectione viarum;& ad onera,quæ imponuntur pro aquæductib.purgandis,vel reficiendis ēt tenetur eccleſia,& quilibet alius hñs gñalem immunitatē,l.ad reparationem, & ibi no. per Io.de Pla. C. de aquędu.lib. xj. & l. ad portus,C.de op.pub.& Cępo.in trac.ſeru.ruſt.ſub rub.de ſerui.viæ.ſiſr exempti,& priuilegiati non excuſantur ab onere faciendi aggeres pro inundatione aquarum arcenda,quia cōe periculum eſt,& cōe bonum,ſm Ant.de But.& Pet.de Anch. in d. c. non minus. Nec ēt excuſantur a collecta impoſita pro redimēda & repellenda hoſtium incurſione,ſm Bart. in l.nullus,C.de curſu publi.lib.12.& Pet.de Anch. conſi.96. ſuper dicto dubio. & And.Sic.conſi. 1.lib.3 & do.Iaſ.in l.placet,col.3.C.de ſac. ſan. eccl.qua rōne dico,Baldeſarem non eſſe immunem ab onerib. quę per vniuerſitatem imponuntur pro conſeruanda, vel liberanda ciuitate a peſtilentia,vt late pbaui in tractatu de peſte,li.3.in ſeptimo remedio præſeruatiuo, in s.q. princ.verſi.diſcuſſa qōne de munere pſonali. Et ſicut Baldeſ.non excuſatur virtute prędicti priuilegii a metatis militum,ab oneribus pontium,fontium,viarum publicarum & ſimilium, eadem rōne non excuſabitur a collecta, quæ pro præmiſſis munerib. ſoluendis &
26 ſuſtinendis, imponuntur, quia tales collectæ † regulantur ſm nām onerum,in quorum loco ſubrogantur,ſm Bart.in l.1.ver. quęro ergo utrum,C.de mulie.& in quo loco,lib.x.& in l 4 §. actor,ff.de re iud. Pan.in d.c.non minus,in fine.Bal.conſi. 448. ad euidentiam lib. 5. & conſi. 496 punctus quęſtionis,lib.4.& conſi. 313.ſi de iure, lib.4 & alibi ſæpe. Et ab hac ſententia non diſcrepat Guido Papę deciſ. 78. ubi dixit etiam eccleſiam pro talibus oneribus fuiſſe collectis grauatam tempore, quo uigebat bellum inter Delphinum & Ducem Sabaudię, quod æquidem uerum & æquum ſemper putaui.

Si in commu. eademque cauſ. in integ. reſtit. poſt.

RESPONSVM L

Licet Prępoſitus, & Caſtelinus, frēs de Georgiis uideantur incurſi pœnam caducitatis ob canonē iam annis trib.non ſolutum, nihilominus, & ſi ceciderint,ea perſona fratris eorum minoris reſtituendos eſſe indubitati iuris eſt:cum in indiuiduis minoris priuilegiū, maiorib.prodeſſe ſępe conſtitutum fuerit: Neque ēt prædicti fratres pœna l.ſi quis maior,tenentur:ā n licet ꝯctum approbauerint, ſuper eo tñ iuramentum nullum præſtiterunt; nec fratris iuramentum ad fratres porrigitur,nam iuramenta perſonalia ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium minoris in cauſa communi indiuidua,etiam ad maiores fratres porrigitur.*
2 *Nonnunquam quis ex perſona alterius conſequi poteſt, quod ex perſona ſua conſequi nullo iure poterat.*
3 *Incorporalia per naturam indiuidua ſunt, licet vſus, ſeu facultas ipſorum commode diuidatur.*
4 *In contractibus innominatis non habet locum pœna caducitatis, quia in eis ſolum ſuccedit actio ad intereſſe.*
5 *Regula l ſi pecuniam.ff de condi cauſa data,non ꝓcedit ſi,in inſtrumento contractus innominati adſit ſtipulatio.*
6 *Iuramentum non ligat, niſi expreſſe iurantes.*

Reſpon.interpreta.

Super eo, De quo conſilium quæritur, procliuior ſum in ſententiam, quod dominus Prępoſitus, & Caſtelinus.nobiliſſimi fratres de Georgiis, nō fuerint incurſi aliquam pœnam caducitatis propter canonem iam annis tribus non ſolutum, poſito quod præſens contractus ſit contractus locationis,non ex perſona ipſorum fratrum, quia etiam per biennium ceſſando a ſolutione quis cadit a tota locatione, vt per Bartolum in l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati.late Iaſ. in auth.qui rem,col.4.C.de ſac.ſan.eccl. ſed ex perſona ſociorum,qui ſunt minores,dico prænominatos fratres,poſito ꝙ ceci diſſent,debere reintegrari; nam minores pp moram non cadunt in pœnam caducitatis,ſm glo.& Bald. in l.ſi tutoris,C.de admini.tut. Et poſito,ꝙ cadant,eis eſt danda reſtitutio,l.ſi ex cā.
1 §.ſi in commiſſum,ff de minori. Sed reſtitutio † minoris in cā cōi indiuidua prodeſt ēt ſociis maiorib.ſm Barto.in l.1.C.ſi in cōi,eademq; cā reſtit.poſtu.ſequitur concluſio, ꝙ reſtitutis minoribus erunt ēt reſtituti prænominati fratres. Et pro iſta concluſione vr caſus deciſus in l.ſi cōem,ff.quemadmo.ſerui.amit. vbi perſona minoris retinet maiorem ſeruitutem vię,quā per non uſum perdiderat. ꝓpterea dixit eleganter Bal.in c.1.col.3. quib.mo.feudum amit. ꝙ ſi unus vaſallus habens feudum cōe perdiderit eundem feudum ea perſona ſua,vel quia offenderit dominum,vel quia noluerit iuuare; quod ſi alius frater adiuerit, vel innocens fuerit ex perſona fratris innocentis retinebit feudum. confirmatur ex trita regula, quod quis conſequitur
2 † ex perſona alterius, quod ex propria conſequi non poſſet,l. illud,§ fi.ff.de contra tabulas.l. Ariſto,ff quę res pig. obli.pñt, cum ſuis concordantibus. Corroboratur præmiſſa cōcluſio ex infinitis ſimili.qq.quas ſeriatim cumulat Fel.in c.prima.col. 3. & ſequenti.de præſcri.& poſt eum Iaſ.in l.ſi emancipati, col.3. C.de collationib. quę omnia omitto, ne videar uelle implere folium.ſed vltra ea optime quadrat in propoſito, quod conſuluit ſubtilis Franciſcus de Aretio,conſi.27.quod incipit,viſo themate ad me tranſmiſſo,col.5. vbi laicus beneficio fratris clerici poteſt prohibere vicinum,ne ędificet ſuper muro cōi,non obſtante ſtatuto laicorū quod vicinus poſſit inuito vicino ędificare ſuper muro cōi,quia tale ſtatutum fratri laico beneficio fratris clerici nō præiudicat. Et ſi dicatur,pręmiſſa cōcluſio,qđ beneficio minoris reſtōnis reſtituantur fratres maiores,ſolum procedit in cauſa indiuidua,ſm Bar.in l.1. C.ſi in commu.eadē q; cauſa in integ.reſt.poſtu.ſequitur Aret.in præalleg conſi.25. & in ſpecie Rom.conſi.165. ſed hmōi octo vncię aquæ locatæ ſunt diuiduæ,vtpote conceſſit per modū quantitatis & per numeralia,quæ quantitas diuiſionem recipit,l.in executione, in prin.ff de ver.ob.& etiam nomina numeralia diuiſionē demōſtrant,l.ſi ex toto,§.fin.ff de lega.1. Et quod ductus aquæ ſit diuiſibilis,videtur tex.in l.ſi quis per diurnum,C.de aquæductu. lib.11.ubi ſi inter ſocios diſceptat̃ de vſo aquę, diuiſio fit arbitrio iudicis.& clarior tex.in l.ſi partē, in verſ.pro mō agri detētis eius quę diuiſio fiet,ff.de ſeru.ruſt.pręd.quia reſpondetur negando aſſumptum ꝙ iſtud ius dicendi octo vncias aquę ſit diuiduum,ſed dico eſſe indiuiduum,quod ſic demonſtratur:nā aut volumus conſiderare iſtud tanquam ius incorporale, & ſic tā quam ſeruitutem conſtitutam ad tēpus,quę de ęquitate iuris ex pacto fieri potuit, l.ſeruitutes,a.ff.de ſeruituti. & ſine dubio erit indiuiduum,quia incorporalia, quę nec tāgi, nec videri poſ
3 ſunt † per naturam,ſunt indiuiſibilia,ſm Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur,in 4 q.ff.de verb.obli.& l. prima,§.quędam,ff. de rer.diuiſ.§.incorporales.Inſtitu. de rebus corporalib. & incorporalib.aut volumus conſiderare facultatem vtendi, & tūc non videtur quid indiuiduum, quia ſi aqua diuiditur, non pręſtabit ipſis minoribus tantam utilitatem in parte reſpectu partis,quantam in toto reſpectu totius,vt de ſe patet, ergo eſt indiuidua ſm Doctores,Bar.& alios,in l.4 §.Cato,ff.de verbo.obl. & eſt tex.in l.in executione,§.ſecunda ſpecies,ff.eo. tit.& quod ius ducēdi aquam ſit indiuiduum, eſt tex.ad literam,in l.uia,ff. de ſeruituti.Nec obſtant allegata in contrarium, quia ea omnia iura,quę pręſupponunt aquam poſſe diuidi, intelliguntur quātum ad commoditatem vtendi, videlicet, vt alternis dieb. ſocii aqua uti poſſint,non quod ipſum iur aquę ſit diuiduum.ita formaliter rñdet glo.in d.l.ſi partem,ff de ſeruitu. ruſtic.pręd.Nā etiam quodlibet aliud genus indiuidui,ſm commoditatē utendi,ſecerni poteſt,prout eſt tex.in l.uia, §.1.ff.de ſeruitu.per quē tex.ita dicit Bar.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, in ſcđa oppoſi.unde licet commoditas ſit indiuida, nō tamen ſequitur,ergo ipſa res eſt etiam diuidua, vt patet in iuriſdictione, quę eſt quid indiuiduum,& tamen adminiſtratio & exercitiū ipſius poteſt diuidi ſm Bar.in l.inter tutores,circa finem per illum tex.ff. de adminiſt.tuto.& Bal.in c.Imperialem, §.pręterea ducatus,de prohib.fe.aliena.per Federi.& Alexan.conſi.25.uolumine v.& conſi.18.col.2.uolumine 2.Barto.conſi..82.Cur.Seni.conſi.25. col.fin.late Felin.& Barb.in cap.prudentiam,in prin.de offi.dele.Et ſic ex iſtis ſtat firma cōcluſio in fauorem pręfatorū nobilium fratrum de Georgiis.Ea alio quoque uidetur, ꝙ fratres ipſi non ceciderint in aliq̃ pęnam caducitatis,quia ſi recte capiātur termini iuris, pręſens ꝯtus non poteſt dici contractus loca

tionis

tionis,ſed potius 3ctus innominatus,qa hic agitur,vt ab vtraq;
parte detur,ergo eſt 3ctus innominatus,l.ſi.ff.de cond.ob cãm.
per quem ita declarando terminos iuris,ita vult Bar.in l 2.in fi
4 ne principij,& ibi latè Mod.ff.ſi cert.pet. ſed in 3ctibus † inno-
minatis non habet locum pena caducitatis contra non implen-
tem 3ctum pro parte ſua,ſed ſolum datur actio ad intereſſe cõ
uentorum,quę appellatur actio pręſcriptis verbis,l.naturalis,de
præſcr.verb.ff.& ſi replicetur,q non adimplenti conceditur pę
nitere,l.ſi pecuniam,ff.de cond.cã da. reſpondetur verum eſſe
re integra,vt ibi habetur,ſed hic res non eſt integra,quia iã pro
aliquib.annis ipſi fratres ſoluerunt.vel alter,d.l.ſi pecuniã,pro-
5 cedit,† niſi in inſtrumento 3ctus innominati ſit appoſita ſtipu
latio,ſm Pau.& Mod.in rub.ff de ver.obl & Iaſ.in d l.ſi pecu
niam,in 10.fallen ſed in inſtrumento adeſt ſtipulatio, ergo &c.
& ſi pars aduerſa inſtet oppoñendo ipſos fratres cecidiſſe in pę
nam l.ſi quis maior,C.de tranſac.quia contractus eſt iuratus;re
ſpondetur,q ipſi fratres, quorum nomine fuit celebratus con-
tractus,non iurauerunt. vnde dato q ipſi contractum approba-
uerint, tamen ad eos iuramentum non extenditur,quia requi-
6 ritur ad hoc,vt iuramentum † liget,& extendatur expreſſo con
ſenſu,q interueniat expreſſa iuratio,c.pe.de iureiur. per quę ita
dicunt Mod.in l.1.§.& poſt operis,col.3.ff.de no.oper.nunc.eſt
.n.iuramentum perſonale,c.veritatis,extra de iureiur.vnde non
migrat de ſubiecto in ſubiectum,l.quia,ff ſol.mat.cum concor.
& ita fore iudicandum dico & conſulo, ſaluo ſemper iudicio
rectius ſentientis. Laus Deo.

De hæred. actio.

RESPONSVM I.

ET ſi hæc verba, en remburſant toutes ſoys præala-
blement pais les gens dudit pais,ceulx,q par ver
tu de noſtres dictes lettres de edict, ont obtenu leſdiz
offices perpetuelz,reuocationem officiorum perpetua
liter,ſiue in gerundium,i.ſatiſfaciendo, ſiue per ablatiuos ab-
ſolutos,i.ſolutis prius,&c.reſoluantur,conditionalem facere vi
deantur,& non aliter reuocata dici poſſint officia illa perpetua,
niſi prius conditioni paritum ſit,cum ante purificatam condi-
tionem obſeruandi non ſit diſpoſitio,præſertim cum d.Caro-
lus Grillieti deceſſerit anteq iam ſibi ſatiſfactũ foret, quare ver
bi prædicta quouis ex capite intelligantur,eo pendente condi-
tione mortuo,quę ſ onem faciebant,& ob id nullum ius omlia-
que ad hæredes ſpes (fideicommiſſi exemplo) tranſmiſſa vr,&
prędicta officia perpetua vacare cenſentur. Verum quia manife
ſte conſtat eidem Carolo Grillieti actionem,ſiue conditionem
ex lege,ſiue officium iudicis nobile, ex quouis ſenſu accipian-
tur,competere. Ideo nihil ex aduerſo proponi poteſt,cur actio
defuncto competens ad cohæredes non tranſmittitur.Nullo pa
riter inte hæc reuocatio cõditionalis dici potuit,ſi Regis ratio,
ex qua actus regulatur,recte perſcrutetur, nam gerundiũ mo-
dum ac onus potius quam conditionem,ſm ea, quæ proponũ
tur,operatur.Nec ablatiui abſoluti conditionem tantum, verũ
etiam diſpoſitionem inducunt. Et quemadmodum cohæres
adeundo pro parte ſua adſtrictus cenſetur omnia contenta in
inſtrumento adimplere,& ſic partem cohæredis ſibi relictam
datis ab eo centum,& ad id cogi poteſt,cur pariter non poterũt
perſonæ trium ſtatuum ſatiſfacere iis,quib.ſatiſfieri iubent lite
ræ Regiæ officiorum reuocationis quas & acceptarunt,& inte
rinauerunt,& quibus adſtringi deſiderauerunt. Ex quib.facie cõ
ſtat reuocationem officiorum perpetuorum puram,& nõ con
ditionalem fuiſſe,& ſpem purificationis actus inter viuos ab eo
dem Grillieti hæredes ſuos tranſmiſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *An reuocatio officiorum perpetuo conceſſorũ his verbis concepta,ſi prius officialibus reſtitutæ pecuniæ fuerint,conditionalis,ſeu pura cenſeatur, & ibi vide nonnulla de gerundio,& ablatino abſol.& uide nu.12.*
2 *Conditio non purificata nihil diſponit.*
3 *An actio competens Carolo Grillieti ab officio nondum deſtituto,qui pendente conditione remburſationis mortuus eſt,ad ſuos tranſmittatur hæredes,& uide nu.4.& 5.*
6 *Ex contractu Regis actio officialibus deſtitutis acquiritur contra offerentes pecunias reſtituere.*
Ex contractu papæ actio ſubditis acquiritur.
7 *Gerundia quando diſpoſitionem,& quando conditionem inducant.*
8 *Gerundia neceſſitatem inducunt.*
9 *Actus a rationibus regulatur,& indicatur.*
Conditio denotat cauſam finalem.
10 *Contractus Principis habetur pro lege, quantum ad obligandum ſubditos.*
11 *Hæc uerba,en remburſant præalablement,modum,& onus,& non conditionem inducunt.*
13 *Qui legem acceptat,ad illius obſeruantiam adſtringitur.*
14 *In actibus inter uiuos ſpes purificationis actus ſemper ad hæredes tranſmittitur.*

Qui veritas eſt,mihi viam veritatis aperiat.

Reſpon.interpreta.

BEne & quantum licuit, cõſideratis verbis literarũ
reuocationis perpetualitatis officiorũ,& om-
1 nibus, quæ in facti ſerie recitantur. Viſum fuit prima
conſideratione,q huiuſmõi reuocatio † ſit conditionalis,
ſi prius fuerint reſtitutæ pecuniæ officialibus ad vitam electis.Il-
la enim verba,& en remburſant toutesfoys præalablemẽt par
les gẽs dudit pais ceulx qui en vertu de noſdictes lettres de edict
ont obtenu leſdicts offices perpetuelz,aut reſoluũtur in gerun
dium,videlicet;remburſando tamen prius: aut in ablatiuos ab-
ſolutos,videlicet,reſtitutis tamen prius.& vtroque caſu vĩr fa-
cere reuocationem conditionalem. De gerundio probatur in
l.ſi tu ex parte,vbi glo.not.ff.de acq.hęr. De ablatiuis abſolutis
probatur in l.a teſtatore,ff.de cond.& dem.& in l.cunctis agris,
ff.de vſuris. Et ſic illa verba remburſando,vel remburſatis vidẽ-
tur reſoluenda,ſi remburſabuntur pecuniæ per gentes triũ ſta-
tuum,&c.Quæ ſi ita reſoluantur,videtur facere reuocationem
conditionalem,ſi reſtituantur pecuniæ,non alias. Ante ergo pu
rificationem conditionis non poſſunt dici officia reuocata,quia
conditio nihil ponit,l.ſi quis ſub condi.ff ſi quis omiſſa cau. te
2 ſta. Et ſi non fuerit † purificata conditio,non eſt obſeruanda di
ſpoſitio,l.iubemus,§.ſin autem,C.ad Treb. Cum igitur domi-
nus Carolus Grillieti mortuus fuit ante remburſationem pecu
niarum,ſequitur quod vacauerit officium per mortem ſuã tan
quam perpetuum,cum nondum eſſet ab officio deſtitutus, &
3 ſi pendente conditione mortuus eſt,vr nullum ius † trãſmiſiſſe
ad hæredes,ẽt ſuos,iuxta notata per gl. *communiter* approbatã,
4 in l.vnica,C.de his,qui ante aper.tab.quæ vult,q ſpes † fideicõ-
miſſi non tranſmittatur etiam ad ſuos hæredes,quam ſequitur
Bar.& alii in l.hęredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebel.& in l.1.& l.
cum filio,ff.de leg.1.Præmiſſis non obſtantibus intrepide reſpõ
deo, dominum Carolum tranſmiſiſſe actionem repetendi pe-
5 cunias per ipſum Regi perſolutas,quia actio † competens ipſi
defuncto tranſit ad hæredes, vt ex diffinitione hęditatis, de qua
in l.hæreditas,ff.de reg.iur.clare patet,& probatur in l.1. per to-
tum,C.de hæred.actio.id ſolum ergo demonſtrandum eſt,q a-
ctio competeret domino Carolo contra gentes trium ſtatuum
ad ſuas pecunias,quod ſic clare oſtenditur, aut reuocatio offi-
ciorum facta per Regem tranſiuit in contractum cum gentib.
trium ſtatuum offerentibus reſtituere dictas pecunias Rege re-
uocante perpetuitatem officiorum,prout reuocata fuere ipſius
tribus ſtatibus reſtituentibus pecunias iuxta eorum oblationẽ,
6 Et ex † tali contractu Regis acquiſita fuit actio officialib. deſti
tutis contra gentes trium ſtatuum,vt firmat Martinus Lauden.
in trac.de prin.ver.181.ſicut Imperator.per id,quod vult glo. in
procemio Decretalium, quę vult ex contractu papæ acquiri
ſubditis actionem.videtur.n.huiuſmodi reuocationis edictum
tranſiiſſe in contractum innominatum, facio vt des,i.reuoco
officia perpetua ea lege,vt nos ſupplicantes reſtituatis.&c.l na-
turalis,§.at cum do.ff.de præſcriptis uerbis. Conceſſiones enim
Principum factę ex cauſa pretij,vel alterius adimplementi ſecu
tuti partem eius,cui fiunt,habent naturam contractuum,ſecun
dum Baldum in l.qui ſe patris,C.vnde liberi.refert Fel.in cap.a.
col.2.de probationibus. Aut talis reuocatio habet uim legis.&
perpetui edicti,& ex ea orta fuit condictio ex lege,l.1.ff.de con-
dictionibus ex lege. Aut ſaltẽ quia illius executio dirigitur ma-
gno Seneſcalco,& ſupremæ Curię,& ex ea competit officium
iudicis nobile,quod ſuccedit loco actionis,ſecundum gloſſam,
& doctores in l.ſi ſoror,C.de collatio.& in l.3. ff. de alimentis,
& cibar.lega.Non obſtat ratio dubitandi ſupra in contrarium
adducta,quod huiuſmodi reuocatio ſit conditionalis, quia re-
ſpondetur dupliciter. Primo negatur,quod ſit conditionalis,nã
poſito quod illa uerba,en remburſant,ſint gerundiua, & ex-
ponantur remburſando prius,&c.non tamen conditionem im
portant,ſed potius orationem modificant,& qualificant, quia
7 hoc loco † gerundium non reſpicit uerbum, vel participium
futuri temporis,quo caſu inducit conditionem,vt in dicta lege
ſi tu ex parte.Sed reſpicit verbum pręſentis temporis, quo caſu
inducit modum,l.vim facit,ff.de vi,& vi armata.& docent Bar.
& alii in d.l.ſi tu ex parte. Hæc itaque reuocatio his verbis facta
remiſimus,& remittimus officia ad primũ ſtatum,en rembour
ſant præalablement,&c.eſt pura cum hoc,quod gentes triũ ſta
tuum debeant remburſare pecunias habitas per Regem ab of
8 ficialibus. Verba †.n.gerundiua neceſſitatẽ imponant ſm gloſ
ſam,& ſcribentes in rub.C.de eden. Et ita de iis verbis,en rẽbũt
le pris,concludit excellẽs Doctor,ac Iurecõſul. Bartholomæus
Chaſſaneus (vt ferũ) electus prouinciæ meritiſſimus Præſes pũ-

31. Hugo, & Martinus, c. ii ſiu. Confirmatur ea illis verbis, de la chargetouſiours, quæ idem ſonant, q̄ cū onere tamen. ecce q̄ remburſatio appellatur onus, & declarat, q̄ illa verba, en remburſant, importāt neceſſitatem, vt ſit ſenſus reuocauimus & reuocamus officia cum hoc onere, q̄ teneantur, officiales facere ſindicatum, & cum onere q̄ gentes trium ſtatuum, priuſquā remoueantur officiales a poſſeſſione officiorum, teneantur eis rēburſare ſuas pecunias. ecce verba clara. Vnde non vr̄ admittenda uoluntatis q̄ō, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Corroboratur ex plurib. rationib. expreſſis in literis reuocationis, videlicet pro bono publico, & ut adimpleamos volūtatem teſtamentariam Regis Caroli, cuius hæredes ſumus, & vt ſeruemus libertates, & priuilegia patriæ a nobis confirmata obſeruare volentes remiſimus, & remittimus officia in priſtinum ſtatum, hæ
in mora ſoluendi, ſecus in debitore cõſtituto in mora, cui ſua
mora prodeſſet ſi præſcriberet, quod non eſt dđm. l. nõ fraudã-
tur, §. nemo. ff. de reg. iur. l. mora, de reg. iu. in vi & nemo debet
ex ſua culpa cõmodum reportare, l. itaque fullo, ff. de fur. Cir-
ca ſm, tres reperiũtur principales opiniones. Prima opi. fuit Dy
6 ni in reg. poſſeſſor, de reg. iur. in vi quod † mala fides defuncti
non nocet hrđi inchoanti pręſcriptionẽ in perſonam ſuã, ſm
æquitatẽ canonicã, licet rigor iuris ciuil. ſ contradicat, l. cũ hrſ,
ff. de diuer. & tem. præſc. Iſtam opi. ſequitur Bar. ibi, & in l. uitim,
C. de acq. poſ. & Io. And. in reg cum quis, de reg. iur. Ang. in l.
2. C. de præſcr. longi tempo. & ſm hanc opi. conſuluerũt Pan.
de Ca. Cor. & Ale. ſibi contrarius, ut referunt Mod. Taurinẽ. in
d. tract. præſcrip. Iaſ. in l. Pomponius. §. cum quis, de acquir. poſ.
& vltra eos repeno, quod idem conſuluit Bal. cõſ. 180. præſup-
poſitis uerbis, lib. 1. Scđa fuit opin. Bald. diſtinguentis in l. eum,
qui. §. in hæc, ff. de pub. & in l. nihil, C de vſu. pro her. uidelicet,
aut quæritur de præſcriptione, in qua requirit̃ titulus, & ſic in
7 præſcriptione x. uel xx. ann. & tunc † mala fides defuncti nocet
hrđi etiam uolenti inchoare præſcriptionem ex perſona ſua, et
ita procedit d. l. cum hrſ, quia tex. neceſſario debet intelligi in p̃
ſcriptione lõgi temporis, cum præſcriptio lõgiſſimi temporis
nõ eſſet cognita de iure Digeſtorũ, ſm gl. in l. Iulianus, ff ex qb.
cau. maio. aut non requiritur titulus, & tũc ſecus & iſtã diſtin-
ctionem facit etiam gl. in d. reg. cum quis, ſequitur Aret. in d. §.
cum quis. & hanc diſtinctionem approbat Socy. conſi. 203. lib.
3. Cor. conſil. 176. ad euidentiam, libr. primo Tertia fuit opinio
Ant. quem ibi ſequuntur Imo. Pan & Fel. in c. ſi diligẽti, de præ
8 ſc. quia indiſtincte mala fides † auctoris etiam in actionib. per-
ſonalibus nocet hæredi, ut non poſſit inchoare præſcriptionẽ
ex perſona ſua, hanc ſequuntur Lud. Ro. Rapha. Cum. Alex &
Iaſ. in d. l. Põponius, §. cum quis. vbi Iaſ. atteſtatur iſtam eſſe ma
gis cõem ſententiam Doct. & ueram, & eã etiam dicit approba-
ri fere ab omnibus Fel. in d. c. ſi diligenti, & ſecundum hãc ra-
tionem conſuluerunt Lud. Ro. Pan. & Ale in uariis conſiliis
relatis per Iaſ. in d. §. cum quis. & per Taurinen. in d. tractatu. &
vltra eos repeno ſm iſtam ſententiã ultimo loco cõſuluiſſe Soc.
atteſtantem iſtam eſſe ueram & communem, ideo ab ea nõ eſ
ſe recedẽdum. ita Soc. conſi. 106 libenti animo, lib. 3. fundamen
9 tum huius communis opi. eſt, quia † hæres tenetur exonerare
animam defuncti, c. ſi. de ſepul. c. in literis, de rap. Et iſtud funda
mentum uerisſimum apparebit, ſi ſuſtulero reſponſionem illi
accommodatã per Are. inquit. n. Are. quod hęres præſcribẽdo
releuat animam defuncti, quia præſcriptio habet uim ſolutio-
nis l ſi pupillus, ad fi ff de admi. tut. Iſta certe rãſio non procedit
ex cõſcientia, ſed ex ſubtilitate ingenii, ficte. n. ſatisfacit, qui pręſ
cribit, quia habet exceptionem præſcriptionis, quam põt obii-
cere, ita cãtat litera ĩ d. l. ſi pupillus. Sed anima defuncti ex obie
ctione pręſcriptionis, & ex hac ficta ſolutione, reſpõdeat mihi
Aret. an liberetur a peccato? fateretur quidem, ſi poſſet nobiſ
cum loqui, eam non liberari, quia non remittitur peccatum, niſi
ſi uere reſtituatur ablatum, quando datur facultas reſtituendi,
& ſatisfaciendi, regula, peccatum, de regulis iuris. in 6 & ſi forte
dicatur, quod imputatum eſt creditori, qui paſſus fuit hæredem
ex perſona pręſcribere, & non defuncto, aduertat qui hoc ve-
lit aſtruere, q̃ defunctus in culpa eſt, qui dedit cãm hęredi, vt p̃-
ſcriberet; vnde cũ ipſe fuerit cã cauſę, cẽſetur ẽt cã p̃ſcriptionis
cãę, l. manumiſſiones, ff. de inſti. & iur. vnde forte in iſto p̃ſcto
poſſet diſtingui. aut defunctus antequam moreret erat in mora
& tũc qa mortuus fuit cũ peccato p̃p morã nõ ſoluẽdo, procedat
cõis opi. q̃ heres nõ põt pręſcribere ẽt ex perſona ſua, cũ tenea-
tur aiam defuncti releuare. Aut defũctus non fuit in mora, &
procedat opi. Bal. q̃ poſſit heres ex perſona ſua p̃ſcribere cum bo
na fide ſpacio longiſſimi tpis. & hoc mõ concordabũtur opinio-
nes Docto. Cũ igit d. Petrus fuerit in mora, vt p̃ſupponitur in al
legationib. clariſſimi d. Gia. Ideo in eius ſuiam concurro, & te-
neo q̃ hmõi pręſcriptionis exceptio nõ ſit admittenda ad im-
pediendam litis conteſtationem, ſed nec ad perimendam inten-
tionem nobiliũ Alzarii & conſortum Burgũdionũ. Laus Deo.

De ſenten. & re iudi. ſuper poſſ. & an ab ea liceat appel.

RESPONSVM L.

ALlegatio ſuſpecti iudicis adeo eius iuriſ-
dictionẽ afficit, q̃ ſnia poſt alle
gationem ſuſpecti lata ſit ipſo iure nulla, & ſe-
cundũ iuris ciuil. rõnes ſimplex iudicis recuſatio
eius iuriſdictionem afficit, licet aliqua ſuſpicio-
nis cã nec deducatur, nec probetur, nã per ſim-
plicem recuſationem dubius redditur iudex. Licet a ſnia ſuper
mero poſſeſſorio lata de iure ciuili appellari non poſſit, tñ ſi nis
quæ euidenter appareat, quis inficiaturus eſt appellari nõ poſſe?
quæ ẽt (nemine diſcrepãte) nulla dici põt, & maxime ſnia, de qua
agit̃, q̃ interlocutoria eſt, a qua appellare licere receptũ eſt. Cũ Be-
rengarius ſubſtitutus ſimili ac portoris titulo vtat̃ cõ inſtitutũ, du
biũ nõ eſt eũdẽ ſe legitime opponere poſſe miſſioni in poſſeſ-
ſionẽ fiẽdę ex edicto diui Adri. attẽto q̃ inſtitutus eſt incapax
ad ſuccedendũ, & ſublato primo gradu inſtõnis teſtm̃ vires a ſe-
cundo gradu aſſumere indubitati iuris eſt; nam quilibet, cuius in-
tereſt, legitimus dr̃ cõtradictor, ſi de agentis perſona legitime non
cõſtet, quare nõ appareat, an Claudius ſit ille met, de quo cõtendi-
tur, & an ẽt legitimatus ſit, conſtet autem ipſum ſpuriũ eſſe, & cõ
ſequenter inhabilem ad ſuccedendũ, dicendum eſt Berengariũ
quo ad exceptiones, quæ ad perſonã actoris opponunt̃, mixta
conſideratione perſonę legitimũ contradictorem eſſe. Nec aſ-
ſerta legitimatio per ipſum Claudium eidẽ vllo iure prodeſ-
ſe põt, cũ legitimatio ex falſa cã, & per ſubreptionem obtẽta, ac
impetrata fuerit, & in ea circũuentus fuerit legitimans: quare
de iure ſubſiſtere non põt, quæ etſi valida foret, nihilominus cũ
agatur de emphyteuſi eccleſiaſtica, communis eſt ſcribentium
ſchola in hmõi emphyteuſi legitimatum ſpuriũ nullo iure ad-
mitti poſſe, licet pro ſe & filiis ſuis, vel pro ſe & hęredib. quibuſ
cunque, quibus ſors dederit, ſuſcepta ſit: nam ad ſpurios & re-
probos hæredes hmõi conceſſio non pmittitur, & quorum cõ
ceptui reſiſtit eccleſia: iure ergo potuit Berengarius miſſioni in
poſſeſſionem fiendę ſe opponere ac contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata poſt allegationem ſuſpecti iudicis, eſt ipſo iure nulla.*
2 *Iudex certus eſſe debet ſuę iuriſdictionis.*
3 *Licet a ſententia ſuper mero poſſeſſorio de iure ciuili appellari non poſſit nulla tamen dici poteſt. & vide nu. 4.*
5 *Ab interlocutoria meri poſſeſſorii appellari poteſt.*
6 *Expreſſa pupillaris continet tacitam vulgarem.*
7 *An vitiato expreſſa tacitum vitiari ſit neceſſe. & vide nu. 13.*
8 *Subſtitutus inſtituto potior, legitimus eſt contradictor ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem.*
9 *Sublato primo gradu inſtõnis, teſtamentum aſſumit vires a ſecundo.*
10 *Quæ requirantur ad probandam legitimationem.*
11 *Perſona petens ſe mitti in poſſeſſionem plene legitimari debet.*
12 *Exceptiones dubiæ non dicuntur, ſi ex apertura librorum & inſtrumentorum probari poſſunt.*
14 *Spurii largo ſumpto vocabulo, naturales recte appellari poſſunt.*
15 *An aſſerenti ſe filium incumbat onus probandi, & ibi vide an nominatione probetur filiatio.*
16 *Quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis.*
17 *Ex identitate nominis identitas corporis præſumitur.*
18 *Infans an legitimari poſſit.*
19 *Legitimatio ex falſa cauſa facta nullius eſt momenti, & quid de ſurreptitia, uide nu. 20.*
20 *Dictio, tunc, iuncta verbo præteriti temporis, eſt abnegatiua præſentis.*
21 *Spurius legitimatus an ſuccedere poſſit in emphyteuſi eccleſiaſtica, & vide num. 13.*

In

34 *In contractibus & ſtatutis eccleſiæ, appellatione filiorum non ueniunt ij, quorum conceptui reſiſtit eccleſia.*

Reſpon. interpreta.

PRoſequendo Ordinem propoſitarum dubitationũ,paucis vt decet,conſultationibus reſpondebo. Circa primum dubium:an ſententia lata per iudicem recuſatum,ſit ipſo iure nulla,poſſem plura ſcribere,ſed quia articulus tritus eſt,& notiſſimus;deciſiue procedam ſequẽdo cõem opinionem. Rñdeo itaq; ſniam poſt propoſitam exceptionem re
1 cuſationis latam, † eſſe ipſo iure nullam , quia ſtatim ꝙ iudex allegatur ſuſpectus,eius iuriſdictio affecta remanet,l.1.C.ſi qua cun.prędi.poteſt.per quam legem ita determinat Bar.& Imo. & Alex.in l.quia poterat,ff.ad Treb.& fuit originalis opi.gl.in c.quoties,el 1.2.q 6 ſequũtur Hoſt.& Io.An Car. Pan.& Pręp. in c.cum ſpeciali,de app.Gem.& Pet.de Anch.in c.iudex,de officio dele.lib.6 Sal.in l.apertiſſimi,C.de iud.& in auth.offeratur, C.de lit.conte.Bal in c.ſuſpicionis,de offi dele. & in d.c.cũ ſpeciali,ubi aliam rõnem adducit,nã propoſita recuſatione,iudex redditur dubius de ſua iuriſdictione, ergo proceſſus factus ab
2 eo non ualebit, qa † iudex dẽt eſſe certus de ſua iuriſdictione,l. quęro,in fi.ff.de eo,qui pro tut.tradit Bar.in l.multum intereſt. ff.de ꝯdi.& dem.probatur in c. delegati,in prin.de offi dele.& ſm iſtam opi.conſuluit Pau.de Caſt.conſi.231. viſis actis , circa principium,in 1.parte.Lud.Ro.in conſi 230.circa primum . & pleniſſime Alex.conſi.89.diligenter conſideratis, lib.1.nec diſcrepat Dec.conſi.175.in cauſa falſitatis,col.1. & iſta opinio eſt abſq; dubio uera de iure ciuili , quia ſm iuris ciuilis diſpõnem ſimplex recuſatio afficit iuriſdictionẽ iudicis, abſq; eo ꝙ deducatur,& ꝓbetur ſuſpicionis cã,ut no.per gl. & alios,in d.l.quia poterat,& ibi per hanc rationem ita tenet Lud. Roma.qui etiã ꝯſulẽdo tenuit idẽ in cõſ.192.circa primũ ꝯſultationis articulũ. & idem ante eum tenuerunt Matthe.in c.inſinuãte,de offi. dele.& Imo.in d.c.cum ſpeciali,& in l.quidã ꝯſulebãt, ff.de te tu. ex quo apparet,ꝙ opinio Inn.& ſequaciũ non reſragat,tum quia cõis eſt in contrarium, tum quia illa procederet de iure canonico,& in terris eccleſię,non in terris quib. ſeruatur ius ciuile. Item non procederet in caſu,in quo per ſtatutum propoſita recuſatione transfertur iuriſdictio in alterum,ut ꝓponitur in caſu iſto ſm eundem met Inno.in d.c.inſinuante. qui ita rñdet ad l.1.C.ſi quacun.prędi.pot.ut ibi idem uoluit Bal.ſequitur Ang. & ibi refert Alex.in d.l.quia poterat.Imol.& Mod.in d.c.cum ſpeciali. Ad ſm rñdeo,ꝙ licet a ſnia lata ſup mero poſſeſſorio
3 non poſſit † de iure ciuili appellari ſm magis *cõem* opinio. Doctorum ita intelligentium,l.vni.ſi de mom. poſſ. C. tñ poteſt dici nulla,ſm Bal.in d.l.uni.quem ſequitur Sal. & licet Sal. dicat eſſe uerũ,ſi nullitas ſimpliciter propoſita fuerit,ſecus ſi additum ſit & ſi qua ſit,appello:tñ opinio Sal.in hoc ultimo cõiter reprobatur,ut late oſtendit Ale.cõſi.2.lib. 3 & Iaſ.in l Tinc textores,§.1 ff.de leg 1.ubi ipſi concludunt ſententiam ſuper poſſeſſorio poſſe dici nullam,nec propoſitionem nullitatis uitiari, licet additum ſit,& ſi qua ſit, appello, rõnibus adductis p eos, quas non refero,ne fruſtra trãſferatur charta in papirum. & ꝙ ſententia lata in poſſeſſorio adipiſcendæ virtute l. fi.C.de edi.diui Adr.tol.poſſit dici nulla,tenẽt Alex.& Mod.in d.l.fi.& eſt ip
4 ſa ueritas,quia a ſententia ſup mero poſſeſſorio euidenter † iniqua,licet appellare,etiam de iure ciuili , ſecundum Bald.in d.l. uni.quem ſequitur Ale.in l.4 §.condemnatum,ff.de re iu.ergo etiam de nullitate dici poterit,quia nullitas, & notoria iniuſtitia paribus paſſib. ambulant,c.inter cæteras,de re iud.& ꝙ poſſit ſententia ſuper mero poſſeſſorio dici nulla,firmat etiam Iaſ. in l.1.C.de bon.poſſeſ.contra tabu. nec ab hac ſententia aliquis diſcrepat,quẽ viderim . Ideo latius nõ inſiſtam.Sed videtur,ꝙ non ſolum licuerit proponere nullitatem ipſius ſententiæ ,ſed etiam licuerit appellare , quia licet ab ipſa ſnia lata in poſſeſſorio non appelletur , tamen ab interlocutoria lata in cauſa poſſeſſoria bene licita eſt appellatio,ſecundum Bal.in l.poſt ſententiam,C.de ſenten.& inter.omn.iud.ubi formaliter dicit, ꝙ licet
5 a ſententia poſſeſſorij non appelletur,tamen ab † alio grauamine poteſt appellari,puta ſi interloquatur teſtes , vel poſitiones nõ eſſe admittendas,idem tenet Saly.in d.l.uni.C.ſi de momẽ. poſ.fue.appell.& dicit Bald.in cap.ex cõqueſtione,de reſt.ſpol. ꝙ in cauſa poſſeſſorij ab inordinato proceſſu appellatio eſt ꝑmiſſa,& illud dictum dicit ſingulare Iaſ.nec alibi legiſſe,in d.l. 1. C.de bono.poſſeſſio.contra tabu.ſed idem tenuit Bal. in l.incerti,C.de interdi.& in capitu. 1.de mili. uaſa.quem refert , & per ſimilia comprobat Paris de puteo in tract.,ſynd.cha.a.uer. an ſtante dicto ſtatuto ualida ergo eſt appellatio Berengarij ab interlocutoria,qua reiectę ſunt poſitiones & articuli, & ab ea interlocutoria,qua reiecta fuit ſuſpicionis exceptio,& ab inordinato proceſſu,nam videtur ad huiuſmodi ſententiam proceſſum inordinate,quia ſine citatione.citatio enim proceſſit ad audiendũ eius ordinationem,& ſic ad vnam tantũ, & tamen tres ſimul, & ſemel iudex protulit ſententias,contra notata per gl & ſcriben.in cle.ſæpe,in ver.poſt dationem,de verb.ſign.debuit n.ad vnamquanq; pars ſpecialiter citari,vt ẽt not.ibi in ver.ad id,& in c.conſuluit,de offi.deleg.1& in l.conſentaneum , C.quõ & qñ iudex.concluditur ergo. ꝙ per iudicem nullitatis & appellationis reuocanda eſt immiſſio,vt in ſimilib.terminis cõſuluit Ludo.Ro.ꝯſi 220.circa primũ,col.1.Circa tertiũ,qd tangit negotium principale,de quo diſceptatur , duo ſunt principaliter diſcutienda Primũ an Berengarius ſubſtitutus dicatur legitimus contradictor ad impediẽdam miſſionem in poſſeſſionem petitam per inſtitutum.Secundo,poſito ꝙ dicatur legitimus ꝯdictor, an exceptiones oppoſitæ contra inſtitutum ſint efficaces ad impediendam miſſionem in poſſeſſionẽ,& an ſublatæ fuerint ex adductis,productis, & replicatis per inſtitutum.quo ad primum aut Berengarius dicit ſe ſubſtitutum per fideicommiſſum,& tunc non erit legitimus ꝯdictor,qa ſubſtitutio fuit concepta in forma pupillaris ſubſtitutionis, quæ nõ continet fideicommiſſum,nam vt not.in l. 2.& in l.centurio,ff.de vulg.& pupil.aut dicit ſe ſubſtitutum pupillariter,& tunc non poteſt dici legitimus ꝯdictor , quia caſus pupillaris ſubſtõnis non euenit, cum viuat ipſe pupillus inſtitutus:aut dicit ſe ſubſtitutũ vulgari
6 ter,quia expreſſa † pupillaris continet tacitam vulgarem,l.iam hoc iure,in prin.ff.de vul.& pup. & tunc ẽt videtur dicẽdũ,ꝙ non ſit legitimus contradictor, quia vulgaris expirat adita hęreditate per inſtitutum,l.poſt aditã,C.de impu.in caſu iſto Claudius hęres inſtitutus adiuit,ergo &c.& ſi forte dicatur,ꝙ Claudius hæres eſſe non poteſt,quia ſpurius,& conſequenter locus debet eſſe vulgari tacitæ, quæ intelligitur facta in caſu voluntatis,& in caſu impotentiæ,l.cum proponas,C.de hęred.Inſti adhuc non vr legitimus contradictor,quia ſubſtitutus dicendo,ꝙ inſtitutus eſt ſpurius,impugnat pupillarem ſubſtitutionem de ipſo factam,quæ ſolum fieri poteſt liberis legitimis pupillis,& in poteſtate teſtatoris conſtitutis,ut no.in l.moribus,ff.de vul. & pup.non autem ſpurijs & naturalib.tantum,l. Lucius,ff.eo. Si modo Berengarius prætendat expreſſam pupillarem continentem tacitam vulgarem non valere , etiã videtur neceſſario fateri tacitam vulgarem contentam in expreſſa pupillari non te
7 nere,quia vitiato expreſſo, † & tacitum uitiari neceſſe eſt, l 3. §.qui habet,ff.de ſerui.ruſti. prædi. Præmiſſis non obſtantibus, credo firmiter Berẽgarium poſſeſſorem fuiſſe & eſſe legitimũ cõtradictorem, quia allegat ſimilem titulum inſtitutionis,quẽ dicit eſſe potiorem titulo primi inſtituti.quo caſu Alber. Bal.
8 & omnes in d.l.fin.concordant † talem eſſe legitimum cõtradictorem:ꝙ autem ſubſtitutus allegat ſimilem titulum ſatis conſtat,quia dicit ſe inſtitutum hæredem. nam omnis ſubſtõ dicitur ſecunda inſtitutio,vt per glo.& ſcriben.in rub.ff.de vulga. & pupill.& omnis ſubſtitutus dicitur inſtitutus,l.in ratione legis falcid.l.a 1.§ penul.ff.ad legem Falcid.& licet primus inſtitutus pferatur ſubſtituto regulariter,tñ fallit , qñ primus inſtitutus eſt incapax,vel alias inhabilis ad ſuccedendũ ,quia tũc ſubla
9 to primo gradu inſtitutionis,teſtamentum † aſſumit vires a ſecundo gradu ſubſtõnis,l.3.in fine ff.de libe.& poſth.tradit Bar. in l.1.in ſecundo effectu, ff de vulga.& pupilla.vbi ſpecie tangit caſum noſtrũ ,quando inſtitutus non eſt natus ex legitimo matrimonio,tunc teſtamentum incipit a ſecundo gradu,l 2.C.de hęredibus inſtituen.& ſi dicatur forte,licet in iudicio petitorio ſubſtitutus vulgariter pręferatur inſtituto incapaci, tñ quia vitium inſtitutionis nõ eſt viſibile ex inſpectione teſtamẽti,non dẽt poſſe ſubſtitutus impedire quominus inſtitutus mittatur in poſſeſſionem,l.ſecunda,& fi.C.de edic.diui Adri.tol.unde nõ videtur legitimus contradictor. Reſpondeo , ꝙ imò etiam in poſſeſſorio ſubſtitutus dicitur legitimus contradictor,ſi prętẽdat inſtitutionem nullam eſſe tali nullitatis vitio,de quo poſſit incõtinenti apparere,vel niſi de vitio nullitatis appareret ex ipſo teſtamento.ita concludunt Barto. Salyce. Pau. Iaſ.& omnes in l.prima,C.de edic.diui Adria.tollen. in caſu noſtro opponitur vitium nullitatis,de quo apparet ex teſtamento,nam teſtator appellat Claudium inſtitutum filium naturalem:& licet addat ipſum eſſe legitimum, tamen teſtatori non creditur,niſi de legitimatione fides fiat,per ea quę not.glo & omnes ſcriben in l.ſi donatione,C.de collatio.& per Bart.in l.ſi forte, ff de caſtr. pecul. & ſi forte dicatur factam fuiſſe fidem de legitimatione. Reſpondetur dupliciter . Primo,quod non dicitur facta fides,
10 niſi inſtrumenta legitimationum producta † ſint citata parte, & dato termino ad opponendum,ut concludit Bar.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo,de plano,per tex.in lege finali, C.de fide inſtru.Secundo,poſito ꝙ ſint exhibita inſtrumẽta legitimationum ſeruatis ſeruandis,qđ factũ non fuit,tñ aduerſus ipſam legitimationem audiendus fuit.& eſt Berengarius, ẽt in iſto iudicio poſſeſſorio , tum quia vt ẽ.dixi, ſi inſtrumenta debent legitime exhiberi,neceſſe eſt, ꝙ ſtatuatur Berengario ter-

minus ad opponendum, tum quia in poſſeſſorio iudicio perſona
11 petens ſe mitti in poſſeſſionē dēt plene † legitimari, adeo quod
quilibet, cuius intereſt, dicetur legitimus ꝯtradictor, quo ad exce-
ptiones, quas ponit ꝯtra pſonā agentis, iſta eſt theorica glo. Bar.
& Saly. & omnium in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. quā Do-
ctores extollunt ibi, & in varijs locis, de quibus per Iaſ. in rubr.
C. qui admitti. nunquam n. cenſentur excluſę exceptiones, quæ
reſpiciunt inhabilitatē, ſeu illegitimitatē pſonę ſm Fel. in c. ex
parte, col. 2. de offi. del. debet ergo in iſto iudicio poſſeſſorio ple
ne conſtare de perſona Claudij, qđ ſit ille Claudius in teſtamē-
to nominatus, & quod vere ſit legitimatus, & quo ad illas exceptio
nes, Berēgarius, & quilibet poſſeſſor eſt legitimus cōtradictor,
ſm Bal in d. l. fin. verſi. differunt tñ. Præterea, & tertio reſpon-
detur, quod non poteſt dici, qđ exceptiones, quas opponit Berē
garius, requirant altiorem indaginem, quia ſunt tales, qđ ex par
te ipſius Berengarij non exigunt aliquam probationem, neque
dilationem expoſtulant, nam exceptiones ꝯ perſonam Claudij
oppoſitæ eo ipſo probantur, quod ex aduerſo contrarium nō
iuſtificatur. Exceptiones vero oppoſitæ contra legitimationes
conſiſtunt in iure, & ex apertura librorum veritas earū ſit om-
nibus manifeſta, ergo non dicunt requirere altiorem indagi-
nem, quia quæ ſunt iuris, dicuntur certa, liquida & notoria, l. or
namentum, vbi Bar ff. de auro, & argento lega. non enim poſ-
12 ſunt dici dubiæ exceptiones, † quarū deciſio ex apertura libro-
rum pōt reperiri, vt concludunt Bald. & Saly in l. cū proponas,
C. de rebus cre. & Iaſ. in l. pen. col. pen. C. de pac. & in terminis
noſtris idem potuit Iaſ. in l. 1. in fi. C. de edic. diui Adriani tollē.
vbi iſtud fundamentum fecit contra Bart. ibi, quod fundamen-
tum in ſe veriſſimum eſt, licet in caſu illo nō ſtringat cōtra Bar
tolum vt videri poteſt, quod hic non diſcutio, quia nihil ad ca
ſum noſtrum. Sit igitur concluſio, qđ Berengarius, quantum
ad has exceptiones quę ad perſonam actoris opponuntur, vel
ad merita cauſæ mista conſideratione perſonæ & cauſę, dr̄ le-
gitimus contradictor, & ita in ſpecie quando opponit, qđ inſti-
tutus non eſt capax inſtitutionis, quia ſpurius, ſtatuit Baldus in d.
l. fi. col. 10. ver. 8. ſtudeat reus. Non obſtat in quātū ſupra dicebā,
quod Berengarius dicendo pupillarem expreſſam eſſe nullam:
etiam tacitam vulgarem, ſuper qua ſe fundat, nullam aſſerere
videtur, quia iſtud eſt a veritate deuium, ſtat enim ſimul ꝙ pu-
pillaris expreſſa non valeat, & tamen ſuſtineatur tacita vulgaris
in ipſa pupillari comprehenſa, ſecundum Bart poſt Gul. quem
☞ *communiter* Docto. ſequuntur, in l. 1. in vlti. q. ff. de vulg. & pupil.
13 in primo. 2. & 3. requiſito, ff. eod. quia vitiato † expreſſo, non vi-
tiatur tacitum æque principale, l. ſi fideiuſſor, ff. de leg. 1. Venio
nunc ad ſm articulum huius tertiæ dubitationis, videlicet ad di
ſcuſſionem exceptionum, quas deducit Berengarius. Primam,
quæ fundatur in errore teſtatoris, qui inſtituit Claudium tanq̃
naturalem cum ſit ſpurius, non puto militare, quia largo ſum
14 pto vocabulo, etiam ſpurij dicuntur † naturales, ſecundum gl.
Panor. & omnes, in c. per venerabilem, qui fil. ſint legiti. & glo.
in l. quoties idem ſermo, ff. de reg. iu. & eſt tex. in c. innotuit, de
elec. & ex legitimationibus, ad quas teſtator ſe refert, conſtat
teſtatorem intellexiſſet Claudium eſſe ſpurium, licet ipſum na-
turalem ſimpliciter nominauerit. Imò ex quo teſtator præten-
debat Claudium fore legitimum, non debuit amplius ſpurium
appellare, tam in legitimatione vltima, quam in teſtamento, &
eſt tex. pro hoc dicto Bal. in l. Imperialis, quem ibi no. idē Bald.
& Saly C. de nup. & Alex. conſi. 1. vol. 1. col. 4. Secundam autē
exceptionem, quod Claudius non ſit audiendus, niſi prius pro-
15 bet ſe eſſe filium teſtatoris, quilibet diceret militare, quia † qui
dicit ſe filium, ſi negetur, probare debet, l. 1. & l. ei, qui. ff. de pb.
& in terminis noſtris ita conſuluit Bal. conſi. 180. mortuo filio,
lib. 1. In contrarium facit, quia teſtatori nominanti eum filium
credendum videtur, niſi per negantes contrarium probetur, ut
ſignanter determinat Bar. in l. quod Senatus, §. idem per contra
rium, ff. de lib. agnoſ. per tex. in l. quidam. ff. de prob. ubi caſus, &
in ſpecie, qđ nominatio in inſtitutione filij præſumptiue pbet
filiationem, & transferat onus probandi in aduerſarium, tenet
Inn. & Are. & Fel. in c. per tuas, de prob. glo. Bald. & Sal. & alij
☞ *communiter*, in l. neque profeſſio, C. de teſta. dicentes, quod illa
lex, quæ vult, quod profeſſio patris non probet, ſane intelligi-
tur, id eſt, non probat aliter filiationem, quin ſi per aduerſariū
probetur teſtatorem erraſſe, & non mittetur legatum & inſtitu
tio, ſed tamen inducit præſumptionem talem, quod onus pro-
bandi transfertur in aduerſarium, ut etiam tenuit Bal. in caſu no
ſtro, in capitulo ex tranſmiſſa, col. 2. de reſtitu. ſpo. & licet Iaſ.
in d. l. neque profeſſio, dicat ſe dubitare, tamen loquitur quo ad
probationem neceſſariam: nam quo ad illam fateor, quod ex
inſtitutione non probatur filiatio probatione neceſſaria, per
tex. in l. ſi pater, C. de hæred. inſtit. ſed bene probatur præſum-
ptione, quæ præſumptio transfert onus probandi in aduerſariū,
d. l. quidam, ff. de probatio. Tertia exceptio, quod Claudius nō
ſit ille, qui fuit inſtitutus, & nominatus magis videtur vrgere,
quia tenetur Claudius probare, quod is ſit ille Claudius, ſi nege

16 tur, cum ſit † fundamentum intentionis ſuæ, l. cū qui, de prob.
& Lactor, C. eo. tit. & bene faciunt ea no. per Bar. & alios, in l. inter
ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. obl. & per Fel. in c. cum Ioannes he
remita, de fide inſtru. ſed adhuc ſuper iſta exceptione non vide
17 tur inſiſtendum, quia probato quod ille vocetur Claudius Siene
rij, præſumendus erit ꝙ ſit ille, quia † identitas nominis facit
præſumi idētitatem corporis, l. qui habebat, ff. de manu. teſt. per
quem tex. conſuluit Bal. conſi. 70. cū apparet, lib. 4. & hoc maxi
me verum erit in caſu noſtro, in quo inſtrā legitimationū repe
riuntur apud ipſum Claudium, quo caſu pſumitur, ꝙ ſit ille, q
nominatur in eis, ſecundum Bald in l. ſi qua per calumniam, in
fine per illum tex. in argumen. C. de epiſcop. & cleri. cum cōcor
dantibus allegatis per Fely. in c. coram, col. 3. de offic. de lega.
arbitror etiam quod Claudium poſſet probare tractatus, & cō
munem famam, ꝙ ſit ille Claudius, & ꝙ ſit filius, quibus proba
tis conſtaret de perſona, & filiatione, vt traditur in d. c. per tuas,
de probatio. & in cap. per tuas, qui fil. ſint legi. ideo non multū
puto laborandum ſuper iſtis friuolis, ſed ad fundamenta magis
realia deueniendum eſt, videlicet ad legitimationes, ſuper qua
rum validitate conſiſtit victoria Claudij, & ſup inualiditate con
ſiſtit palma Berengarij ſubſtituti: in proceſſu duæ legitimatio-
nes reperiuntur inſertæ, ideo particulariter de vtraque eſt vidē-
dum. Circa primam, multa poſſent dici: ſed omiſſis ſuperfluis
arbitror abſq; dubio, qđ talis legitimatio nihil proſit ipſi Clau
dio pluribus rōnib. Et non inſiſtendo ſup articulo, an infans le
☞ gitimari poſſit, quia *communiter* ſententia eſt, † ꝙ ſic, vt per Bar.
18 & ſcriben. in l. iubemus, C. de emancipa. liberto Barto. conſilio
105. & conſilio 119. libro quinto, vbi vult, quòd licet infans non
poſſit conſentire, tamen legitimatio tenet, & quo ad patrē ſta-
tim ꝙ eſt legitimatus, trāſit in eius poteſtatem, adeo ꝙ tanquā
legitimus adminiſtrator poterit eamde petere, quòd legitime-
tur, etiam quo ad ſucceſſionem maternam, & alibi dicit, ꝙ in-
fans & furioſus poteſt a Principe legitimari, nec obſtat, quód
requiritur quod legitimatus conſentiat, §. generaliter, in Auth.
quibus mod. natura. effici. ſui. quia infans, & furioſus finguntur
conſentire, cum agatur de eorum commodo, & fauore. Con-
cludendum intrepide puto hanc legitimationem fore nullam
19 ex infraſcriptis rationibus. Primo, quia legitimatio † facta ex
falſa cauſa nihil valet, l. 3. ff. de nata. reſtitutio capit. quia circa, de
conſangui. & affin. cap. quod ſuper, vbi Bal. & Moder. maxime
Fely. col. 1. de fide inſtrumentorum. nam ſicut vitiat inſtitutio-
nem, l. ſi pater, C. de hæred. inſti. & l. fin. eod. titu. & ſententias, l.
qui teſtamento, ff. de excuſatio. tuto. cum ſimi. ita vitiabit legi-
timationē. Iſta aūt facta fuit ex falſa cauſa, quod ex eo patet, qa
Chriſtianiſſimus Rex aſſerit ſe inclinatum moribus, & virtuti-
bus, quibus coruſcat ipſe Claudius, quod certe falſiſſimum eſt,
cum Claudius tunc eſſet infans annorum trium, qui nihil ſcire,
vel diſcernere poterat, l. 1. C. de fal. mone. l. pupillus, ff. de acqui.
heredita. accedat, ꝙ dicta legitimatio facta dicitur ad inſtantiā,
& poſtulationem dicti Claudij, qui neque adhuc fari ſciebat,
vnde de falſitate ſuſpecta dicitur, ſeu redditur iſta legitimatio,
apparetque Regem fuiſſe circumuentum, ergo ea deficiēte cau-
ſa finalis erit legitimatio inualida. Et per iſta reperio, ita in ter-
minis decidere hanc quæſtionem Per. de Anch. cōſi. 241. ex te-
nore priuilegij, quem refert & ſequitur Fely. in d. cap. quod ſu-
20 per, columna prima. Secundo, quia ſurreptio † ita vitiat legiti-
mationem, ſicut cętera reſcripta, & diſpenſationes, d. l. 1. de na-
ta. reſtituen. & comprobat latiſſime Cur. ſenior. cōſi. 113. ſtatu-
to Ianuæ. eſt aūt huiuſmodi prima legitimatio ſurreptitia, quia
Claudius tacuit, ꝙ Dominicus eius pater haberet tunc vxorē,
quod ſi expreſſiſſet, forte gratiam non impetraſſet, aut ſaltē nō
ita de facili obtinuiſſet, ergo ſurreptitia, cap. poſtulaſti, cap. ſup
literis, de reſcript. & per hanc rationem ita iudicando conſu-
luit Oldra. conſilio 247. factum tale eſt, quidam Rex. & Alexā.
conſilio 193. aſſumo, libro ſecundo. vbi ampliat etiam quòd le-
gitimatio ſit facta cum clauſula de plenitudine poteſtatis, & Al-
be. de Roſa. in rub. C. de natu. liber. columna 2. & Aret. in l. ex
facto, col. 6. ff. de vulg. & pup. per tex. in §. ſi quis. vero, in Auth.
quibus modis natu. effici. legi. quinimo falſitatem expreſſit, qa
dixit patrem tunc coniugatum non eſſe. Illa enim verba, tunc
vxorati, abnegāt, quod tempore legitimationis pater eſſet vxo-
ratus, tum quia dictio, tunc, extremitatem temporis tantū deſi-
21 gnat, l. 4. §. 1. ff. de condi. & demonſtratio. & iuncta † cum verbo
præteriti temporis eſt abnegatiua præſentis, vt no. in cap. ſoli-
tę, de maioritate. & obedien. & in l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſtam. ſed
illud falſo expreſſum fuit, ergo tanquam offendax precator ca-
rere debet impetratis, l. fin. C. de diuer. reſcrip. cap. ſecundo, de
reſcrip. cum vulga. Accedat, quod non fuit Rex certificatus, qđ
Claudius eſſet infans; quod ſi fuiſſet expreſſum, non ita faciliter
conceſſiſſet, ergo legitimatio tanquam ſurreptitia non valebit,
dicto capit. poſtulaſti. ea enim, quæ difficiliorem reddere Prin-
cipem poſſunt ad concedendum gratiam, ſunt Principi notifi-
canda, alias legitimatio non tenet. faciunt dicta Philippi Corn.
conſilio 245. licet colum. 1. in fine lib. 1. infantes autem nō ita de

facili

facili legitimatur ſicut maiores, eo quia rediguntur in patriam poteſtatem abſque eorum conſenſu, ut per Ful. in l. fi. ff. de iis, q ſunt ſui, vel alie.iur. hinc eſt ꝙ habens poteſtatem ab Imperatore, vel Rege, legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, non tamē cenſetur habere poteſtatem legitimādi infantes, quia iſtud princeps difficilius concedit, ſm Ang. in l. iuuin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. per illum tex & Curtius ſenior cõſi. 19. viſo priuilegio, col. 1. & Soc. cõſi. 395. in cauſa contra filios, col. pe. lib. 2. Et hęc de prima legitimatione dixiſſe ſat erit. fateor enim, ꝙ plura alia contra dictam legitimationem dici poſſēt, ſed quia pręmiſſa ſufficiunt ad demonſtrandū illius nullitatem, prolixior non ero. Circa ſecundam legitimationem obtentam a d. Seneſchallo, nō inſiſtam, quia eius validitas vel inualiditas dependet a poteſtate d. Seneſchalli, quam videre vellent antequam quicquam ſcriberem, ne in incerto vagarer. Circa vltimum dubium, poſito ꝙ legitimatio valeret, an ſpurius legitimatus ſuccedat in emphyteſi eccleſiaſtica, *communis* eſt concluſio, ꝙ legitimatus non ſucce-

22 dat in emphyteuſi eccleſiaſtica † ſuſcepta pro ſe & filiis ſuis, ita late concludit Alex. in l. ex facto, §. ſi qs rogatus, ff ad Trebel. et in cõſ. 64 & 128. li. 1. & cõſi. 60. col. 1. & ſeq. li. 2. & in hoc abūdāt auctoritates: ſed difficultas eſt, quod ſi emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa fuerit pro ſe & hæredib. ſuis quibuſcūq;, quibus ſors dederit, an tunc naturales legitimati ſuccedant in tali emphyteuſi? Super iſto puncto reperio Decū notabiliter adhuc tenere, ꝙ

23 legitimatus † non admittitur ad emphyteuſim eccleſiaſticam, quia talis clauſula pro ſe & hæredibus, & quibus dederit nō intelligitur de hęredibus reprobans, contra Petrū de Anch. conſ. 71. in cā venerabium. quod ego etiam credo veriſſimū, qa nō eſt veriſimile, ꝙ eccleſiæ ſeu plati, qui noīe eccleſiæ fecerūt inueſtituram, intellexerunt de filiis hēdib. qui ſine peccato concipi nō pñt, ſecundum Gemi. in capit. ſtatutū, s in fi. de hære. li. 6. vbi generaliter concludit, quod in contractib. & ſtatutis eccleſiæ appel

24 latione filiorum non veniunt ii, quorum † cōceptui reſiſtit eccleſia, quod etiam uoluit Ange. conſi. 2 exoriente, ſuper primo. Ex iis puto ſatiſfactum omnibus quæſitis, quibus potuiſſem latioribus verbis reſpondere. Sed quia iſta ſufficiunt, nolui ſuperfluis & inutilib. animos legentium grauare. Laus Deo.

RESPO N. II.

Tertio prouocare nemini de iure licet, & maxime ſi in omnibus ſententiis repetita ſit clauſula, bene iudicatum, & male appellatum. Verū in propoſita facti ſpecie tertio prouocare licuit, nā aſſertæ ſententię nullomodo conformes dici pñt, quod neceſſarium eſt, vt appellatio vlterius non procedat, nam per duas primas poſſeſſorium, per tertiam & ultimam petitorium diffinitū. nullo ... tertia pręcedentibus, quibus addit, conformis dici poteſt, tum etiam quia Do. Lazarum ad inquellandum cogit, cum neque ... de iure agere, vel experiri cogatur, quare nulla eſt, ... contra iura ſit lata Nec clauſula, bene iudicatū, et male appellatum, in tertia appoſita operatur conformitatē, qa intelligitur cum additionibus & quantitatibus in ea expreſſis, vnde quod profertur cum adiuncto, non eſt proprie tale, & ſic ſimpliciter conformis; quare huic ſententiæ nullitatis, & manifeſtę iniquitatis exceptio obſtabit.

SVMMARIVM.

1 *Poſt tres ſententias conformes, tertio prouocare non licet.*
2 *Proprietas nihil commune habet cū poſſeſſione, & ideo ſentētia lata ſuper poſſeſſione non dicitur conformis ſententiæ latę ſuper proprietate.*
3 *Medium concludendi in quocunque iudicio attenditur.*
4 *Sententia, quæ aliquid addit, vel detrahit, conformis dici non poteſt.*
5 *Sententia lata contra iura, eſt ipſo iure nulla.*
6 *Verbum debet, ſi verbo poteſt, iungatur, neceſſitatem importat.*
7 *Appellatione arborū glādiferarū, arbores vtiles & nō ſteriles cōtinētur.*
8 *Quod profertur cum adiuncto, non eſt proprie tale.*
9 *Exceptio manifeſtæ nullitatis. & iniquitatis, impedit executionem etiam trium ſententiarum conformium.*

Reſpon. interpreta.

Quia Officiales Do. Lazari de Cruce, domini de Mōteſilico, inquiſitionē & titulos criminales fecerunt ꝯ hoīs dicti loci, eo ꝙ dicti homines laborauerunt terrā guaſtā, reducendo eā ad culturā, & eo qa quercus ibi exiſtētes ſciderūt, & eo quia glādes, ꝯ dictum territorium exiſtens legerunt communitas, & homines pręedicti, pręetendentes eſſe in quaſi poſſeſſione pręmiſſorum iurium intentarunt interdictum retinendæ, petendo ſe manuteneri in dicta ſua quaſi poſſeſſione, & officialibus prædicti domini iuberi, & præcipi, vt ab omni moleſtia & turba deſiſtant.

Super huiuſmodi iudicio poſſeſſorio latæ reperiuntur tres ſententiæ, quarū tenores ſubiiciuntur. Tenor primæ talis eſt, Quia reperimus vniuerſitatem, ſiue homines eiuſdem, non eſſe in poſſeſſione aſſerta, ſed dominium fore & eſſe in poſſeſſione. ideo ab impetitis ipſius vniuerſitatis, & hominum eiuſdē, dictum Do. Lazarum, dicti loci dominū relaxamus, & relaxatū dicimus & pronunciamus. eademq; noſtra ſentētia eſſe in poſſeſſione reſponderi faciendi per ſuos officiarios dictos hoīes terram guaſtam accipientes propria auctoritate, arboreſq; glandiferas vltra modum depopulantes, territorium glandium, terram guaſtam exteris ſingulis annis vendēdo, cui vult. Et defenſam faciendi & glandas legentibus prohibendi dicimus & pronunciamus, &c. Tenor ſecundæ, Dicimus & pronūciamus, bene & ſancte fuiſſe per officiales a quibus proceſſum & ſententiatum, dum prædictum do. dicti loci ab impetitis dictæ vniuerſitatis relaxarunt, & dum declarauerunt do. de Monteſilico eſſe, & fuiſſe in quaſi poſſeſ. reſponderi faciendi per ſuos officiarios prædictos homines terram guaſtam accipientes, & ad culturā redigentes auctoritate propria, arboreſq; glandiferas ultra modum depopulantes, male & inique fuiſſe pronunciatū, quo ad prædicta capita remittentes partes iudicib. a quib. pro executione facienda. In quantum vero declarauerunt prædictum d. eſſe in poſſeſſione territorium glandium, terram guaſtam exteris, cui vult alienandi, defenſam faciendi, glandes legentibus prohibend. dicimus & pronunciamus male & inique fuiſſe cognitum & iudicatum. Tenor tertiæ ſententiæ ſic ſe habet, Ex quib. prædictis in dicta tranſactione ſcriptis & comprehenſis, iūcto inſtrumento in hac noſtra inſtātia pro parte domini producto apparet quod pabulum glandium erat, & eſt ipſius dñi, & non vniuerſitatis in non ſpecificatis & non reſeruatis, & ſic non licuiſſe vniuerſitati depopulare nemus glandiferū, & ad agriculturam reducere, nec uti vltra tranſacta, & aliter faciendo, & utēdo ꝗ in l. ſiue in trāſactione dicatur, potuit, & debuit dñs inquieſtate ꝯ facientes, & nemus ad terram guaſtam reducentes, prout dñi primo & ſecundo loco iudicātes rōnib. & motiuis in eorū ſententiis exaratis (quas approbamus) declarauerunt, bene iudicatum pronunciando, & male ad nos appellatum, ſilentium quo ad illud caput imponentes conformitate trium ſententiarum denlatæ in eo ſolo articulo. Quātum vero ad aliud caput, pronunciauit tranſactionem alias inter partes initam obſeruādam fore. Ab hac ultima ſententia fuit prouocatum & appellatum ad ſupremā curiam Parlamenti, pro parte do. Lazari dicēt non licere tertio prouocare, cum ſint latæ tres ſententiæ (ut ab ipſo proponitur) conformes, ideo cōſilium quæritur an prædictæ tres ſententię in primo capite conformes dicātur, ita ꝙ veniant exequendæ. Conſideratis petitione, & ſententiis, de quib. in præmiſſo themate, viſum fuit prima conſideratione dictas ſententias fore conformes quo ad primum caput, & conſequēter non licere tertio † prouocare, vt C. ne lice. ter. prouo. in rubr. & nig. videbantur autem, ꝙ eſſent conformes ex eo, ꝙ per ſecundam & per tertiam pronunciatum fuit, bene iudicatum, & male appellatum a prima ſententia, & quando pronunciatur bene iudicatum, & male appellatum, conſtat clare de cōformitate, ſecundum Bar. in l. ſi expreſſim, ff. de app. & Alex. conſi. 3. viſo themate, lib. 5. Verum prædictis non obſtantib. arbitror ultimam nullo mō eſſe cōformem primis duabus, rationibus ſubſequentibus. Primo per primas diffinitur poſſeſſorium, per ultimam uero deciditur petitorium, ergo difformes, cum nihil cō-

2 mune hēat proprietas † cum poſſeſſione, l. naliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſ. quod autem ultimus iudex pronūciauerit ſup petitorio, apparet ex medio concludēdi, de quo in ipſa ſnīa. Nā ex medio cōcludendi cognoſcitur, an fuerit pronunciatū in petitorio, aut poſſeſſorio, ſicut ex eo. medio concludēdi dignoſcitur, an actor deduxerit petitorium an poſſeſſorium, ut in terminis conſuluit Ale. in cōſi 69. Conſideratis his, lib. 10. & Dec. conſi. 62. in cauſa, col. 2. & hoc eſt generale documētum, ut in

3 quocunque † iudicio inſpiciatur medium concludēdi, ut tradit Bar. in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cer. peta & in l. ſi prius, ubi Mod. ff de no. ope. nun. medium autem concludendi in ultima ſententia tale eſt, quia pabulum erat, & eſt d. Lazari, & quia nō licuit hominibus aliter uti quam in l. tranſactionis dicatur, &c. iſtud certe concludit in petitorio, & quo ad dominiū, nō quo ad poſſeſ. tum quia genit. Lazari denotat dominiū, l. 2. ff de relig. & ſump. fun. l. ſeruum Titii ff. mand. tum quia ſuper tit. trāſactionis fundatur tanto ſententiæ. qui tranſactionis titulus dominiū importat, l. trāſactionem quæ dominii, & l. ſi ſuper poſ. C. de tranſ. Scdo, per ultimā ſnīam quātum ēt ad primū caput

4 plura addunt primis duabus, ergo † difformes, qa ubi aliqd additur uel detrahiī antiquo iuri, nouū ius efficiī, l. ius ciuile, ff. de iuſti. & iure. & ubi additur, uel detrahitur, ſtipulatio uitiatur, aut noua inducit, l. 1. §. ſi quis ſiōplr, ff. de uerb. obl. ſic ubi ſentētia addit, uel detrahit alteri ſententiæ, diuerſa & noua ſententia reputatur. ita in noſtris terminis dixit Alexan. conſi. 77 in ca..., & lite, lib. 2. quod autem ultima addat primis oſtēditur ſic, per

primas declaratur Do.Lazarum eſſe in poſſ. reſponden faciẽdi
per ſuos officiarios homines popria authoritate terrã guaſtã.
accipientes,& arbores gland.feras vltra modum depopulan-
tes,&c.Per vltimam declaratur,quod Do.Lazarus potuit,& de
buit inqueſtare homines, nemus ad terram guaſtam reducen-
tes prout domini.1.& 2.loco iudicantes declararunt. Iſta certe
vltima ſententia in verb.& in oĩ effectu differt a primis.ponde-
randum eſt primo,qđ in hac vltima dicitur,quod do. Lazarus
potuit inqueſtare,in primis dicitur quod in poſſ.reſpunderi fa-
ciendi,&c.ſtat enim ſimul, quod ſit in poſ. faciendi homines
reſpondere per officiales ſuos,& tamen ipſe do. Lazarus non
poſſit inqueſtare obſtante ſibi aliqua exceptione dilatoria,
q̃ non obſtabit officialibus ſuis,& vt ex pluribus vnam ſpẽ de-
ducatur,ea eſt,quia ſi ipſe inqueſtaret dictos homines corã ſe,
ſibi obſtaret exceptio,quod ipſe in cã ſua propria non poteſt eſ
ſe iudex,l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdictio.omniũ iudi.ſi corã
officialibus ſuis,eadem exceptio obſtaret,quia cum ſint iudices
ipſius do.Lazari,vnum & idem tribunal reputatur, vel ſaltem
exceptio ſuſpitionis contra iudices ipſius do.Lazari opponi poſ
ſet,cap.poſtremo,cap.cum ſpeciali,de appella.cum ſimi. ſecus
autem ſi ad inſtantiam procuratoris fiſcalis ; aliud enim eſt fi-
ſcus,aliud dominus loci,vt nota per gl.& ſcribentes in rubrica.
C.de iure fiſci,lib.10.& aliud eſt procurator do.Lazari,aliud p-
curator fiſci,ut traditur in rubr.ff.de officio procura. Cæſa. da-
to ergo,quod ſit in poſſeſſione iurium , de quibus diſceptatur,
ea eo,quod quandoq; ad inſtantiã procuratoris fiſcalis coactt
fuerunt p̃dicti homines reſpondere titulis criminalib.vt dicitur
in primis duabus ſententiis,non tamen ſequitur,ꝙ domi.Laza
rus poſſit inqueſtare,vt dicitur in vltima ſententia. bene ſeque
tur ergo,quod in hoc addit primis,& differt ab eis, ergo &c.Se
cundo ponderandum eſt verbum, & debuit inqueſtare. Nã in
hoc additur primis,quia licet per primas iudicetur domi. Laza-
rum eſſe in poſſeſſione faciendi reſpõdere,&c. non tamẽ ſeqĩ,
ꝙ teneatur inqueſtare ſi nolit, & tamen vltimus iudex (neſcio
quo iure)iudicauit do.Lazarum teneri inqueſtare,&c.& quidem
male,& contra totum tit.C.vt nemo inui.age. vel accuſa.cog.
& in maximum p̃iudicium dictorum hominũ,quia (ſtante dicta
ſententia)non poſſet do. Laza.remittere dãna illata per aliquẽ
5 ex eis,neque pœnam,quod eſt † contra oĩa iura, maxime con-
tra c.in noſtra.de iniur.& quia cuilibet licet iuri ſuo renunciare,
l.ſi quis in conſcribendo, C. de pac. Nec dicatur, ꝙ verbum de-
buit, quandoque reſoluitur in liberam facultatem, & exponitẽ
debuit,i.potuit,vt in l.3.vbi Bar.C.de pig.l.poſt edictum,ff.de iu
di.quia procedit ubi verbum,debuit,de per ſe reperitur appoſi-
tum in oratione, tunc rõne ſubiectæ materię poteſt reſolui in
liberam facultatem,ſecus ſi in oratione reperiatur appoſitũ vtrũ
que verbum,potuit,& debuit,vt hic, nam tunc neq; rõ recte lo
quendi,neq;ſenſus ullus patitur,ꝙ vnũ reſoluatur in alterũ, iõ
6 tunc quodlibet ſeruatur,ſ.in propriam ſſãm, & ſic verbũ † de-
buit,neceſſitatem importat,vt l.ſępe audiui Cęſarẽ,cum gl.ff.de
offic.Pręſi.Tertio,ponderandum eſt verbum,nemus,ꝙ ↄplecti
tur locum quibuſcunque arborib.refertũ, & ſic non tm̃ arbo-
ribus glandiferis,ſed ẽt quibuſcũque aliis,& differt a luco,& ſil-
ua cędua,quia gñalitatem quandam in ſe habeat pluſquam lu-
cus,& non eodem mõ ceditur prout ſilua cædua,ſecundũ Fel.
in c.Rodulphus,col.25.de reſcrip.per primas deciditur , ꝙ dicti
homines non poſſunt vltra modum depopulare arbores glan-
7 diferas,appellatione enim arborum glandiferarum ſolũ † ar-
bores fructum facientes comprehenduntur,l.vni.ff. de glan.le-
gen.& ſic illis primis additur per vltimam,vt ẽt non poſſint di-
cti homines alias arbores nullũ fructum faciẽtes ſcindere, ergo
difformes per ea,quæ ſ.dixi.Quarto ponderandũ eſt dum in vl-
tima dicitur,nemus terrã guaſtã reducentes , in hoc differre a
primis,quia per primas iudicatum ſuit do. Lazarũ eſſe in poſ-
ſeſ.inqueſtandi reducentes terram guaſtam ad culturã, per vlti-
mam iudicatur do. Lazarum poſſe,& debere inqueſtare reducẽ
tes nemus ad terrã guaſtam,ergo difformes;quia aliud eſt redu
cere nemus,aliud eſt reducere terram guaſtam. Nemus.n.diſ-
fert a terra guaſta,tum rõne arborum,tum ratione amenitatis,
vt patet ex iis,quæ ſcribit Felynus in d.capi.Rodulphus; aliud ter
ra eremа,aliud nemus,ex quo vtilitas plurima percipi poteſt,l.
qui vtilia.C.de omni agro deſer.lib.11.Item aliud eſt reducere
terram guaſtam ad culturam,aliud terram bonam & fructiſe-
ram (vt eſt nemus)ad terrã guaſtam reducere,vt patet ab effe-
ctu,& ad naturalem ſenſum.Cũ igitur differat vltima a primis,
qa diffinit petitorium,primæ vero poſſeſſorium; & quia decla-
rat dominum Lazarum poſſe inqueſtare, primæ vero eſſe ĩ poſ
ſeſſione,& quia declarat dominum Lazarum teneri inqueſtare,
& in hoc addit primis,quia addit,quod nemus per dictos homi-
nes non poſſit reduci ad terram guaſtam quod eſt dicere, quod
dicti homines non poſſint ſcindere vllas arbores, quod eſt di-
uerſum a primis, quibus iudicatur non licere reducere terram
guaſtam ad culturam,non nemus ad terram guaſtam,vt ſ.abũ.
de deduxi,concludendum eſt has ſententias non eſſe vllo mo
do conformes.Et præm.ſſę concluſioni per me vt ſ.comproba
tę,nõ obſtat qđ vlterius pronunciauerit bene iudicatum,& ma-
le appellatum,quia rñdeo dupl̃r,& primo,ꝙ ſi ſimpl̃r nihil ad-
dendo,vel diminuendo,pnunciaſſet bñ iudicatũ,& male appel-
latum,illo caſu eſſent conformes,& pcederet doct.Bar.in d.l.ſi
expſſim,ſecus vbi aliquid addit,vel detrahitur,tũc nõ põt dici cõ
formes,ſm Alex.in d.conſi.77.Secundo rñdeo,quod vlterius iu-
dex non pronunciauit ſimpliciter bene iudicatum.ſed limitati-
8 ue,id eſt cum † additionibus,& qualitatibus expreſſis in dicta vl
tima ſententia;nam illa verba,prout domini primo,& ſecundo
loco iudicantes declarant,referuntur ad illa verba,potuit,& de-
buit inqueſtare,& ſic dictio,prout,reſpicit ea quę fuerunt addi-
ta,& conſequenter ſtat limitatiue.vt l.edita,C.de eden.vbi Bat.
& ſcrib.& per eundem Bart.in extrauag.ad reprim.in verb. put,
& per Cano in c.prout,de dolo.& cõtu.Inſup aduertẽdũ puto,
quod hmõi vltima ſñã in ea parte,in qua vult dominũ Lazarũ
teneri inqueſtare,eſt euidentiſſime nulla,qa contra ius expreſſũ,
videlicet ↄ totũ tit.C.vt nemo inui.age.vel accuſ.cog.& põt nul
la,l.1.& 2.C.qñ prouo.nõ eſt nec.vbi autẽ ſententia eſt manife-
ſte nulla,tunc exceptio talis euidentis nullitatis impedit execu-
tionem non obſtante cle.vt calumniis,de re iudicata . ſecundũ
Alex.in d.conſi.77.& conſi.106 li 3.Imo exceptio nullitatis, vel
9 † iniquitatis,quam appellans offert te incontinenti probatu-
rũ,licet non appareat notorie de tali iniquitate,ſeu nullitate,ni
hilominus habet impedire executionem,ſecundum Saly.in l.1.
C.ne lice.ter.prouoca.traditur per Alex.& Modernos in l.4.§.
condemnatum,poſt Bar.ff.de re iudicata.Vltimo, quia vltimus
iudex pronunciauit has ſententias fore conformes,ab hac inter
locutoria licitum eſt appellare,ſecundum Saly.in d.l.1.& proba
tur in c.ita nobis,de appel.& maxime licebit iſto caſu, in quo
conſtat manifeſte quod non ſunt conformes , vt ſupra proba-
ui,& vbi dubitaret,an eſſent conformes,in dubio recipienda eſt
appellatio,ſecundum Bald.in l.de ſtatu.ff.de teſt. cum ſolitis &
vulgaribus auctoritatibus. Laus Deo.

De reuocandis donatio.

RESPONSVM I.

PRincipis Conſtitutio,quia ad euitandas fraudes
irritat donationes iudicis decreto non
approbatas,ad liberalitates,quas parentes erga liberos
exercent,non eſt(vt arbitror)porrigenda. Nec enim in-
ter liberos,& parentes doloſitatis quicquam lex ſuſpicatur.Nõ
etiam donationes iuramento roboratas ſanctio laicalis poteſt
infringere,cum ſuper iuramento nulla diſponendi facultas lai-
cis conceſſa legatur.Contendunt inter ſe Barto.& Bald. Perusi
nus,duo iuris fulgentiſſima ſydera,an dos data filiæ imputanda
ſit nepotibus in legitimam. Pro nepotibus reſpondet Bal.contra
vero Bar.cui,communis Doctorum calculus adſtipulatur. Sed
vtrunque recte ſenſiſſe docet Paulus Caſtren. Nam ſi dos a ma
tre,vel auo materno tradita ſit,vera mouet Bald . Sed ſi a patre,
auoque paterno ſit conſtituta , iuſta æquaque habetur Barto.
ſententia. Alia quoque diſtinctione vtrunque defendit nobi-
liſſimus illorum compatriota Corneus. Si enim dos data filiæ
ea mortua reuerſura eſt ad prẽ,quod euenire ſolet,qñ dos
fuit ſimpliciter conſtituta,recipienda videtur Bar.ſententia. Idẽ
quoque reſpondendum,ſi auus ſtipulatus fuerit dotem reddi
nepotibus,cum ab auo ipſam dotem habere noſcantur. Si ve-
ro dotem ſtipulatus ſit reddi filię, vel eius hędib. Bald. putat aſ
ſentiendum,cum dotem vti matris hæredes conſequantur,quã
diſtinctionem plerique non leuis authoritatis,prius tradiderũt.
Donationem quæ tempore mortis patris inſpecto,legitimam
filiorum minuit, Paulus de Caſtro inofficioſam putat quam-
quam a principio pater præfatam donandi menſuram non
excesſerit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a matre in præſentia mariti,& patris donationi conſenſũ,*
& auctoritatem præſtantium reuocari non poteſt.
2 *Statutum prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu duorum propin*
quorum,non procedit in contrahente cũ patre,vel matre.& quid ita.
3 *Statuta prohibentia donationes,niſi cum decreto iudicis,vel conſenſu ꝓ*
pinquorum,non vendicant ſibi locum in donatione iurata.
4 *Donatio ſimplex,quæ in vita donantis valuit,non imputatur in legiti-*
mam.
5 *Dos data filiæ non imputatur nepotibus in legitimam,quando nepotes ha*
bent dotem a matre vt hæredes ipſius matris.
6 *Legitima, an ſit commenſuranda ſecundum quantitatem bonorum, quæ*
ſuperant tempore mortis teſtatoris,an tempore donationis factæ.
7 *Donatio dicitur inofficioſa,etiam ſi ex poſtfacto inofficioſa reperiatur.*

Reſpon.

Reſpon. Interpret.

SVper Dubijs mihi propoſitis elegātee & iuridicè ſcri
pſerunt clariſſimi Domi. de Mota, & de Doe-
na, quorum reſponſa nudo calculo approbaſſem, niſi me
conſulens ini, uoluiſſet, vt quid ſentirem, latius explicarem.
Pro corroboratione igitur aliqua ſubiiciam, vt rem videar ali-
qualiter delibaſſe. Circa primum placet mihi, quod donatio fa
cta per Ioannam Geneueſiam quondam Iſabellæ eius filiæ, va-
leat, & non potuerit reuocari in teſtamento eiuſdem Ioannæ,
per .ex. vbi caſus de utroque in l velles, C. de reuo. dona. ubi dr
donationem factam a matre filiæ, non poſſe reuocari prætex-
tu abſentiæ mariti & aliorum liberorum; quanto ergo minus
1 reuocari poterit donatio † facta a matre in præſentia mariti, &
patris, donationi conſenſum & auctoritatē præſtantiū, vt in ca
ſu præſentis donationis, ad idem tex. in l. his ſolis, & in auct. qd
mater, eo. tit. Non obſtant Delphinalia decreta, quia nō cedo,
quod procedant in donatione facta filiæ propter naturalem af
fectionem, quæ veriſimiliter cadit in matre, vt concludunt Bal.
& Lud. Ro. in l. pactum, quod dotali, C. de colla. ubi dicit, quod
2 ſtatutum, † prohibens mulierem contrahere ſine cōſenſu duo-
rum propinquorum, non procedit in cōtrahente cum patre, vel
cum matre, quia in eis ceſſat rō fraudis præſumptæ, pp quam
ſtatutum voluit fieri ɔ̄ctum abſq; conſenſu propinquorum, ſe-
quitur And. Sicu. in c. matrimonii, col. 3 de offi. deleg. Alex. cō
ſil. 59. Præclare, col. pen. lib. 3. quæ ratio præſumptæ fraudis ab
ſque dubio ceſſat in hac donatione: tū, quia fuit facta cum præ
ſentia, conſenſu & auctoritate patris & mariti (præſentia enim
propinquorum maxime patris & mariti, excludit omnē ſuſpi-
cionem fraudis, doli, metuſque, l. tranſactionem C. de tranſac.
ubi late Moder. Itum, quia fuit facta cauſa æqualitatis ſeruandæ
inter filias, cum eadem die tantundem alteri filiæ donaſſet. lex
enim adhortatur parentes, ut non faciant unum filium, & alte-
rum priuignum, ſed vt eos æqualiter tractare debeant, §. illud.
& ibi no. Ang. in Auct. de nup. imò ubi non eſt æqualitas inter
filios obſeruata, creditur dolum interueniſſe, l. quæſitum, § ſed
& ipſe Papinianus, ff. de fundo inſtru. quem no. Bal. in l. filiæ cu
ius, in 7 q. C. fam. erciſ. & Bar. in l ſi pater, in prin. ff. de don. Soc.
conſi 4 in prima parte, & Dec. conſi 63. ad fin. Cum igitur ceſ
ſat rō ſtatuti, ceſſabit etiam diſpoſitio, l. adigere, § quamuis, ff.
3 de iure patr. c. cum ceſſante, de app. Secundo talia † ſtatuta pro
hibentia donationes, cum decreto iudicis, vel conſenſu propin
quorum non vendicant ſibi locum in donatione iurata, ſm Io.
And. in addi. Spe. tit. de inſtr. editio. §. porro. in vlt. additio. Ang.
in l ſancimus, § ſi C. de dona. Imo. in c. cum contingat, in peu.
char. & ibi Ab & Mod. de iureiu. Fed. de Senis conſi. 282. Caſus
talis eſt. Ang. conſi. 94 Cū ſis. Ale. conſi 4 & conſi. 72 & cōſil.
83. in fin. & 158. in fi. lib. 1. & conſi. 20. col. 3. lib 3 & eſt *cōis* opi.
& iā canonizata, vt dñt Mod. in d. ca. cū cōtingat, & in l. ſi quis
pro eo, ff de fideiuſ. Bñ facit, quia ſtatutū, qp mulier, & minor nō
poſſint ɔ̄here ſine ɔ̄ſenſu ꝓpinquorū, non ꝓcedit in ɔ̄ctu iura
mento roborato, ſm Imo. in d. c. cū contingat, chart. 16 cū ſeq.
Fel. in c. ſi quis, col. 2. de mai. & obedi & Ale. conſi. 59. Viſo in-
ſtrumento, lib. 1. & latiſſime Iaſ. in auct. ſacrā puberum, C. ſi ad
uer. uend. qa laici ſtatuentes non potuerunt de uinculo iuramenti
diſponere, & eſt cōis opi. quicquid dixerit Bar. in d. l. ſi quis pro
eo. vnde aliter non inſtabo, quia in conſulendo a cōi nō eſt di-
ſcedendum, c. ne innitaris, de conſtit. & quia in pūcto mihi for
mato quæritur, an huiuſmodi donatio dicatur donatio pp nu-
ptias; illud quæſitum habet duo capita. Primum eſt, an dicatur
donatio propter nuptias, de qua loquitur tit. C. de don. propter
nupt. & tex. in §. eſt & aliud, Inſt. de don. & certum eſt, qđ non,
quia illa eſt donatio, quæ fit a ſponſo ſponſæ pro ſecuritate do
tis, l. profectitia, ff. de iure dot. l. fi. C. eo. declarat Azo in Sūma-
ti. de donatio. ante nuptias. Secūdum caput eſt, an dicatur facta
contemplatione matrimonii, ita quod donatrix fuerit mota ad
donandum propter matrimonium: & iterum reſpondendum
puto quod non, ſed mota fuit ad hanc donationem faciēdam
Iſabellæ, quia unam tertiam donauerat alteri filiæ. Ita clare can
tant uerba donationis. vnde cum ex uerbis clare colligatur, intē
tio & cauſa finalis, non eſt alia exquirenda, nec cōiectutāda cau
ſa, l. ille, aut ille, § cum in uerbis, ff. de leg. 3. cum ſimilib. Circa
ſecūdum, quo quæritur, an donatio facta Iſabellę filię, ſit impu
tanda nepotibus in legitimam eis debitam, ex perſona ꝓpria, cū
Iſabella mater deceſſerit ante auum. & prima fronte viſum fuit
qp ſic: qa dos data matri ab auo, imputatur nepotibus in legitimā
ſecundum Bartolum in l. in quartam, ff. ad l. Falc. cuius opinio
☞ *cōiter* recepta a Doctoribus, vt atteſtatur ibi Picus & Dec. con
ſi. 151. Satis nimia eſt quæſtio, col. fin. & Fabia. de Monte in repe-
ti. auth. nouiſſima, in 8 char. C. de inoffi. teſt. ſicut ergo imputa
tur dos, ita dicamus, quod imputatur donatio. Verum hoc nō
obſtante concurro in ſententiam Dominorum meorum, qui
ante me conſuluerunt, duab. præſertim rationibus. Primo, quia
huiuſmodi donatio eſt pura, & ſimplex, & inter uiuos, quę
non imputaretur in quartam debitam iure naturę ipſi Iſabellę,
4 ſi viueret. Nam ſimplex donatio, † quę in vita donantis valuit,
non imputatur in legitimam, l. ſi quando. §. fi. C. de inoffi. teſt.
l. ſi non mortis, ff. eod. l. & l. §. ſi debita, ff. de bon. liber. firmant
Bar. Ang. & alii in d. l. in quartam, Alex. conſi. 7. col. 1. lib. 5 & di
citur donatio inter viuos ſimpliciter facta, niſi ita aliter dictum,
ſecundum Bar. in l. peto, in prin. ff. de le. 2. & in l illud, C. de col
la ſi ergo non imputaretur Iſabellæ, cum non ſit donatio facta
in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias, vt ſupra oſten
di: multo minus dēt imputari nepotibus petentib. legitimam
ex perſona propria. Secundo, quia dos data filię, nō imputatur
5 nepotibus † in legitimam, quando nepotes habent dotē a ma
tre vt hęredes ipſius matris. Quod eſt, quando pater in conſti-
tutione dotis ſtipulatus fuiſſet, ſoluto matrimonio eam reddi
filię & eius hęredibus ſecundum Bald. & Salyc. in l. illam, C.
de collatio. Nec obſtat opinio Bartoli communiter approba-
ta, quia procedit qñ pater ſimpliciter dotaſſet filiam, quo caſu
dos ſol. matr. ad patrem reuertitur ratione patrię poteſtatis, l.
dos a patre profecta, C. ſol. matr. vel quando ſtipulatus fuiſſet
eam reddi nepotibus, quo caſu nepotes eam dicerentur habe-
re ab auo. Secus autem, quando nepotes dotem habent ut hę
redes matris. ita concordat opi. Corn. conſil. 190. pro deciſio-
ne. li. 2. in caſu autem pręſenti donatio facta fuit a matre. Nota
rio ſtipulante pro Iſabella, & eius hęredibus & ſucceſſoribus
quibuſcunque. & dato quod non eſſet facta ſtipulatio pro hę-
redibus, tamē ſubintelligebatur, l. ſi pactum, ff. de probationib.
cum donata bona non reuertantur ad donatorem ſecuta mor
te donatarię, niſi ſit expreſſe cautum, l. ſecunda. C. de don. quę
ſub modo & propterea concludo, quod opinio Bartoli in di
cta lege in quartam, non procedit in dote data filię a matre uel
auo materno, vt & conſuluit Pau. de Caſt. conſi. 108. Dubiò pre
ſentis. in ſecunda parte. Circa primum, & multo minus in do-
6 natione inter viuos. Tertio quęritur, an ſit commenſuranda † le
gitima ſecundum quantitatem bonorum, quę ſupererant tem-
pore mortis auię, an tempore factarum donationū? rñdet unus
ex Conſultoribus inſpiciendum eſſe tempus donationum, per
tex. auth. vnde ſi parens, & in corpore unde ſumitur, C. de inof
ficio. teſtamento. ſed illa ſententia videtur dubitabilis, quia ille
tex. loquitur in donatione facta alicui ex filiis ɔ̄ officium pieta
tis, & in fraudem legitimæ aliorum. ſed in caſu noſtro, cū utri-
que filię ſit tantundem donatū, non pñt d. ci donationes inof-
ficioſę, nec in fraudem legitimę aliorum factę, cum nulli filii ſu
pereſſent. Pręterea, ex alio non pñt hmōi donationes videri im
menſę ſeu inofficioſę, cum fuerint donatę ſolū duę partes bo
norum, reſeruata tertia parte bonorum immobilium, ac omni
bus iuribus mobilibus ac actionibus, quę non cōprehenduntur
appellatione immobilium, l. a diuo Pio, §. ſi ſuper reb. ff. de re
iud. l. mouentium, ff. de uer. ſig. uidetur ergo, quod legitima ho
rum nepotum ſit commenſuranda ſecundum quantitatem
bonorum tempore mortis, l. cum quęritur. C. de inoffic. teſta. l.
etiam, & l. ſi patronum, ff. de bon. liber. Sed iſtis non obſtantib.
opin. d. Conſultorum amplectenda uidetur, quia licet donatio
matertetę horum nepotum a principio non eſſet inofficio-
7 ſa, tamen † effecta fuit ex poſt, quod ſufficit, quia fingitur retro
fuiſſe inofficioſa, ſecundum gloſſam in l. 1. in uerſic. nono quę
ro, C. de inoffic. donat. in propoſito autem caſu licet a princi-
pio non eſſet inofficioſa, quia reſeruauerat ſibi donatrix trien-
tem & ultra: tamen, quia illud, quod reſeruauerat pro legitima
ipſorum liberorum totum reliquit uni titulo inſtitutionis hęre
dis, apparet, quod alii liberi reperiuntur fraudati medio dona-
tionis factę ipſi matertetę hęredi uniuerſali. Nam ex ſequenti-
bus declaratur, qualis fuerit animus in pręcedentibus, l. cū qs,
uerſicu. neque enim, C. de natu. lib l. ſed Iulianus, §. quod dici-
tur, ff. ad Macedonia. Ita magiſtraliter declarat Pau. de Caſt. in
d. auct. unde ſi parentes, dicens ſe ita conſuluiſſe in quadam
cauſa ſibi tranſmiſſa de Bononia, in qua plures Doctores decipi
tabant, non conſiderantes, qp eſſet effecta donatio inofficioſa
ex poſt, licet a principio non eſſet. Circa quartum, an clauſula
conſtituti operetur tranſlationem poſſeſſionis, non expedit in
ſiſtere, quia cumulatum reperitur petitorium cum poſſeſſorio
per utranque partem, quo caſu ſententia in petitorio habet ab
ſorbere effectum poſſeſſorii, c. cum dilectus, de cau. poſ. & pro
prie. declarat Soc. conſi 98. iuſtiſſime iudex, lib. 4.

De dona. quæ ſub mo.

RESPONSVM I.

DIui Principis Valentini legem contra donatores,
qui promiſſa alimenta non pręſtant ſapienter
editam, etiam ſi nulla pręſtandorum alimentorum
dies expreſſa fuerit, ſeruandam putamus. Dies enim
quę huic ineſt obligationi, ſatis promiſſorē tacite interpellat.

Quod maxime verum erit, ſi donatarius iureiurando fidē ſuam aſtrinxerit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim interpellationis.*
2 *Dies tacita ſubintellecta a lege in obligatione, ita interpellat ſicut expreſſa.*

Reſpon. interpreta.

Iuſtè, & ſanctè fuit iudicatum per Iudicem a quo, in fauorem do. Ioannę petitæ & nō inſiſtendo ſuper inualiditate ſecundæ donationis factæ Ioanni Roleto, circa quam multa dicta fuerūt per præſtantes primos Conſultores & Aduocatos, dico ſecundam donationem etiam ſi a principio valida fuiſſet, ipſo iure reuocatam propter alimenta non præſtita donatrici iuxta conuenta, & quia de hoc eſt caſus legis in l. 1. C. de dona. quæ ſub mo. non curabo argumentis & rationibus aliter comprobare. Eſt enim ibi caſus expreſſus, quòd ſi donatarius non præſtat alimēta promiſſa donatrici, quod bona donata poterunt a donatrice vendicari; ergo donatio cēſetur a iure reuocata, & dominium iuris miniſterio tranſlatum in donatricem, alias ei non daretur rei vendicatio, quæ præſupponit dominium in agente, l. 1 C. de alienatione iudicij mutādi cauſa facta. c. Abbate, de re iudicata. li. 6. & ad idem eſt tex. cum glo. in c. verum, de condi. appo. & ita cōſuluit Bal. conſi. 350. in 3. parte. Lud. Rom. conſi. 284. triplici ex capite, Cor. conſi. 102. in cauſa, col. 2. lib. 1. Non obſt. ſi dicatur, quod diſpoſitio dictę legis primæ procedit, ſi donatarius ſit in mora præſtandi alimenta, quæ mora non fuit probata in caſu iſto, cum nunquam Roletus fuerit interpellatus, & vbi nō eſt appoſita dies, mora non committitur ſine interpellatione, l. quod te, ff. ſi cert. pet. l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obli. quia reſpondetur dupliciter. Primo, quod iuramentum ipſius Roleti eum continue interpellabat vt promiſſa ſeruaret: habet enim iuramentum virtutem interpellationis, ſecundū Spec. tit. de aduocatis, §. 1. verſi. ſed nunquid is, qui iurauit, Panor. in cap. breui, de iureiuran. Secundo reſpondetur, quod hic eſt dies tacita & expreſſa. Tacita quidem, quia cū venter dilationem non patiatur, obligatus ad alimenta, ſtatim dicitur in mora, ſaltem pro primo anno, ſecundum quoſdam vel ſaltem pro primo menſe, l. 1. vbi Bar. & alij ff. de alimen. leg. & l. libertis, quos, § 1. ff. de auro, & argento lega. eſt etiam dies expreſſa multiplicādę obligationis gratia adiecta, videlicet tamdiu, quamdiu vixerit, l. ſi in
3 ſingulos annos, cum ſimil. ff. de ann. leg. dies autem † tacita ſubintellecta a lege in obligatione ita interpellat, ſicut expreſſa, l. idem erit, ff. de verb. oblig. late Iaſ. in l. quoties in diem, ff. eod. tit. ſimiliter dies adiecta multiplicandæ obligationis gratia, ita interpellat ſicut dies ſolutionis adiecta, ſm Bar. in l. ita ſtipulatus, magna in 3. q. 2. q princi. ff de verbo. oblig. Præterea, cum dictus Roletus iurauerit præſtare alimenta, & non præſtiterit, ſequitur dicendum ipſum cecidiſſe ab omni cōmodo cōtract. donationis, per tex. vulgatum in l. ſi quis maior, C. de trāſa. quæ habet locum in omni contractu, ſm Bar. & *communiter* ſcriben. ibi, & in ſpecie, quod habeat locum etiam in contractu donationis, in quo donatarius non præſtiterit alimenta conuēta, conſuluit Cor. in d. conſi. 102. ver. & inſuper. non etiā obſtat, ſi forte diceretur, quod diſpoſitio d. l. ſi quis maior, procedit in donatrice volente diſcedere a contractu, & quod in caſu noſtro non conſtat donatricem vnquam reuocaſſe donationem propter alimenta non præſtita, quia (vt mihi dicitur in facto) contrariū eſt verius, & dato quod expreſſe non appareret tamē quia donatrix donauit poſtea, & tertio loco, omnia bona ſua dictę do. Ioannæ, ex hoc ſolum videtur deceſſiſſe a donatione facta dicto Roleto, l. rem legatam, ff. de adim. le. & ita in individuo reſpondet Roma. in d. conſi. 284. in fi. Concludo ergo bene iudicatum, quia ſi bona eſſent apud dictum Roletum virtute vltimę donationis omnium bonorum factæ dominæ Ioannæ, vna cum ceſſione iurium & actionum, prædicta Ioanna poſſet vendicare ipſa bona, d. l. 1. C. de donatio. quæ ſub modo. ergo a fortiori poterit vti retentione, cui enim damus actionem, multo magis retentionem concedimus, l. inuitus, §. cui damus, ff. de regu. iur. l. 1. §. is autem, ff. de ſuperficie.

Præſtantiſſimi Iuriſconſulti D. Ioan. Ripen. abſolutiſſima reſponſa, Deo clementiſſimo fauente, explicitunt.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

Viginti Reſponſa ad vetera addita.

Nunc poſtremò in ſtudioſorum gratiam accuratiſſimè recognita, & repurgata.

LEgatum Quaſi filio relictum ei, qui filius non eſſe conuincitur ab hæredibus teſtatoris ualet, eo maxime, quia pietatis intuitu, & vt ait, pro amore Dei relictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Filius quis iuſtus, aut iniuſtus.*
2 *Generatio quæ tempeſtiua, & intempeſtiua quæ.*
3 *Patrini ad quid filiolis tenentur.*
Iuſtus preſumitur, qui ex coeuntibus coniugibus natus eſt.

M. Antonianus recenſuit.

Reſpon. 200. Interpretatio.

AGit Alzianus actione ex teſtamento, ad alimenta ſibi relicta amore Dei, cõtra nobilem Petrum Autardi, heredẽ alterius d. Petri Autardi teſtatoris. Opponitur legatum relictum fuiſſe ipſi Alziano per errorem, & ex falſa cauſa, quia teſtator falſa opinione ductus reliquit alimenta eidem quaſi filio nãli, nõn legaturus ſi alterius filium credidiſſet. Id concluditur tale legatũ non deberi per tex. in l. ſi pater, C. de hered. inſt. & l. neque profeſſio, C. de teſta. Preterea dubitatur, an ex deductis per heredem fuerit probatus error teſtatoris. Viſis hinc inde articulis, atq; particula teſtiũ, quę legatum alimentorum continet: primo aſpectu putaui poſſe ſuaderi actorem probaſſe, qđ teſtator falſa filiationis opinione deceptus, legauerit alimenta prefato Alziano, tum quia probatum fuit quidem teſtator quandiu vixit, ipſum tractauit Alzianum ut filium. Nam ei ſp preſtitit alimẽta in domo propria iis modis, & formis, ac ſi uere filius eius eſſet, preceptoribus, quib. eum erudiendum tradidit, mercedes perſoluit. Ex quo tractatu præſumitur, ꝙ teſtator crederet eũ eſſe filium ſuum, vt dr̃ de fratre, ꝙ tractans aliquem vt fratrem preſumitur credere eum eſſe ſuum fratrem, gl. in l. nemo. §. fi. ff. de hær. inſt. quam ad iſtud propoſitum allegat Fel. in ca. per tuas, col. fi. de probat. Nam ex tractatu pſumitur filiatio, d. c. per tuas, vbi late Pan. & alii, & gl. & Pan. in c. trãſmiſſe, qui filii ſint leg. Tũ quia d. teſtator, dũ eſſet inhumanis noiabat d. Alzia. filium ſuum, & eũdem Alzia. appellabat d. teſtatorẽ patrem. Non eſt aũt pſumendũ, ꝙ quis nominet aliquem in filium, niſi credat verũ eſſe, ꝙ aſſeuerat, l. Iul. § ꝙ aũt, ff. de act. emp. Nã verba, ſm philoſophũ, ſunt notę earũ, quę ſunt in aïo paſſionũ & nullũ eſt maius mentis teſtimoniũ, quã qualitas inſpecta verborũ, ſm Bal. in c. ſup literis. de reſ. & non credimus hominem velle, niſi illud qđ dicit, ſm Bal. in l. voluntatis, ad fi. C. de fideic. Et ꝙ is, qui nũiat aliquem filium, pſumatur illum credere filiũ ſuum, firmãt Bar. & alii, in d. l. neq; profeſſio, C. de teſt. Tertio probatur, quia noïe baptiſmali hic Alziar. fuit noïatus Petrus, licet in chriſmate fuerit nomẽ variatum, & ſic vocabatur eodem noïe, quo teſtãr, & eodẽ agnomine Auſtaredi a teſtatore agnominatur in teſtõ. Ex identitate aũt nois & agnominis reſultat preſumptio filiationis, & multo magis credulitatis, vt eſt tex. ſing. in l. uxorem, ff. de manu. tex. quem ad hoc alleg. Bal. in c. tuam, de ordi. cogni. Ex iſtis vr̃ apparere, ꝙ teſtator crederet Alzianum eſſe filium ſuum. Quod conſtat eſſe falſum, cum ſit natus ex Ioanna nupta Bernardo Bertrãdi, vnde preſumptione iuris præſumitur filius ipſius Bertrandi, l. filium diffinimus, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & ſi probaretur ꝙ Ioãna fuerit cognita a teſtatore, ſm Pan. in c. cum ex officii, de pœniten. & remiſ. Bal. conſi. 73. Verba dñi, conſi. lib. primo. Premiſſis non obſtantibus, prout non obſtant, ꝯtrum, ꝙ legatum valeat, nec dicatur teſtator falſa filiationis opinione deceptus, veriuſ caſtiſmo ex infraſcriptis. Primo, quia ad hoc vt legatum, vel inſtitutio irritetur ex eo, ꝙ teſtator fuerit falſa filiationis opinione deceptus, oportet quod filiatio fuerit cã legati, vel inſtitutionis, vt clare dicit Imperator in d. l. ſi pr̃, in ver. non inſtituturus ſi alium noſcet, & ſic quod error fuerit in cã fi. Et ideo iura, q̃ dñt legatum, vel inſtitutionem vitiari, ſemper loquuntur, qñ teſtator legauit ei, qui filius non erat, vti filio, nominando eum filium in teſtõ, d. l. neq; profeſſio, & d. l. ſi pater. Sed teſtator in teſtõ non nominauit Alzianum filium, neq; ei quaſi filio legauit, ſed tanq̃ extraneo, cum ei tanq̃ pauperi amore Dei alimenta reliquerit. Vnde liquidiſſime conſtat, ꝙ ſumus extra terminos d. l. neq; profeſſio, & d. l. ſi pater. Et ſi dicatur, licet ex tenore teſti nõ appareat, ꝙ teſtãr legauerit eidem Alziano uti filio, tñ probari poteſt, ꝙ contemplatione filiationis teſtator legauerit. Iſtud non inficiabor. Verũ dicam, ꝙ actor nihil penitus probauit, nec quicquam deduxit, ꝙ faciat ad probandum, ꝙ ipſe teſtator intuitu filiationis fecerit huiuſmodi legatum: alias nõ factures, ſi alienum, ꝙ teſtator nunquam crediderit Alz. fore eius filium. Deinde rñdebo ad coniecturas, & præſumptiones allegatas per actorem. Quod teſtator nũquam crediderit Alziar. ſi eſſe filium ſuum, demõſtratur. Primo, quia idem teſtator erat prudens & ſapiens, & rerum humanarum expertiſſimus, & cõſequenter preſumitur, ꝙ ſciret ea omnia, quæ vnus prudẽs expertus ſcire dẽret, l. §. is quoque cuiu ſim. ff. de act. & obl. Prudens autem non exiſtimabit uxorem 1 alterius ad quam maritus accedit, concepiſſe ex ſeipſo. Tum quia preſumitur, iuris pſumptione, eſſe contrarium, vt ſup. dixi, & fatetur actor in 7. articulo. Tum quia vix maritus poteſt præſumere natum ex vxore ſua, eſſe filium alterius, l. quia ſemper ff. de in ius vocan. l. Lucius. ff. de cond. & demon. Et ſi dicatur non conſtare, ꝙ Ioãna eſſet maritata, neq; quod maritus cohabitaret cum ea. Reſpõdeo, ꝙ actor non poteſt honeſte iſtud negare, quia cõtrarium poſuit in 8. poſitione. ſcđo, quia in x. poſitione fatetur, ꝙ Ioãna etiam tempore quo morabatur cum teſtatore, pluribus ſe proſtituebat, & quod erat de hoc publica fama. Ex hoc elicio, quod teſtator ſciebat eam alios viros, vltra maritum admittere, quia quilibet præſumitur ſcire ea, de quib. eſt publica vox, & fama, l. ſi tutor petitus, cum gl. C. de periculo tuto. c. de poſtul. præla. Sed quis vnquam iudicaret prudentem virum exiſtimare natum ex muliere alteri coniugata, & multorum libidini expoſita, eſſe filium ſuum? certe nemo, quia natus ex ea, quæ ſe multorum libidini exponebat, dr̃ vulgo quęſitus, tãquam natus ex meretrice, c. vidua, 34. diſt. & ibi gl. & Are. & Soc conſ. 54 Viſis teſt. li. 3. Nati aũt ex meretrice, vulgo quæſiti dñr, quia nullum patrem pñt demõſtrare, §. vulgo quæſitos, inſt. de ſuc. cog. Tertio, quia actor in xv. & xvi. & ſequentib. poſitionibus fatetur, ꝙ teſtator erat inhabilis ad generandum, quia in ſua florida ętate duas habuerat ſpecioſas uxores, quarum altera ex primo marito filios conceperat, & tñ ex neutra unquam filios ſuſcepit. Et
a quia tpe conceptionis d. Alziani excedebat † ſexageſimũ annum. Nam vir ſexagenarius, & mulier quinquagenaria, naturaliter inhabiles ſunt ad generãdum. de viro eſt tex. in l. ſi pater, § fi. cum gl. ff. de adop. de fœmina eſt tex. in l. ſi maior, C. de legi. her. & ideo, quia ad prolem ſuſcipiẽdã inhabiles ſunt hoïes, & fœminę in tali ætate conſtituti, olim prohibebantur per leg. Papiã nuptias ꝯhere. licet hodie lex Papia oblita ſit, l. ſancimus, C. de nup. non quia credantur habiles ad generãdum, ſed quia in ſenib. eſt legis obſequium & humanitatis ſolatium, ſecundũ gl. in c. a. de trig. & malefi. Et ſi contingat aliquem ſexagenarium habere potentiam generandi, miraculoſum eſt, vt d. text. in d. l. ſi maior, & gl. in l. ſi ſterilis, ff de act. emp. Ex iſtis elicio inconuincibilem rationem, argumentumque fortiſſimum, ꝙ teſtator nunquam credidit ex ſuo ſemine generaſſe Alzianũ. Quia cum eſſet inhabilis & impotens, ſibique foret magis nota ſua impotentia q̃ alteri, cum facta propria quiſque nota habeat, l. fi. ff pro ſuo, l. quãquam, ff. ad Velleia non eſt præſumendum, quod crediderit feciſſe quod facere poterat, niſi miraculoſe. Impoſſibilia n. ſm naturam, nemo præſumitur nedũ credere, ſed nec cogitare, §. & hęc dicimus. in auth. ut hi, qui ſe prohib. hab. res mino. Hinc eſt, ꝙ in generali diſpoſitione nõ comprehenduntur impoſſibilia ipſi diſponenti, quia non creditur cogitaſſe id, de quo diſponendi facultatem nõ habet, l. Lucius, § Imperator, ff. ad muni. c. a nobis, vbi Ab. de ſent. excom. Hinc eſt quod ſexagenarius nunquam pſumitur cogitare de poſthumis, quia natura reſiſtit, ſecundum Soc. conſi. 127. Viſum fuit, lib. 3. Nec etiam qui ex vxore ſecunda non potuit generare pſumitur credere ſe poſſe generare ex altera, ſecundum eũdem Soc. inter conſilia Cur. conſi 2. col. fin. Quarto quia in proceſſu conſtat, ꝙ teſtator hunc Alzianum leuauit de ſacro fonte. Ex hoc etiam elicio aliud fundamentum, ꝙ teſtator non credebat hunc eſſe filium ſuum, quia non leuaſſet eum de ſacro fonte.

te, ſi eum filium ſuum eſſe putaſſet. Quod ſic demõſtro. Pater naturalis prohibetur tenere filium in ſacro lauacro, alias grauiore pœnitentia plectendus, eſt. c. 1. & c. dictum, & ſeq. 30. q. 1. c. ſi vir. de cogn. ſpi. 11. Et iſta prohibitio eſt omnibus notiſſima, & eã quilibet ſcire præſumitur, l. leges, C. de legi. Cum igitur ſacri canones prohibeãt, ſicque peccatum leuare proprium filium ex baptiſmali fonte, & ꝯ legem prohibitiuam venire, c. a. de maior. & obedien. non eſt præſumendum ꝙ teſtator voluiſſet delinquere, & filiũ, quem ſuum naturalem eſſe credebat, ſibi in ſpiritualem, lege reſiſtente transferre, l. merito ff. pro ſocio. l. ſi qs ſeruum, ff. de ſeruo corrup. Quinto coniecturandum eſt, ꝙ ſi teſtator credidiſſet Alziatium eſſe filium ſuum, ꝙ ei vt filio legaſſet alimenta, quæ de iure ſibi legare potuiſſet, ſi filius ſpurius eſſet. c. cum haberet, de eo, qui dux. in matri. quam polluit per adul. Quod ēt procedit de iure ciuili, ſm Bar. in l. ſi. ff. de his q. ſb.

☞ vt indig. eſt cõiter doctrina, licet Ang. & quidam alii tenuerint ꝯtrarium, ꝙ nõ diſcutio, quia ſumus in terris eccleſię. Et ſi dicatur quod hic teſtator voluit legare alimenta vti filio ſpurio, quia centum floreni annui excedunt alimenta, & quia volebat excedere modum alimẽtorum, non nominauit eum filium in teſtõ, nec ei vti filio expreſſe legauit. Ad iſtud reſpondeo defendẽdo hãc coniecturam, licet non ſit opus, cum aliæ quatuor ſupra deductę ſatis ſuperq; ſufficiant, quod centum floreni annui pro victu & veſtitu d. Alziati, ſi filius ſpurius eſſet dicti teſtatoris, qui deceſſit ſine prole legitima attenta conditione ipſius teſtatoris qui erat nobilis, & attentis facultatib. ipſius, qui reliquit ſaltem annuum ccc. florenorum hæredi ſuo, non diceretur excedere modum alimentorum, quæ pro modo facultatum, & perſonarum qualitate a iudice taxanda veniunt. In qua taxatione iudex non tam ad cibaria, quam ad veſtes, tectum ſiue domum, medicinas, pręceptorum mercedes, & omnia ad vſum, ſanitatem, doctrinamque neceſſaria, dēt animaduertere, l. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educ. debe. l. cum alimenta, ff. de alimen. le. l. quęro, ff. de iur. do. c. eps. de præb. cum glo. c. quoniam, de vita & hone. cle. Quæ omnia ſi conſiderentur, nullus eſt, qui non fateatur filium vnius nobilis, egere ſingulis annis florenis cẽtum pro cibariis, veſtib. & aliis ad vſum neceſſariis. Quæ omnia ſub nomine alimentorum continentur, l. legatum, ff. de ali. & ciba. leg. l. verbo victus, ff. de verb. ſig. Ad ꝯtrias coniecturas reſpondeo facillime. & primo reſpondeo duab. ſolutionibus generalibus, poſtea particulares & indiuiduas accommodabo rñſiones. Et primo gñaliter rñdetur, ꝙ ex ꝯtriis coniecturis, & p̄ſumpt. ſup. adductis pro Alziatio, eneruantur coniecturę hęredis. Sicut n. clauus clauo retũditur, ita p̄ſup. pręſumptione excluditur, l. diuus, ff. de in inte. reſt. Secundo reſpondetur † quod & ſi teſtõr aluerit Alziat. vt filium, id fecit ex debito & obligatione, qua tenebatur. Nam Alz. ei filius erat ſpũalis, & ꝯ ipſe teſtõr erat illi pater, c. 1. 30. q. 1. c. 1. & per totum, de cog. ſpir. pr̄ aũt ſpũ in ſubſidiũ tenetur alere filium exemplo pr̄is adoptiui, ſm Bal. in auct. niſi rogati, col. pe. C. ad Treb. Sicut ēt in ſubſidiũ teneẽ epſ alere promotos ad ordines ſacros, c. cps, de præb. Sicut dioes parochianus in ſubſidium tenetur alere Rectorem, qui ſibi eſt pr̄ ſpũ. ſm Pan. in c. ex parte, 1. & in ca. veniens, de teſt. cũ igitur eſſet pater ſpir. teneretur que eum alere, cum parentes naturales vix ſeipſos poſſent nutrire, non pot ex nominatione, et tractatu filiationis, extrahi concludens coniectura, quod teſtator crederet eum eſſe filium ſuũ naturalem, quia expreſſe conſtat, ꝙ erat filius ſpũalis, & expreſſum facit ceſſare p̄ſumptum, l. cum ex filio, ff. de vulg. & pup. & quia non probat hoc eſſe, qđ ab hoc contingit adeſſe, l. non hoc, C. vñ leg. c. in pręſentia, de prob. Nam cum potuerit eum tractaſſe vt filium ſpũalem, non ſequitur quod ex tractatu crederet illũ eſſe ſtor filium nãlem. Et ſpecialiter rñdendo, non obſtat tex. in d. l. ſi pr̄. & in d. l. neq; profeſſio, quia illa iura (vt dix.) procedunt qñ teſtõr nominauit eum cui legauit, filium in teſtõ. Tunc filiatio præſumitur fuiſſe cã finalis legati, vel inſtõnis, & noĩatio filiationis pp inſtõnem & legatum præſumitur facta ex propoſito quę ratio non eſſet, qñ extra teſtm̃ nominaſſet aliquem in filium quia potuit tunc in noĩatione p̄ſumptoria, ſm Aretin. d. l. neque poſſeſſio, & d. l. ſi pater. Vel aliter, & ſecundo reſpondetur, ꝙ ēt ſi nominaſſet Alz filium in teſtõ, adhuc nõ vitiaretur legatum, quia cũ nulla proponatur cã quare Petrus ſciens ſe impotentem ad generandum, ſciensque matrẽ Alziati eſſe coniugatam & plurimorũ libidini expoſitã, debuerit credere Alziatium eſſe filium ſuum potius amoris & dilectionis cã, quam filiationis, filiũ nominaſſe præſumendũ eſt, l. nemo, §. ſi ff. de hęc. inſt. l. 1. § Põponius, ff. de Carbo edi. q̄ ſic intellexit Pau. de Caſt. in d. l. neq; profeſſio. vel tertio rñdetur, ꝓ nominatio filiationis hoc caſu vera eſt, cũ Alzi. ſit filius ſpũalis, de hac filiatione eũ intellexiſſe credendũ eſt. Nec obſt. ſi dicaẽ, ꝙ quoties concurrunt duæ cauſę, quarũ altera eſt naturalis, altera ciuilis, amplectẽda eſt naturalis vel potior & finalis, l. q hēr. ff. de iur. Quia verũ eſt, ſi ꝯſtaret liquido qđ ambæ ꝯcurrerent, & ſibi inuicẽ repugnarent, alias ſecus, l. cũ pr̄, ff. de iur. do. Sed in caſu noſtro nõ cõſtat de cauſa nãli prout liquido ꝯſtat de iure ciuili, nec earum effectus repugnant. Ergo non poſſumus aſſerere, qđ nãlis filiatio fuerit cã finalis huius legati. Vel quarto rñdeẽ quod ex ꝯfeſſione aduerſarii, q̄ eſt ſuperlatiua oĩum pbõ. c. p tuas, de p̃b. l. gñaliter, C. de non nume. pe. ꝯſtat ꝙ teſtõr, pluries teſtatus eſt, ſe non credere Alzi. eſſe filium ſuum, vt legitur in pceſſu, in rñſione data ad 7. poſitionẽ ipſius Alziati. Nec ob. quod aduerſarius qualificauerit ſuam ꝯfeſſionem dicendo, ꝙ credit Pet. Autardi teſtõrẽ teſtatum fuiſſe, quod non credebat Alz. eſſe filiũ ſuum, ſed qđ timore iuſtitiæ ita fuit ꝓteſtatus, quia Al. acceptauit ꝯfeſſionẽ quatenus pro ſe facit, qualitatẽ reiecit, & verã eſſe nõ dixit, qđ facere potuit, cum p̄ſumptio ſit ꝯ qualitatem annexam. Sicut in ſimili pt̄ quia acceptare ꝯfeſſionẽ eius, quia confitetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, & negare qualitatem, l. Aurelius, §. idem quæſiit, & ibi Bar. ff. de liber. leg. l. 1. C. de ſica. l. ſi non ꝯuicti, C. de iniu. Et quod p̄ſumptio hoc loco ſit ꝯ qualitatẽ, ſatis deſe patet. Tum quia nemo p̄ſumitur vnum dicere, & aliud in corde hr̄e, d. l. Iulia §. quod aũt, ff. de act. emp. Tũ quia talis qualitas continet in ſe delictũ adulterii. Si n. metu iuſtitiæ ita dixiſſet, ergo neceſſario p̄ſupponitur adulterium, qđ eſt ꝯ iuris præſumptionem, ſm q̄ nemo p̄ſumitur deliquiſſe, l. merito, ff. pro ſoc. l. ſi ſeruus extero, C. manda. Tum ēt quia ꝯ hanc qualitatẽ obſtat impotentia, qualitas vitæ Ioannæ matris Alz. Petri ſapiẽtia, & oĩa ſ. deducta, quib. mediantib. credendũ eſt, quod Petrus teſtator pro veritate ſic fuerit proteſtatus, & non metu iuſtitię. Non ēt obſt. quod nomine Petri Autardi Alz. fuerit baptizatus: quia iſta non eſt vrgens neq; concludens ꝯiectura, quod Petrus Autardus crederet eum eſſe filium ſuũ, ſm d. Iaſ. in d. l. neq; profeſſio. Nec tex. in l. vxorem, ff. de manu. teſt. aliquid probat vt aduertit d. Iaſ. ſed ēt nos ſumus extra terminos illius l. quia ſm ꝯſuetudinem huius patrię, patrinus ſolet filiolum ſuum nominare in ſacro fonte nomine ſuppſitus patrini, quæ conſuetudo cum ſit notoria, ſufficit eam allegare. l. ſi adulteriũ cum inceſtu, § idem Pollioni, ff. de adul. & vt iudex ex officio pt̄ pro parte allegare leges ſcriptas, l. vni. C. vt quæ deſ. aduo. ita põt allegare conſuetudinem notoriam quia dr̄ potius allegatio iuris q̄ facti, quæ primo caſu apparet per aperturam librorum. 2. caſu per ipſam notorietatem, ſm Bal. in l. filiusfa. §. veterani, ff. de procu. ceſſat igitur coniectura elicita ex nomine & cognomine, tum quia non concludit, tum quia non põt procedere ſtante allegata conſuetudine. Ex quib. omnibus concluditur legatum deberi, neque dici poſſe teſtatorem per errorem legaſſe.

EPITOME.

PHilippus Quiſpiã, cũ ſoluta certa pecunię ſumma, negaret ſe maiorẽ accepiſſe, hue nomine ſunt a fiſco, velut ob denegatum depoſitum conuentus eſt, ſed perperam & inique. Primum, quod inficiendo depoſitum nemo facit furtum. Deinde quod ab ipſo fiſco, eam pecuniam pondere numeroque depoſitam fuiſſe proponeretur. Tum quod maiorem illum accepiſſe ſummam, imò nec apud eum depoſitam fuiſſe probatum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Furtum ſine contrectatione rei inuito domino committi non poteſt.*
2 *Negans depoſitum, vt furtum facere dicatur, quæ neceſſaria ſint.*
3 *Depoſitum, vt ſit, actum eſſe debet, eadem corpora reddi.*
4 *Teſtes varij & contrarij non probant, nec vt aliquid ſaltem probent, in criminalibus ad concordiam reducuntur. nu. 5.*
6 *Teſtes de ſe exonerando & excuſando tractantes, nihil probant.*
7 *Frater in criminalibus non eſt pro fratre teſtis idoneus.*
8 *Famulus non eſt, ne in ciuilibus quidem, pro domino teſtis idoneus.*
9 *Ebrius continuo a dicendo teſtimonio repellitur.*

Reſpon. 201. interpreta.

VIſis Libello & depoſitionib. & omnib. materię penſatis, conſultationẽ hanc diuidendam duxi in duas partes. Prima erit, an hmõi cã, potuerit agi criminaliter. Scda, poſita parte affirmatiua in pręcedenti, an ex deductis & productis verificata fuerint neceſſaria ad ꝓbandum furtum ꝯmiſſum ob nõ reſtõnem depoſiti. Circa primum videretur prima facie potuiſſe criãliter agi ꝯ dñm Philippum, quia qui recuſat depoſitũ reſtituere, furtum vr̄ facere. Nam ſpoliat dñm poſſeſſione rei depoſitæ, l. ſi quis rem, ff. de acq. poſ. & ꝯſit furtum facit, qđ vel p rei ꝯtrectationẽ, vel per detentionẽ committiẽ, l. alienum, C. de fur. & ita tenet Raph. Cu. & Alex. in l. 3. §. ſi rem, ff. de acq. poſ. Rñdẽ. ad illũ tex. ꝙ ibi depoſitarius ꝓpoſuerat denegare depoſitũ, non aũt petenti denegabat reſtituendũ. Et ꝓ illa opinione faciunt iura, quę dñt depoſitariũ vtentẽ re depoſita inuito dño, furti eſſe teneri, l. qui furtũ, ff. de ꝯdi. fur. Inſt. de obli. quæ ex quaſi deli. naſc. §. itaq. ſiue creditor. Pręmiſſis non obſtantib. ꝯtram ſnãm amplector tanq iuriũ terminis, & rõni magis conſonã.
1 Nam † furtum ſine cõtrectatione rei inuito dño, cõmitti non poteſt, vt ex definitione furti in qua l. 1. ff. de fur. dilucide apparet, & clarius ita ꝯſuluit Iureconſultus in l. ſi qs vxori, §. neq. ff. de

de fur.Cul.n. non determinat definitio, nec definitū adaptatur
l.1.§.dolum,ff.de dolo. Et hæc eſt rō, quare negās depoſitū, nō
incidit in ritū furti, qa negādo ſuſcepiſſe depoſitū, nō ppea rē
ɔtrectat, l.inficiādo, ff.de fur. Si mō oñdero d.Philip. nō contre
ctaiſſe ſummā penes ſe depoſitā, apparebit ɔpoſitionē nřam eſ-
ſe veriſſimā. Qđ aūt non ɔtrectauerit, patet qa d.Philip.nunq̄ re
cuſauit reſtituere depoſitū, & poſito, ꝙ negaſſet ſummā in titu
lis deſignatā integraliter fuiſſe penes ipſum depoſitam, ex hac
tū ſola denegatione non dř ſummam depoſitā ɔtrectaſſe, qa ſo
lo verbo nō fit cōtrectatio rei.d.l.inficiando, & d.§ neq;, & ſic
ex hoc ſolo nō potuit ɔ eum formari inquiſitio de furto. Sed
poſito falſo pro vero, ꝙ denegaſſet integrā ſummā reſtituere,
adhuc ſtat fixa. & firma noſtra propoſitio, ꝙ d Philip.non enim
2 incidit furtū. Etenim ad hoc vt negās reſtituere depoſitū † cū
mittat furtū, plura ſunt neceſſaria. Primo, ꝙ ſit depoſitū. Secun
do, ꝙ rē depoſitam cōtrectet inuito dño. De primo ɔſtat, quia
negans reſtituere mutuum, non tenetur furti, eo ꝙ mutuans
tranſtulerit dñiū rei mutuatæ in ſuſcipientē, & ei non dederit fa
cultatē rei vēdæ, l.a.§.appellata, ff.ſi cer. pe. Similiter qui negat
ſummam promiſſam per pactū vel ſtipulationē ſoluere, furtū
non facit quia rē alterius non contrectat, aliud n.eſt eſſe rem al
terius, aliud ſibi deberi, l.ſingularia, ff ſi cer. pe l.Quintus, §.argē
to, & §.cū ita, ff.de auro, & argento leg. Conſtat ēt, ꝙ requiri-
tur ɔtrectatio inuito dño, vt ſ. demonſtraui. Iſta autem ɔſigna
tio facta d.Philip.non pōt dici depoſitū, ſed hēt naturā mutui
potius, vt probabo, ergo &c. Qđ non dicatur depoſitum, ɔbat
3 ſic. Ad hoc vt dicatur depoſitum, † oportet ꝙ actum ſit, ꝙ ea-
dem corpora nummorum reddantur. Nam ſi, vt tantundē ſol-
ueretur, ɔuenit, egreditur ea res notiſſimos depoſiti terminos
l.Lucius, ff.depoſ. Et ſic oportet, ꝙ quantitas pecuniarū ſit de-
poſita, non vt quantitas, ſed vt ſpecies, & ſic ꝙ ſit depoſitus ſac-
cus, vel crumena repleta pecuniis obſignata, alias ſi ſit depoſita
pecunia ad pondus, vel ad menſuram, non dř depoſitū, nec de-
negans reſtituere, furtum facit, l.ſi ſacculū, ff. depo. & rō eſt eui
dens, qa deponens pecuniā ad pondus, vel numerum, cenſetur
dare licentiā depoſitario, vt ea pecunia vtatur, & tantundē in ge
nere ſuo reſtituat, ſm gl.in l.die ſponſaliorū, ff.depo. & probat
in l.a.ff.ſi cer.pe.& Bal.conſi.353.quidā A.lib. 3. ſed in caſu nřo
fiſcus articulat pecuniam fuiſſe depoſitā partim ad pondus, par
tim ad numerum, ergo bene ſequitur, ꝙ non eſt ɔprie depoſi-
tum. Sequitur ēt, ꝙ tacite actū fuit, ꝙ tantundē in ſuo gñe red-
deretur. Ex iſtis ſequitur cōcluſio, ꝙ do. Philip. ēt ſi vſus fuerit
pecunia, & ēt ſi reſtōnem denegauerit, ꝙ furti actione conueni
ri non pōt. ita in ſpecie concludit Sal.in d.l.die ſponſaliorū, di-
cens hunc eſſe effectū reſultantē ex hoc, ꝙ depoſitū egredie-
tur notiſſimos depoſiti terminos, vt dř in d.l.Lucius. Et clarius,
& magis diffuſe ita caſum noſtrum determinat Albe. de Roſ.
in d.l.inficiando, inquit enim, qui denegat reſtituere pecuniam
apud ſe depoſitam ad pondus, vel ad numerum, non credo qđ
furtum cōmittat, qa potuit vti ea pecunia, & conſumere, & po-
ſtea tantundē reſtituere, male igitur fiſcus intentauit actionem
furti, &c. Sed poſito, ꝙ verum eſſet, prout non eſt, ꝙ ſolam de-
negationē depoſiti cōmitteretur furtum, videndū eſt, an ſint
ɔbata neceſſaria ad conuincendum d. Philippum de furto. Et
ita erit ſecunda pars noſtræ conſultationis. Pro cuius declara-
tione præmitto, ꝙ fiſcus agit actione furti, quia d.Philip. non re
ſtituit, niſi ſeptingenta ſcuta auri, ad ſolem, & viginti ſolidos,
cum longe maiorem ſummā in depoſito receperit, & ɔñ fur
ti agit, qa integrum depoſitū non reddidit. Inquirēdū ergo eſt,
an fiſcus maiorē ſummam fuiſſe depoſitam probauerit. Diſcu
tienda igitur ſunt dicta teſtiū. Et quidem ſeptem teſtium, licet
variantium depoſitiones, tñ vňr probare. Nam cōſtat, ꝙ in om
ni negotio ſufficiunt duo teſtes, etiā in omni negotio, de teſtib.l.
vbi numerus, ff.eo.tit. quāto magis vbi adſunt ſeptem, & vltra,
& ēt vbi reperitur teſtiū, qđ dř probatio probata, & non pro-
bāda, ſm Bal.in l.imperator, ff de ſtat.hominū, & gl.& Pan. in
c.cum olim. de cenſibus. de numero plurium ducatorum con-
ſtat, &c. Sed ɔmiſſis nō obſtantib. ſentio non fuiſſe probatum
4 prædeſignatū pondus, nec numerū, quia † teſtes ſunt inuicē va-
rij, & contrarij ɔp quam variationem non eſt eis fides adhiben
da, l.qui falſo, vel varie, ff de teſtib.c.cum in tua, eo.ti.cum ſimi.
Et ſi dicatur, ꝙ reducendi ſunt ad concordiā, vt ſaltem probēt
de ſex libris auri, & de libris viidecim argenti, tum qa in maiori
ſumma minor ineſt, l.cū furti, ff.de in lit.iurand. nā vbi teſtes de
eodē actu deponunt, probant ſaltē de minori, ſm Alex.in l.1.§.
ſi ſtipulanti, ff.de verb.obl præa.in l.Sēpronius, ff.de leg.1. tum
quia ex depoſitione. P. teſtes ipſi ad concordiam reducuntur,
ſtandū eſt enim ei, qui aliq̄ua diſtinctione concordat teſtimo-
nia, d.c.cū in tua, & ibi Fely.late de teſtib. Sicut vbi reperiuntur
opiniones Doctorū variæ, & ɔtrię, ſtatur opinioni Doctoris di-
5 ſtinguentis, & ſcripturas concordantis, quia † prędicta poſſent
procedere in ciuilibus, ſecus tñ in criminalibus, in quibus requi-
runtur probationes luce meridiana clariores, l.ſi.C.de ɔb. Nā te
ſtes, qui deponunt de minori, videntur negare maiorē, ſecūdū
Sal.poſt Bal.in l.2.C.de reſcinden.vend.Io.de Imo.in c.fin.de
empt.& vend. Are.conſi.65 in præſenti conſultatione, ex quo
reſultat, ꝙ ɔtrariantur deponentib. de maiori ſumma, vel ſaltem
quia deponentes de maiori, negant minorem, ſequitur hæſita-
tio, qui veritatem dixerint, vnde in criminalib. non vňr liquido
probare, ergo &c. Præterea, & ſi ɔdicti teſtes bene probarent,
tñ talis probatio non facit fidem in præiudicium d. Philippi q̄
non erat præſens tpe pōderis, & numerationis, neque accepta
uit depoſitum iuxta prędictorum pondus, & prædeſignatum
numerum. Vnde videndum eſt, An fuerit probatū, ꝙ dictæ pe-
cuniæ fuerunt depoſitæ, & conſignatæ eidē Philippo in ponde
re, & numero prænarratis. Et mihi vř, ꝙ non, ex pluribus. Pri-
mo Alzarius Bocardi, qui pecunias ponderatas, & numeratas
in loco de Caſimontib. portauit ad ſucū Caſtri noui, & Clau-
dius Calumbi qui conſignauit, & depoſuit, ac Petrus Celetii
Dñicus Talierii, & Ioannes Valleta, comites, & ſocii deputati
ad aſſociandum, & comitandam dictam pecuniam, nihil pro-
9 bant, quia † tractant de exunerando, ſm Bart.in l deferre, ff. de
iure fiſci. Pan. in c. inſuper, de teſtib. Rapha. Co.conſil.68.in
præſenti quæſtione, circa ɔinc. Dec.conſi.356.in cauſa inqui-
ſitionis. Item vbi teſtis deponit in cā, in qua poſſet redargui de
mala cuſtodia vel adminiſtratione, ei credendum non eſt etiam
in ciuilibus, ſm Io. And.in addit.ad Spec.in tit.de teſte §.1.ver.
ſed pone ꝙ adminiſtrator ſequitur do.Ant. in c. cum a nobis,
de teſtib.& in c cum ex literis, & ibi Imo.de tranſactio. Alexan.
conſi 86 viſis dubitationib.& Dec.in d.conſi.356.ſed iſti teſtes
tractant de ſe exonerando. Nam ſi omnem pecuniā non con-
ſignaſſent, ſed inter ſe partiti fuiſſent, tenerentur ipſi ad reſtō-
nem, & ab iſta obligatione ſatagunt ſe exonerare. Item ſi dili-
genter non animaduertiſſent, cuſtodiſſentq; ne Alzarius, qui
pecunias deferebat, quicq̄ vſurpaſſet, in culpa fuiſſent, vnde nō
eſt eis credendum, quia deponunt in eorum laudē, & ad ſe ex-
8 cuſandum a culpa, & negligentia. Item Claudius Columbi † eſt
frater querelantis. cōſtat autem, ꝙ in criminalib. frater non eſt
idoneus teſtis pro fratre, vel ſorore, c.1.a.q.5.c.in literis, de te-
ſtib.late per Pan.in c.literas, de ɔſumptio. Soc.conſi.xx.lib.1.&
9 alibi ſæpe. Item Alzianus † eſt famulus querelantis, qui non eſt
idoneus teſtis, pro dño, ēt in ciuilibus, l.a.C. de teſtib. etiam ſi
poſt litem motam, vel præparatam fuerit expulſus, ſm Spec.in
tit.de teſte, §.1.ver. quid ſi olim, & maxime ſi ſimulate fuiſſet
expulſus, vt aliqñ ad famulatum rediret, ſecundum Bart.in l.vir
mulieri, ff. de dona. inter vi. & vxo per Fel.in c.literis.de teſti.
10 Item Petrus Celetii eſt † continue ebrioſus: ebrius autem re-
pellitur a teſtimonio ſecundum Bald. & Fely. in c.de teſtibus.
Alij etiam teſtes fuerunt alijs rationibus obiectati, vt patet in
proceſſu. Ex quib. ſatis liquido conſtat, quod illi teſtes qui di-
cunt detuliſſe, & conſignaſſe omnem pecuniam prædictū Phi-
lippo, tripliciter non probent, maxime in criminalibus. Et ſi cal
culetur hmōi pondus, non excedit ſeptuaginta ſcuta auri, & ſo-
lidos viginti, ſeptuaginta duo enim ſcuta auri, ſm antiquam
monetam, in qua tantum auri erat in materia quantum in for-
ma, l.1.§.1.ff.de ɔhē.empt.no.Bar.in l.Paulus, ff.de ſolutio.& in
l.2 §.1.ff.ſi cert.pet.Pan.& alij.in c.quanto, de iureiuran.faciunt
vnam libram auri, l.quoties, C.de ſuſcept. & archa. lib. x. not.
per gloſ. in l.fi. ff. de in ius vocan. ſecundum vero monetam
noſtri temporis, propter expenſas, quæ fiunt in cudendo, nona
ginta ſeptem ducati Bononienſes, vel centū ſcuta Regis Fran-
cię, conſtituunt libram auri, ſm Io.de Platea in d.l quoties, & x.
libræ argenti puri valent libram auri, l.1.C.de argen.prçi. quod
in theſaurum infertur, lib.x. viginti vero librę æris valent vnum
ducatum, l.1.C.de colla.ęris, lib.x. Libra vero æris contaminati
valet 4.aureos, & plus vel minus, ſm minorem vel maiorem
contaminationem, vt notatur in dicta l.1. Et ſic ſex libræ auri fa-
ciunt ſexcenta ſcuta. Vndecim libræ ſolidorum facerent qua-
draginta quatuor ſcuta, licet intelligerem, ꝙ non faciunt niſi
quadraginta. Triginta ſex duplices ducati facerent ſeptuaginta
duos areos, ſed quia non erant oēs eiuſdem valoris, cum alii eſ-
ſent nobiles, alii Alfonſini, non poteſt taxari verus numerus,
ſed ex libro ipſius Philippi apparet, ꝙ non faciunt niſi quinqua
ginta aureos, qui liber facit probationem etiam pro ſcribente,
ſi ſit homo legalis, bonuſque mercator, ſm Bart.in l.admonen
di, ff.de iureiur.per tex.in l.rationes, C.de proba. Quinimo dicit
Spec.in tit.de inſtru.edi.§.nunc dicendum, circa medium, ꝙ li-
ber mercatoris facit ſemiplenam probationē, & pro ipſo mer-
catore cum vno teſte facit plenam probationem. Imò dicit
Bald. ꝙ liber mercatoris legalis poſt mortem ſuam plene pro-
bat ēt pro eo, & eius hæredib. ita Bald.in l.vnic. C. de confeſ. in
cap.iurauit, de teſtib. Soc.conſi.clxi. pro deciſione, li.a. Conſtat
autem, ꝙ ex dictis, & depoſitionib. teſtium, & ex publica fama,
ꝙ d. Philippus eſt homo legalis, & fidelis, ergo & c. omnibus
computatis ſumma eſt ſexcentorum nonaginta aureorum ſiue
teſtonis dominus Philippus reſtituit ſex. ſcuta, & xx. ſolid.
Inique ergo, & inciuiliter fuit intitulatus.

EPITOME.

QVia Hodie pater æque ac mater ſimul cum fratribus & ſororibus filio inteſtato defuncto ſuccedit, iccirco fit vt velut mater propter ſecunda vota ſucceſſione iſta priuetur.

SVMMARIVM.

1 *Correllatiuorum idem ius eſt etiam in pœnalibus.*
2 *Pater qui ad ſecundas nuptias tranſiuit, filijs primi matrimonij ab inteſtato mortuis non ſuccedit.*
3 *Pœnæ iuris ciuilis ſecundo nubentium, vt infamia, & ſimiles, iure canonico ſublatæ ſunt, ſed ſucceſſionis priuatio durat.*

Reſpon. 202. interpreta.

Mortuis Filijs ab inteſtato pater, & fratres, & ſorores defunctorum filiorum vtrinq; coniuncti, ſimul ſuccedunt in viriles portiones, auc. defuncto, & in corpore vnde ſumitur, C. ad Tert. Vnde infero rñſionē eius, q̄ q̄ritur, q̄ Io. Bardeti niſi conuolaſſet ad ſecundas nuptias ſucceſſiſſet liberis defunctis ſimul cum fratrib. & ſororib. defunctorũ vtrinq. coniunctis in capita, ſeu in viriles. Sed Io. pater tranſiuit ad ſecunda vota, q̄ritur, an per talē tranſitũ, priuatus remanſerit beneficio ſucceſſionis. Et vř prima facie, q̄ non qa nulla lex eſt hoc dicens, ergo nec nos dicere debemus, cum nemo ſit iure ſuo priuandus, niſi expreſſa lege caueatur, l. & ſi quis, §. Diuus, ff. de religio. & ſumpt. fune. cano. cāç inuentū aũt, 10. q. 7. & ad hoc ſolet allegari gl. in c. fi. de iure patr. & in propoſito noſtro vř tex. in §. optimũ, in Auct. de non eli. ſecund. nubent. ibi, patres non priuari filiorum ſucceſſione, licet ſcdas ꝯtraxerint nuptias, nec eſt lex ulla hoc dicens. Sed pręmiſſis, & ſimilib. non obſtantis, rōis Doc. ſnia amplectitur ꝯtrariam ſniam, ſ. q̄ pater priuetē ſucceſſione filiorũ pp tranſitũ ad ſcda vota, ſicut priuatur mater per tex. in l. fęminæ, §. illud ēt, C. de ſecun. nup. & licet illa lex loquatur in matre, eā tñ extendunt ſapientes ad p̄rem, per tex. in §. & hæc cōis mulieris, & viri nulla ſit poſita, in Auc. de nup. qua rōne vtebať Imperator in d. §. optimũ, corrigēdo tex. in d. §. illud, ita cantat tex. in §. hinc nos alia euocet rō. in Auct. de nup. & p̄ iſta
1 cōi ſnia facit † regula correlatiuorũ, quæ p̄cedit ēt in pęnalib. l. vnic. C. de cupreſſ. li. x. & l. fi. C. de indic. vi. toll. & ita in terminis tenent gl. Bar. & Sal. in d. §. illud. Az. in Summa de ſecun. nup. ad fi. Mar. in tractatu ſucceſſionũ ab inteſt. Pet. de Vbal. in eo. trac. in 5. par. q. 5. Old. conſi. 32. quod habuit vaorē Lud. Rom. conſi. 182. in caſu p̄poſito. Arc. conſi. 24. proſequendo ordinem lib. 1. & con. 114. ī ns conſultatio, lib. vii. & Deci. conſi. 88. pro reſolōne. Nec obſtāt ſupra fundata, qa Doctores rñdent, q̄ pater ante diſpōnem d. Auc. defuncto, non poterat priuari ſucceſſione filiorũ, qua carebat, cum antea excluderetē a fratrib. & ſororib. filiorũ defunctorũ, licet nō excludatur mř. l. fi. C. ad Tertul. & l. ſancimus, C. com. de ſucceſ. & ideo nulla erat tunc lex dicēs patrem pp tranſitum debere priuari, & ſm illa tpa loquitur tex.
2 in d. §. optimum. Sed † cum hodie ita pater, ſicut mater ſuccedat ſimul cum fratrib. & ſororib. d. Auct. defuncto, dd̄m eſt, q̄ pp tranſitum ad ſecundas nuptias ita debeat priuari pater, ſicut mater, cum non ſubſit vlla rō diuerſitatis, imò ſm Arc. in d. cōſil. 72. quia magis iniuriatur filijs primi matrimonij, q̄ mater, vt patet ab effectu, vnde iuſtiuæ eſt, q̄ priuetur pater, q̄ mater. Non denique obſtat ſi dicatur, q̄ pœnæ ſcdo nubentiũ abolitæ fuerint per Chriſtianam legem pp dictũ Apoſtoli ad Corint. 7. c. mulier, inquit, uiro ſoluta, nubat in dño, cuius Apoſtoli dicto lex Canonica audiens, negat mulierē nubentē intra annum luctus infamem eſſe, ut eſt tex. in c. fi. de ſecun. nup. & ibi expreſſe Pan. tenet diſpōnem dicti. §. illud, correctam eſſe per ius Canonicũ, & ſequitur Fel. in c. eccleſia S. Marię, ubi alias addit auctorita-
3 tes, de conſti. Quia ad omnia illa rñdetur, † q̄ pœnę appoſitæ per ius ciuile ꝯtra nub. ſecun. nuptias in odium ſecũdi matrimonij, abolitę fuerunt per ius canonicum, vt eſt pęna infamiæ, & ſimiles, & ita loquitur tex. in d. c. fi. ſed pœnę appoſitæ in fauorem filiorum primi matrimonij firmæ remanſerunt, ſm Inno. Hoſt. Car. & cōiter alios in d. c. fi. & ibi Pan. atteſtatur ita tenere cōiter Doct. licet ipſe diſſentiat, & ita etiam tenent Doc. in conſilijs ſ. allegatis, & Soc. conſi. 29. lib. 1. & Lud. Ro. ſing. 259 Cur. conſi. 72. Io. de Ana. conſi. 102. Alex. conſi. 139. li. 4. Lud. Ro. ꝯſ. 182. cum alijs infinitis auctoritaob. quas breuitatis gřa miſſas facio, &c. concludens q̄ Ioannes Bardeti nullam habet partem in ſucceſſionib. ſuorum filiorum, qui obierunt poſtq̄ ſcdis nuptijs funeſtatus, ſed defunctorum filiorum hęreditates inſolidum ſpectant ad fratres, & ſorores vtrinq; coniunctos proximiores in gradu patre remoto, d. auct. defuncto.

EPITOME.

Pater Dimidiā partē oīum bonorũ ſuorũ p̄ntiũ. & futurorũ reſeruans ſibi fructib. & adminiſtratione, filio ſuo pp nuptias donauit, hoc tñ inter cætera, pacto adiecto, q̄ p̄ quibuſcunq; onerib. hæreditatis ipſius donatoris ipſe donator nō poſſit, neq; valeat pro ſupportatione onerum ipſorum imbrigare, neq; quouis mō obligare, ſeu hypothecare, niſi quartam partē dictæ partis dimidiæ. Ex quib. illud primum cōſtat, patrē de dicta quarta in aliorum filiorũ fauorem directe alienando, cum illius dña eſſe deſiſſet, fructuum, ſ. reſeruatione tranſlato dñio, diſponere non poſſe, ſed tñ vi pacti, per indirectum obligādo, & hypothecādo. Deinde idē legatorũ, quę ipſe teſtātor reliquerit, q̄ ipſa hæreditaria ſunt onera, facere poſſe. Cęterũ filijs alijs ſi eos integram legitimam non habere, detracto ære alieno cōtingeret, ſupplementũ ex trib. illis partib quas donatarius frater ex dimidia illa, ſine onere ſaluas habet, petere licet.

SVMMARIVM.

1 *Donatio bonorum, deductis omnibus oneribus intelligitur.*
2 *Pactum illud, q̄ pro quibuſcũq; oneribus hęreditarijs obligare, ſeu hypotecare quouis modo non poſſit, quem ſenſum verū habeat, & nu. 3. & 4.*
3 *Dominium, fructuum reſeruatione transfertur.*
4 *Legata & fideicommiſſa, onera dicuntur hæreditaria.*
5 *Verbum uniuerſale, quibuſcunque tam ad impropria quam ad propria refertur.*
6 *Supplementum legitimę conſequuntur filij ex ipſis fratri etiam propter nuptias donatis rebus.*

Reſpon. Interpret.

fact. ignoran. Hinc dicimus, quod poſitioni iuris ſcripti, non eſt re
ſpondendum, quia ius ſcriptum eſt certum ſed bene poſitioni
iuris non ſcripti eſt reſpondendum, quia ius non ſcriptum in-
certum eſt, ſecundum glo & Barto in l. ornamentorum, ff. de
aur, & argen. lega. Bartol. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & glo.
in c. 2. de conſet. lib. 6. & Barto. in l. 2 ff eod. titu. Hinc eſt, quòd
allegans conſuetudinem, tenetur illam probare, cap. 1. de con-
ſtitu. lib. 6. Sed tu aduerte, quia data paritate, videtur, quod ius
non ſcriptum ſit ita certum, ſicut ſcriptum, quod non dicitur
certum propter ſcripturam, ſed propter publicationem, vt in
Authen. ut no. conſtitu. & capitulo cognoſcentes, vbi Panor.
& alii, infr. eod. & ſi propter publicationem dicitur certum &
notum, illud ideo eſt, quia publicatio deducit rem in notoriũ,
capit. 1. J. de poſtu. præla. Sed ſi conſuetudo ſit notoria, eadem
ratione dicitur certa ſicut lex. Hinc eſt quòd conſuetudo no-
toria non eſt probanda, ſecundum Barto. in d. l. de quibus. & Bald.
in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu. Panor. in capit. 1. J. de re iudic.
Alexand. in l. 1. C. vt quę deſunt aduoca vbi vult, quòd iudex
teneatur ſupplere ea, quæ ſunt conſuetudinis notoriæ, & tra-
ditur per Curt. conſil. 74 column. 17 & ſi conſuetudo ſit gene-
ralis non licet eam ignorare, ſicut nec legem, ſecundum Bald.
in rubr. J. de conſuet. niſi dicatur quod licet conſuetudo noto
ria, vel vniuerſalis, non ſit probanda, non tamen eſt ita certa ſi-
cut lex ſcripta, quę videri & palpari poteſt, l. 1. §. 1 ff. de his, quę
in teſtamen. delen. Et hęc quantum ad ſituationem rubr. dixiſ-
ſe ſat eſt. Nunc pro terminorum cognitione aliqua dicturi ſu-
mus, & primo quid ſit conſtitutio. Gratianus in capitulo con-
6 ſtitutio, 2. diſtinctio. reſpondet, † conſtitutio eſt quod tantum
Rex, vel Imperator ſtatuit, & ita etiam reſpondet Vlpia. in l. 1.
ff. de conſti. Prin. ibi, hę ſunt, quas vulgo conſtitutiones appel
lamus & dicit ibi Barto. quòd conſtitutio in hoc differt a lege,
7 quia lex fit a populo, magiſtratu interrogante. Conſtitutio ve-
ro eſt Principum edictum, & bene probatur in l. omnes. ibi, le-
gibus, aut ſacratiſſimis conſtitutionibus, C. de quadrien. prę-
ſcript. & dicunt do. Anto. Pan. & Moder. hic, quòd illa eſt pro
prie conſtitutio, quam Imperator edidit, vel Rex, vt dicitur in
d. cap. conſtitutio. quod eſt intelligendum de Rege non cogno
ſcente ſuperiorem, qui in regno ſuo dicitur Imperator ſecun-
dum Oldrad conſilio 231. vt eius, de quo queritur Bald. in l pe
nult. C. de dona. inter vir & vxo. & in l. exemplo, columna ſiua.
C. de probat & tradunt hic Modern. & Cur. conſilio 61. Super
pręmiſſa, columna. 3. vbi pleniſſime loquitur, dicens poſt Bal.
in cap. ſignificantibus in fin. de offi. delega. quòd Rex in tempo-
ralibus gerit vices Dei in Regno ſuo, & habet ius leges conden-
di, & confiſcandi, ac liberum arbitrium, ſecundum Angel. in l.
prima. C ne ſine iuſſu Princip. lic. confiſca. Et idem dicendum
de quolibet non recognoſcente ſuperiorem, ſecundum Barto.
in l. hoſtes, ff. de cap. & poſtli. reuer. & in l. infamem, ff de publ.
iudi Panor. & alios in capit. cum Bertoldus, de re iudic. & in ca.
per venerabilem, qui filii ſint legit. Ex quibus omnibus elicitur
8 concluſio, quod iura, † quæ loquuntur in Imperatore, habent
etiam locum in Regibus, & aliis non recognoſcentibus ſupe-
riorem. Contra quam concluſionem multa dicenda ſe offe-
runt, ſed quia inſtituti mei non eſt, quę incidenter occurrunt
examinare, & ex commento commentum facere, non inſla-
bo aliter, ſed id ſolum addam, quòd illa concluſio non proce-
dit in legibus pœnalibus, & odioſis ſecundum Cyn. & Ang. in
l. quiſquis, C. ad leg. Iuli. maieſta. dicentes illam legem non pro
cedere in coniurantibus contra alium Principem inferiorem,
quamuis non recognoſcentem ſuperiorem, & pluribus ratio-
nibus comprobat Socin. conſilio. 275 columna ſecunda, & lo-
quent. libro ſecundo. Item procedit, vbi militat omnimoda ra-
tio in non recognoſcentibus ſuperiorem, quę militat in Impe-
ratore, alias ſecus: & ideo conſulut, iura dicentia barbitonſo-
rem, & coquum Imperatoris nobiles eſſe, propter radios ſui
domini, quibus illuſtrantur, l. prima C. de domeſti. & protecto.
lib. duodecimo, & l. omnium, C. de teſta. non procedere in bar
bitonſore domini Delphini, quia in eo non eſt tanta maieſtas,
& tantus ſplendor, quantus eſt in Imperatore, vt habetur in ſe
cundo Reſponſo reſpe. 25. nunc autem eſt ſub titu. de iure im-
mu. Et ex prędictis videtur, quod conſtitutio inferioris ſupe-
riorem recognoſcentis, non dicatur proprie conſtitutio. Nec
obſtare videtur text. in capitulo lex eſt conſtitutio ſcripta. &
in capitulo conſuetudo, § cum itaque. ibi, quę in ſcriptis reda-
cta eſt, conſtitutio vocatur, 1. diſtinc. & in cap. lex eſt conſtitu-
tio populi. 2. diſtinctio. & in cap. 143. diſtin. & hæc rub. quę lo-
quitur etiam de conſtitutionibus inferiorum, vt patet in capitu
lo cum omnes. & in capitulo cum M. Ferrarien. J. eo. quia in di
ctis iuribus verbum, conſtitutio, non ſtat proprie, ſed large ſe-
cundum Panor. & Moder. Sed hęc intelligentia mihi non pla-
cet per tex. in dicto capitulo, lex eſt conſtitutio, ergo proprie,
tum quia verbum, eſt, denotat proprietatem, & veram eſſen-
tiam, ſecundum Bartol. in l. maritus, § legis, ff. de adulte. Tum

quia verbum, conſtitutio, ponitur in diffinitione, cuius uerba
9 debent propriam importare eſſentiam, cum † diffinitio ſit ora
tio ſubſtantiam diffinitæ rei ſignificans, ſecundum gloſſ. in l.
omnis diffinitio, ff. de regul. iur. & Panormita. in rubri. de ſen-
ten. excommunicatio. Prætera ſi ſolius ſupremi Principis edi-
ctum eſſet proprie conſtitutio, fruſtra in ff. rubricaretur de
conſtitutionibus Principum, vt dicit Andr. Sicul. hic, nam ex
ea rubric. facile diſcerni poteſt, quòd quædam ſunt conſtitu-
tiones Principum, quæ iam aliorum inferiorum. Item, vt di-
10 cunt Modern. conſtitutio † eſt nomen generale ad omnes ius
ſcriptum, dicto §. cum itaque. & ſic tanquam genus compre-
hendit & conſtitutiones inferiorum. ergo conſtitutio inferio
ris erit proprie conſtitutio, quia poſito genere ponitur quęli-
bet eius ſpecies, l. quid earum, §. inter emptum, ff. de legat. ter-
tio, & quælibet eius ſpecies ponitur proprie, ſecundum Bal-
dum in l ſecunda, C. de iure aureo annullu. & probatur in l.
ſemper in generalibus, ff de regulis iuris. quod uerum eſt ſi ſit
tale nomen, quod poſſit ſtare vt genus, & vt ſpecies ſecun-
dum Barol in rubrica, ff. ſoluto matrimonio, columna ante-
penultima uerſicul. uel dic etiam, vt in caſu noſtro, in quo cõ
ſtitutio poteſt ſumi, vt genus pro quolibet iure ſcripto, & in
ſpecie, pro edicto ſolius ſupremi Principis, & ita tenendo non
obſtat text. in dicto capitulo, conſtitutio, quia ibi deſcribitur
conſtitutio prout ſumitur in ſpecie, & iſta arbitror veriſſima;
& ſeruire poſſunt ad ſtatuta loquentia de conſtitutionibus,
vt etiam de conſtitutionibus inferiorum ſint intelligenda.
quod credo verum in materia fauorabili, ſed odioſa vide-
tur, quod de conſtitutionibus Principum duntaxat ueniant
11 interpretanda, quia in materia odioſa verbum, † quod poteſt
ſumi vt genus & ſpecies, ſemper intelligendum eſt vt ſpecies,
ſecundum Panormita. in capitulo Rodulphus, columna pri-
ma, intra de reſcriptis, & ſolet allegari text. in l. hoc legatum,
ff. de legatis tertio, & ita in ſtatutis dicit Alexand. in rubrica, ff.
ſoluto matrimonio columna ſexta. Sed circa prædicta, aduer-
12 tendum eſt ad plura, nam ſi conſtitutio dicitur † a con, quod
eſt ſimul, & ſtatutio, quaſi commune ſtatutum, ut dicunt Pa-
normitan. & alii hic, non videtur verum, quòd conſtitutio
proprie dicatur edictum ſolius Principis, nec decreta inferio-
ris: ſed id, quod a populo, vel ab aliqua vniuerſitate, ſeu colle-
gio ſtatuitur, proprie dicatur conſtitutio, quaſi communis
ſtatutio. iſtud oſtendit etymologia, quæ nihil aliud eſt, quam
reſolutio uerbi in proprium ſignificatum, ſecundum Bal. in
capitulo primo § ſi quis de manſo in uſibus feudo. de contro
uerſia inueſtiturę, & ita dicunt Goffredus, & Imol. hic, & Ioan
nes Monachus, in rubrica eiuſdem tituli, libro ſexto, & Archi
diaconus in capitulo primo, in verbo, conſtitutionem, eodem
titulo libro ſexto, ad iſtud Panormitanus hic videtur reſpon-
dere, quòd non dicitur conſtitutio communis ſtatutio, eo re-
ſpectu, quòd a congregatione edatur, ſed ea ratione, quia de-
bet eſſe omnibus communis, & æqualis, capitulo erit autem
lex, quarta diſtinctione: alioquin ſi contra particularem perſo-
nam edatur, iniqua eſt, & ab ea poteſt appellari, l. prima, §. ſo-
lent, ff. quando appella. ſit & contra legem, vel ſtatutum, in
13 odium aliquorum particularium editum, † obſtat doli exce-
ptio. l. prima, in fin. ff. de exceptio. doli. & dixi libro primo Re-
ſponſo capitulo octauo, & capitulo vndecimo, nouiſſime au-
tem illa capitula habentur ſub titulo de legibus mu. ſeu. ſtatu.
Aduerte, quia Panormitanus in hac ſolutione videtur ſibi ali-
quantulum aduerſari: vult enim conſtitutionem ideo nomi-
nari, quia omnibus eſt communis, ergo etiam lex populi erit
proprie conſtitutio, quia & ipſa debet eſſe communis, dicto
capitulo erit autem lex. cuius contrarium dixit ſupra Panor-
mitanus, & certe ſi uera eſt hęc etymologia fateri oportet,
quòd conſtitutio principis non ſit proprie conſtitutio: niſi
ſaluando dixeris, quòd conſtitutiones Principum ſtatuuntus
cum conſilio, & deliberatione procerum ſacri palatii, & totius
cœtus patrum, & Senatorum. l. humanum, C. de legibus & iſto
reſpectu poſſent dici editæ a congregatione, ſed adhuc hæſi-
to, quia & ſi Princeps ſtatuerit cum conſilio procerum, non
tamen ipſi conſultores dicuntur ſimul ſtatuere, quia actus
non attribuitur conſultori, ſed conſulto, vt traditur per Panor
mitanum in capitulo non poteſt, columna ſin. de re iudica. &
Rot. de reſcripi. deciſione 73. & ratio eſt, quia conſultus non
tenetur, niſi velit conſilium ſequi, capitulo cum olim, de ar-
bit. & quòd actus condendi legem attribuatur ſoli Imperato-
ri, eſt text. ad literam in l finali ibi, in præſenti tempore ſoli Im-
peratori conceſſum eſt legem condere, C. de legibus. Ideo tu
conſidera ſi melius dici poſſet, quòd dicatur conſtitutio, qua-
ſi conſiderata & deliberata ſtatutio, inquit enim Marnanus,
ex re conſtituendum eſſe, ideſt conſiderandum, an is qui vul-
nerauit vt occideret, pro homicida damnandus ſit, l. pri-
ma §. diuus, ff. ad legem Cornell. de ſicar. Vel quaſi conſtans
ſtatutio, l. Iuſtitia, ff. de iuſtitia, & iure. Iuxta præmiſſa quæri-

14 tur, an Papa abſque collegio Cardinalium, & Imperator abſque
conſilio procerum, poſſint legem condere? & communiter
reſpondetur, quod Papa & Imperator, ſoli poſſunt legem con-
dere, & quæcunque ardua peragere, abſque eo quod teneantur
requirere, vel ſequi conſilium ſuorum procerum & Cardina-
lium, quibus & rationibus comprobatur. Primo text. in l. hu-
manum, C. de legi. vbi Albe. de Roſa dicit ita eſſe tenendum,
quia iſta eſt communis opinio per illum textum ſed licet ille tex.
dicat quòd ſolus Imperator eſt legum conditor, & interpres,
non tamen ſequitur, quod non teneatur in editione earum ha-
bere conſilium ſuorum procerum, tum quia dictio ſolus,
15 † non excludit coadiutores, ſecundum gloſſ. in capitulo pleruo
que, ſecunda quæſtione ſeptima, & in capitulo ſubmittitur at-
diſt. not. glo. in capitulo primo, in glo. fin. de hæret. lib. 7. Bal. in
l. 1. in 1. o. ppo. C. de bo. poſt contra tabul. facit tex. in cap. ſi au-
tem, 15. quæſt. 7. tum quia dicitur ſolus facere, qui aliorum con
ſilio facit, vt ſupra dix. Secundo per tex. in capitulo cuncta per
mundum, vbi ſine vlla ſino. 9. quæſt. 3. ſed ille tex. loquitur
de apoſtolica ſede, quæ ſine vlla ſinodo poteſt damnare & ſol
uere. intelligo autem apoſtolicam ſedem conſiſtere in Papa &
Cardinalibus, vt not. Ioan. And. in capitulo ſi Abbatē, de elec.
lib. ſexto, & in capitulo a nobis, de priuileg. eod. lib. Tertio
allegat tex. in clemen. 1. ad ſi ibi, plena & libera diſpoſitio, ex
ſuę poteſtatis plenitudine pertinere dignoſcitur, vt ibi penden
te iuncta glo. vulgata in clemen. dudum, in verbo, libere, de
ſepul. ſed hic tex. non loquitur in arduis, ſed in collationibus
beneficiorum, quæ reſpectu eorum, quibus conferuntur, dici-
tur gratiæ, capitulo relatum, de præben. & ſunt pertinentis poſi-
tur, vt late per Felyn. in capitulo quæ in eccleſiarum, conſ. en. Item
ibi non dicitur, quod Papa habeat liberam poteſtatem in benefi-
ciatus ſimpliciter, & ſecundum poteſtatem ordinariam, ſed
ex plenitudine poteſtatis, & ſic ſecundum extraordinariam fa-
16 cultatem, qua non debet † Papa vti, niſi ad remouenda ſcanda-
la; nec legitur, quod populus Romanus vnquam vſus fuerit
plenitudine poteſtatis, teſte Bald. in titulo de pace Conſtan. in
verſiculo libellarie. & in l. 2. circa medium. C. de commu. re-
rum alienat. Curt. conſilio 20. columna 2. & in l. quanquam, C.
de teſtamen. mil. Quarto adducitur perſuaſio ratio; eccleſia
militans exemplata eſt ad inſtar triumphantis, ſecundum glo.
in clemen. ad noſtram, in verbo, eccleſiæ, de hęret. ſed in triū-
phantibus eſt vnicus Deus, cui omnia parent, ergo etiam in mili
tanti debet eſſe vnus princeps, qui omnia poſſit: ſed Deus non
eget conſilio: quo tamen eget papa. Item hęc conſequentia
omnem Cęſari adimit poteſtatem, quam illi Chriſtus permi-
ſit. Quinto allegat tex. in capitulo fundamenta, §. decet, de ele-
ctio. libro ſexto, ſed facilis eſt reſponſio, ſi exponitur, decet,
id eſt oportet, vt exponitur per gloſſ. in l. in § decet, C. de poſt-
limi. reuer. quod enim decet papam, eum facere oportet: quia
lex honeſtatis non minus debet obligare papam, quàm lex
præcepti, ut dicit Bart. in l. im. perium. columna ſecunda, ff. de
17 iuriſdictio. omn. iud. c. ubi inquit, quod duplex eſt † neceſſi-
tas. Quędam, quæ precisè imperat, & hac neceſſitantur ſubditi
a ſuperioribus. Quędam eſt neceſſitas honeſtatis, & hac neceſ-
ſitatur princeps, l. digna vox, C. de legi. licèt enim non ſit, qui
audeat dicere principi, cur ita facit? vt dicit Bald. in prælud. in
feudorum, tamen Deo ſubiicitur, qui omnibus honeſta ſer-
uanda præcipit. & ſi papa vult in terris gerere vices Chriſti,
vere & non nudo nomine, debet ſequi veſtigia Domini, quia
lege honeſtatis non aberrauit, nec aberrare potuit, cum om-
ne inhoneſtum, ſit Deo impoſſibile, ut not. in capitulo primo,
in princip. per gloſſ. ſupra de ſum. ma Trinita. & fide catholic. &
debet princeps animaduertere eo minus ſibi eſſe licentię, quo
plus poteſtatis habet, teſte Bald. conſilio incipien. Præmitten
dum eſt, & Socyn. conſilio 20 columna ſimiliter conſilio Curt.
& ſi pertinentius inſtetur, dicendo quod huiuſmodi expoſitio vio-
lat literam. Dicam, quod ille tex. non loquitur in arduis, ſi lo-
quatur de concedentia, & honeſtate non obligatoria, nec ob-
ſtat vniuerſalis dictio, quibuſcunque, quia non eſt abſonum re-
ſtringere propoſitionem vniuerſalem ad ea, quæ ardua non
ſunt, ut docet Bar. in l. prima § nunciatio, ff. de noui oper. nun
cia. Sexto ponderatur text. in l. humanum, C. de legib. ſi hu-
manitatis eſt, ergo non neceſſitatis, l. ambiguitatem, C. de vſu-
fru. l. humanitatis, C. de exc. uſatione tutorum, l. humanitatis, C.
de im. ube. & aliis ſubſtitut. Ad iſtum textum poteſt reſpon-
deri, quod quantum ad Imperatorem, qui vult legem condere,
humanitatis eſt requirere conſilium tot virorum, qui ibi nume
rantur, videlicet procerum, Senatorum, & iudicum, quia om-
nes non fuerunt ſibi dati coadiutores Imperii: ſed requirere
conſilia eorum, qui dati ſunt coadiutores imperii, vel Apoſto
latus, ut ſunt Cardinales per capitul. venerabilem, qui filii
ſint legiti. eſt neceſſitatis, non humanitatis, alioquin fruſtra
conſtituti eſſent a Deo coadiutores, vt ſupra dicetur, uel poteſt
reſponderi, vt reſponſum fuit ad text. in dicto capitulo, funda-
menta, § decet. Septimo citatur text. in capitulo primo, vige-
ſima diſtinctio. vbi dicitur, quòd Chriſtus commiſit Petro cla-
uigero iura cœleſtis & terreni imperij. Quidam dicunt, quod
hic tex. palea eſt, & verum dicunt quia eſt Gratiani, qui gra-
tiam Pontificis aucupabatur, vel aliter reſpondetur, quòd Chri
ſtus commiſit iura Petro ſeruanda, non violanda, violantur au
tem, ſi coadiutorum conſilium in arduis non requiratur, dicto
capitulo per venerabilem, & infra probabitur, vel aliter reſpon
detur, quòd ſoli Petro non fuerunt commiſſa iura cęleſtis, &
terreni imperii, ſed omnibus Apoſtolis, quibus dixit, Quęcun-
que ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, Matthei
18 & quibus dixit, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remi-
ſeritis peccata, erunt eis remiſſa, Io. 20 quibus mandauit, Ite
& prædicate Euāgelium omni creaturæ, Matth. vlt. dixit autem,
quod Petro, in perſona omnium dixit, capitulo quodcun-
que ligaueris. vigeſimoquarto, quæſtione prima. Imo ſi verū
agnoſcere velimus, fateri cogemur, Petro non fuiſſe commiſ-
ſa iura terreni imperii, quia Chriſtus dixit, Regnum meum nō
eſt de hoc mundo; & quia iuſſit Petro, vt gladium poneret in
vagina. Et ex iſtis patet reſponſio ad aliud argumentum, dum
dicitur, quod Petrus eſt Cęphas & caput Apoſtolorum: quia
illud non negatur, ſed dicitur, quod non ſequitur conſequen-
tia, ergo ſolus poteſt ardua tractare, vt infra patebit. Imo ſequi
videtur contraria conſequentia, quia caput a membris ſepara-
ri non debet, alioquin neceſſe eſt corporis diuiſionem fieri,
capitulo ſunt plurimi, §. verum. & capitulo in merito, 6. quæſtio.
1. & cap. non decet, 11. diſtinctio. Ex iſtis etiam patet reſponſio
ad plura alia iura, quæ ſoli Papę ſupremam attribuunt poteſta
tem, tum quia ei ſoli data non fuit, ſed omnibus Apoſtolis; tū
quia in arduis cōſtituti fuerunt Cardinales & Epiſcopi coadiu-
tores officii d. cap. per venerabilem. tum quia talia iura edita
fuerunt ab ipſis Pontificibus, quibus credendum non eſt in ea
parte, qua ſibi iuriſdictionem, & authoritate attribuunt, niſi
quatenus Euangelica lege comm poteſtas iuſtificatur, l. ea ſen-
tentia, vbi Bar. ff. de teſtamen. tut. verum §. ſi ita, ff. de falſis &
copioſe per Felyn. poſt Panormit. in d. c. ei. & alios, in cap. quo
niam contra falſam, ext. 20. de probat. Decius conſi. 159 colum.
4. Nec refert, quod plures numero tenent ſupremam poteſtate Papę,
quia adulatores fuerunt, vt plerique autumant. & de communi ao
thoritatibus non eſt curandum, quia non ex multitudine au-
thorum, ſed ex ratione ius conſtituendum eſt, l. 1. § ſed neque,
C. de vete. iure enucle. & inquit Dominus, in iudicio nō acquieſ
cas ſententię plurimorum, vt a veritate devies, Exodi 23 Octa-
uo Barba. in tracta. de pręſt. Car. 1 quæſtio. 2. ponderat text. in
capitulo, Epiſcopo, nona quæſtione tertia, vbi dicitur, ſola Ro
mana eccleſia tua authoritate valet iudicare de omnibus, de ea
vero nulli iudicare permittitur. Sed hic etiam text. probat op-
poſitum, quia Cardinales conſtituunt Romanam eccleſiam,
vt oſtendunt Panormit. & Felyn. poſt Ioan. Andr. in c. ego N.
de iureiu. Imo ſi verum agnoſcere velimus, Romana eccleſia
18 † conſtituitur ex omnibus Chriſti fidelibus: quia vnica eſt eccle
ſia Chriſti ſuper petram, id eſt ſuper fidem fundata. Nec obſta-
cit, quia Papa eſt Vicarius Chriſti in terris, c. quanto de tranſla.
Epiſco. & cap. quos Deus, 33. quæſtio. 2. ergo ſicut Chriſtus nō
requirebat conſilium ab Apoſtolis, non etiam debet eius Vi-
carius arctari ad requirendum, ad illud reſponderi poteſt dupli
citer. primo quod Chriſtus non agebat conſilio ſuorum Apo-
ſtolorum, ſicut Papa eget conſilio Cardinalium. Secundo re-
ſpondetur, quod ardua non tranſeunt in Vicarium, nec ſucceſ-
ſorem in dignitate, niſi ſpecialiter concedatur, ſecundum Bald.
& Felyn. in capitulo fina. §. 1. de officio delega. & quod non trā-
ſeant in Vicarium, probatur in capitu. 2. & 3. de offic. Vica. lib.
6. Non legitur autem talis poteſtas data ſpecialiter Papę, imo ſi-
bi eſt interdicta, vt infra probabitur, ergo &c. plura alia addu-
cuntur pro hac ſententia, ſed quia leuia ſunt, & ex præmiſſis
diſſolui poſſunt, non curo aliter ſuper eis inſiſtere. ¶ Pro con-
traria ſententia, quod Papa nequeat ardua negotia expedire ſine
conſilio Cardinalium, & diuinis & humanis iuribus probatur.
Primo legitur Deuteronomii ſecundo, ſi aliquid difficile, &
ambiguum emerſerit, venies ad Sacerdotes Leuitici generis,
& ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudi
cii veritatem, quorum ſacerdotum Leuitici generis loco ſuc-
ceſſerunt Cardinales, cap. per venerabilem, §. rationibus, qui fi-
lii ſint legitimi. Secundo probatur ad Galathas capitulo ſecun-
do, vbi Paulus, cui euangelizandi munus a Deo commiſſum
fuerat, oraculo diuino tactus contulit ſuum Euangelium cum
Bernaba, & Tito coapoſtolis & comitibus, quos ſolos habe-
bat in Hieroſolymis. Tertio probatur Lucę vigeſimoſecundo.
vbi suborta inter Apoſtolos contentione de primatu, reſpon-
dit Dominus, ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat:
vt doceret eum, qui primatū ambit, debere miniſtrare iura, &
cætera ardua in medio Apoſtolorum, id eſt Cardinaliū & Epi-
ſcoporum ſedens, & non clanculum, & ſeorſum ab his, & hoc
conſilio

conſilii illorum. Quarto poteſtas ſoluendi & ligandi fuit omnibus Apoſtolis conceſſa, vt oſtenſum fuit ſupra. firmant Panorm. & al. communiter, in cap. translato, infra eodem & probatur in capitu. loquitur dominus ad Petrum, 24. quæſt. prima, vbi Cyprianus papa inquit. Licet exordium catholicæ fidei ab vnitate proficiſcatur, ſcilicet a Petro, tamen cæteri Apoſtoli idem ſunt quod Petrus, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis. ad idem tex. apertus in capitulo noua, de pœniten. & remiſſio. Et licet Petrus fuerit conſtitutus Apoſtolorum caput, non tamen ſequitur, quod ſolus poſſit ardua tractare ſine conſilio fratrum, quibus communiter fuerunt traditę claues, & data legis condendę poteſtas. Imo ex hoc quod Petrus fuerit conſtitutus primus & caput aliorum, non ſequitur, quod prælatus non poſſit legem promulgare, nec quicquam arduum peragere ſine conſenſu collegii Cardinalium, capitu. quanto, capitu. nouit, de his, quæ fiunt a prę la. ſine conſen. capitu. & traditur per Innocen. in capitu. quod in dubiis, de renuncia. & in capitu. ad aures, de tempo. ordin. & per Abbat. in elemen. 2. de rebus eccle. non alienan. & Lapum allegat. xlix. licet materia. & per Panormit. & Felyn poſt Innocen. in capitu. cauſam quæ, colum. 2. de iudic. & per Felyn in ca. fin. § 1 colum. penul. de officio delegato. Nec dicatur, ura, quę dicunt prælatum non poſſe ardua tractare, ſine conſenſu capituli, loquitur in prælato inferiori: unde non deberet extendi ad papam uel Imperatorem, qui ſunt legibus ſoluti, l. princeps, ff. de legibus quia reſpondetur, quod dicentes papam poſſe ardua peragere ſine conſenſu & conſilio Cardinalium, quia eſt ſolutus legibus, pręſupponunt papam ideo poſſe, quia poteſt iura peruertere, non autem poſſe, quia reperiatur a Deo ſibi data huiuſmodi poteſtas. quod ultimum probandum eſt, quia de poteſtate principaliter quæritur. uidetur autem ex præmiſſis probari, quod Petro ſoli non fuerit data poteſtas, ſed omnibus ſimul. quo ſtante, aut uolumus dicere datum fuiſſe omnibus collegialiter, & tunc neceſſe eſt iuriſdictionem eſſe apud collegium, & ſic apud omnes ut uniuerſos, & non penes ſingulos, capitu irrefragabili, §. exceſſus, & quod ibi not. de offic. ordin. firmat Panormit. in capitu. prudentiam, in princip. colum. 2. de offic. delegat. & iſtud fateri uidentur hi, qui dicunt Petrum eſſe caput collegii Apoſtolorum. Caput enim corpus præſupponit, capitulo cum non liceat, de præſcript. & ad eſſentiam cuiuslibet perfecti colle-

29 gii † requiritur unum caput, ſecundum Innocen. in capitu. dilecta, de exceſ. præla. & iſtud eſt, quod docebat Paulus Apoſtolus ad Epheſios, iiii. capitulo unum corpus, unus ſpiritus, una [illegible] uocationis noſtrę, vnum baptiſma, vnus dominus, vn[illegible]es, vnus Deus. quam vnitatem tenere & vindicare [illegible]eor. maxime hi, qui in eccleſia Dei præſunt, capitulo. loq[illegible]r, xxiiii. quæſtion. 1. Aut volumus dicere iuriſdictionem [illegible] poteſtatem datam fuiſſe omnibus, vt ſingulis; & tunc nec[illegible]eſt alterum de duobus fateri: aut quod ſit data omnibus ſimul, aut cuilibet in ſolidum. primo caſu conſtat vnum non poſſe iuriſdictionem exercere ſine aliis, l. ſiua. C. de autho. præſtan. l. ſi vni, ff. de re iudicat. & d. capitulo. prudentiam & capitu. cauſam, de officio delegat. Secundo caſu quilibet poteſt eandem iuriſdictionem exercere, cum eam quilibet habeat inſolidum, l. 1. ff. de offic. Conſu. capitulo cum ab eccleſiarum prælatis, & capitu. duo, de offic. ordina. & ſic quilibet Epiſcopus hoc attento haberet eandem poteſtatem, quã habet papa, quia epiſcopi hodie repræſentant Apoſtolos, & eorum loco ſucceſſerunt, capitul. in nouo, xxi. diſtinct. capitul. quorum, lxviii. diſtinct. capitu. porro, lxvi diſtinct. capito. uidentes, 2. quæſtion. & conſequenter quilibet poſſet ardua tractare ſolus, ſicut prætenditur papam poſſe. Sed iſtud vltimum negabunt, qui partes Pontificis tuentur, ergo cogentur fateri alteram, quod poteſtas ſit omnibus ſimul data, ergo vnus ſine alio non poterit ardua tractare. Quinto pro hac parte facit text. ad literam in capitu. Anaſtaſius, xix. diſtinc. ubi Anaſtaſius papa nutu diuino percuſſus eſt, quia ſine conſilio Epiſcoporum & presbyterorum Achatium hæreticum communicauit eccleſiæ. Et ſi tu dixeris, vt dicunt gloſſ. & alii, quod ille text. loquitur in concernentibus fidem; in quibus eſt ſpeciale, quod papa non poſſit aliquid ſtatuere ſine conſenſu uniuerſalis Concilii, tunc vellem duo a te ſcire. Primum, utrum Petro data fuerit alia poteſtas, quæ extra fidem ſit, & quæ ad fidem non pertineat. mihi enim uidetur, quod Dominus Ieſus Chriſtus dum dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, loquatur de Eccleſia ſua, id eſt de fide, quam ſuper petram, id eſt firmitatem ædificare uoluit, capitulo. fidelior. 50. diſtinctione, & hac de re rogauit Patrem, vt non deficeret fides Petri, capitulo primo, §. primo, xxi. diſtinctione, nam de temporalibus, quę fidem non concernunt, nulla reperitur Petro conceſſa poteſtas, vt ſupra dixi: vnde Papa qui vices domini noſtri Ieſu Chriſti gerit in terris, eam non debet ſibi arrogare poteſtatem, quam Dominus noſter reſpuit, dum dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo. ex quo conſtat Petro & eius ſucceſſoribus ſolam animarum curam fuiſſe decretam. Et ideo ei dixit, paſce oues meas, verbo fidei & doctrinæ. ſi ergo nulla alia fuit ſibi cura demandata, quam animarum ſalus, quæ in ſola fide conſiſtit, capitulo primo. ſupra titulo primo. Et in his, quę fidem concernunt, nihil poteſt ſine conſenſu coepiſcoporum, conſequitur vt nihil arduum poſſit ſolus attentare. Secundum, quod vellem ſcire. eſt: quæ nam fuerit ratio ſpecialitatis, quare in concernentibus fidem Papa nihil poſſit ſine concilio. Si reſponderis ita ſtatutum, quia Papa ſolus poteſt errare, prout errauit Anaſtaſius: reſpondebo etiam Papam errare poſſe in reliquis, quæ fidem, non concernunt, vnde nec in reliquis quicquam poterit ſine Concilio, in quo nullus fuit error inuentus, cap. arrecta, vigeſimaquarta quæſtione prima. conſtat enim Petrum etiam quandoque lapſum, & a Paulo correctum emendatumque fuiſſe. Si autem reſponderis ita ſtatutum, quia de arduo agitur negotio, vt plerique dixerunt. Ergo eadem ratione ita ſtatuendum in aliis arduis, quę fidem non con-

30 cernunt: nam etiam in iuribus limitatoriis † ea identitate rationis idem ius ſtatuitur. l. filium habeo, ff. ad Macedonianum l. libertum. §. Senatuſconſultum. ff. de ritu nuptiar. nota. Bartol. in l. ſi conſtante, in nona quæſtione. prima parti. ff. ſoluto matrimonio. & Iaſon in authent. quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Plura etiam iura tam ciuilia, quam canonica, adduci poſſent pro hac parte; ſed quia faciunt in argumentum, non curo de talibus a longe facientibus implere folia, maxime quia Mod. hic. & Barb. in tractatu de præſtantia, Cardina. nonnulla ex ipſis citarunt, & hanc ſententiam contra Papam & Imperatorem tenent Monach. & alii plures relati hic per ſcriben. & idem tenuit Bald. in l. cum multa, C. de bonis, quę liber. Bald. & Iaſ. in l. placet, per illum tex. C. de ſacroſanct. eccleſiis. & per tex. in l. quarta. C. de diuer. reſcriptis. Andr. Siculus in dicto tractatu de poſtulandis. Cardin. quæſtione 2. & Fel. ſibi contrarius in dicto capitulo fina. § primo. infra de offi. delegat. Et re vera horum ſententia potior videtur; tamen pro concordia conſideratur ſic poſſe diſtingui. Aut quæritur de poteſtate circa ea, quę iam ſtatuta ſunt & determinata. Aut de poteſtate circa ſtatuenda de nouo. Primo caſu papa, & Imperator ſine dubio poſſunt ſoli, etiam quod de re ardua agatur, inſequendo ſtatuta patrum & traditiones, quicquid volunt diſponere, & ita procedit communis opinio. Secondo caſu, aut agitur de aliquo ordine ſtatuẽdo, quod conſiſtit in iure poſitiuo, & tunc papa & Imperator potuerunt ſoli ſtatuere abſque conſenſu, vel conſilio alicuius, quia in iſtis papa eſt ſuper concilium, capitu. ſignificaſti, de electio. & quia his, quę ſunt poſitiui iuris, ſufficit pro ratione voluntas, vt nota. per gloſ. in lege prima, § poſtremam, ff. de poſtula. & per Felyn. in capitulo, ſi quando, vbi dixi, infra de reſcriptis, & in iſtis etiam poteſt procedere ſententia communis. Aut agitur de aliquo arduo, quod conſiſtit in iure diuino, aut naturali, vel quaſi, & tunc neque papa ſine Cardinalibus, neque Imperator ſine Senatoribus poterit quicquam decernere, & ita procedat contraria opinio. Et ſi de concernentibus fidem agatur, cum concilio vniuerſali res hęc determinanda erit, dicto capitulo, Anaſtaſius, & in capitulo, ſicut decimaquinta diſtinctione, & traditur per Panormitanum in diſputatione

31 exordiente, Epiſcopus, &c. Sed an in iſtis † caſibus, in quibus papa & Imperator nequeunt ſtatuere de nouo abſque concilio procerum, teneantur ſequi conſilium illorum? Videretur quod non, quia obligatus facere actum cum alterius conſilio non tenetur illud ſequi, l. Titium, in principio. ff. de adminiſtratione tutorum capitulo primo, de capel. monaco. capitulo cum olim, infra de arbit. In contrarium facit text. in capitulo venerabili, infra de officio delegat. vbi dicitur, quod is cui datus fuit alius coadiutor in officio, cum clauſula, quod ſine illius conſilio nihil agi poſſit, tenetur requirere & ſequi conſilium. & per illum textum dicit Panormitan. in dicto capitulo venerabili quod ſi is, qui habet conſulere, ſit particeps officii, tunc eius conſilium ſapit conſenſum. Sed Cardinales ſunt dati in officio coadiutores Pontificis, dicto capitulo per venerabilem, §. rationibus, & eis ac omnibus Epiſcopis ſimilis fuit data poteſtas, vt ſupra probatum fuit. Ergo papa tenebitur ſequi eorum conſilium. Conſidera ſi dici poſſit: aut res, de qua agitur, eſt multum ardua, & maxime momenti, vt ſi agatur de vniuerſali ſtatu eccleſiæ, & tunc Papa debet ſequi eorum conſilium.

Aut res, de qua agitur, eſt ardua, ſed non multum, & tunc conſilium ſequi non arctatur. Ita diſtinguit Fe-

ly in Epiſcopo, an teneatur facere cum conſilio, vel cum c[illegible] te-
nſu capituli.in ca[illegible] cauſam, colum ſecunda de iud. pro qua
diſtinctione bene facit tex.in cap. ſi pro debilitate, J. de officio
delega. Et ex his vi[illegible]er abſoluta remanet hęc terminalis quę-
ſtio, quid ſit conſti[illegible]tio, & vnde dicatur, & in quo differat a
lege. Nunc pro ma[illegible] terminorum cognitione ſupereſt, vt
inquiramus in quo differat conſtitutio a canone, a decreto,
a decretali, a ſanctione pragmatica, annotatione, interdicto,
mandato, dogmate, & ſimilibus. Glo. 3. diſtin. in ſumma,
& Hoſtien. hoc eod. titu. in ſumma. Iom. Andr. Baſig. & De-
22 cius in 2. lectura, qui reſpondent, quod conſtitutio differt † a
præmiſſis omnibus, ſicut differt genus a ſpecie. Dicunt enim,
quod canon dicitur conſtitutio edita in Concilio generali, vt
probatur in ſumma, & capitu. Nicena, 31. diſtinct. & Grecè
23 dicitur, † canon, Latine regula, capitu canon, 3. diſtinct. & hac
ratione id, quod præſtatur annu quolibet ab emphyteuta, di-
citur canon emphyteuticus, quia regulariter ſua die præſta-
tur, authen. qui rem, C. de ſacroſanct. eccleſ. & quæ annua-
tim præſtantur, canonicę penſiones nominantur, l. præter,
C. de iuris aduoca. lib. 12. Hinc largitio, ſiue tributum, quod
ex more ſoluitur Principi, canon appellatur. C. de canon. lar-
gi. in rubro & nigro, lib. x. hinc canon veſtium, qui militi-
bus ex more traduntur, l. 1. C. de mili. veſt. lib. 12. hinc canon
annonæ, quæ militibus præſtari ſolet, l. 2. C. de appell. i. præ-
24 fect. ann. lib. 12. hinc dicitur † canonicatus, qui regulares exi-
git præſtationes, §. hoc quoque obſeruari in Authent. c. de
colla. hinc canonica portio, quam parochiani debent de relictis
alteri eccleſiæ [illegible] occaſione ſepulturæ, capitu. de his, infra de ſe-
pultu. hinc quarta canonica, quæ Epiſcopo præſtatur a paro-
chiano ſacerdote de oblatione, & decimis parochialibus, 2.
quæſt. 1. capitulo de [illegible] & 13 quæſtio. 2. vobis. de quo pleniſſi-
me per Pet. de Vbal. in tractatu de canon. Epiſcop. & parochia.
hinc canonica inſtitutio, quę ſecundum regulas iuris facta fuit,
capitulo primo, de regu. iur. in ſexto. hinc canonica electio, &
canonica præſcriptio. capitu. cum olim, de dolo & contumacia
capitu. cum olim, de præſcrip. Et poteſt inſtitutio, vel electio tri-
25 pliciter appellari † canonica largè, & ſtrictè, & [illegible] ſtrictè, vt
declarat Archidia. in capitulo nullus o[illegible] & Geminus con-
26 ſilio 88 Innocentius Papa, hic dicitur † canonicus, quaſi cano-
nice inſtitutus, & ſecundum hunc ſenſum quilibet beneficia-
tus poſſet dici canonicus, quod admittit Io. Andr. ſi large lo-
quamur. Ita Ioan. And in cap. 1. de electio lib. ſexto. & Panor.
in capitulo cauſam quæ, colum. 2. de iudic. & in [illegible] de vita &
honeſtate clericorum, ſed propriè non dicuntur canonici, niſi
ſint collegiati in aliqua eccleſia, quia ſub certa viuendi regula
recipiuntur, & ſic dicuntur canonici a canone, id eſt regula, di-
cto capitulo canon, ſecundum Panorm. in dicto capitulo cau-
ſam quæ. Sed certe etiam ſecundum hunc ſenſum monachi, &
fratres de obſeruantia dicerentur canonici, vnde neceſſe eſt di-
cere, quod canonici teneantur magis ad ſeruandos canones,
quàm cæteri, & hac reſpectu dicuntur propriè canonici, ſecun-
dum Card. in capitu. fin. de cleri. non reſid. Et hoc ſtante, quod
canon dicatur conſtitutio edita in Concilio generali, ſequitur,
quod conſtitutiones ſynodales, ſeu prouinciales, non recte di-
cantur canones, quod firmat Bald. in capitulo primo, tolta eo.
& Card. in clemen. 1. in princip. quæſtio. 26. de priuileg. per il-
lum text. vbi ſecundum eum fit differentia inter excommuni-
catos a canone, & excommunicatos per ſtatuta ſinodalia, vel
prouincialia. Sed in contrarium facit, quia canon dicitur regu-
la, quę homines regulat ad beate beneq; viuendum, cap. regu-
la, 3 diſt. Sed conſtitutiones prouinciales, & ſinodales etiam di-
rigunt ſubditos ad beate beneq; viuendum, ergo &c. Item in
contrarium facit text. in d. cap. regula, §. porro. vbi dicitur, por-
ro canonum alij ſunt decreta Pontificum, alij ſunt ſtatuta Con-
ciliorum. Conciliorum vero alia ſunt vniuerſalia, alia ſunt pro-
uincialia [illegible] pondera, quod etiam prouincialia ſtatuta ſunt cano-
nes. Item pondera, quod omnia Pontificum decreta ſunt ca-
nones, ergo propriè: quia dictio, ſunt, denotat eſſentiam, &
proprietatem, ſecundum glo. in l. mercis appellatione, ff. de ver-
bo. ſignifi. & Barto. in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adulte. Ter-
tio facit tex. in cap. de libellis, in fin. 20. diſt. ibi, ſanctorum patrum
ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine intitulantur. Quarto
facit tex. in cap. 1. J. eo. vbi probatur, quod omnis conſtitutio dici-
tur canon, dum dicitur, canonum ſtatuta cuſtodiantur ab om-
nibus, & ita tenet Cald. conſi. 9. ſub rubr. de reg. vbi conſuluit,
quod Abbas, qui habet poteſtatem diſpenſandi cum monachis ſu-
per irregularitate impoſita a canone, poteſt diſpenſare ſuper
irregularitate impoſita ex conſtitutione ordinis, quia etiam
conſtitutio ordinis dicitur canon. & idem tenet Calde. conſil.
16. ſub iſta rubr. de conſtitut. vbi dicit, quod habens poteſtatem
diſpenſandi cum celebrante poſt excommunicationem latam
a canone, etiam poteſt diſpenſare cum celebrante excommu-
nicato a conſtitutione capituli. Quid tenendum? Felyn. & alij
Modernio. in dicto capitulo primo, dicunt quod canon pro-
priè, & ſtrictè capitur pro conſtitutione edita in concilio vni-
uerſali, largè autem pro omni conſtitutione eccleſiaſtica, d. ca-
pitulo primo. Et ideo dicunt, quod in materia fauorabili, &
27 extenſibili, appellatione † canonis, comprehenditur etiam ſi-
nodalis conſtitutio, & ita loquitur Calde. in dicto conſil. vbi
loquitur in facultate diſpenſandi, quæ eſt fauorabilis & exten-
denda, ſecundum Ioan. And. & alios, maxime Felyn. in cap. fin.
de ſimo. Sed iſta ſua diſtinctio confunditur per iura prælega-
ta, quibus non accommodatur, quod reſponſum eſt, & con-
funditur per tex. ſuper quibus ipſe ſe fundat in dicta clem. pri-
ma de priuil. vbi in materia pœnali, appellatione canonis con-
tinetur omnis conſtitutio edita a ſummis Pontificibus etiam
alibi, quam in Concilio. Imo ſi recte aduertatur, ille tex. con-
tra eos vrget mirabiliter, quia ibi puniuntur abſoluentes abſ-
que licentia parochialis ſacerdotis excommunicatos a cano-
ne, prætorquam in caſibus a iure, vel ſententiis per ſtatuta pro-
uincialia, aut ſinodalia promulgatis. Ergo etiam hi, qui ſunt
excommunicati per ſtatuta ſin[illegible]alia, dicuntur excommunica-
ti a canone. Alioquin exceptio non eſſet de regula contra l.
nam quod liquide, §. fin. ff. de penu. lega. & not. per gloſſ. &
Bar. in l. prima ff. de regulis iuris. Ego autem teneo, quod etiam
conſtitutio ſinodalis propriè dicatur canon per prædicta. Ad
iura contraria, quæ videntur probare, quod conſtitutio edita
in Concilio propriè dicatur canon? Reſpondeo, quod non
negant alias conſtitutiones etiam poſſe dici propriè canones.
28 vnde dico, quod canon † poteſt dupliciter capi in genere, &
in ſpecie, prout etiam dupliciter ſumitur conſtitutio, vt ſupra
concluſum fuit: Si capiatur in genere, omnis conſtitutio re-
ctè dicitur canon. Si capiatur in ſpecie, de conſtitutione conci-
liari intelligitur per excellentiam. §. ſed quotiens, Inſtitut. de iu-
29 re natura. gent. & ciuil. ¶ An autem lex † ciuilis rectè canon
appelletur? Præmiſſa faciunt quod ſic, quia etiam lex ciuilis in-
ſtruit nos ad beate, beneque viuendum. In contrarium facit
tex. in capitu. filius, infra de teſta. vbi dicitur lex ſecu[illegible] et quod
propriè leges ciuiles non dicantur canones ſentit Panorm. in
dicto cap primo, in primo notab. vt firmat Dec. con[illegible] 158.
columna 2. Sed diſtinguendum eſt, an leges ſint approbatæ a
canonibus, & tunc rectè canones poſſunt appellari, quia cum
ſint approbatæ, conſtat, quod nos ducunt ad beate beneque vi-
uendum. aut non ſunt approbatę, & tunc non recte canones
nominantur. Et ita diſtinguit Panor. in d. capit. ſi neceſſe. ad fi-
30 nem. infra de don. inter virum & vxor. Decretum † autem eſt
conſtitutio papæ cum Concilio Cardinalium ad nullius conſul-
tationem edita. Decretalis vero † epiſtola dicitur conſtitutio
papę ad alicuius conſultationem promulgata. Ita gl. Hoſtien.
& alij concludunt, quod ſtare poteſt, ſi huiuſmodi nomina in-
telligantur in ſpecie. Sed in genere omnis conſtitutio recte di-
citur decretum, c. [illegible] nitatis, inf. eo. tit. c. ſi Romanorum, 9 di-
ſtin. i. l. § fin. ff quod q[illegible]que iur. & l. prima, & per totum, ff. de
decre. ab ord[illegible] & C. de decret. Decur. in rubro & nigro. nā
& iudicis ſententia etiam decretum rectè appellatur, l. nec quæ-
quam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconſul. & ibi Bald. & [illegible]
varias huius verbi ſignificationes referunt, & quid differat de-
cretum iudicis ab authoritate, licentia, & conſenſu, traditur per
32 glo. in cap. 1. de reb. eccl. non alienan. lib 6 Sanctio † autem di-
citur conſtitutio pœnalis, l. ſanctio legum, ff. de pœn. Inſt. tit. de
re. diui. §. ſanctę, quod gloſſ. ibi verum putat de ſtricta & pro-
pria ſignificatione. Sed large ſanctionis verbo, omnis lex Im-
perialis ſignificatur. C. de nouo C. facien. ibi, colligentes vero
in vnam ſanctionem, largiſſime totius iuris ciuilis collectio
denotatur, vt in proœ. Dige. & ibi gloſſ. idem not. & in l. 2. §.
omni, C. de vete. iur. enucl. & idem tenet glo. in clemen. ſecun-
da, in verſic. ſanctioni, de vit. & honeſta. cler. & in clement. ſę-
pe, in verbo conſtitutione, de verb. ſignificatio. Aliquando ſu-
mitur pro quacunque conſtitutione papæ, cap. ſic omnes, 19. di-
ſtin. & ibi Archid. & Card. Alex & in cap. conſuluiſti, 2 q. 5. ſan-
cire enim, Seruio auctore, eſt conſecrare ſub ſanguine hoſtiæ.
Hinc lex, quæ ſanguinis pœna arcet malos a delictis, dicitur
ſanctio, quaſi nocentium ſanguine conſecrata. ſancire etiam
eſt confirmare & roborare. hinc omnis lex aliquid firmans, po-
teſt dici ſanctio, d. cap. ſic omnes. Quæ de re etiam teſtatoris di-
ſpoſitio rectè dicitur ſanctio. l. filium, quem habentem. ibi, ſan-
33 xit teſtator, C. famil. ercisc. Pragmatica † ſanctio appellatur con-
ſtitutio Principis ſuper cauſa, in conſiſtorio Principis ventila-
ta, ſecundum gloſſ. in l. fina. C. de diuer. reſcrip. tanquam cum
cauſæ cognitione facta ſecundum gloſſ. in capitu. petiuenit, 1.
diſt. vel dicitur pragmatica, a ſcriptura, ſecundum glo. in cap. de-
centi, §. reſcripta, 35. q. 2. Gramma enim idem eſt, quod litera,
ſecundum glo. in l. moris, §. ſoles, ff. de pœn. & idem dicit glo.
in l. leges. 1. in verſ. iudicium programmate, C. de le. Sed verius
dr̃ pragmatica ſanctio, determinatio cauſæ facta a principe cū
34 conſilio pragmaticorum. Sunt autem pragmatici, † ſapientes
viri,

vir. qui partium conſenſu abſque lite cauſas dirimunt, quibus aliquando ſolet præſes officium interdicere, l. moris, §. ſolet, ff. de pœn. Et hinc dicebat Iuuenal.

Inde cadunt partes ſ fœdere Pragmaticorum.

Vnde non puto Accur. recte ſenſiſſe, dum credit eos dici pragmaticos, qui pragmaticas ſcribunt ſanctiones. Sic cum a iudicibus ordinariis diſceditur, & ad principem itur pro dir mendalite, principis determinatio dicitur pragmatica ſanctio, & ita propriè ſumitur in dicta lege fin. C. diuer. reſcript. hinc omnis lex edita a principe cum conſilio ſapientum, dici poteſt ſanctio pragmatica, l. lege pragmatica, C. de domeſ. & protec. lib. xii. Ita ſentit gloſ. in lege, iubemus, C. de ſacroſan. eccle. dicuntur enim pragmatici a praſi Græce. Latine autem terminatione.

35 Annotatio † eſt principis conſtitutio, motu proprio edita abſque conſilio ſapientum, ſecundum gloſ. in d. l. fin. C. de diuer. reſcript. & in l. non alite, C. de pala. ſacra. largiti. lib. xii. & in hoc differt a pragmatica, quæ editur de conſilio pragmaticorum. Vel annotatio dicitur, quod a principe ſtatuitur de conſilio paucorum. pragmatica de conſilio multorum, ſecundum gloſſ. in l. iubemus, C. de ſacro ſanctis eccleſiis. Vel verius pragmatica dicitur, quod Imperator cognoſcens decernit de conſilio pragmaticorum; Annotatio, quod per ſe ſolum, & ſubſcriptionem ſtatuit, dicta ab annotatione, id eſt ſubſcriptione. Hinc deſcendit Notarius a notando, id eſt ſubſcribendo. Et hæc differentia ſatis colligitur ex textu, in lege omnia. ff.

36 de conſtitu. Prin. Dogma, eſt lex † docens fidei ſcientiam, quæ eſt vera doctrina, & cæterarum ſcientiarum viaticum, capitu qui ſunt, xxvi. quæſt. i. & idem dicit gloſſ. in capitu. ſatis, xcvi. diſtin. Generaliter tamen ſignificat cuiuslibet ſectæ decreta, capitu qui de menſa. ibi, dogmata philoſophorum, xxxvii. diſtinctio. & in Authen quomodo oportet Epiſcopos. in princi. hinc dogmatiſtes, qui alicuius dogmata ſequuntur. Inquit enim Hieronymus Apoſtoli interpres magis ſui, quam dogmatiſtes. Interdictum,

37 ea lex † vocatur, quæ eſt ſimpliciter prohibitoria. Interdicere enim eſt denunciare, & prohibere, §. exhibitoria. verſicu. ſunt tamen. Inſtitut. de interdic. hinc banniti dicuntur interdicti, quia eis prohibitus eſt ad patriam regreſſus, ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. & l. nulli, C. de ſenten. hinc prohibitus a lege de bonis ſuis diſponere, dicitur bonis interdictus, lege is, cui bonis, ff. de verborum obligatio. hinc prohibitus poſtulare, vel officium ſuum exercere, dicitur interdictus officio, l. moris, per totam illam legem, ff. de pœn. & l. fin. eodem titu. & Inſtitu. de ſuſpect. tuto. § ſi quis autem, cum ſimilibus. Hinc prohibitio de non contrahendo matrimonium dicitur interdictum, infra. de matrimonio contracto contra interdict. eccleſ. Hinc, prohibitio de non audiendo diuina, dicitur etiam interdictum eccleſiaſticum, capitu alma mater, & capitu. ſi ſententia. de ſenten. excommu. lib 6. capitu quod in te, infra. de pœn. Vſus tamen obtinuit omnia iura reſtitutoria & exhibitoria etiam interdicta appellari, quaſi inter duos dicta, § exhibitoria, Inſtit. de interdi. vbi probatur quando norma loquendi eſt penes vſum, ut inquit Horatius, & refert gloſſ. in lege, Labeo. ff. de ſupel. lega. Manda

38 tum † autem dicitur ius, quod conſiſtit in moribus, ſecundum Hoſtien. & Moder. hic. Tu dicas, quod omnia legum præcepta poſſunt dici mandata, ſed in ſpecie ea ſola mandata dicuntur, quæ iudicibus traduntur circa modum gubernandi prouinciam, ut probatur in Authent. ca. de mandat. Prin. in princip. vbi Iuſtinianus atteſtatur ſe compoſuiſſe librum mandatorum, & ita declarat gloſ. ibi in rubrica. & ideo ſi Rector prouinciæ contrahat matrimonium cum ſubdita, dicitur contraxiſſe contra mandatum principis, l. & ſi contra mandata, vbi etiam gloſſ. not. C. de nuptiis. Si vero tutor contrahat cum pupilla, dicitur contraxiſſe contra interdictum principis, C. de interdict. matrimo. in rubro, & nigro. & declarat Odofredus in lege, qui contra legum præcepta, vel contra mandata conſtitutioneſque principum, C. de inceſtis nup. vbi expreſſe probatur mandatum differre a præcepto & a conſtitutione principis. Sunt & alia iura, quæ aliis nominibus vocitantur, vt Senatus conſulta, prætorum edicta, plebiſcita, prudentum reſponſa: alia etiam variis nominibus appellantur a conditoribus eorum, ut tertia diſtinct. per totum, & Inſtit. de iure natu. per totum. Vltimo quærit Panormitanus hic, an ſcriptura ſit de

39 ſubſtantia † legis, ſeu conſtitutionis? quam quæſtionem late proſequuntur Moder. maxime Deci. Pro parte affirmatiua adducuntur plura. Primo text. in lege, humanum, verſicu. dictari, C. de legi. Decius reſpondet, quod etiam dicitur dictari, quod viua voce proſertur, l. dictantibus, C. de teſtamen. & l. prima, C. de his, qui ſibi aſcrib. in teſtamen. Quidam hanc ſolutionem non admittunt, quia ibi non ſolum dicitur legem debere dictari, ſed etiam recenſeri, & recitari, quæ verba præſupponunt neceſſariam eſſe ſcripturam, C. de emend. Iuſti. Codi. ad finem & facit text. in lege prima, C. quemadmodum teſtamen. aperian. & l. t. ff. de his, quæ pro non ſcrip. haben. Sed certe etiam dicitur recitari, & recenſeri, quod ore exprimitur, iuxta Iuuenal.

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?

H el g &c

cau[illegible]n. & in corp[illegible] ſumitur. Quod nota, quia alii ſen-
tiunt[illegible]trum. ¶ Tertio aduerte, quia ſi is, in cuius præiudi-
cium eſt fa[illegible]ta pro[illegible]latio, uoluerit præſtare cautionem indem
nitatis prohi[illegible]to, poterit eum compelle[illegible] non obſtante inhibi-
tione[illegible]iat, vel faciat[illegible] ad quod cauetur dicta l. penul. C. depo
ſi & in l. ſi is, a quo, ff. de rei vend. De quo remedio cautionis
vid[illegible]ime Fely. in capitulo veniens, ſecunda c[illegible] num. 3. de te.
& in capi. cum ſuper, colum. 4. de re iudica. ¶ Septima con
159 cluſio. Proteſtatoni inhibitoriæ eius, quod prohibito † eſt p[illegible]
m[illegible]ſum, facte ex legitima cauſa de futuro, parendum eſt, l. denū
cia[illegible] ff. de adul. l. virilis, § ſi aduerit, ff. de leg. præſtan. Ex i[illegible]a
conc[illegible]ione infertur, quod proteſtatio facta poſſeſſori, quod non de-
beat alienare fundum, eo quia proteſtans vult litem mouere,
operatur quod ſi[illegible] inhibitus alienauerit, conueniri poſſit ac ſi
dolo deſijſſet poſſidere, ſecundum glo. in l. Fulcinius, § quod au
tem, ff. ex quibus cau. in poſ. ea. & ibi Bar. & idem tenet Bart. in
l. qui pentorio, ff. de rei vend. cum concord. allegatis per Alex.
& Mod. in d. § morte. vltra quos vide reducta per Fely. in cap.
aduerſario, colum. 1. de excep. & pro hac illatione eſt tex. in cap.
conſultationis, & ibi Fely. colu. 1. not. poſt alios, de offi. deleg. &
in l. quemadmodum, ff. de moſſi. teſta. & ita conſuluit Alexan.
conſil. 74. Videtur prima conſideratione, lib. tertio, And. Sicu.
conſi. 56 col. 3. lib. 1. & conſi. 65. col. 2. lib. 2. ¶ Octaua concluſio.
160 Proteſtatio inhibitoria eius, quod inhibito † eſt permiſſum, fa
cta cum expreſſione iuſtę cauſę de præterito, conſtituit prohi
bitum in mala [illegible]de, dato quod de cauſa non ſit facta fides ſecū
dum Bar. in d. § morte. quem alii cōiter ſequuntur, per l. ſi fun
dum, C. de rei vendic. Sed aduerte, quia ſm Saly. ibi, tex. ille in-
nuit, quod ibi facta ſit fides de cauſa in illis verbis, per denunciatio
nem admonentibus, quaſi velit, quod vltra proteſtationem
etiam ſit facta admonitio ueritatis. Idem Barto. in alleg. text. in
l. ait prætor, § ſi quis particeps, ff. de his, quæ in frau. cred. Sed
certe etiam poteſt dici, quod ſit etiam ibi facta fides de credito, pro-
pter illa verba, non enim caret fraude, qui teſtato conuentus
emit, quaſi velit, quod ſi fuiſſet conuentus non teſtato; quod
ego intelligo, id eſt ſine atteſtationibus, quod caret fraude. Nec
exponas teſtato, id eſt coram teſtibus, quia præſentia teſtium ni
hil confert ad inducendum fraudē. Et hoc modo text. ille ſtrin
git pro contraria opinione. Secundo contra iſtam concluſio-
nem eſt tex. in l. 2. ff. quod ſal. tut. Ad iſtum text. reſpondet Bar.
in d. § morte, & d. § ſi quis particeps, quod contrarium loqui-
tur, quando ille qui denunciabat, certabat de lucro captando,
& ille cui denunciabatur, de damno euitando. Iſto caſu licitè po
ter[illegible] denunciatus dicere, non credidi certanti de lucro. Conclu-
ſio vero noſtra loquitur, quando vterque eſt in pari cauſa, tūc
deterior debet eſſe conditio denunciati, qui fuit in culpa nō cre
dendo. Et ratio eſt, quia citius præſumendum eſt, quod proteſtās
debeat mentiri pro damno euitando, quam pro lucro captan-
do, quia plus eſt damnum pati, quam lucrum non facere, l. qui
autem. § fina. ff. de his, quæ in fraud. & l. [illegible]a. C. de conditio.
Iſta ſolutio non videtur tuta ex duobus, quia in dicta l. ſecunda,
non apparet, quod i[illegible], qui proteſtabatur, tractaret de lucro, ſed
bene pupillus tractabat de lucro. Secundo quia tex. in l. 2.

fundat ſe in ignorantia, vel ſcientia, non in lucro, vel damno.
¶ Secundo reſpondent al[illegible]qui, quod ibi non intererat proteſtantis.
H[illegible]n. quorum non intereſt, non ſunt audien[illegible] l. [illegible]1. ff. de appel.
reci[illegible]. & ita reſponderet ad illum tex. gl. in l. ſi maior, C. de reſcin.
uend. & Lud. Rom. conſi. 204. pro diſcutienda veritate in 3. du
bio. Sed iſta reſponſio non ſatisfacit, quia ratio decidendi ibi
repugnat. Item ibi ſolum agitur de proteſtatione certificatoria
ad inducendum ſimplicem ſcientiam, quę pōt fieri quocūq;
l. item veniunt, § petitam, ff. de peti. hær. ¶ Tertio rñdet glo. in
d. l. ſi fundum, quod ibi proteſtatio non conſtituit prohibitum in
mala fide, quantum ad hoc, quod agere non poſſit [illegible] alium tuto-
rem, iuxta l. nouiſſime, eod. tit. Sed iſta ſolutio nihil eſt, quia ēt
non nocet quantum ad petendum reſtitutionem in integrū,
aduerſus [illegible] in præiudiciū [illegible]p[illegible] ¶ Q[illegible]arto co[illegible]ſider[illegible] ſi
poſſet dici, quod iſta concl[illegible] procedit qñ [illegible]
dēt ſcire veritatem eius, quod denunciat. [illegible] l.
ſi fundum, in d. § ſi quis particeps. [illegible]n. in culpa prohibitus, ſi
a proteſtante veritas non [illegible]cietur. Sed in [illegible] tertius, qui
denunciabat tutorem eſſe [illegible]tum, veriſimiliter no[illegible] debat hoc
ſcire, cum eſſet tertius [illegible] tex dicit denunciatū e[illegible] ex
bona fide non credidi[illegible] ¶ [illegible] iſtis infertur, quod ſi prohi[illegible]ſa ghi
bente petere[illegible] ſcām iuſtificari, & proteſtans no[illegible] ſidem [illegible] quod
proteſtatio non cōſtituerat eū in dolo, nec in mala fide & ita li
mitat hanc cōclutionem Sal. in d. [illegible] fundi ¶ Præ[illegible]cta [illegible] ūt
161 ad q̄onem, an proteſtatio facta † laboratori[illegible] conductis per
alterum, ne ingrediantur agrum ſuum, conſtituat eos in dolo,
dato quod proteſtans non faciat ſidem qu[illegible] fundus ſi[illegible] nus [illegible] quod
ſi[illegible], quia vel ſimiliter is, qui denunciat[illegible] quod fundus eſt
ſi[illegible]us[illegible] ita viſ ſunt tenere Ang. & Imo. in l. [illegible] § nuncia-
tione[illegible], ff. de no. ope. nun. Cōtrarium eſt v[illegible], quia proteſtō,
quæ alias conſtituiſſet eos in mala fide, tollitur per p[illegible]teſtatio-
nem conductorum, qui ēt cond[illegible]cendo eos aſſer[illegible] fundū eſ-
ſe ſuum, ſm Soc. conſi. 54. Viſa breui narratione, [illegible] p̄cedero
aūt poſſet opi. Ang. & Imo. [illegible] p̄ductione dñs inhibuiſſet il-
lis laboratorib. & illud fuit de mente Alex. in d. § nunciatione.
Proteſtatio .n. inhibitoriæ, [illegible] fieri añ actum, [illegible]
& dixi §. Nona concluſio. Proteſtationi incitatoriæ [illegible]de, vel
162 fi[illegible] id ad quod incitatus eſt [illegible]ligatus, † parendum [illegible] quod de
obligatione fides non fiat, [illegible] ff. ſi cer. pet. [illegible] l. ex legati ca, ff.
de ver. ob. Rō eſt, quia incitatus non pōt p̄ten[illegible] ignorantiam
propriæ obligationis, c. ab excō. cato. j. de reſcr. [illegible] Ino.
¶ Limitatur, vt non procedat, qñ obligatio venit committen
da uigore alicuius facti extrinseci, uel conditionis de futuro, tūc
oportet quod proteſtans reddat incitatum certū de tali facto, vel
condōne, l. fi. § 1. C. de bo. authori. iud. poſſiden. ¶ Ex hac fallen
163 tia infertur ad emptorem, ut non ſufficiat denunciare † litem
fuiſſe motam, ad hoc ut teneatur venditor in ſe ſuſcipere iudi-
cium, ſed oportet, quod emptor oñdat uenditori libellum, & cita-
tionem in auth. forma. dando copiam authenticam, iuxta for-
mam cle. cānt, de elect. ita Bar. in d. § morte, & in l. empti, C. de
euictioni & eſt cōir, vt patet ex adductis per Fel. hic. Et ita con
ſuluit Alex. conſi. 33. Viſo themate, col. fin. lib. 2. Intellige pro-
cedere, ſi intimatio litis motæ, fiat extraiudicialiter, ſecus ſi au
ctoritate iudicis, d. l. fi. ff. de lege commiſſo. ſm Bal. & Ang. in l.
emptor, & in l. cum qū, C. de euic. ¶ Item aduerte, quod iſta fallen
tia reſtringi poteſt, non procedere, qñ illud factum eſſet tale,
cuius ueritatem eſſet obligatus denunciatus inueſtigare. Exem
plum in ſyndico obligato ad denunciandum maleficia, ſi aliqs
proteſtetur ei fuiſſe delictum commiſſum, & quod debeat illud
iudici manifeſtare, iſta proteſtatio conſtituet eum in mora, da-
to quod non ſit facta fides maleficii, quia denunciatus ex offi-
cio tenebatur inueſtigare. ſm Ant. in d. c. ab excōmunica. Non
.n. poteſt obligatus inueſtigare ignorantiam, allegat ca. in no-
tuit, de elect. ¶ Secundo aduerte, quia poſſet etiam reſtringi, ſi
factum proprium eſſet de antiquo, quia præſumitur ignoran-
tia, l. peregrè, ff. de acq. poſſ. Bar. in l. non fatetur, ff. de confe. vel
ſi eſſet factum implicitum, & intricatum. Quo caſu ēt non p̄ſu
mitur ſcientia, l. pen. ff. de confeſſ. traditur per d. Iaſ. Inſt. de act.
§ ſi quis agens, col. 2. ¶ Decima concluſio. Proteſtationi inci-
tatoriæ, ut detur vel fiat id, ad quod proteſtatus tenetur facto alie-
164 no, † non eſt parendum, niſi fides fiat de obligatione. Ita Bar. in
d. § morte, per l. qui in alterius, ff. de reg. iu. Idē tenet Bar. in d. l.
quod tenet in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti. Ratio, quia in facto
alieno cadit probabilis ignorantia, nec tenēt aſſerenti credere,
l. fi. ff. pro ſuo. Ideo infertur, quod ſi incitatus ſciret ueritatem,
teneretur parere, quia certus non eſt certiorandus. l. r[illegible]n fi. ff. de
actio. empt. ¶ Vndecima concluſio. Proteſtatio facta p emptо
165 rem, quod ſibi eſt lis mota, † non conſtituit venditorem in mora,
ēt quod de lite fidem fecerit, niſi in proteſtatione emptor adiece-
rit, quod veniat ad litem in ſe ſuſcipiendam, l. ubi, denunciatum eſ
ſet, ut cauſę agendæ adeſſet, C. de peric. & commo. rei uend. l.
ſi rent quā, § fi. ff. de euict. l. parentes, C. eod. c. fi. de emp. & uen
di. l. cum ſucceſſores, & l. empti, C. de euict. glo. in l. authore,
C. eo.

C.eo.& iſta eſt cõis opi. vt p Fel.hic. ¶ Contrariũ tenet Bal.in l. emptor, C.de euict. Salyc.in d.l.1.Imo.& Barba. in d.c.fin d.Iaſ. in d §.morte, ex pluribus. Primo per text. in d.l.ſi cum qõ,& in d.l.emptor,& per quędam alia iura, q simplr dñr ſufficere, qđ venditor certus reddatur. ¶ Defendẽdo cõem, facilis eſt rñſio, q illa dẽt declarari p alia iura ſpecialius loquentia. ¶ Sc͂do adducũt tex.in l.1.§.denunciare, ff de rer. inſpi. Ad q̃ rñdeas, ut p ipſum Iaſo. ¶ Tertio adducunt, quia denunciatio litis motę, ſolum fit ad finem, vt denunciatus defendat emptorem. Ergo cũ ſit vnica ratio denuntiationis, debet haberi pro expreſſa, iuxta gl.in l.quamuis, C.de fideicom. Iaſ. reſpondet, qđ poteſt proteſtatio fieri ad duplicem effectum, vel ut ueniat ad defendendũ, uel vt teneatur de euictione. Iſta rñſio non vr̃ bene tuta, quia ſecundus effectus uenit in conſequentiam primi. Vnde ego rñdeo aliter, pręſupponẽdo qđ emptor aduerſus eum, qui litem mouit, poteſt ſe tueri & iuribus proprijs, & iuribus venditoris, l.emptor, C. de euict. Vnde dico, q ad alium effectum põt fieri proteſtatio, qđ vt uenditor ueniat ad defendendum, videlicet ad effectum ut uenditor inſtruat ipſum emptorem de iuribus ipſius uenditoris, quib. mediantibus poſſit ſe defendere. ¶ Quarto, quia in proteſtatione ſufficit narrare factum, nec requir. ſue petitio uel concluſio, ſm Bal.in l.unum, in ſi ff.ſi cer.pet. Sol. procedit dictum Bal in proteſtationibus declaratoriis, uel certificatoriis, ſecus in incitatoriis, uel prohibitoriis, in quibus per modum nunciationis,& non petitionis, requiritur concluſio, ſm Bald.in c.1.ſi de feu.ualal. ab aliquo interp fue. ¶ Duodeci-
166 ma & ultima concluſio. Emptor tenetur † denunciare venditori etiam ſcienti litem motam, & incitare eum, vt ueniat ad defendendum cauſam, alias non poterit poſtea agere de euictione, ſm Bar.in d.§.morte,& in d.l.denunciaſſe, & in l.3 §.uoluntate, ff ſol.mat. Pan.in c.fin. J.de emp.& uend. Alex.in conſi. 24.libr.4.& iſta eſt cõis opi.& tutior, ſm Fel.hic. Fundatur iſta concluſio hac potiſſimũ rõne, quia proteſtatio non requiritur ſimpliciter ad finem ſcientię, ſed ẽt ad incitãdũ venditorem, ut defendat cãm. ergo non ſufficit ſcientia tñ, d.l.denunciaſſe.& bene probatur iſta ſciẽtia in l.3 abſentẽ.& ibi no.Bar.ff.de pc. ¶ Contrariũ tenet glo.in d.l.emptor. ſequũtur plures alii, quos refert Alex.in d.§.uoluntate, quia certus non eſt certiorandus, reg.eũ q certus, de reg.iur.in 6.in l.1.in fi.ff.de actio emp. Sed ad aliud patet rñſio ex his, q̃ ſtatim dicã. ¶ Sc͂do, q dies interpellat pro homine, l.magnã. C.de cõtrah.& commit.ſtipu. uenim uẽditor promiſit lite mota defendere cãm, ſtatim quã primũ ſcit litem motam, dies illa dr̃ interpellare ipſum ut defendat. Sol. Regula d. l.magnam, procedit in die certa, ſecus in die incerta, quia illa non interpellat, vt declarat Bart.in l.ita ſtipulatus, magna in 2. qõ prin.ff.de uerbo.obl. ¶ Fallit iſta concluſio, ſi uenditor promiſiſſet ſtatim lite mota ſuſcipere in ſe iudiciũ & iuraſſet, quia iuramentum interpellat pro hoĩe, ſm Alex. in d §. uoluntate. Barb.in d.c.fi.in 5.limitatione, p illud, qđ in ſimili decidit Spec. tit.de aduo.§ r.quem refert & ſequitur Anto.in c.breui, de iureiur. An autem illa fallentia ſit uera, uideas Alex. & Mod.in l. quod te, ff.ſi certum pet. ¶ Secundo fallit, quãdo uenditor ſciẽs litem motam, habet inſtrumenta ad uictoriam facientia penes ſe, tunc tenebitur de euictione, ſi ille non notificet emptori, etiã quòd non interpelletur, ſecundum Bald.in l.1.C.de peri.& commo.rei uend. Iſta non placent, quia potuit uenditor eſtimare, quòd emptor confidat de uictoria iuribus proprijs, uel nullitate proceſſus, ut ſ. dixi. ¶ Tertio fallit, quando uenditor ſcienter vendidiſſet rem alienam, l.ſeruus quem, §.ſi ſciens, ff.de actio. empt. ¶ Quarto fallit, ſi notorium eſſet uenditori nullam competere defenſionem, ſecundum Lud.Ro.& Ale. in d.§.morte, Imo.in d.c.fi.per id, quod in ſimili dixit Ang. in l. decem, ff.de uerb.obl. Tu confirma ex his, quę ſcribit Fely. in c.ſeq.col.44. ¶ Quinto fallit, ſi uenditor in inſtrumento uenditionis remiſiſſet exceptionem denunciationis ſibi non factę, l.Herennius, ff. de euic. ¶ Sexto fallit, niſi emptor eſſet pupillus, uel aliquis pius locus, quorum fauore mora committitur reipſa, l.in minorũ, C.in quibus cauſis reſtitutio non eſt neceſſaria.

¶ In ead.gloſſ.in fi.habes elicere ex glo.quòd receptio alicuius
167 in canonicum ultra numerum, † frangit numerum prębendarum. Contrarium vult glo.2.in uerbo, integritate, & gloſ.in capit.pro illorum, J de pręben.& iſta ultima opinio eſt uerior, & *communiter* approbata per Pan.hic, & ibi per tex.in ca. dilectus, J.de pręben. ¶ Sed quę poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quare per receptionem canonici ultra numerum frangatur numerus canonicorum,& non prębendarum? Breuiter ſecundum Innoc.in d.c.pro illorum, ratio eſt duplex. Primo, quia ius canonicatus conſiſtit in iure, ideo facilius de nouo creatur quam prębenda, quę etiam in facto conſiſtit. Vnde etiam contrario facto opus eſt, l.quod in rerum, §.ſi quis poſt, cum gloſſ.ff. de leg.1. Secundo, quia agitur de fauore eccleſię, q rumpatur numerus canonicorum, ut eccleſia habeat plures conſiliarios, capit.prudentiam, de offi.delega. Sed diuidere prębendas antiquas & facere nouas, poſſet eſſe eccl̃ię pręiudiciale, ſi aliis nõ remaneret cõpetens beneficium. Iſta concluſio eſt utilis, quia ex ea inferri poteſt, q ſi papa mandaret aliquem recipi in canonicum, & in fratrem, non obſtante ſtatuto de certo numero canonicorum, non teneretur ſibi capitulum prouidere de pręb ẽda antequam vacaret, d.c. dilectus. Secus ſi diceretur, etiam nõ obſt. ſtatuto de certo numero pręb endarum. ¶ Secundo ha-
168 bes ex dictis Pan. q ſuper excreſcentia redditũ † nõ frangit etiam ipſo iure numerum pręb endarum. Põt. n. conuerti ſuperexcreſcentes redditus in alios vſus, q̃ pręb endarum, c.fin.de verb.ſig. Eſt bene uerum, q paratur occaſio rumpendi numerum ipſarum pręb endarum, vt hic. Et quia iſta iura ſunt clariſſima, non inſiſto. ¶ Sed vltra ipſum dubitatur, Nunquid ſuperexcre-
169 ſcentia † redditunm rumpat ipſo iure priuilegium de certo numero? Vtilitas eſt maxima, quia ſi rumpat, taciturnitas priuilegii non vitiaret impetrationem alterius. Inno. tenet q ſic, q͂a ſubintelligitur in priuilegio clauſula, niſi in tantum, &c. Sequũtur Hoſt.& Car.& ſuadentur rõne, quia ceſſat cã priuilegii, ergo debet ceſſare priuilegium, l.Titia, §.vineas, ff.de leg.2 63.diſ. can.quia S.Romana, §.verum. ſed in cõtrarium facit, quia põt canonici conuertere ſuperexcreſcentes fructus in alios vſus, d.ca. fi. Crederem, q ſola ſuperexcreſcentia non rumpat priuilegiũ per hanc rõnem. Sed credo etiam, q deciſio Inno. q valeat impetratio alterius, qui non fecit mentionem de certo numero, vera ſit. Rõ, quia poſtq̃ tenentur canonici ſuperexcreſcentes fructus conuertere in pios vſus, d.c.fi. iuſtius eſt, q conuertantur in p̃bendam, pro eo, qui impetrauit, arg c 1.& cap autoritate, de inſtit. ¶ Glo.in uerbo receperunt, format quinq; q̃ões. Primo quęrit, an poſſit eſſe canonicus ſine pręb enda? Iſtam qõ. expediui in notabilibus. Secundo quęrit, quę differentia ſit inter ca-
170 noniam, † & pręb endam? Et rñdet, q canonia eſt ius prouenienſ ex electione, & receptione in fratrem. Pręb enda uero eſt ius procedens ex inſtitutione, & officio. Et ſequuntur cõiter Doct. ¶ Tu vero pro intelligentia dicas, q p̃benda poteſt ſumi quinq; modis. Primò proprie, & ſtricte p iure percipiendi certos prouentus in eccleſia, rõne diuini officij cui inſiſtit tanquã vnus de capitulo, & ſic tanquã canonicus & iſtud ius oritur ex canonia. Nã ex quo quis eſt canonicus, per cõſis & p̃bendã habere debet. c.relatum, de pręben.& c.cum ſuper, de conceſſio.p̃b. Et iſto mõ loquitur gl.iſta, dũ dicit, q p̃benda eſt ius, &c. ¶ Secundo modo ſumitur large pro ol iure percipiendi certos prouentus in eccleſia, rõne diuini officii, cui qs inſiſtit, nõ tanquã canonicus, ſed tanq̃ ſeruiens in diuinis, c.cũ in eccleſia, de pręb end.lib.6. Et iſto mõ nõ põt ſtare diffinitio gl. niſi uerbum, ex inſtitutione, intelligatur large pro deputatione ad illud ſeruitium. Tertio mõ capitur largius, p iure percipiendi certos redditus non ratione diuini officii, ſed rõne laboris alicuius temporalis, puta, quia aduocatus eſt, uel magiſter uel ſeruitor eccleſię c.fi. J.de mag. Et iſto modo non procedit diffinitio glo. Sed uerificatur bene id, quod gl.dicit in 3.par. q laicus poteſt eſſe p̃bẽdatus in eccleſia, qđ utiq; verum, ſi ſit aduocatus, & ſic ratione tpalis laboris conſequitur laicus p̃bendas. ¶ Quarto modo põt capi largiſſime, p una poſſeſſione, ſeu pdio aſſignato alicui in p̃bendã, c.ſępe fit, 1 2.q.2.c.poſſeſſiones, 16.q.1.& ita capitur, qñ p̃bẽdę ſunt diſtinctę in eccleſia, & cuilibet eſt aſſignatum certum prędium, ſm Pan.in c.dilectus filius, 2.colu.pen. J.de pręben. dicens, q ita ſumit ſm cõem vſum loquendi, & iſto modo põt procedere dictum gl. q laicus poteſt hr̃e pręb endã in eccleſia, vt ſeruar in eccleſia ſancti Martini Carnotenſis, ſm Cõp.& Abb.hic, & ſcripſi in c.2. J.de iud.in 2v.& 2vi.q.vlt. partis. ¶ Vltimo ſumi põt pro fructibus, & obuentionibus, qui percipiuntur in eccleſia, qui vendi poſſunt, c.2. J.de loca.cap. fin.ne pręla. vices ſuas. facit tex.in c. propoſuit, de filiis presby. ¶ Iſtis ſic diſcuſſis, patet quęnã ſit dr̃ia inter canoniam, & pręb ẽdam. Si.n. ſummatur pręb ẽda proprie, tunc differunt origine, & effectu. Origine, quia pręb enda naſcitur ex canonia, & eſt quaſi eius filia. Effectu, quia ex iure canonię conſequitur canonicus ea, q̃ ſunt diuini officii, vt ſedere in choro, cãtare, & alia huiuſcemodi. Ex iure pręb endę conſequitur canonicus ius percipiendi fructus, penſiones, decimas, & ſimilia debita, ratione pręb ẽdę. Sed aduerte inquantum dixi, q pręb ẽda eſt filia canonię, quia in cõtrarium obſtat una deciſio Comp.hic, & Car.in clemen.fin.2.qõ. de pręb end. quę vult, q collata pręb enda annexa canonicatui, intelligitur collatus canonicatus. Solu. iſta deciſio non obſtat, quia ordine intellectuali prius intelligitur collatus canonicatus. Vel poteſt dici, ſecundum Car q canonia eſt duplex. Vna, quę adhęret pręb endę, & una non poteſt eſſe ſine altera, quod eſt, quãdo pręb enda eſt annexa canonicatui. Altera uero eſt de per ſe ad tempus, ſed finaliter conſolidatur pręb enda, ut quando papa conferri mandat canonicatum, nulla pręb ẽda uacãte. Et hac forma utitur cõiter curia Romana, c.ſi clericus, in fin.& ibi glo.de pręb.lib.6. Et in iſtis terminis loquuntur ea, quę dixi in notabilibus. ¶ Iuxta pręmiſſa dubitatur, an pręb ẽda ſit

17 ius ſpirituale, † vel tpale? Breuiter ſi ṗbenda capiatur proprie
& ſtricte, tunc eſt ius ſpuale, c. dilecto, J. de ṗben. quia procedit
ex canonia, q̃ eſt ius ſpuale. Idē dicerem, ſi capiatur ſecūdo mō,
qn ꝑpetit rōne diuini officij. Cui pars inſiſtit, non tanq̃ canoni-
cus, ſed tanq̃ capellanus, ſeu ſacerdos, vt in d. c. cum in eccleſia,
quia tale ius ꝓcedit ēt ex ſpiritualitate, & eſt cum ea connexū.
Si vero ſumatur alijs modis, tunc dicendum ꝙ ſit quid tpale. Et
iſta ſigna, quia vtilia ad cognoſcendū, an pro iſtis ṗbendis com
172 mittatur ſimonia. Tertio q̃rit glo. an laicus † poſſit habere ṗ-
bendam in eccleſia? & videt, ꝙ ſic, ſequuntur alij *communiter*, vt
s. Tu dic, ꝙ laicus non pōt hēre ṗbendam canonicalē, nec ṗben-
dā, q̃ ſit ius ſpirituale. Quia laicus incapax eſt ſpiritualiū, c. Maſ-
ſana, & c. ſacroſanctis, de electio. Sed ṗben tā (prout eſt quid tē-
porale) pōt, & tō laicus hñs ṗbendam, non hēt ius dādi vocem
in capitulo, in electionibus canonicorū, ſm Inno. & Card. hic,
niſi eſſet laicus conuerſus, qui ius illud dandi vocē in electioni
bus ꝑcipiſſet, ſm gl. in c. ex eo, in glo. pe. de electio. lib. ſexto.
¶ Quarto gl. quærit, an cui ꝯfertur ṗbenda, cenſeatur collatus
173 † canonicatus? Rñdet glo. ꝙ nō, qa licet valeat ꝯña, iſte eſt ca-
nonicus, ergo dēt hēre ṗbendam: non tñ valet ꝯña ꝯña, habet
ṗbendā, ergo dēt hēre canonicatum, ut patet ex ṗmiſſis. ¶ Fallit
iſta ꝯcl. gl. in ṗbēda ꝯſueta ꝯferri canonico, ſm Pan. poſt alios
communiter hic, arg. in c. tranſlato, ſ. eo tranſeunt Doct. per text.
in c. pertinuit, J. de appel. & per alia, de quibus hic p Fel. ¶ Tu
adde, ꝙ iſta fallentia pōt procedere, ſi ṗbenda ſit annexa canoni-
catui, arg. c. ſuper eo, de ṗben. lib. 6 nam ad ſuum cōcretū trahi-
tur omne diſpoſitū, l. 1. ſi proprietatis, ff de iure dot. Si vero ſit ſo-
lum cōſueta dari canonico, tunc crederē non procedere p text.
in c. pen. de magiſt. vbi dī, ꝙ magiſtro aſſignetur prouentus v-
nius ṗbendæ, & ſic tex. ṗſupponit poſſe ſibi aſſignari ṗbendam
conſuetam conferri canonicis, cum dicat vnius in gñe, & tñ di-
cit, ꝙ ꝓpterea non efficitur canonicus. ¶ Quinto glo. quærit, an
oīs canonicus habeat vocē in capitulo, dicam J. in gl. in verſi. vl-
tra iurare. ¶ Glo. in verbo, nihil perciperent, opponit cōtra tex.
ꝙ receptio M. & ſociorum, eſſet ſimoniaca ꝑ pactū, ꝙ nihil
perciperent de canonia, c. dilectus filius, J. de præben. q text. non
probat ſm Abb. & alios, ſed melius probatur in c. per tuas, J.
de ſimo. ¶ Glo. rñdet dupl̃r, ſed prima ſolutio nihil valet, quia
repugnat līē. Secundo ſoluit, ꝙ hic nullum pactū interuenit,
quia canonici ſimpl̃r eos elegerunt. Sed ēt iſta non eſt vera, qa
elegerunt cum conditione, ꝙ electi nihil perciperent, &c. Tertia
ſolutio Card. ꝙ hic nullū interuenit pactū, quia nō apparet, ꝙ
recepti conſenſerint proteſtationi. ¶ No. magnum verbum, ꝙ
valet electio facta ſub conditione ſi non apparet, ꝙ electus cō
ſenſerit conditioni. Quod certe ſi uerum eſt, mirabiliter reſtrin
git tex. in c. 2. de elect. lib. 6. Pro hoc tñ facit tex. in c. fi. de euno.
appoſi. iunctis his, q̃ ibi dicit Inno & ſ. tetigi. ¶ Et illud facit ad
174 vnum, de quo in facto ꝑ̄diē dubitabatur, an renunciatio † be-
neficij facta cū proteſtatione, ꝙ alteri conferatur, valeat? diceba
tur ꝙ non, quia ſimoniaca, ſm glo. in c. ex parte, vbi Mod. J. de
offi. deleg. Ego dicebā, ꝙ valet niſi appareat, ꝙ ſit deductum in
pactū, ꝙ alteri conferatur, ut declarat Pan. in d. c. dilecto, J. de ṗ-
ben. verum cum non appareat epm, in cuius manibus fiebat re
nunciatio, conſenſiſſe proteſtationi renunciantis, videretur va-
lere, & pro hoc facit pñs ſolutio Card. hic. Niſi forte dixeris, ꝙ
ſi epſ illi poſtea beneficium conferat, præſumatur conſenſiſſe.
Ab exordio enim tit. poſterior formatur euentus, l. 2. C. quan-
do, & quibus 4. pars. ſuſtinendo tamen collationem, poſſet di-
ci, ꝙ cū proteſtatio ſit contra ius, epiſcopus præſumatur in actu
renunciationis diſſenſiſſe proteſtationi, d. c. fi. Non obſt. quod
poſt illi contulerit, quia potuit conferre [illegible], tanquā beneme-
rito, d. c. dilecto. Vnde non ſequitur neceſſario, ꝙ contulerit vi-
gore proteſtationis, neque pacti, ergo &c. Conſulo tñ ꝙ renun
cians renunciet pure, & ſimpliciter: rogando epiſcopum, ut be
neficium reſignatum conferat tali, ſi idoneus repertus fuerit, &
ſibi conferre placuerit. Nam tales preces cum porrigantur, p
d. c. tuo, non inducunt ſimoniā, c. tua nos, de ſimo & ſupra dixi.
¶ Quarta fuit ſolutio Inn. ꝙ nulla interuenerit pactio, & conſe-
quenter nec ſimonia. Non obſtat, inquantū in tex. dicitur ꝙ iſti
fuerunt electi cum hoc, ꝙ nihil de canonia perciperent, quia ex
ſtatuto eccleſię ita diſponebatur, merito electio non poteſt dici
ſimoniaca. Dato enim, ꝙ ſtatutum non valeret: qa tamen tem
pore electionis nullum pactum de obſeruando ſtatutum inter-
uenit, nō poteſt dici, ꝙ pretio, uel pacto ſequuta fuerit electio.
¶ Circa hanc ſolutionem uidendum eſt, an ſtatutum, vel con-
ſuetudo diſponens, quod aliquid detur, vel remittatur pro ſpiri
175 tuali conſequendo, † valeat? Pan. & alij *communiter* hic con-
cludunt, ꝙ non, per text. in cap. non ſatis, &c. veniens, infra de
ſimo. & hoc eſt clarum ſi ſtatutum, vel conſuetudo diſponit, ꝙ
detur, vel remittatur aliquid ad priuatam vtilitatem conferen-
tium ſpiritualia pro temporali. Nam cum talis conſuetudo ſit
peccati nutritiua, non valet, cap. fin. infra de conſuetu. & iſta cō
cluſio probatur etiam, quia omne quod prohibetur fieri per
pactum, etiam prohibetur fieri per ſtatutū, ſm glo. in rub. C. de
decre. Decurio. lib. 10. ¶ Sed dubium eſt, qđ ſi conſuetudo, vel
176 ſtatutū diſponat aliquid dandum, vel remittendum † in vtilita
tem publicam? Puta pro fabrica conſtruenda, vel pro paramē-
tis faciendis. Hoſt. & Card. & Imo. volunt, ꝙ valeant, nec com-
mittatur ſimonia, ēt ſi in pactum deducatur per tex in c. ſigni
ficatum, de præben. qui tex. mihi non probat, qa ibi ſm Io. An.
debetur ſpirituale pro ſpūali, qđ licet, c. ad q̃ōnes, de re. permu.
Hinc eſt, ꝙ valet electio alicuius in canonicum, cū pacto, ꝙ do
ceat, ſm Pan. in c. pen. J. de magi. quia ſcientia eſt quid ſpiritua-
le. Pro iſta opi. facit tex. in c. ſi ꝑ tua debita, in fin. & qđ ibi no-
tatur de ſolut. lib. 6. vbi valet cōſuetudo, vel ſtatutū, ꝙ benefi-
ciatus teneatur dare fructus vnius anni, uel plurium ſui benefi-
cij, pro fabrica eccleſię. Sed tu. Poteſt dici, ꝙ illud eſt onus iniun
ctum bñficio, non perſonæ, & idō non committitur ſimonia, vt dicit
gl. in d. c. ſignificatū. ¶ Contrariū tenet Gem. hic. p tex. in c. ex
multis, 1. q. 3. Et pro iſta parte facit tex. in c. tua nos, de ſimo. vbi
non valet pactum, ꝙ is, qui dēt recipi, offerat oīa bona ſua eccle
ſiæ. Quid tenendū? Pan. diſtinguit inter ſtatutū, & cōſuetudinē,
ꝙ ſtatutum non valeat, qa habet principium ꝑcitum, & neceſſi
tatiuum. Conſuetudo vero valeat, qa hēt principium volunta-
riū & licitum, p tex. in c. ad apoſtolicam, J de ſimo. ¶ Tu aduer
te, qa ille tex. ſm Inn. & Card. poſt gl. non loquitur de conſue-
tudine, qđ aliquid detur pro exequijs mortuorū, vel bñdictio-
nib. nubentiū, qa illa ꝯſuetudo dānat, in c. cum in eccleſiæ ſuę,
eo. tit. & tex. in d. c. ad apoſtolicā, in prin. dānat ſacerdotes aliqđ
extorquentes. loquitur de alia laudabili cōſuetudine laicorum,
puta ꝙ populus teneatur oī anno facere eleemoſynā alicui pio
loco, prout voluit Bar. in l. priuilegia, C. de ſacroſan. eccl. & Fe-
ly. in c. ſeq. col. 38. alias ſi intelligeretur de conſuetudine dādi ali
quid tpale pro ſpirituali, non eſſet laudabilis. ¶ Facias ergo cō-
cluſionē, ꝙ pactū, ꝯſuetudo, vel ſtatutum, non valēt, ne videan
tur ſpūalia vendi, d. c. ex multis, ēt qđ id, qđ dat, vel remittitur, ve
niat applicādū eccleſiæ, vel alicui pio loco. Non obſt. ꝙ conſue
tudo potuerit habere principiū voluntarium. Quia ad inducen
dum delictum ſimonię, inſpicitur ipſum quod datur temporale ꝓ
ſpūali, & tūc conſuetudo iam inducta neceſſitat ſicut ſtatutum,
ſm Mod. & bene. ¶ Fallit primo in pacto facto poſt traditionē
rei ſpiritualis, quia illud obſeruandum eſt ſm Io. And. Pan. &
cōiter alios, in c. veniens, 1. J. de teſtib. Sequitur Felyn. in c. tua
nos, de ſimo. ſed ego dubito, ne iſta fallentia ſit falſa, per tex. in
c. eos, 1. q. 1. & c. ſancimus, 1. q. 7. niſi poſt traditionem ſpiritua-
lium, pro eleemoſyna aliquid detur: ſed ſi pro ſpūalibus ali-
quid detur ſiue ante, ſiue poſt, ſimonia cōmittitur. ¶ Fallit ſecū
do in pacto dandi id, ad qđ poſſet receptus poſt ſuam receptio-
177 nem † compelli. Exemplū, ſi fiat pactū, ꝙ receptus teneatur ter
tiam partē fructuum expēdere in reparationē ſuæ eccleſiæ egē
tis tunc reparatione, quā de iure tenebatur reſtaurare, ca. de his. de
eccleſ. ædifican. ſm Deci. conſi. 108. Viſo inſtrumēto, p totum.
Ad tex. in c. ex multis. reſpondet, qđ loquitur in promiſſione fa
cta pro fabrica aliarum eccleſiarum, non pro fabrica ſuę eccle-
ſiæ. Sed certe idem eſſet ſi pro fabrica ſuę eccleſiæ, ſi reparatio
ne non egeret, vel ſi per pactum aliter obligaretur, quam de iu-
re cōmuni teneatur: ſecus ſi pactū ad ius cōe inferatur. Ratio,
quia pactū iuri cōſonans, non inducit ſimoniam, ſm iſtā glo.
in prima ſolōne, q̃ ad hoc notant d. Anto. & Imo. hic. Ad idem
tex. cum gl. in c. ſignificaſti, J. de elect. & in c. paſtoralis, 7. q. 1. &
in c. relatum, J. de præben. Pulchre Gem. conſi. 84. col. 2. ¶ Fal-
178 lit tertio in ſtatuto, vel conſuetudine, quæ imponunt onus be-
neficio, quia valent. Et promittens ea ſoluere, non peccat. Ita
procedit tex. in d. c. ſi propter tua debita. & ita loquitur glo. ap-
probata in d. c. ſignificatum. ¶ Fallit quarto, ſi recipiens aliqđ
179 ſpirituale, † ſponte daret aliquid tpale, qa non eſſet ſimonia,
ſm Pan. hic, p tex. in c. emendari, 1. q. 1. & ibi glo. & in c. & ſi quæ-
ſtiones, J. de ſimo. ¶ Circa iſtam fallen. aduerte ad duo. Primo
aduerte, ꝙ licet iſta ſit *communis* opinio, qđ liceat aliquid ſponte
dare, prout tenet Arch. in d. c. eos, poſt Goffre. Ioan. & Vinc. &
ſequuntur cōiter Doct. hic. tñ mihi vr̄ contrarium eſſe de meri
te iuris. Probo, quia tex. in d. c. emendari, loquitur in ſponte ſol
uentibus prout ſolebant, & tñ prohibet ea rōne, ne videatur ſa-
cerdos pretio diſtrahere ſpiritualia. Nam ſi loqueretur in ſol-
uente ex pacto, iam non videretur diſtrahere, imò vere diſtra-
heret. Secundo probo, qa ratio quare prohibetur, ne detur ali-
quid tpale pro ſpūale, ea eſt ne qs credat donū Dei poſſe pecu-
nia poſſideri. Et qa accipiens pecuniam, gratia ſpiritusſancti nō
habet, d. c. eos. Iſtę rōnes militant qualitercunque detur, vel ac-
cipiatur pecunia, ſiue ex pacto, ſiue ſponte, ſiue reſpectiue pro
ſpūalibus capiant. Non ob. tex. in c. & ſi quæſtiones, qa palafre-
nus, de quo ibi, non fuit traditus Cardinali pro pallio reſpecti-
ue, ſed alia intentione, ut clare dī ibi in litera. Ergo a contrario
ſi ea intentione traditus fuiſſet, ut fratri pallium traderet, fuiſ-
ſet ſimonia, dato, qđ ſponte oblatus fuiſſet. Et ſic eſt ibi etiā tex.
pro iſta parte, quā arbitror & iuridicā, & veram. Quā cōprobo
alia

alis ratione vbicunq; exactio eſt prohibita ſub pœna, quia il-
licita ex parte recipientis tunc & ſi recipiatur a ſponte ſoluen-
tib. nihilominus habet locum pœna, ſm Bar. in l. mutuus §. 1. ff.
de reg. iur. Non ob. tex. in c. dilectus, 2. j. de ſimo. & in c. placuit,
& in ſumma, 1. q. 2. & ſimilia iura dicentia licere clericis capere
ſponte munera oblata, quia loquuntur de munerib. gratis da-
tis, nõ de datis reſpectiue pro ſpiritualibus. Nam ſi reſpectiue den
tur, vel capiantur, non poſſunt dici munera gratis data. Et ideo
laudarem, ꝙ volentes aliquid a ſponte dantibus & non reſpe-
ctiue accipere, non acciperent tempore, quo præſtant ſpiritua-
lia, ne videantur illa pretio diſtrahere, vt dr̃ in d. cap. emendari.
Secundo aduerte, inquantum Pan. poſt Inn. vult, iſtam fallen-
tiam procedere, ēt ſi caueretur ſtatuto, vt tantundem ſolui de-
beat, quantum ſponte ſolutum fuit, quia in contrarium obſtat text.
ſingularis in l. nouiſſime, ff. quod falſo tut. Per quem tex. tradi-
tur regula, ꝙ ſciens ſe poſſe compelli, non poteſt dici ſponte
facere. Ita ergo in caſu iſto, vbi ſoluens ſciebat ſe poſſe uigore
ſtatuti compelli, non deberet dici ſponte ſoluiſſe. ¶ Pro reſolu
tione conſidera duos caſus. Primus eſt, qñ conſtat ꝙ ſponte
ſoluit. Et in iſtis terminis clare procedit fallentia ſm cõem ſen
tentiam. Secundus caſus, qñ non conſtat. Et tunc quantum ad
terminos noſtros, dicerem eam fallentiam procedere, quia cũ
ſtatutum non valeat, non poteſt dici, ꝙ ſoluens ſoluerit metu,
ne cõpelleretur. Quod credo verum, niſi appareret, quod reci-
pientes vellent illud hẽre in uim, executionem ſtatuti. Puta ſi
legerent ſibi illud, & receptus ſimpliciter ſolueret, vt dicit hic
Pan. tunc eſſet hic ſimonia, cum ſoluens ſciat recipientem exi
gere illud in uim ſtatuti. Et in iſtis terminis loquitur tex. in c. di
lectus, 2. inf. de ſimo. ¶ Extra iſtum caſum, an ſciens ſe poſſe cõ
pelli, præſumatur metu ne compellatur, † vel ſponte actum fa
180 cere? Inſtant Fel. & Mod. hic, concludentes præſumendum eſſe
in dubio, ꝙ ſolutio ſit metu ſtatuti, per tex. in d. l. nouiſſime,
qui non probat, ſecundum Dec. Melius facit l. velle non credi-
tur, ff. de reg. iur. & ita tenent Io. An. in c. pen. de iurepatro. in
regula, bona fides, de reg. iur. Pet. de Anch. in c. præſenti, de cen
ſi. cit. n. metus ſtatuti iuſtus, & terribilis metus, ſecundum Bal.
in l. omnem, ad fin. C. ad Tertu. Terret. n. ſemper, cum ſemper
loquatur, ſm Cy. in l. cum te, C. quod metus cau. & ita etiã vo-
luit Bar. in l. ſi creditor, ff. de ſolut. ſequuntur Io. Ant. Inn. &
cõiter alij in c. 1. inſ. de offic. dele. Comprobat Decius, ut hic per
eum. Tu adde Ang. in l. liber homo, ff. de acq. rerum dom. &
in l. liber homo, ff. de hæt. inſt. Alex. conſi. 57. c. ſi. fin. lib. 1. Deci.
conſi. 174. In cauſa, quę proponitur, col. fin. ¶ Secundo aduer-
te, quia non uidetur metus probabilis. Aut enim ſtatutum eſt
æquum, & iuſtum, & geſta per talem metum manutenenda
ſunt, & non reſcindenda, ſecundum Bal. in l. 2. ff. de his, qui per
me. iud. non appel. & eſt gl. in l. qui in aliena §. fi. ff. de acquir.
hæred. uoluit Bar. in l. de pupillo. § ſi quis ipſi prætori, in 8. q. ff.
de nouo oper nunc. Dec. ſate conſ. 45. 3. dubio. Aut ſtatutum
eſt iniuſtum, & nullum, & tunc ſoluens non poteſt dici metu
ſoluere, cum poſſit de nullitate ſtatuti opponere, l. 1. in fin. ff. de
excep. doli. l. ſi. u. veriſſimum, ꝙ allegans metum iudicis, uel ſta
tuti, non auditur, ſi non fecit debitam reſiſtentiam, l. 2. §. 1. ver.
aut ſi cum reſtitiſſet, & ibi Pau. de Caſt. ff. de iud. Solum opera-
tur metus ſtatuti iniuſti (aduerſus cuius iniquitatem non fuit
facta reſiſtentia) ut obediens excuſetur a dolo, licet non excuſe
tur a culpa, ſecundum Alex. conſi. 35. Viſo themate. facit, quia
quælibet cauſa etiam leuis, excuſat a dolo, ſecundum glo. in l.
ſi plagij, C. ad leg. Flauiam de plagia. Item operatur, ꝙ actus
non dicatur factus ſpõte, licet talis metus non ſemper excuſet.
¶ Ex præmiſſis reſiditur dubitabilis deciſio Sal. in l. fi. C. de iud.
quam ſequitur Alex. in l. 1. col. ante p. ff. ſol. mat. vbi vult, ꝙ com
181 promiſſum factum inter duos aguatos, † non præſumatur fa-
ctum metu ſtatuti, iubentis fieri compromiſſum, niſi appareat.
Ideo dat cautelam, ꝙ ſcribatur in inſtrumento factum fuiſſe
compromiſſum in executionem ſtatuti. Iſtud vr̃ falſum p præ
dicta ſm Dec. hic tenentem contrarium, & ante eũ contrarium tenuit Pe.
de Anc. quem refert & ſequitur Are. conſ. 24. Quatuor dubia,
col. pen. Quid tenendum? Forte dictum Sal. iuridicum eſt, quia
præmiſſa procedunt in his, quæ communiter fieri ſolẽt ſolum
a coacto, ſecus in his, quę fieri communiter ſolent etiam ſpon
te, ut compromittere, ſecundum Fel. in c. fi. inf. de re iud. ubi ſe-
quitur hac ratione dictum Sal. ¶ Glo. in verſic. per induſtriam.
182 opponit quod acquiſita per induſtriam, † non fuerint conuer
tenda in præbendas pro nouis canonicis, ne diligentes doleant
operam dediſſe agriculturæ ſine fructu, l. fi. C. de alluuio. ne la-
bore ſuo defraudentur, cap. 1. inſ. de in integ. reſtitut. Glo. obiicu
re reſpondet, quod ſibi habent imputare aliqui canonici, quia
præiudicarunt ſibi recipiendo alios de nouo. Fraudantur enim
ſuo labore propter eorum factum, ideo non doleant. Iſta ſolu
tio præſupponit, quod ſi nouos nõ recepiſſent, quod induſtrio
ſi gauiſi fuiſſent ſua induſtria, quod uidetur falſum. Quia ſem-
per coguntur ſuperabundantes fructus conuertere in pios
vſus, §. fi. 12 q. 1. ¶ Scdo rñdet Bal. ꝙ diligens in re propria non
dẽt fraudari ſua diligentia, ſecus in re cõi, vt hic. Sed certe bo-
na eccleſiæ non dñt cõia inter eccleſiam, & canonicos, imo ca-
nonici ſunt tm̃ vſuarij, vt dixi in notabilibus. Sed ſolutio ſtare
põt, quia Bald. loquitur de re cõi, quantum ad vſum, vt dicitur in d.
§. fin. ¶ Tertio reſpondet Abb. ꝙ diligentia non debet cedere
commodo antiquorum canonicorum, quia ad illa tenebantur. ſe-
cus in d. l. 1. ¶ Item glo. opponit, ꝙ nõ tenerentur recipere hos
183 nouos canonicos ad cõionẽ † eorũ, quæ ex induſtria acquiſiue-
runt, quia nemo cogitur alium in ſocium hr̃e, l. qui admittitur,
ff. pro ſoc. glo. rñdet, ꝙ ſibi imputent, ſi ſemel eos in ſocios ad-
miſerunt. Vñ nunc tenentur de cõibus redditibus partem eis fa
cere. Et ideo dicebat Bald. ꝙ hic non cõpelluntur ad cõionem, ſed
ad diuiſionem. Secundo reſpondet Hoſt. ꝙ quantum ad præ-
bendas proprias, non coguntur eos habere in ſocios, & ſic aug-
mentum præbendarum cedit commodo ipſorũ. Sed quantum ad
menſam cõem, non refert vnde augmentũ proueniet, & iſtud
voluit dicere gl. in vltimis verbis, allegando c. fi. j. de verb. ſign.
¶ Nota iſtam ſolutionem. Ex qua habes elicere, quod augmẽ-
184 tum alluuionis † accreſcit pbendis formatis, & non formman-
dis. Iſtud fatetur in effectu Pan. licet velit, ꝙ epũs poſſit ſimul
cum capitulo ex præbenda ſuperabundanti aliquid ſubtrahere
pro neceſſitatibus aliorum canonicorum non habentium præ
bendas, vel habentium præbendas tenues. Pro quo eſt tex. in c.
vacante, j. de præben. Contrarium tenet Bald. quia pbenda eſt
taxata, l. in agris, ff. de acq. rerum domi. Et hoc verum dicit, ſi
prædia aſſignata præbẽdæ eſſent limitata, alias ergo ſecus. Scdo
per iſtum text. vbi ſuperexcreſcentia redditiuum accedit præ-
bendis formandis, ergo & augmentum alluuionis. ſed iſte tex.
loquitur in ſuperexcreſcentia redditũum eccleſiæ, non aũt de
ſu, erexcreſcentia vnius pbendę lõ opi. Hoſt. vr̃ verior, per tex.
in l. ſi proprietati, ff. de iure dot. ¶ Glo. in verſ. ad præbendas
vacaturas, opponit de c. dilectus filius, j. de præben. vbi dicitur,
quod eſt contra Lateranenſe Concilium recipere aliquem in ca-
185 nonicum † ad vacaturam præbendam. Innocentius fatetur
contrarium. Ad iſtum tex. reſpondetur dupliciter. Primo, quod
hic ſimpliciter iſti fuerunt recepti in canonicos. Sed iſta ſolu-
tio aliqualiter cõtradicit literæ. Secunda fuit ſolutio, ꝙ iſte tex.
continet gratiam. Sed illud reprehenditur per glo. quia de iu-
re communi valet receptio in canonicum, cum expectatione
præbendæ. d. c. dilectus. Dic, ꝙ Inn. non voluit dicere, ꝙ hic con
tineatur grã reſpectu receptionis in canonicos de pñti, ſed re-
ſpectu promiſſionis, de vacaturis præbendis. Tertia fuit ſolutio
glo. ibi, & in c. 2. de conceſ. præben. Panor. hic, & ibi, quod pro-
miſſio præbendę vacaturæ non valeat, tanquam contra conci-
lium Lateranenſe. Non ob. inquantum dr̃, ꝙ hic agebat ad præ
bendas, quia agebatur virtute iuris acquiſiti ex receptione in
canonicum, non ex promiſſione. Et ſic Pan. vult, ꝙ ſi aliquis re-
cipiatur in canonicum de præſenti, & promittatur ſibi præben-
da proxime vacatura, quod teneat collatio canonicatus, & pro
☞ miſſio vitietur. Et iſta eſt cõis Doct. ſententia per tex. in d. c. di-
lectus. Contrariũ tenet Deci. hic, volens ꝙ ēt teneat promiſſio
per tex. in c. relatum, j. de præben. & quia promiſſio habet fo-
mentum iuris, cum non debeat carere pbenda, qui in canonicũ
eſt receptus, c. cum ſuper, de conceſ. præben. Et quia qñ promit
titur, ꝙ de iure cõi debetur, non eſt ſimonia, vt ſ. dixi. Ego nullo
mõ recederem a cõi, quia rõ quare prohibet promiſſio pbendæ
vacaturæ eſt, vt euitetur votũ captandæ mortis, d. c. 2. de cõceſ.
pben. iſta rõ militat ēt, qñ collato canonicatu promittitur præ-
benda vacatura. Non obſt. dum dr̃, ꝙ iſta promiſſio continet
idẽ, quod de iure cõi tacite ſubintelligebatur. Quia alio mõ ex-
primit, q̃ inſit, ergo expreſſio vitiabitur, arg. l. ſi ita, §. illi ſi volet,
ff. de leg. 1. Non collato canonicatu per capitulum, ſeu ordina-
rium, præbenda vacatura non eſt affecta, quo minus ea vacan-
te non poſſit alteri conferri, ſm Pan. poſt Inn. & alios in c. cum ęg
cętera, j. de præben. Sed qñ vacatura præbenda promittitur, ſi pro
miſſio obligaret, præbenda eſſet quodammodo affecta & ius ca-
nonico acquiſitũ ad vacaturam. Quod ius ad vacaturam nullus
inferior pp votum captandæ mortis dare alicui põt. Ideo pro-
miſſio dr̃ aliter facta, q tacite de iure cõi ſubintelligeretur, merito
to tanq̃ concilium Lateranenſe facta non valet. Non obſt. tex.
d. c. relatum, quia & ſi Papa mandet præbendam conferri iuxta
promiſſa, non tñ ex promiſſione ius aliquod erat acquiſitum
canonico, ſed ad maiorẽ aggrauationẽ capituli recuſantis con-
ferre pbenda, Papa ponderat illam promiſſionem, ſm Pan. in d.
c. dilectus. ¶ Gl. in verbo, vltra numerum, quærit, an recepti vl-
186 tra numerum, † ante adeptam præbendam, habeant vocem in
capitulo, diſtributiones quotidianas, & alia iura canoniæ? In
illo puncto reperiuntur tres opiniones. Tu perſtringendo rẽ,
rñdeas, ꝙ recepti vltra numerũ habent ſtatim omnia iura cano
niæ, & põt vocem in capitulo, & ſtallum in choro, & diſtribu-
tiones quotidianas, vt probatur in c. dilectus, j. & ibi glo. & in c.
pro illorum, vbi ēt glo. j. de præben. & ēt probatur hic in argu.

¶ Secundo probatur rōne, quia in ſpūalibus acquirit̃ ius ab. q;
traditione c.ſi tibi abſenti, de præben. lib.6. Tradit̃ per Dy. in re
gula, qui prior, de reg.iur. per Iaſo. in l.quones. in 4 col. C. de
rei vendi. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ licèt acquiratur ius in beneficio
abſque traditione, non tñ acquirit̃ poſſeſſio, c. ex ore, J. de his, q̃
fiunt a maiori parte cap. l.cū hæredes, ff. de acq. poſſ. ergo non
competet ius eligendi, & ſimilia: q̃ ea ſunt iura poſſeſſionis,
non proprietatis, cap conſultationibus J. de iurepatro. c. quere-
lam J. de electio. Quia tñ dicit̃, ꝙ ſi alius reperiatur in quaſi poſ-
ſeſſione iuris eligendi, tunc proprietarius non põt vti eo iure,
quia quaſi poſſeſſio occupatur ab altero. Ita procedunt præal-
legata. Secus ſi quaſi poſſeſſio vacat, quia tunc rõne proprieta-
tis, & tituli, competit proprietario ius eligẽdi, ſm Inno. in c. Cu-
mana. J. de electio. traditur per Panor. in d.c. ꝯſultationib. Non
ob. ꝙ non ſit in poſſeſſione, quia illã vacantẽ pt̃ propria autho
ritate apprehendere, cap. tranſmiſſam, & ibi late Pan. J. de ele-
ctioni. Tertio pro iſta parte facit, q̃a dare vocem in electioni-
bus, eſt ius canonię, ut per gl. ſ. in ver. receperunt, in fin. & Inn.
in c. a de inſtit. Hinc eſt, ꝙ ceſſante conſuetudine, præpoſitus,
Archipresbyter, & ſimiles non habent vocem in capitulo, q̃a
non ſunt canonici, ſm Pan. in c. auditis, col. a. J. de ele. & in cap.
cum olim, col. 5. J. de re iud. Gemi. in c. ſi col. 3. de præben. lib. 6.
& Fely. hic, col. 9. Sed ex receptione in fratrẽ naſcitur iſtud ius
canonię, vt ſ. declaraui poſt gl. in ver. receperunt. Ergo quãpri-
mum quis eſt receptus in canonicum, ſtatim habebit ius dan-
di vocem. Hinc eſt, ꝙ quàmprimum quis eſt receptus in cano-
nicum eccleſię cathedralis, ſtatim poſſunt ſibi delegari cauſæ
ſecundum Gem. in c. ſtatutum, in prin. de reſcrip. in 6. ¶ Fallit
187 pluribus modis. Primo fallit, niſi in eccleſia ſit conſuetudo, † ꝙ
canonicus non poſſit adminiſtrare iura canoniæ, niſi prius
fuerit inſtallatus. Iſto caſu ad limites inſtallationis conſequitur
iura canoniæ. Si enim ſolum fuerit Inſtallatus in choro conſe-
quitur ea, quæ ſunt chori. Si fuerit inſtallatus in capitulo, ea q̃
☞ ſunt capituli, ſm Inno. Comp. Panor. & *communiter* ſcribentes
hic. & Pan. latius in d.c. tranſmiſſam. vbi concludit, ꝙ inſtalla-
tio & apprehenſio poſſeſſionis canonicatus, & beneficii, non
eſt de ſolennitate eſſentiali ceſſante conſuetudine. Et ſi diceris,
ad quid ergo iura requirunt inſtallationem? vt in c. vt noſtrũ,
de offi. Archi. R̃ndet Pan. poſt Inno. in cap. cum ſuper, col. pe-
nul. J. de cau. poſſ. & propt. ad effectum, ne uideatur propria au
thoritate apprehendere poſſeſſionem. ¶ Fallit ſecundo, ſi ſit re
188 ceptus in canonicum, cum hoc, ꝙ ſit † ſupernumerarius, quia
tunc conſtat, ꝙ noluerunt ius integrum de nouo creare, ſed ſo-
lum quoddam ius extraordinarium, & præparatorium ad fu-
turum ius integrum obtinendum illi dare, ſm Pan. & Mod. hic.
Et tale ius eſt inane, & ventoſum ſm Pan. in d.c. dilectus, i. ad fi.
J. de præben. ¶ Fallit tertio in receptis authoritate papæ, man-
dantis illos ſimpliciter recipi abſque derogatione ſtatuti de cer
189 to numero, † quia cum papa non deroget numero, videtur
velle eis dare ius pręparatorium ad futurum ius integrum ob-
tinendum, ſecundum Ioan. And. Anto. Pan. Felyn. & Mod. hic.
Tu aduerte, quia iſta fallentia non videtur poſſe ſuſtineri. Nam
aut Papa mandat cum derogatione numeri, & tunc omnes cõ
cordant, ꝙ ſtatim receptus conſequatur plenum ius canoniæ.
Aut non derogat, & tunc ſi non eſt facta mentio de numero,
mandatum non valet, c. conſtitutus, J. de reſcrip. Aut eſt facta
mentio, & tunc Papa mandando, ꝙ recipiant illum in canoni-
cum, videtur derogare numero, quia certa ſcientia habet vim
clauſulæ, non obſtante, l. idem Vlpianus, §. 1. ff. de excuſat. tuto.
Maxime in beneficialibus, in quibus non requiritur clauſula,
non obſtante, quãdo ex certa ſcientia reſcribit in præiudicium
alicuius ſecundum Anto. in c. quę in eccleſiarum, col. penul. ſ.
eo. Fely. in c. nonnulli, col. 17. in fin. J. de reſcrip. Conſidera er-
go ſi dici poſſit, ꝙ certa ſcientia in beneficialibus ſufficit, quan-
do conſtat, ꝙ reſcriptum aliàs non poſſet operari. Sed cum põt
operari abſque eo, ꝙ intelligatur diſpenſare, videretur ꝙ re-
ſcriptum ad beneficia tanquam ambitioſum ſit ſtricte inter-
pretandum, vt non contineat derogationem aliquam, arg. cap.
quamuis, de præben. in 6. ¶ Secundo aduerte, quia poſito ꝙ
iſta fallentia uera ſit, tamen debet reſtringi, ut procedat, quan-
do Papa mandat aliquem recipi in canonicum in eccleſia, in
qua eſt certus numerus canonicorum, & certus numerus præ-
bendarum, quæ ſunt canonicatibus annexæ. Iſto caſu Papa be-
ne vr̃ velle ei dare quoddam ius p̃paratorium, ad integrum ius
obtinendum, ſecus ſi in eccleſia non eſſet certus numerus pręę
bendarū canonicalium. Ratio vtriuſq; dicti eſt, quia primo ca-
ſu receptus non habet canonicatum, ſed titulum permanſurũ
cum vacante p̃benda, & illa adepta canonicatus vacet, & proui-
ſus ꝯſequatur nouũ canonicatum p aſſequutionem p̃bendę il-
li annexę. Et ideo interim dr̃ canonicus in aere, ſm Inno. in c.
dilectus, J. de p̃ben. & dixi ſ. in notabili. Secũdo vero caſu ratio
eſt, quia ubi nõ eſt certus numerus p̃bendarum canonicalium,
receptus ſtatim conſequitur integrum ius canoniæ, quod per

aſſequutionem alicuius p̃bendæ poſtea nõ extinguitur, c. ſi. de
conceſ. preb. li. 6 & iſta fuit intentio Rotę deciſ 445. Si legatus.
in nouis. ¶ Pro expeditione glo. ſi. quæro primo: Papa mandat
reuocari attentata lite pendente, de qua pendentia litis loquat,
an de lite pendente coram Epiſcopo Ferra. an de lite pendente
coram ipſo? Pan. poſt Inno & alios reſpondet, ꝙ poteſt intelli-
gi de vtraq; pendentia & intelligendo de lite pendente coram
Epiſcopo Ferra. tunc illa verba, coram Epiſcopo Ferra. debẽt
coniungi cum verbo, motam, & iſte ſenſus planus eſt. Intelli-
gendo vero de lite pendente coram papa, tunc illa verba, corã
Epiſcopo, debent coniungi cum verbo, innouata. ¶ Secundo
quæro retento primo intellectu, quę nam fuerint iſta attẽtata,
quæ ex mandato papæ veniunt irritanda? Glo. fin. exemplificat
dupliciter. Primo, ꝙ pendente lite corã Epiſcopo Ferra. vaca-
uerit vna præbenda antiqua, quam capitulum alteri contulit.
Secũdo exemplificat, ꝙ aliquis occupauerit poſſeſſiones, quas
nouiter recepti petebant ſibi pro præbendis aſſignari. Vel po
teſt dici, ꝙ capitulum alienauit poſſeſſiones, quas iſti petebant
pro ſuis præbendis. ¶ Circa primum exemplum habes collige
190 re, ꝙ collatio præbendæ † facta alteri lite pendente inter capi-
tulum, & nouiter receptum, non valet. Sed in contrarium ob-
ſtat, quia receptio alicuius in canonicum facta authoritate capi
tuli, non afficit præbendam, quin poſſit alteri cõferri, c. hi qui,
de præben. lib. 6. Notatur in cap. ſi ſoli, de conceſſio. prębend.
eo. lib. & ſup. dixi. Defendendo glo. neceſſe eſt dicere, quod p̄-
bẽda non ſit affecta ex ſola receptione, ſed poſt motam litem
affecta dicitur propter vitium litigioſi. Quod vtrum verum ſit,
patebit ex ſequentibus. ¶ Quæro tertio, an collatio præbendę
191 facta † lite pendente, & ſimiliter alienatio poſſeſſionum value
rit? Glo. noſtra tenet, quod non obſtante vitio litigioſi. Sequi-
tur Imo. & Dec. hic. Sed in contrarium obſt. quia litis penden-
192 tia ſuper actione perſonali, non inducit vitium † litigioſi, quia
ad hoc ut res dicatur litigioſa, oportet quod mota ſit quæſtio
ſuper dominio vel quaſi, & ſic quod agatur actione reali, au-
then. litigioſa, C. de litigio. Verum nouiter recepti ad præben-
dam conſequendam agunt cõdictione ex lege, videlicet ex iſto
canone, vel canone, relatum, de pręben. ſecundum aliquos, vel
officio iudicis, quæ omnia ſunt remedia perſonalia. Ergo ipſa
pręebenda, ſeu ipſa poſſeſſio, non poteſt dici litigioſa. Innoc.
Hoſt. Comp. Card. Io. And. Anto. & Panor. fatentur contrariũ.
Et ſic omnes iſti volunt, quod litis conteſt. ſuper actione perſo
nali nõ faciat rem dici poſſe litigioſam. Et idem tenet Io. And.
in cap. fin. inf. vt lite non conteſt. Bar. & Bald. in l. a. C. de litigio.
Idem tenet Pan. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, col. a. vt lite pen-
dente. Lud. Rom. conſi. 260. Pro deciſione. Bald. conſi. 40. Ma
ritus ex delicto, lib. 1. vbi ſequitur Innoc. hic. Et dicit alibi non
reperiri, quod iudicium intentatum ex officio iudicis, non in-
ducat vitium litigioſi, niſi per Innoc. hic, & conſi. 333. Statuto
ciuitatis Vincentię, lib. 3. dom. Guido Papæ quęſtio 489. vbi al-
legat Innoc. hic, & Spec. tit. de appell. §. nouiſſime, ver. Seatus.
& verſi item quia contractus. ¶ Quomodo ergo reſpondebi-
tur ad iſtum tex. Reperio dari plures reſponſiones. Prima fuit
Innoc. hic, vt refert Panor. quod pendentia litis ſuper actione
perſonali ſine officio iudicis, non operatur, quod propter vi-
tium litigioſi poſſint reuocari bona alienata, quia non ſunt li-
tigioſa, vt ſup. dixi. Niſi alienatio fuerit facta ex perfidia, quia
tunc propter perfidiam reuocatur alienatio, non autem pro-
pter vitium litigioſi. Quod dixit Panorm. eſſe diligenter notan
dum, quia ex hoc colligitur nouum remedium reuocandi at-
tentata lite pendente. ¶ Circa iſtud dictum aduertendum pu-
to, quia ſi verum eſt, effectualiter fere deſtruitur tota conclu-
ſio præmiſſa. Quia alienans rem, ad quam agebatur actione p̃-
ſonali, ſemper videtur malitioſe alienare, arg. l. ſi fundum, cap.
de rei vendic. Secundo, poſito quod etiam bona fide poſſit fie
193 ri alienatio, videndum eſt quomodo cognoſci poterit, † quod
ex perfidia facta fuerit? Panorm. Card. & Inn. volunt, quod ſi
alienatio fiat in perſonam extraneam, quod non præſumatur
facta ex perfidia, ſecus ſi fiat in perſonam ſuſpectam, puta ſi
pręebenda vacans conferatur uni ex ipſis, vel una poſſeſſio vſur-
petur per ipſos antiquos canonicos, dicentes ita uelle Innocen.
hic. Sed certe Innoc. bene vult, quod ſi iſti canonici antiqui v-
ſurpauerunt ſibi aliquas poſſeſſiones, quas petebant nouiter
recepti, quod in hoc notetur eorum perfidia. Sed quo ad pręe-
bendam indiſtincte dicit, ſiue conferatur uni ex ipſis antiquis,
ſiue aliis, quod præſumetur collatio facta ex malitia, dummo-
do fiat ſine cauſa, & iſtud videtur verius, quia abſurdum eſt di-
cere, quod hic præbendę vacantes fuerint collatę antiquis ca-
nonicis iam præbendatis in eadem eccleſia, cum nemo poſſit
duas pręebendas habere ſub eodem tecto, capit. literas, infra. de
pręebend. ¶ Iſta reſponſio Innocen. mihi non placet. Quia pa-
pa hic mandat reuocari collationes pręebendarum. & aliena-
tiones poſſeſſionum, quia fuerunt factæ lite pendente, non
autem quia fuerunt fraudulenter, & ex perfidia factæ. Et aliud
eſt

eſt reuocare alienata per caluiſianam, & ſimiles actiones competentes propter fraudes, de quibus in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de actio. Aliud vero eſt agere reuocatoria propter vitium litigioſi. ¶ Quid ergo reſpondebimus? Ad contrarium reſpondeo poſt Imol. quod litis pendentia ſuper actione perſonali non inducit vitium litigioſi, ſi agatur ſimpliciter in perſonam, puta actione ex mutuo ad mille. Ita procedit concluſio in contrarium ficta: vel ſi agatur actione perſonali ad aliquod opus fiendum in re, l. quanquam. § Iulianus, ff. de aqua plu. arcen. Secus ſi agatur actione perſonali principaliter ad ipſam rem, per tex. in l. 2. C. de litig. qui loquitur generaliter, & ibi glo. Ang. & Sal. ſequuntur iſtam opi. & hãc etiam ſignat Bar. in l. 1. ff. de leg. 2. Imo. & Fel. in c. dilecto, colum. pen. ℥. de except. Et iſta pro veritate eſt æquior opinio, quia ſi actio perſonalis ſemel in iudicio deducta, effecta eſt litigioſa, ita quod actor impeditur etiam alteri credere, vt omnea conſentiunt per text. in d. l. a ratione æqualitatis ſeruandæ æquum, & iuſtum videtur, ꝙ etiam reus poſſeſſor non poſſit alienare rem, ad quam agitur actione perſonali. eſt. n. in iudiciis ſeruanda æqualitas. l. ſi. C. de fru. & lit. expenſis. Nec debet reo licere, quod actori non conceditur. l. non debet, ff. de reg. iur. & iſtud etiam tenuit gl. in d. §. quanquam. Non obſt. text. in aute. litigioſa, & in corpore, vnde ſumitur: quia quantum ad hoc, ꝙ per ſolam citationem res efficiatur litigioſa, bene oportet, quòd agatur actione reali. Secus ſi ageretur actione perſonali ad rem, quia non efficitur res litigioſa per ſolam citationem, ſed demum poſt litem conteſtatam d. l. 2. quæ in hoc remanet incorrecta, ſm gl. ibi, & bene. ¶ Secundo poteſt reſponderi, ꝙ papa non mandat collationem præbẽdarum, & alienationem poſſeſſionum, factas pendente lite reuocari, propter vitium litigioſi, & ſic quia præbendæ, & poſſeſſiones, eſſent affectæ litigioſæ, ſed quia alienatæ lite pendente in præiudicium partis, & litis moræ. Sunt enim diuerſa remedia. Et iſta propriè fuit intentio Innocen. hic, quem ita intellexit Rota deciſio. lvi. in nouis, dicens, quòd iſta fit per viam attentati. Sed contra iſtam ſolutionem obſtat, quia pendente lite non debet poſſeſſor priuari commodo ſuæ poſſeſſionis, ca. 1. & 2. ℥. ut lite pendente. Non debet ergo capitulum priuari facultate conferendi, lite pendente, & conſequenter non debet habere locum remedium attentatorum. Ad iſtud reſpondeo verum eſſe, dummodo vtatur reus poſſeſſione ſua abſq; præiudicio litis & partis, ſecundum Cardin. poſt Pau. de Leaz. in cle. 2. column. 4. vt lite pendente. Sed in caſu noſtro, ſi diceremus pendente lite licere capitulo conferre præbendas, & alienare poſſeſſiones, iudicium poſſet fieri illuſorium contra cap. cauſam quæ, ℥. de iudi. Fruſtrarentur. n. actores ſua intentione; & ſi obtinerent, nihil conſequerentur. ¶ Quarto retento ſecundo intellectu, quæro de quibus innouationibus loquatur text. Innocen. reſpondet, ꝙ loquitur de proceſſu facto coram epiſcopo Ferra. poſt motam litem coram Papa, qui proceſſus eſt nullus ratione deficiẽtis. Quia papa incipiendo cognoſcere de aliqua cauſa, videtur eam auocare a manibus ordinarii, c. vt noſtrum, ℥. de app. quod an verum ſit, late inſiſtit Pan. ex cuius dictis colligo infraſcriptas concluſiones. ¶ Prima concluſio. Papa expreſſe auocando ad ſe cauſam, videtur illam eripere † de manibus ordinarii,

194 cap. vt noſtrum, ℥. de appel. Idem in quocunque inferiore habente poteſtatem auocandi, l. iudicium ſoluitur, ff. de iur. Idẽ ſi ſuperior mandet referri ſtatum cauſæ, quia interim pendente relatione, ligatæ ſunt manus ordinarii, lege 1. C. de relatio.

195 ¶ † Scias tñ, ꝙ legatus non habet poteſtatem auocandi cauſas ab ordinariis, ſm Spe. tit. de leg. §. nunc oſtendendum, uer. præmiſſa, & uer. legatus. Et probatur in c. peruenit, 1 1. q. 1. ſequitur Pan. in c. 2. col. 2. ℥. de offi. legat. Et Gem. in ca. 1. in prin. de foro competen. lib. 6. Ratio eſt, quia ordinarius concurrit cum legato in iuriſdictione, adeo quod locus eſt præuentioni, cap. ſi a ſede, de præben. in 6. Et ideo Archiepiſcopus non poſſet cauſam auocare ab epiſcopis ſuæ prouinciæ, quia inter eos locus eſt præuentioni, ut notatur in c. paſtoralis, ℥. de offi. ord.

¶ Amplia, ut procedat in tantum quod inferior, a cuius manib. cauſa eſt auocata per papam, non poſſet etiam de conſenſu partium ſe de ea intromittere, c. bonæ, 2. ℥. de poſtu. prælat. ubi aſſignatur rõ, ne iudicium papæ in poteſtate partium conſiſtere uideatur, poſſintque ſi uelint, illi illudere. Ad idem text. in cap. licet, de offi. lega. ubi dicitur, ꝙ ſi legatus cauſam remiſit papæ, non ualet poſtea proceſſus per eum factus, tanquam factus a iudice incompetenti. Et per illum text. Imol. ibi dicit, quod non ualet proceſſus factus pendente relatione facta princip. contra Barto. in d. l. 1. C. de rela. Et ante Imo. iſta fuit opinio Specul. titul. de relatio. §. fina. Sed pro Bartol. facit tex. in d. l. 1. & in l. ad Principem, ff. de appel. ¶ Vnde pro reſolutione Imo. dicit conſiderandos eſſe duos caſus. Primus eſt, quando relatio nondum fuit iudici præſentata, & iſto caſu procedunt iura ciuilia allegata per Barto. Aut relatio fuit præſentata, & tunc procedit, quod dicitur in d. cap. licet. Illa ſolutio Imo. non placet, per tex. in auth. ſed nouo iure, C. de rela vbi dicitur, ꝙ hodie ſententia lata per iudicem, qui cauſam retulerat Principi, executioni eſt mandãda, niſi pars appellauerit. Nec dicatur quod ille tex. debet intelligi, quando relatio fit ſuper eo de quo erat dubitandum, vt dicit ibi Saly. quia ratio poſita in corpore, vnde ſumitur, militat, quando eſſet facta ſuper probabili dubio, ſi interim iudex eſſet reſolutus. Vnde ego dicerem, quod proceſſus & ſententia lata pendente relatione pro conſilio habendo valeret, vt dicit Bal. per tex. in d. l. 1. & in d. l. 1. ad Principem. Ratio, quia potuit iudex pendente conſultatione ex nouis cogitationib. fieri clarus de eo, de quo dubitabat, nec illo caſu illudere videtur ſuo ſuperiori, ſi omiſſo conſi. recte iud. cat. Sed proceſſus & ſententia pendente remiſſione cauſæ non ualent per tex. in d. c. licet, quia per remiſſionem deſiit eſſe iudex. Quod vltimum verum eſt, niſi reuocauerit remiſſionem re integra, vt dicit Imo per tex. in d. l. ad Principem.

¶ Secunda ſit cõcluſio. Auocatio cauſæ facta per Papam, ope-
196 ratur nullitatem † poſtea geſtorum per iudicem, etiam ipſius auocationis inſcium, ſecundũ Pan. hic per tex. in c. 1. de conceſ. præben. lib. 6. & ibi hoc tenet Inno. & in c. cum contingat, de reſcrip. & Inno. in capitu. cæterum, eod. titu. do Præpo. in d. cap. vt noſtrum, ad fin. vbi comprobat, ꝙ tacita reuocatio, quæ fit per mortem delegantis, operatur nullitatem geſtorum a iudice ignorante, l. eius qui, ff. de cer. pet. a traditur in capit. ... de offic. dele. a fortiori capiet... Quam rationem ... de tac... ſi conſiderabis. ¶ Illa concluſio procedit, ſi auocatio facta ... motu proprio Papæ, ſecus ſi ad inſtantiam partis, per text. in c. audita, de reſt. ſpo. iat. & facit ratio, quia gratia ... conceſſa parti petenti, habet conditionem annexam, ſi impetrans ... volueri gratia, c. cæterum, vbi videbimus, ℥. de reſcript. Sequuntur *contra* Doct. hic, & in d. capit. vt noſtrum. Ego reperio, ꝙ Gem. conſil. 47. Supplicatur Papæ. tenet expreſſe, quod etiã iſto caſu geſta ab ignorante non ualeant, & allegat Innoce. in d. ca. vt noſtrum & hic ad c. audita, & alia ſimilia. reſpondet ꝙ loquitur in ſimplicibus commiſſionibus factis alteri. Secus in delegationib. factis cum expreſſa auocatione cauſæ ad ſe. & iſtud certe fuit de mente Inn. hic, & hanc opinionem ſeruat curia. Plus tamen placet communis opinio, quam limita... non procedere, ſi Papa auocaret cauſam ad ſe, & alteri committeret inſtante parte, cum clauſula decreti annullatiua omnium geſtorum a die datæ, quia clauſula decreti afficit ignorantes, c. 1. de conceſ. præbend. ita Panor. in d. cap. audita. Reſpondes ad illum tex. quod ibi clauſula decreti non erat præciſa, ſed generaliter concepta, ideo interpretationem patitur.

197 ¶ Tertia concluſio. Si Papa incipiat de cauſa cognoſcere, † eo ipſo videtur cauſam ad ſe auocare, ſecundum Innoce. & *cõiter* Docto. hic. Facit, quia non minus facto, quam verbo datur uoluntas intelligi, l. Paulus, ff. rem rat. habe. l. de quibus, in fin. ff. de legi. ſequitur Card. conſi. 7. ſub rub. de præb. Ampliatur etiã ſi actus, per quem Papa auocauit iuriſdictionem ad ſe, non ſuerit ſortitus effectum, nihilominus inferior non poterit amplius ſe impedire, ſecundum Ancha. conſil. 58. Circunſpectis. quem refert & ſequitur Deci. hic, & vltra eum eſt deciſio Inn. in terminis in c. inter dilectos, de exce. prælat. & Roma. conſi. 335. Circa primum. Vbi intellexit hoc uerum, niſi actus Papa non fuiſſet ſortitus effectum ex defectu poteſtatis eiuſdem vel ex defectu falſæ cauſæ. allegat Rotam deciſio. lii. in antiquis. ſequitur Feli. in c. ſi. in fi. ℥. de præſumptioni. ex cuius dictis potes eam notabiliter limitare. ¶ Et ideo inferri poteſt, ꝙ ſi incipiat cognoſcere de cauſa ſpectante ad iuriſdictionem Imperatoris, non propterea cenſeretur auocata cauſa: quia & ſi habitu Papa habeat temporalem iuriſdictionem, tamen non poteſt cauſa temporalis iuriſdictionis ad ſe auocare. & per Pan. in capit. nouit. ℥. de iudi. & in c. licet ex ſuſcepto, in 1 not. ℥. de for. compet. Intellige etiam concluſionem, vt procedat quo ad partes litigantes coram eo tantum. Vnde contra tertium poſſet vnus ex litigantibus ſuper eadem re agere coram ordinario, ſecundum Innoc. & Imo. hic, arg. c. Romana, §. in alium, de appe. lib. 6. & in hoc differt expreſſa auocatio facta motu proprio, quia tunc quo ad omnes cenſetur auocata, ſecus in tacita, quæ reſultat ex cognitione ſecundum eos. ¶ Quarta concluſio. Si Papa delegat cauſam alteri, eo ipſo cenſetur auocaſſe a manibus ordinarii, facit tex. in c. ſane, & in c. 1. ℥. de offi. deleg. in capi. cæterum, ℥. de reſcrip. & per ſimplicem ſignaturam; videlicet, Annuit talis, cenſetur auocata cauſa ſecundum Rotam de reſcript. deciſio. lxvii. in nouis. Et ſi delegatus proferat ſententiam nullam, ordinarius tamen non poterit amplius ſe intromittere, ſecundum Bald. in capitu. 1. §. ad hoc, columna. 3. de cap. qui fit. Nec etiam ſi delegatus moriatur, cauſa reuertitur ad manus ordinarii, ſecundum Bald. in l. ſi vt proponis, C. quomodo, & quando iud. col. pen. inferens, quòd ſi cauſa ſemel trahatur in curiam Romanam, nunquam exibit de curia, niſi Papa illam remiſerit ad ordinarium. ſequitur Dec. conſil. 137. colu. 3. Hinc

eſt ꝙ ſi Papa dat executionem ad prouidendum alicui de certo beneficio, uidetur adimere facultatem cōferendi illud ab ordinario, c. ſi ſoli, & cap. ſi capitulo, de conceſ. præben. lib. 6. Hinc eſt, ꝙ ſi Papa deputat aliquem in Vicarium Epiſcopi, uidetur adimere facultatem Epiſcopo, ut non poſſit illum remouere, & alium deputare, ſm Anto. in c. nouit, de iu. Quod nota ad limitationem gl. in c. ſi. de procur. Et iſta auocatio, quæ ſit per delegationem, differt ab auocatione expreſſa, quia non inualidat proceſſum factum per iudicem ignarum aduocationis, ſecundum Gem. in d. c. [illegible] 47 item [illegible], niſi quo ad [illegible] in rescript [illegible] cap. quia V [illegible] de [illegible] ſedes, de reſcrip. ſecus uidetur in cap. [illegible], per prædicta. ¶ V[illegible] quærit Inno. an

199 proceſſus ſuper [illegible] eademq; cauſa ſeparatim factus, † coram diuerſis iudicibus parem aut [illegible] tem habentibus valeat? Et

concludit ꝙ ſic ſequuntur [illegible] cōmuniter [illegible], arg. l. [illegible], ff. de rei ven di. [illegible] us oppo[illegible] exceptionem [illegible] tem. [illegible] petendo ſe re mitti [illegible] d alium [illegible], ea eo quia [illegible], & damnoſum eſt, ſi [illegible] am [illegible] bus [illegible] re, & in remiſſio den[illegible]tur, [illegible] ſta aut ſi potest appellare [illegible] parte, ff. de [illegible] b cauſ. & l. 1. ff. [illegible] q[illegible] e. ad [illegible] id. ea. ¶ [illegible] Iuno. aduerte ad [illegible] Pr[illegible] no, ꝙ non [illegible] verum, [illegible] ſus valeat p ea, q[illegible] glo [illegible] pendit [illegible] proceſſus, de reſcri. lib. 6. [illegible] ꝙ [illegible] non eſt vera [illegible] quæ [illegible] olunt [illegible] Do ct. [illegible] la opinio [illegible] mper [illegible] V[illegible] p[illegible], ꝙ ſit vera, ubi ſec[illegible] ha[illegible] ſem, quia te[illegible] erat ipſu [illegible] um, [illegible] per [illegible] em. Secundo aduerte, quia nō uide[illegible] ꝙ except[illegible] ſuffragat[illegible], quia potes [illegible] index a quo [illegible] remiſſio dicere, habeo [illegible] ctio [illegible] m, defendas te coram uno tribunali, & dimittas alterū, & hoc mo[illegible] labores, & expenſas. Solutio. Procedit contrarium, ſi petat reus ſe remitti, propter euitandos ſumptus, & labores ſimpliciter. Secus, ſi petat ſe remitti propter euitandos ſumptus, & labores cum iam comparuit coram altero, ſecundum Bald. & Fely. hic. Et ſic in effectu exceptionem præuētionis, & non remiſſionis, opponit. Sis ergo cautus, ut prius comparеas coram iudice tibi grato, quando eodem contextu citatus a diuerſis iudicibus: aliàs ſi prius compareres coram nō grato, non poſſes exceptionem præuentionis opponere, per prædicta. Et iſta eſt diuerſa cautela ab ea, quam tradit Angel. in dicta l. penul. ff. ſe pet. hæred. de qua hic late per Felyn. Quæ cautela non haberet locum, ſi probaretur quòd reus procurauit ſe citari coram altero, quia affectata præuentio non debet prodeſſe, ſecundum Bald. in leg. ſi ſeruus plurium, § 1. ff. de leg. 1. per l. tua onera. ff. de excuſatio. tuto. & per alia, de quibus per Fely. in c. fin. infra de teſtib. & Iaſ. in l. ſi verò, colum. 2. ff. qui ſatiſda. cogan. Sed Dec. econtra, dicens ꝙ etiam ſi conſtaret, ꝙ reus procuraſſet, quod tamen præuentio locum haberet: quia cum uterque ſit iudex, non uidetur fraudē facere reus, qui iure communi vtitur, argu. l. Gracchus, C. de adult. Et quia licet eſſe diligentem, & affectare ſe conuenire pro conſeruatione iuris ſui, l. at qui natura. §. cum me abſente, ff. de neg. ge. l. ¶ Tu non recedas a communi, quia malitiis eſt obuiandum, cap. ſedes, infra de reſcrip. Non obſtant contraria. Et primo non obſt. argu. l. Gracchus quia uerum, ſi vtatur iure communi, ad finem præordinatum. Secus ſi malitioſe, & ad fraudandum aduerſarium. Nam qui aliquem in iudicem haucre procurauit, præſumitur eo[illegible] to fauore iudicis uelle iuſtitiam ſubuertere, l. obſeruandum, ff. de iud. Et maxime ſi reus, cuius natura eſt iudicium fugere, l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verbo. obl. affectauit conuenire coram certo iudice, prout nos loquimur. Non obſt. tex. in §. cum me abſente, quia loquitur in affectatis ad bonum finem, vel in procuratis ea neceſſitate, cum aliter iuſtitiam conſequi non poſſet.

¶ Iuxta hāc quæſtionem dubitatur, quid ſi illi iudices tulerint

200 ſententias † contrarias? Reſpondet Comp. ꝙ ſecunda nihil valebit, niſi pendente appellatione ſuper prima eſſet lata ſecunda, quia tunc de ſecunda poterit excipi coram iudice appellationis, ſequuntur Panor. & coeter. alii. ¶ Tu aduerte, quia uidetur, ꝙ ſecunda debeat ualere eadem ratione, qua ualet proceſſus. Si enim dicta teſtium productorum coram illo iudice, qui tulit ſecundam ſententiam, probant, & nocent parti, quare non etiā ſententia, prout in ſimili dicit Bart. in l. 5. col. penul. C. de eden. per l. ſed ſi poſſeſſori. § ſi cum l. ſeq. ff. de iureiur. Solutio. Fateor, ꝙ valebit ſecunda ſententia, & in iudicio appellationis diſcutietur, quæ nam ex ipſis iuſtior ſit. Sed dictum Comp. debet intelligi, ꝙ ſi prima tranſiuerat in rem iudicatam, tunc ſecunda non valet, non ex defectu poteſtatis, ſed quia ſententia, contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, non ualet, l. 1. C. quādo prouo. non eſt neceſ. Et ex hoc infert Panor. ꝙ ſententia lata contra rem iudicatam etiam ex diuerſa inſtantia, non ualet cōtra Bar. in d. l. 1. de quo late per Panor. in d. c. inter monaſteriū, infra de re iud. ubi ipſe ſequitur opinionem Barto. Qua ſtante neceſſe eſt, quod corruat dictum Com. hic.

INTERPRETATIONE DO. IO. FRANCISCI RIPENSIS A SANCTO NAZARIO, in titulum de Reſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta faciunt ius inter partes, etiam contra quas concluduntur.*
2 *Reſcripta emanant pro conſtitutionum obſeruantia.*
3 *Reſcripta ſunt communia inter partes.*
4 *Exceptione moratoria vtēs debitor, eadē vti poterūt debitores ſui cōtra eū.*
5 *Retorquatio, an habeat locū in priuilegiis cōceſſis ad petitionem partis.*
6 *Reſcripta non extenduntur ad perſonas, nec ad res nō cōprehenſas in ipſis.*
7 *Contra. [illegible] Principis, an & quando habeat vim legis.*
8 *Reſcriptum ex [illegible] & ſententiā inferioris, habentis poteſtatem legis cōdendæ, an & quando habeat vim legis.*
9 *Veneti non recognoſcunt ſuperiorem.*
10 *[illegible] ſcriptum qu[illegible] ſit.*
11 *Reſcriptum quare recipit eaſdem interpretationes, quas recipit ius cōe.*
12 *Reſcript[illegible], quare dicantur modo prauidicij.*
13 *Reſcriptum ſ[illegible] ciale magis ob[illegible] atur, quàm quod generale percipitur.*
14 *Dele[illegible] quare appe[illegible], [illegible] atia.*
15 *Reſcripti appellatione large continentur beneficia Principū, et priuilegiūt.*
16 *R[illegible] ſcriptorum ad bre[illegible] ia, multa ſunt genera.*
17 *R[illegible] ſcriptum in dubio, debet inte[illegible] igi de reſ[illegible] ipto contentioſo, & non de priui[illegible], ſeu gratia.*
18 *Supp[illegible] cando p[illegible] ra, quorum aliqua [illegible] ius, aliqua contra ius, & ſuperior [illegible] fiat ut petitur, ſolum intelligitur conceſſiſſe ea, quæ [illegible] minus.*
19 *Pri[illegible] legi[illegible] m quid.*
20 *Priui[illegible] gium unde dicatur.*
21 *Priuilegium dici poteſt conceſſio facta a Principe ſine cauſæ cognitione.*
22 *Priuilegiū largo ſumpto vocabulo, dici poteſt [illegible] emanat a Principe.*
23 *R[illegible] ptum d[illegible] poteſt, ſi Princeps concedat aliquid contra diſpoſitionē iuri[illegible] circa modum procedendi.*
24 *Benefi[illegible] ium quid d[illegible] atur, [illegible] differat à reſcripto, & priuilegio.*
25 *Beneficium [illegible] dum [illegible] beneficio eccleſiaſtico, ſi de eo fiat mentio iure ca[illegible].*
26 *Beneficium ecc[illegible] ſia[illegible] cum, quot modis capi poſſit.*

De Reſcriptis, Rubrica.

AMpla ſuper hoc titulo antiquorum, & Moder. [illegible] o[illegible]mentaria, huius materiæ [illegible] tatem ſatis ſuperq; determināt. Ego vero au[illegible] in d. cere. ꝙ pp Principū in reſcr. cōdo facultate [illegible], nulla [illegible] frequens in foro cā verſat. quam diſputatio reſcriptorum. ¶ Cōtinuatur p̄ſis tub. p Doct. tripliciter. Circa cōtinuationem Pan. aduerte, ꝗa ultra Decil. ex alio non uidebit[illegible] bona, nā hic pro maiori parte tractatur de reſcriptis, ꝗb. iuri[illegible] dictio excitatur ad obſeruantiā iuris. Et iſta eſt ꝓpria reſcripti nā, l. reſcripta, C. de p̄ci. Impera. offer. Et p̄iſta nō dant iudices. c. licet, [illegible] de off. or. ergo cōtinuatio non eſt vera. Et iſta eſt ſ[illegible] ro̅ ꝗ hāc ꝯtinuationē, ꝓ prima rō Dec. ꝗ parum ſtringit. Eo ꝗa dici poſſet, ꝙ h. e tractat de reſcriptis, ꝗb. iuriſdictio acquirit, in tit. de off. deleg. & ſeq. tractat de offo & iuriſdictione exercēda, & iō hic titulus, tanꝗ an̄s neceſſariū fuit p̄miſſus. Circa continuationē Hoſt. & In. And aduerte, ꝗa non [illegible] vera, ſm Doc. ꝗa ſequeret ea attēta, ꝙ debuiſſet immediate ſequi titulus de priuilegiis, ꝗ faciūt ius inter priuilegiatos, c. priuilegia, 3. diſt. Sed tu ꝯſidera, ſi poſſit ſaluari dicēdo, ꝙ reſcripta faciunt

1 ius inter ptes, † ēt ꝯ quas ꝓcedunt. ꝗa reſcriptū p̄ſtatū eſt cōe, l. 3. ff. qd quiſq; iu. Et iō viſo de ꝯſti. ꝗ faciūt ius cōe iter oēs congruum fuit videre de reſcriptis, ꝗ faciūt ius cōe inter partes. Sed priuilegia faciūt ſolū ius p̄uatū ipſius priuilegiati, d. c. priuilegia, & nō cōe, ergo &c. ſed hoc pēdet ab his, ꝗ ſtatim dicā. Circa tertiā ꝯtinuationē Dec. ꝗ fuit d. And. de Barbatia, aduerte, ꝗa ꝯfundit ex fundamēto ipſius Dec. qd ipſe adducit ꝯ ꝓcedētē ꝯtinuationē Hoſt. Nā ēt priuilegia dāt ius ſcriptum, c. porro, [illegible] de priui. ergo &c. ¶ Quarto ergo nouiter eā ſic ꝯtinuādā puto. Supra viſum eſt de cōſti. ꝗ ab oīb. ſunt cuſtodiendę, c. 1. 5. tit. 1. ſed quia ſępe iudices malè eas ītelligūt, & qd peius eſt, minime ob-

2 ſeruāt: iō viſo de ꝯſti. ſeqtur videre de reſcriptis, ꝗ emanāt † ꝓ ꝯſtōnū obſeruātia, d. l. reſcripta, r egiſtrata a 5. q. 1. in canone reſcripta Quæro, nunquid ex p̄miſſis ꝯtinuationibus aliqd poſſit colligi. Fely. hic dicit, poſſe notari ea ꝯtinuatione Hoſt. ꝙ reſcri

3 pta ſunt cōia † inter ptes, ꝓ quo eſt tex. in l. 3. in prin. ff. qd quiſq; iur. Et late proſequitur Fely. hic, & in proęmio, §. in verbo, Gregorius, col. 2. & in c. ſi. col. penul. de mutu. peti. Et ultra eum late traditur per Cur. Seniorem, conſi. 11. col. ſi. Itē adde, ꝙ ſi de-

4 bitor impetrauerit moratoriam exceptionem, † ꝙ eadem exceptione poterunt debitores ſui vti ꝯtra eum, ſm Hoſt. in Summa huius tituli, §. poteſt, in prin. & fuit dictum glo. magnę in l. 1. quam Doc. ibi cōiter ſequuntur, ff. quod quiſque ius. Et illud maxime uerum in reſcriptis ad lites, ne iudicium claudicet, c.

cum

cam inter. de excep. l. ſolemus. ff. de iud. & vt ſeruetur æqualitas in iudiciis, l. fi. C. de fruct. & lit. expen. Limita primo, vt procedat in reſcriptis conceſſis ad petitionem partis, ſecus in reſcriptis conceſſis motu proprio, d. l. 3. in prin. & glo. in cle. ſæpe. in verſi. ſi quid petere, de verb. ſign. Iu ſublimita dupliciter vt per Fel. ut d. c. fi. col. pen. de mutu. peti. & per Iaſ. in d. l. 3. Limita ſecundo, vt non procedat in reſcriptis conceſſis pp. [illegible] in fauorē imperrātis, vel propter odium eius, ꝯ quem ſunt ſcā interpretatio, ſm Bald. in c. proximo, [illegible] & Fel. hic per tex. in l. fin. ff. de leg. 1. vltra Fe. comprobo per deciſionem Bar. in l. 1. §. nūciatio, in fi. ff. de no. ope. nun. & per l. [illegible] qd decidit [illegible] poſt Ar. in c. cauſam, col. 4. ꝗ. de iud. Contra iſtam limitationem ob. quia in priuilegiis ēt hēt locum retorquitio, ſm Bart. in [illegible] en. quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. & [illegible] ceduntur ſpec. [illegible] fauorē priuilegiati. Item in ꝯtrarium obſt. deciſio Bart. in [illegible] C. de prox. ſacro. ſcr. lib. 12. Pro reſolutione videndum eſt, an in priuilegiis conceſſis ad petitionem partis habeat locū retorquitio,
5 intelligendo de priuilegiis proprie [illegible] ſtricto videtur dicendum, q non, quia priuilegia vt [illegible] communiter, conceduntur ſpeciali fauore priuilegiati, ergo & [illegible] Secundo, quia priuilegia perſonalia perſonam non egrediuntur, [illegible] ff. de conſt. Prin. In contrarium facit regula naturalis, petere [illegible] legem quam tu ipſe tuleris, c. cum omnes, ꝗ. eo. & to ꝯtrū vr tex. in l. die [illegible] abbati, C. de Iu. Sol. [illegible] redere [illegible] ſi [illegible] quens fundet ſe in cauſa, qua motus fuit [illegible] giatus ad [illegible] tendum [illegible] uilegium tunc habeat locum retorquitio [illegible] ita procedat doctrina Bart. in d. auth. quas actiones. Subeſt. n. rō [illegible], quod quiſque [illegible] ur. & iſto mō procedit tex. in [illegible] l. die ſab[illegible], alias procedant ꝯtria. Et pro iſta diſtin. optime facit tex. in l. ēt, ꝗ ex cauſa. ff. de min. vbi ſi ætas, pp quā ſuit conceſſa reſtitutio minori, fuit ēt cauſa læſionis ex parte aduerſarii, & ipſe aduerſarius reſtituitur, alias nō. Sedo hēs colligere, q reſcripta non faciunt ius quo ad alios, ſed ſolum inter partes, pro quo notabilis eſt tex. in l. 3. C. [illegible] leg. Hinc dicimus,
6 quòd reſcripta non extenduntur ad perſonis, nec ad res non comprehenſas in ipſis, c. ignaric, [illegible] eo. quia G. ꝗ. de iud. qd verum eſt, niſi reſcriptum fuerit emanatum [illegible] intentione, vt faciat ius gñale, & hoc modo procedit tex. in §. ſed qd Principi, Inſt. de iur. na. & in l. 1. ff. de conſt. Pr. [illegible] c. licet, 16. q. 3. Et ex ſignis, de quibus in l. 3. C. de leg. cognoſci poterit intētio Principis, an velit, q facit ius generale. An autem reſcriptum inferioris hñtis poteſtatem legis condēdæ, faciat ius gñale. Dec. hic mouet dubitationem, & concludit q ſic, ſi conſtet de intentione ſua, ſicut ſup. dictum in ſupremo Principe, allegat dictum Ang. in l. item veniunt, §. ceterum, ff. de pet. hære. qd [illegible] quitur in epiſtola Ducis Venetorum, q dicit facere ius gñale. Ego vltra eum comprobo, q si inferior hñs ptātem faciendi legem per ſuū reſcriptum, vult eam facere, ergo immediate erit lex. Eſt. n. in philoſophia notum, q ſi agens eſt liberum, & ſubiectū non impeditum, tunc volens agere, immediate agit, ſm Barto. in l. ſetui electione, in prin. ff. de leg. 1. cōprobatur, quia ſicut ꝯſtus
7 Principis [illegible] hēt vim legis. l. [illegible] n. fi. de public. l. pen. C. de dona. ante nup. ſi conſtet Principem facere ꝯtuo animo legis condendæ, ſm Decium hic, poſt Alex. in l. ciuitas, col. fi. ff. ſi cer. pet. Ita ēt ꝯſtus cuiuſlibet hñtis authoritatē legis ꝯdendę ſm Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. ff. de cōſt. Prin. & Iaſ. in d. l. ciuitas, col. 3. Contrariū tenet Ang. in l. 1. ff. de ſer. poſt gl. ibi, & ſequunt Alex. & Mo. ibi, & Fel. in c. in cauſis, col. fi. de re iud. dicentes, q reſcriptū, epiſtola, & ſniam inferioris, non hēt vim legis, reprobantes ppea dctm Ang. in d. § cęterū. Quid tenendū? Credo, q ſi ꝯſtet inferiorē velle reſcriptū vel ſniam, ſeu epl̃am hīc vim legis, q
8 tunc vera ſit prima opinio. Nec credo, q aliquis deuiet ab iſto ſenſu. Si vero ſumus in dubio, tūc dico q licet Princeps, & Papa ſniando p̃ſumantur velle, q ſua ſnīa ſit vna lex, quo ad oēs, l. fi. C. de leg. d. c. in cauſis, ſecus in inferiore. Similiter ſi Princeps mittat epl̃am vniuerſitati, ſeu p̃ſidi p̃ſumet velle facere ius gñale, d. § cæterū, ſecus in inferiore. & iſto mō procedat opin. Ang. & Alex. in d. l. 1. Et ſi d. xeris, ergo ex hoc infert, q dctm Ang. in d. § cæterū, nō ſit verū tñ ſeo q in terminis, in quibus loquitur, videlicet in Duce Venetorum ſaluari pōt: qa Veneti non reco-
9 gnoſcunt ſuperiorē, & ſic tenent locū ſupremi Principis, ſm Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſt li. tener. Bal. in rub. de rerum diuiſio. col. 4. Iaſ. in l. 1. col. 3. C. de ſumma Tri. & fide cath. Et p̃dicta intellige, qñ reſcribitur aliqd de nouo. ſecus ſi reſcribitē ad obſeruantiā iuris antiqui, tunc ip facit ius, qoo ad oēs, vt per Cor. ꝯſi. 33 +. col. fi. lib. 2. ¶ Quęro, quid ſit reſcriptū, & qd differat a
10 priuilegio, & bñficio, & rñdet Pan. q reſcriptū ppriē eſt id, qd ſcribitur ad obſeruātiā iuris cōis. exēplū, ſi Princeps ſcribat, q fiat ius, ita deſcribit Bal. in l. falſo, per illū tex. C. de diuer. reſcrip. Pan. in c. olim, de verb. ſig. Bart. in l. 1. ff. de conſt. Prin. Ego aliter deſcriberē, reſcriptū eſt ius bis ſeu iterū ſcriptū. Quod ſit ius ſcriptū, tenet Pao. in rub. ꝗ. de conſue. q ſit bis, ſeu plures ſcriptum, pbatur ex ſyllaba, re, q̃ denotat multiplicationē, ſm Bar. in rub. ff. ſol. matr. Et iſta eſt ratio, quare reſcriptum te-

11 cipiat eaſdē interpretatiōnes, quas recipit ius cōe. vt p Gem. in c. licet can. in § fi. de elec. [illegible] 6. Cor. cōſ. 101. col. 3. hæc eſt rō, quare
12 reſcripta dicunt modici pñdicii vt dicit Bal. in l. 1. C. de diuer. reſc. Nā iſta verſium, qa illud idē aorea ſcriptū erat. Sed hic a ſuerte q hoc attento [illegible] q tota ma reſcriptorū ſit traſtratoria. Nā ſi illa p̄ b. [illegible] q de iure cōi conceditur, l. 1. C. de the ſau. li. 11. Ad illud reſpõdeo, q ma reſcriptorū ad [illegible] vtiles eſt, vel qa [illegible] ſ. di [illegible] ra [illegible] aĭe obſeruant, & nō neceſſariū eſt, q p releri ptatoriouel [illegible] q magis obſeruat, q ip [illegible] iter reſcribitur, qa
13 qd g [illegible] ter pe [illegible] qs neſciat, vt. d. [illegible] ꝗ. 14. c. aduerſus, ꝗ. de h[illegible] vel p [illegible] legat[illegible] nouini n p re [illegible] ſa iudices delegati, vt h[illegible] p [illegible] n Sed [illegible] te qa reſcripta p̄ [illegible] iudices de [illegible] n [illegible] ppriē reſcri [illegible] g [illegible] rog [illegible] dinariæ, erro [illegible] priui[illegible] gia appe [illegible] lat. De [illegible] iū, allegādo A[illegible] olim [illegible] er [illegible] g [illegible] abi [illegible] q lo [illegible] ū prædici gr̃a, c. ſedes & c. ēmi [illegible] Gred [illegible] ſta dicta Decii no pcedant ſm [illegible] nos [illegible] ſum [illegible] dero [illegible] iuri [illegible] o delegati pce [illegible] de tu [illegible] cū, ſicut [illegible] ptorū. Refert p [illegible] n deleg [illegible] torū nō e [illegible] ius, ergo [illegible] priuilegiū, c [illegible] §. n. 2 [illegible] q [illegible] pcedit, nō dr ppriē reſ [illegible] d m [illegible] arū [illegible] rō [illegible] dat, reſcriptū appellat ſm Ca. d. ꝯ 5. [illegible] ſto [illegible] te [illegible] nō eſſe proprie reſcriptū, [illegible] eq [illegible] e [illegible] repeti e reſcr [illegible] ppri. N [illegible] gſam.
14 qa nō [illegible] tur [illegible] eo q g [illegible] e [illegible] te p̄ [illegible] q [illegible] tur, ſm Pau. d [illegible] notat
15 in c. [illegible] ſa. eo. n. 6. La [illegible] e in appellatio [illegible] te [illegible] ſi c[illegible] P [illegible] ipſū, [illegible] tract[illegible] ſi c[illegible] b. & de priuileg[illegible] ſm Pan. [illegible] ſtud [illegible] in [illegible] interpretanda q ap [illegible] e re [illegible] dunt reſcripta [illegible] ola, ſiue reſcripta ad b[illegible] e a. C. [illegible] de [illegible] ſi papa mādat, p ord natus ꝯferat alicui b[illegible] ſi [illegible] illud vr reſcriptū ppriē ad [illegible] nā iuris emanatū. Nā [illegible] ſic te [illegible] ſpē ꝯferre, [illegible] de ꝯc. pb. [illegible] ſi dicat, nō ſe [illegible] vt dr in c. relatū de pb. [illegible] dec q papa de iure [illegible] pcedit e cū in collatione [illegible] c. dudū de pb. lib. 6. Si n[illegible] p [illegible] & mādet ꝯuentione exeq. nihil ꝯ ius mādare [illegible] dica [illegible] re-
16 ſcriptorū ad bñficia. [illegible] qdā ſunt in forma co[illegible] ſm Apoſtolū, ꝗ. de pb. & iſto mō vr poſſe d[illegible] reſcri[illegible] Hic eſt, q a ꝯpellant ſcę de iuſtitia. Quædā ſūt ex mera gr̃a, [illegible] tenebat [illegible] ei ꝓuidere, nec [illegible] papa, [illegible] ſic [illegible] vel alias, & iſto caſu pcedat d[illegible] bb. hic Quæ [illegible] ſunt in forma pauperū, ut in c. ſi pauper clericus, de pb. Quædam in forma [illegible] gnorū, ut p Rotā de ꝯceſ. pb. dec. 1. Et iſtis duob. modis & iſta reſcripta poterunt dici ppriē reſcripta de iuſtitia, uel gr̃a, ſm ſubiectā mām, ut p Pan. & Fe. in c. poſtulaſti, col. 3. ꝗ. eo. ti. Secūdo, qa Ab. vult, q verbū reſcriptum, poſſit ſumi ut genus, & ut ſpēs. Dubitat quo in dubio erit ſicnda interpretō. An. Baſ[illegible] hic rñdet, vt in ſimili rñdet Pan. in c. Rodulph. ꝗ. eo. Ego uero crederē in dubio, dēre intelligi de reſcripto ꝯtentioſo, & nō de pri-
17 uilegio, ſeu gr̃a, qa q dicit Principē ꝯceſſiſſe priuilegiū, dēt ꝓbare, c. fraternitatis, de ſchiſma. c. ꝯſtitutis, de ꝯceſ. pb. & ita tenet Gem. ꝯſ. 65. diſcuſſa qlibet dubiū, col. 6. & allegat ita tenēre Arch. & Io. An. in c. ſi cui, de pb. li. 6. facit, qa in dubio uerba dēnt capi in ſpē l. hoc legatū, de le. 3. Et in dubio a ppria ſignificatione uerborū nō eſt recedēdū, l. nō aliter, de le. 3. cum ſim. Bñ facit, qa ſi i ſupplicatione petant plura, quorū al qua ſint ſm ius,
18 aliqua ꝯ ius, & ſupior ſubſignet, fiat, ut petit ſolū intelligitur ꝯceſſiſſe ea, q̃ ſunt ſm ius, ſm Cor. cōſ. 119 Circa primū, co. 5. li. 2. ꝯſ. 38 Qm, li. 3. Priuilegiū vero ſm Pan. hic, & in d. c. olim. ap-
19 pellat, q ꝯ ius ꝯcedit. vñ diffinit ſm Hoſt. in Sūma, de priu. Priuilegiū eſt ius ſingulare, & priuatū, ꝯ ius cōe indultū. & probat in c. fi. §. fi. 25. diſt. neq; n. eſſent priuilegia, niſi aliqd ꝯ ius cōe indulgeret.
20 Dr āt priuilegiū, quaſi lex priuata, c. priuilegia, 3. diſt. vel quaſi priuata legia, eo q priuatā legē ſingulis gñet, d. §. ut. Tradit p Bar. & Mo. in l. fi. ff. de ꝯſt. Prin. p Ale. in l. qa tale. ff. ſo. ma. Soc. ꝯſ. 273. i pñti ꝯſultatione, co. fi. vbi dicit, q ꝯceſſu facta
21 a Principe ſine cāæ cognitione, pōt dici priuilegiū, tanq ꝯ ius gentiū. & ꝯſ. 164 Viſa bulla, col. 2. li. 2. largo mō ſūpto uocabulo
22 oē, q emanat a Principe, pōt dici priuilegiū, ſm Io. An. in d. c. olim & Cur. ꝯſi. 50. col. 18. uer. coadiuuant. Credo ēt, q ſi Princeps ꝯcedat aliqd ꝯ diſpōnem iuris circa modū pcedendi, ut ſi cle-
23 rico reddat ius, q illud dēat dici reſcriptū, ut ſi ꝯcedat, q pcedat ſūmarie, ſimplr, & de plano, vel ſi ꝯcedat, q procedatur appellatione remota illud probat in c. 1. ꝗ. eo. iuncta rub. non. n. violatur ius cōe, ſi ſiūs diuerſo mō procedendi ſeruet, ſm Pan. in ſimili in c. relatū, ad fi. ꝗ. ne cler. uel mona. Fel. in c. qm ꝯ, col. 6. ꝗ. de pb. Nō ob. ſi dixeris, tollere applonē, eſt tollere defenſionē, q̃ eſt de iure nāli, cl. paſtoralis de re iud. qa rñdeo, q intelligit ſolū friuola appellatio reiecta, ut notat in ca. paſtoralis, de app. & illod nō eſt ꝯ ius, c. cū appellōnib. friuolis, de app. li. 6.
24 vel aliter rñdebo ꝗ. in d. c. 1. Bñficiū āt dr gr̃a, a principe conceſſū p̃ter ius, & ſic reſcriptū eſt ſm ius, priuilegiū ꝯ ius. Bñficium

cũ vero diffinit in c. 1. § bñficiũ, qb. mod. feu. amitta ubi dĩ bñfi ciũ eſt beniuola actio gaudiũ tribuẽs cap. iẽn. Et iſto mõ ſi gñaliter capiat oẽ bñficiũ, & ſic ẽt reſcriptũ, & priuilegiũ cõprehendet, declarãt Doc in locis ſ. alleg. & do. Io. Selua in ſuo tract. de bñfi in 1. q. ubi iſtitu circa diffinitionẽ bñfici eccłaſtici, de qua p Doc. in rub. J. de pb. & in iure nr̃o, ubi fit mẽtio de bñficio, in
25 te ligẽ ſi eſt de bñficio eccłaſtico, † ſm Car. in cl 2. in 5. no. de iud. Qđo ãt cognoſcat bñficiũ eccłaſticũ, traditur p Fel poſt a-
26 lios in c. in nr̃a, co. 5. J. e. Et trib. modis põt capi bñficiũ † eccłaſticũ, large p oĩ pučtu, ſeu ɔmodo, q pcipiẽ ab eccła. Scđo ſtr. ẽ p pb. & ex parte de ɔceſſ. præb. Tertio ſtrictius pro iu. beneficiu, vt p eu Car. in cle. cauſam. vet. q ſi forſan, in 5. not. de electio.

S V M M A R I V M.

1 Appellationem papa tollere poteſt.
2 Appellatio dici poteſt defenſio.
3 Clauſula, appellatione remota, non tollit querelam.
4 Appellatione remota à diffinitiua ſententia, non intelligitur remota ab interlocutoria.
5 Applone interdicta, nõ intelligit̃ reiecta exceptio doli, ɔ ſniam dolo latã.
6 Audientiam poteſt Princeps in totum denegare alicui.
7 Appellationem tollere non præſumitur Princeps.
8 Appellatio, dici poteſt defenſio dupliciter.
9 Appellatio quę dĩ defenſio ſimpliciter, an ſit de iure naturali primæuo.
10 Appellatio interponenda a ſnia ferenda, tolli poteſt per Principem.
11 Applonẽ tollere nõ põt ſubdelegat⁹ ab eo, a cuius ſnia nõ poterat appellari.
12 Appellare licet a ſententia Vicegerentis.
13 Statutum prohibens appellari a ſententia Prætoris, non intelligitur prohibere appellationem a ſententia ſui Vicarij.
14 Statutum ſi prohibeat appellari a ſententia iudicis datiuorum ſi nihilominus potente appellari a delegato, cui data eſt poteſtas procedendi, & diffiniendi cauſam, more datario.
15 Appellatio oĩs, q expreſsè ꝓhibita nõ reperitur a lege, eſt cõi iure licita.
16 Appellatione remota, non poteſt Legatus de latere cauſam committere.
17 Reſtituere aliquem ad appellandum Legatus de latere non poteſt.
18 Statuere non poteſt Legatus ſecundum ius, nec contra ius.
19 Statuta inferiorum prohibentia appellationem, non ualent.
20 Appellationẽ a diffinitiua tollere nõ põt inferior, ſecus ab interlocutoria.
21 Appellatio ab interlocutoria modũ procedendi reſpicit, & nõ deciſoria.
22 Appellatio ab inſtantia, eſt remedium extraordinarium contra ius.
23 Appellationi interponenda poſſunt partes per pactum renunciare.
24 Appellationi renunciare poteſt prælatus, in præiudicium eccleſiæ.
25 Appellationi deferre debet inferior, in caſu dubio.
26 Appellõnẽ ab ĩterlocutoria, et diffinitiua ſniã ĩferiores remouere uidẽtur.
27 Reſcribere poteſt inferior contra ius, ex cauſa magna.
28 Reſcriptum alicui conceſſum, q ei liceat libere appellare, operatur quod poſſit appellare in caſibus a iure prohibitis.
29 Libere, verbum, appoſitum in diſpoſitione, ad quam qui alias erat habilis, operatur relaxationem iuris.
30 Indulgere, eſt uerbum denotans gratiam nu. 35.
31 Reſcriptũ ſm nõ derogat primo priuilegio, ſi de eo nõ faciat mentionem.
32 Reſcriptum alicui conceſſum, uel liberè poſſit appellare, non habet effectũ in his caſibus, in quibus prohibetur appellare propter ſuum delictum.
33 Indulgentia nihil aliud eſt, quam pœnæ remiſſio.
34 Appellans plures fruſtratorie poteſt priuari facultate appellandi.
36 Reſcriptũ ɔ ius cõe nõ ualet, niſi ſit facta mẽtio iuris nu. 37. 38. & 39.
40 Reſcriptũ non põt dici ſubreptitiũ, ſi in precib. non fiat mentio iuris cõis.
41 Priuilegia ita ſunt interpretanda, ut aliquã gratiam contineant ɔ ius.
42 Priuilegiũ ſi auferat ius tertio q̃ſitũ, tũc dẽt reduci ad terminos iuris cõis.
43 Priuilegium nil poteſt operari præter ius, ſi id quod permiſſum eſt, erat de iure communi permiſſum.
44 Priuilegium ſi exprimatur, eo q tacitè de iure ſubintelligebatur, tunc uerba expreſſa nihil operantur.
45 Conceſſio generalis non comprehendit ea, quę in ſpecie papa non fuiſſet conceſſurus.
46 Reſcriptum alicui conceſſum, quod liberè poſſit appellare, quid operetur, num 47.
48 Priuilegium ſecundum, non faciens mentionem de primo, illi non derogat, fallit quinque modis. nu 50 51. 52.
54 Priuilegiorum omnium generalis reuocatio non derogat priuilegijs inſertis in corpore iuris.
55 Clauſula, non obſtantibus priuilegijs in contrarium facientibus, an ſufficiat ad tollendum priuilegia habentia clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, niſi de ipſis de uerbo fiat mentio fallit multis modis.
60 Reſcriptum ſecundum ſpeciale derogat generali, de eo etiã non facta mentione fallit tribus modis.
64 Reſcriptum generale ſecum ſpecificatione præfertur alteri generali non ſpecificato.
65 Reſcriptum minus generale, derogabit magis generali, & quomodo cognoſcatur quorum alterum ſit minus generale, 66 67.
68 Reſcriptum primum ſpeciale præualet ſecundo ſpeciali, niſi in ſecundo fiat mentio de primo.
69 Reſcriptum, per quod committitur unus articulus cauſæ alteri delegata, derogat primo, etiam non facta mentione de eo.
73 Reſcriptum poſterius, derogat priuilegio continenti idem, quod communiter fallit tribus modis.
74 Reſcriptum non faciens mentionem de priuilegio dãte formam reſcriptis impetrandi, non valet.
75 Reſcriptum interpretatum contra ſcholarem, tacito quòd ſit ſcolaris, non valet, nec contra feudatarium, tacito quod ſit feudatarius.
76 Reſcriptum non faciens mentionem de priuilegio, per quod priuilegiato conceditur exceptio peremptoria, valet, nu. 77.
Taciturnitas rei iudicatæ, & tranſactione, vitiat reſcriptum.
78 Reſcriptum obreptitium non reddit falſitas narrata circa merita cauſæ, unde reſultet exceptio peremptoria.
79 Priuilegium impetratum lite pendente, non facta mentione litis pendentis, non valet, num 81.

SIcut Romana ¶ Diuiditur, & ſommat, vt per Pan hic. Legit quatuor modis, vt hic per Abb. Ex quorũ diſcuſſione cognoſcetis hanc Decretalem, fore non minus vtilem, q̃ ſubtilem. primo, Papam poſſe tollere applo
1 nem: † quotidie enim Papa reſcribit procedendo applone remota, vt hic, & in c. paſtoralis, J. de app. & alibi ſępe, Amplia idem in Imperatore, l. 1. ff. a quib. app. non lic. Idem in quolibet non recognoſcente ſuperiorem ſm Bart. in d. l. 1. Pan. & alios Mod. in d. c. paſtoralis. Habeantur enim non recognoſcentes ſuperiorem, tanq̃ Imperat. in ſuo dñio, ſm Bart. in l. hoſtes, ff. de capti. & in l. infamẽ, ff. de pub. iud. Contra iſtud oppono: nullus Princeps q̃q̃ ſupremus, põt tollere defenſionẽ, cle. paſtoralis. de
2 re iud. ergo nec applonẽ, quę eſt defenſio, c. † ſignificauerunt, &c. ſuggeſtum, J. de app. Dantur plures ſolones. Prima ſolũ Pan. hic quod applo põt tolli quantum ad formam, quæ eſt de iure ciuili, non quantum ad effectum & ſubam, quę eſt iure nãli. Nam ſi prohibita ſit applo ſm formam, non tñ eſſentialiter eſt ſublata defenſio. quia cła, applone remota, non tollit que-
3 relam, c. ɔcertationi, de ap. lib. 6 Nec talis cła tollit ſupplicationem, l. 1. C. de ſen. Præfec. prot. l. ſi aduerſus, cum auth. quæ ſupplicatio, C. de pci. Imperat. n ſte. glo. in c. ea literis, J. de in integ. reſt. Quod eſt verum, niſi applo remoueat pp delictum alterius, vel pp infinitatẽ euitandã, ſm glo. in l. fi. C. vt lit. penden. de cuius veritate hĩ per Imo. in l ex conſenſu, §. fi. de ap. Et remota applone nõ impeditur recurſus ad principem, ſm Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. Licet. n. ſit prohibita applo, põt tñ Princeps illã recipere, c. paſtoralis, §. pterea, de off deleg. & cła, remota applone, non tollit applonem, q̃ appellans offert ſe incontinẽti iuſtificaturũ, ſm gl. in c. ſuſcitata, in vet. ſnia, de in integrum reſt. neq; tollit applonem interpoſitam a grauamine notorio, ſm glo. in c. ex ɔqõne, de reſt. ſpol. Tradit Fel. in c. inter cęteras, per illum tex. de re iud. Pan. conſi 44. col. 2. lib. 1. Dec. conſi. 49. col. fi. Nec applonem, per q̃ appellãs vult oſtdere repugnantiã, & perplexitatem in ipſa ſnia, ſm Ang. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, col. 20. ff. de pac. Eſt. n. odioſa diſpõ remouens applonem, id̃ ſtrictè eſt interpretanda, in tm̃ q Bart. in l. 1. ff. quod vi, aut clam, dicit q hæc cła, applone remota, intelľr ſolum reijcere applonem fruſtratoriam, & Bart. in l. 1. §. interdum, ff. a quibus app. non lic. dicit, q iſta cła ſimpliciter appoſita in reſcriptum, nihil operatur. Sed ſi remoueatur applo a diffinitiua, intelligitur remota applo, quæ ex legitima cã non iuſtificatur, ut in c. ut debitus, de app. Et de conſuetudine iſta cła oppoſita in reſcripto nihil opeatur, ſm Lap. alleg. 128. Hoſt. in Summa, de offi. deleg. §. quid ſit eius offm, ad fin. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Ant. in d. c. paſtoralis, ad fi. & ibi Card. Alex. & ſi ap-
4 plo remoueatur † a diffinitiua, non intelligitur remota ab interlocutoria, nec eɔ, ſm Sal. in l. ſi. C. de ſent. & interloc. omn. iud. de quo late per Fel. in c. cãm quę, col. 14. J. eo. Et ubi penitus eſſet interdicta applo, non tñ intelligitur reiecta exceptio doli,
5 † ſnĩam dolo latam, ar. l. non diſtinguemus, §. cum quidã. ff. de arbi. Ex iſtis ſatis iuſtificatur iſta prima ſolutio, q licet ſit ſublata applo quo ad formam, non tñ eſt prohibita defenſio. Aduerte tñ, quia non vr̃ vera, quia Princeps ẽt põt tollere applonem quo ad oẽm effectum, ẽt per viam querelę, & recurſus. patet, qa
6 pt Princeps in totũ denegare † audientiam alicui, vt late p Alex. & Mod. in l. 1. § ſublata, ff. ad Treb. Quo caſu & applo & querela remota vr̃, vt hic per Dec. & Fel. in c. intelleximus, col. 6. J. de iud. patet, qa diſpoſuit nõ licere tertio ꝓuocare, vt in c. ſuã, J. de app. & ita poſſet facere, ne primo, vel ſecundo liceret appellare, vt p Bald & alios in rub. C. ne liceat ter. prouo. & per Doc. in d. c. ſuam. Scđo r̃ndet Pan. in d. rub. de app. q Papa non põt tollere appellationem ſine cã, ſed cum cauſa põt, ut in d. ca. ſnã. Sed vbi ſimpliciter tollit appellationẽ. pſumitur tollere ea cã, q̃ in Principe ſemper præſumitur, ſecũdum glo. ſing. l. relegati, ff. de pę. Iſta ſolutio non eſt vera, ſm Fel. hic, & ibi, qa tenendo, q ſit contrarius naturale tollere appellationem, nõ eſt præſumen-
7 da cã † in Principe cõtrauenientẽ iuri naturali, niſi de ea appareat, ſm Pan. & Mod. in c. q̃ in eccleſiarũ. J. tit. 1. Imo nõ ſufficit, q in diſpenſatione ɔ ius naturale ſit expreſſa cã. Sed neceſſe eſt,

ſeceſt, ꝙ probetur, ꝙ illa cã ſit vera, ne ſit in facultate Papę, vel
principis, exprimẽdo cãm pro arbitrio, tollere ius gñale, ar. l. ſi ſor
te, cũ ibi traditis per Bar. ff. de caſtre. pecu. Inueſtigandũ ergo eſt,
an appellatio ſit defenſio naturalis. Nam ſi ſit de iure naturali,
tunc princeps non poſſet tollere, niſi cũ cã, vt in d. c. luã, & in
l. ex conſenſu, §. fi. ff. de appel. alias abſque expreſſione cauſę po
terit ipſam tollere. Rñ, appellatio poteſt dici, ꝙ ſit defenſio du-
8 pliciter. ¶ † Primo ſm qd, prout eſt certus modus defẽdẽdi, &
ſecundum iſtum ſenſum non eſt de iure naturali, ſed ciuili, ſe-
cundum Pan. in prima ſolutione. Secundo poteſt dici defenſio
ſimpliciter. Et tunc ſi quæratur, an ſit de iure naturali primæuo.
9 † quod conuenit omnibus animalibus, Inſtit. de iure nat. in prin.
& iſto etiam modo appellatio non eſt de iure naturali. Si vero
quęratur, an ſit de iure naturali ſecundario, quod ius gentium ap
pellatur, §. ſingulorũ, Inſtit. de rerum diuiſio. qđ ideo naturale
dicitur, quia in ratione fundatum eſt. Et iſto modo appellatio ẽ
de iure naturali, & ſecundum iſtũ ſenſum, verũ ent, ꝙ Impera-
tor, & papa, pñt tollere appellationem, alias ſequeretur, ꝙ non
poſſent derogare alicui legi, q. oĩs lex fundata eſt in rõne natu-
rali. c. erit aũt lex, 4. diſtin. Rñdet ergo ad argumentũ in forma, ꝙ
appellatio non eſt de iure naturali, ſed de iure gentium ſecun-
dario fundata in rõne naturali, cui poteſt princeps derogare.
Et ita reſpondet Fely. in c. cum inter. colum. 5. de excep. Pręmiſ
ſa intellige procedere, vt poſſit per principem tolli appellatio
10 interponenda a ſententia ferenda, ſed non appellatio iam † in-
terpoſita, ſecundum And. Sicu. hic, & in c. ſuper quæſtionum, in
prin. col. 7. J. eo. quia difficilius tollitur ius acquiſitum, quã acq-
rendum. l. qui autem, in prin. ff. de his, q̃ in fraud. cred. l. filius pa-
ciſcendo, C. de pact. Pro iſta declaratione facit, ꝙ vult Pan. in c.
quæ in eccleſiarum, col. 4 ſ. eo. Vbi dicitur, ꝙ Imperator & pa-
pa poſſunt impedire, nec actio, vel obligatio naſcatur. Sed poſt-
quam eſt nata, non poſſunt ſubſtantialr eam tollere, quin ſaltẽ
manu Regia non debat ius dici habenti alterum obligatum, niſi
ex cauſa, per ea, quę dicentur in capitu. ex parte, ſ. eod. Secundo
intellige procedere in principe non recognoſcente ſuperiorẽ,
ſecus in inferiore, l. 1. §. fi. ff. a quib. appel. non licet. etiam ſi talis
inferior ſit ſubdelegatus ab eo, a cuius ſententia non poterat
11 appellari. † c. ſuper quęſtionum, §. ſi vero, J. de offi. deleg. Bald. in
l. 2. circa fi. J. de appe. Hinc eſt, ꝙ licet appellare a ſententia Vice-
12 gerentis, ſiue ſubrogati † per principẽ in loco eius, a cuius ſen-
tentia non poterat appellari, l. a proconſulib. C. de appella. & ibi
Bar. infert, quod licet a ſententia prætoris ſtatutũ vetet appel
lari, non tamen intelligitur prohibere applonem a ſententia ſui
13 Vicarij. Et † per illum tex. determinat Soc. conſi. 195. Circa pri-
14 mum, lib. 2. quod ſi ſtatutum † prohibeat appellari a ſententia
iudicis datiorum lata in cã gabellarũ, nihilominus poterit ap-
pellari a delegato, cui data eſt poteſtas procedendi, & diffinien-
di cãm more datiario. Idẽ a ſententia lata p ſupremũ principẽ,
ſi ad relationem inferioris plata fuerit, l. 1. in prin. ff. quãdo app.
ſit. Roma. conſi. 5 ar. Circa propoſitam. Rõ huius deciſionis pt
eſſe, vel quia non licet inferiori tollere ius tertij, l. ſi priuatus, ff.
qui, & a quib. vel quia non licet tollere ius commune, c. cũ info
15 rior, J. de maior. & obed. Eſt autem † iure communi licita om
nis appellatio, quę non reperitur expreſſe prohibita a lege ſecũ
dum gl. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend. l. & in maioribus, C. de
appella. vel quia in pręiudicium præeminentię ſuperioris, ad
quem deuoluitur appellatio, non eſt licitum inferiori aliquid
ſtatuere, capitu. venientes. de iureiuran. Et iſta ratio eſt melior.
Ex quibus infertur, quod legatus de latere, non poteſt cauſam
16 committere † cum clauſula, appellatione remota, ſecundũ Pan.
40 quinque concluſiones.❡ †Prima cõncluſio,Conciliũ prouinciale põt totum recuſari,c.licet.infra tit.proximo. Sed aduerte,quod ibi non apparet , quod illi Conſules collegialiter iudicarent tãquam vniuerſi.ad idem tex.in d.c. quod ſuſpecti. 3.q.5.Sed ſecundum Barba.etiam nõ probat, quia ibi ſpecialiter erat Concilium congregatum contra Ioan. Chryſoſtomum, quo caſu patẽter apparebat odium.Nec obſtat,q̃ etiã ibi dicat̃,quod Anaſtaſius recuſauit Conciliũ Calcedo. quia ibi dr̃,quod cauſa erat decideda a Patriarcha ſolo,& inimico Anaſtaſij:ſed ſi tota ſynod⁹ habuiſſet iudicare,text.nõ aperit quòd potuiſſet recuſari,põt forte dici,q̃ uno probatur, dum dr̃ quod d.Io.recuſauit.Nec obſtat,q̃ fuiſſet Cõciliũ ſpecialiter cõgregatũ ꝯ eũ,quia eſto, ſatis ex hoc elicitur q̃ totum vnũ Conciliũ põt ex cauſa inimicitiæ recuſari , & benè probatur in cle.paſtoralis.§.Piſana , de re iudic.ſequitur Spec.tit. de

de requi. Concil. in prin. ver. ſcias. & Cal. cōſ. 6. in tit. de appel.
quā allegant, & ſequunt Mod. hic. Idē tenēt Alex. & Mod. in
l. aptiſsimi. C. de iudi. & Peruſ. i c. poſtremò. verſic. octauo &
vltimò, & in c. cū ſpāli. ver. decimo quarto. j. de appellat. facit
tex. in c. ſtatutū, §. cū verò. de reſcr. in ſexto. pro iſta cōcluſio-
ne Fel. adducit rōnem. a Cōcilio pōt appellari. c. multis. 17. di-
ſtin. ergo ēt poterit recuſari, quia appellatio & recuſatio a pa-
ri procedunt, c. ſuper eo. j. de appell. Sed parū facit, quia appel
lo a iudice in quē cōſenſi, & tñ non recuſo, ca. inter monaſte-
riū. j. de re iud. intellige iſtam cōcluſ. apparēte probabili cau-
ſa, alias p̄ſumeret recuſari in fraudē, ſm Bal. in l. hoc modo. ff.
de cōd. & demō. iſta declaratio Bal. parū operat de iure Ca-
nonico, quo iure requirit, q̄ cognoſcat de cauſis ſuſpicionū.
d. c. cū ſpāli. Sed de iure ciuili, quo proponit recuſatio per ſo-
lū iuſm recuſantis, ſm gl. & Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb.
declaratio Bal. eſt veriſsima, & ex ea infert ad dictū Spec. p̄al
legatū, q̄ nō ſufficeret iurare oēs Doctores vnius ciuitatis eſ-
41 ſe ſuſpectos, niſi cōſtaret de p̄babili cauſa. ¶ † Secunda cōcluſ.
vbi caput eſt ſuſpectum, pōt totū Concilū recuſari. d. c. q̄ ſu-
ſpecti. Attende, quia ibi caput erat iudex ſolus, & alij coepi-
ſcopi aſſeſſores, iſtā concluſionē ſequit Bal. in l. 1. C. ſi rector
prouin. & tranſeunt cō̄ter Doc. hic. idē tenet Alex. cōſ. 40. inc.
Perſpectis verbis, col. 2. Fel. in c. cām quæ, col. 1. de off. deleg.
Dec. cōſ. 151. col. 9. facit c. inſinuante, de off. dele. In cōtrariū
argoo ſic; Archieps, qui iudicauit in cā principali, vr̄ ſuſpect⁹
in cā appellationis, l. eos, in prin. C. de appel. notat gl. in c. que
relā. ſ. de elec. Fely. in c. inſuper, col. 5. j. de teſti. & tñ ſi appel-
latur, ab eo cōſtitutū eſt q̄ appelletur ad Concilium prouin-
ciale, in quo ipſe eſt caput, c. multis, cū gl. 16. diſt. c. oīs, 2. q. 6.
quod nullatenus ſtatutū fuiſſet, ſi pp caput totum Cōcilium
poſſet recuſari. Cogita ſi ex ſequen. reſultat ſolutio; intellige
ergo vt procedat, qñ caput eſſe tale, cui alij de collegio nō au-
derēt cōtradicere, aliàs ſecus. ita Bal. hic & cęteri ſequunt. Se
cūdo intelligerē procedere, vbi Concilīū remoto capite non
valeret de illa cauſa cognoſcere. ſecus vbi poſſet: tunc ſolū ca
put eſſet remouendum p ea, quæ dicam in ſequenti cōcluſio
42 ne. ¶ † Tertia cōcluſio, vbi p̄ſidentes Cōcilio ſunt ſuſpecti, po
terit totū Concilīū recuſari, ēt q̄ caput nō ſit ſuſpectū, arg. ca.
fin. ſ. de proc. intellige procedere, ſi præſidentes Concilio ſūt
coniudices, ſecus ſi interſint tanquā aſſeſſores: tunc erit arbi-
trarīū, an tota ſynodus poſsit recuſari cōſiderata qualitate ca-
pitis. Qōo aūt cognoſcatur, an Epī ſunt coniudices an aſſeſſo
res, videatis Pan. & alios in c. nō poteſt, j. de re iud. & Fely. in
c. irrefragabilis, ſ. de off. ordi. tñ placet, q̄ dicantur aſſeſſores
tñ, qñ Cōcilīū ſunt congregatū pro aliqua cauſa ſpāli ſolum,
prout voluit Archi. in ſumma, 3. q. 8. & probatur in d. c. quod
ſuſpecti, vbi Patriarcha ſolus erat Iudex. Intellige ſcđò, qñ re-
motis præſidentibus non remanet Cōcilium in perfecto nu-
mero requiſito ſm qualitatem cauſæ, aliàs ſolū ſuſpecti eſſēt
remouendi, arg. c. gratum, cum gl. ſ. de poſtu. præl. & ca. quod
ſicut, ſ. de elec. ita Abb. hic, & alij non impugnant. qualis autē
debeat eſſe numerus Epōrum ſcđm qualitatem cauſæ, decla-
43 ratur per gl. in ſumma, 15. q. 7. & Abb. in d. c. nō pōt. ¶ † Quar-
ta concluſio, pp ſuſpicionē aſſeſſoris pōt iudex recuſari. ſequi
tur Sal. in l. j. C. ſi quacum. prædi. pote. vbi rñdet ad illum text.
quem ad hoc allegat Barb. in cōtrariū, & ſequunt Mod. ratio
eſt ſm Abb. quia eo ipſo, q̄ ſuſpectū aſſeſſorem nō remouet,
ſe ipſum ſuſpectum reddit, & oīs cauſa eſt ſufficiens ad recu-
ſandum iudicem, ſm gl. in c. cum R. canonicus, ſ. de off. dele.
intellige procedere, ſi iudex ſit lr̄arum ignorās, ſecus ſi ſit iu
riſperitus, ſm d. Ant. hic, quia ſapiens falli nō pōt, ſm glo. in l.
iuſtitia, ff. de iuſt. & iu. ego crederem, q̄ ſi iudex nō remoue-
rit aſſeſſorē ſuſpectū, eſto q̄ eſſet peritus, poſſet recuſari p rō-
44 nē ſ. allegatam. † An aūt Eps̄ poſsit recuſari pp ſuſpicionem
ſui Vicarij? rñdeo q̄ nō, p tex. in c. ſi. contra vnū, in fi. de offi.
dele. in 6. qđ ecōtra, an pp ſuſpicionē Epī poſſit recuſari Vica
rius? Bal. in d. l. j. determinat q̄ nō, ſequit Dec. hic. Contrariū
eſt verius, & contrariū tenent communiter Doc. Sal. Soc. in d. l. j.
Abb. Imo. & Fel. in d. c. inſinuante, per illū tex. Iaſ. in l. aptiſsi-
mi, in 3. col. C. de iud. & rō eſt manifeſta. pōt. n. Eps̄ reuocare
Vicariū ſuū pro libito, ſm glo. in cle. ſi. de proc. & Gemin. in
c. 1. de off. Vicar. in 6. eſt ergo veriſimile, q̄ Vicarius trahetur
in ſniam Epī ne remoueatur. & ex hoc infero, q̄ ſi Vicarius
Epī eſſet confirmatus a Papa, q̄ non poſſet recuſari. rō, quia
tunc non poteſt per Epm̄ remoueri. ſm d. Ant. in ca. nouit. j.
eo. vbi ſcripſi, in 6. & no. q̄ in iſtis terminis poſſet ſaluari opi.
Bal. & Dec. & ita voluit Peruſ. in c. dilecti. 2. j. q. 4. j. de appell.
vbi videas quid de alijs Vicarijs. An aūt in cauſa dele. Vicario
per Papam procedat iſta concluſio: Card. in clem. 2. in 8. q. de
reſcr. tenuit q̄ non, & ſequitur Fel. in d. c. inſinuante. Ego val
de dubito, quia militat eadē rō, ne Eps̄ trahat eū in ſuā ſniam
45 rōne officij, vt ſ. dixi. ¶ † Quinta concluſio, Cōcilīū gñale nō
pōt recuſari, in iſta concluſione tranſeunt oēs, aduerte tñ, quia
ratio aſſignata q̄ eccleſia Dei non poſsit errare, c. a recta. 24.
q. j. nō vr̄ vera. primò non p̄batur in d. c. a recta, quia ibi ſolū
dr̄ q̄ nō cōſtat eccleſiā erraſſe. ſcđò, quia eccleſia nō pōt erra-
re. ſ. in articulis fidei, nā p illis orauit Chr̄s, ne deficeret fides
ſua §. j. ad hæ. 21. diſ. c. maiores, de baptiſmo. Sed in alijs pōt er
rare. c. a nobis, & ibi Abb. j. de ſen. excō. gl. i c. j. de reliq. & ve
ne. ſan. Scđo p̄cedit i eccleſia vniuerſali vera, cuius caput eſt
Chr̄s, nō i eccleſia repreſētata p Cōcilīū, ſm Abb. in c. ſigni-
ficaſti, ſ. de ele. & in c. j. §. vna. & ibi Fel. ſ. de ſū. Tri. & fi. cath.
vñ alij aliā rōnē aſſignāt, quia Cōcilio gñali p̄eſt Papa, qui nō
pōt recuſari, ſm Abb. i c. q̄relā. 1. gl. j. ſ. de ele. & dixi ſ. Sed ad
uerte, quia iſta rō nō vr̄ vera. licēt. n. Papa regulariter nō poſ-
ſit recuſari; tñ ſi recuſet, ex p̄babili cā tenet lege honeſtatis
cām alteri delegare, ſm gl. i c. nullā. 2. q. 5. q̄ extollit Ro. cōſ.
52. inc. Circa p̄poſitū. Scđo, quia attenta iſta rōne, ſeq̄ret, q̄
ſi cōtēderet inter duos de Papatu, iuxta tex. i ca. ſi duo 89. diſ.
q̄ poſſet Cōcilīū recuſari, quia ibi nō p̄eſt Papa, cui⁹ ꝯrīū vult
Abb. hic, i verſ. maximè hoc puto. An āt Papa poſſit recuſare
Cōcilīū cōgregatū ꝯ ſe, Barb. tenet hic q̄ ſic. ꝯrīū vr̄ p ſupra
dicta, & quia ſupra Cōcilīū nemo eſt ali⁹, uix vnq̄ Cōcilīū co
gnoſceret de cā Papæ. ¶ Iſtis p̄miſſis remanēt expeditæ duæ
rōnes gl. quare fuerit Eps̄ hic iterrogat⁹, videam⁹ an aliæ poſ-
ſint aſſignari. ¶ Tertia rō aſſignat p Vincen. & Philip. hic, vt
fuerit interrogatus ad excludēdū ius reuocandi domū decla
rādo, vt hic per Abb. Aduerte, quia iſte intellectus nullaten⁹
vr̄ ver⁹. Primò, quia in tex. nō dubitat de iurib. citationis. Er-
go dicēdū ē, q̄ fuerit legitima, & ſic obiecta crimina i ipſa ci-
tatione, iuxta tex. i c. j. de ętate & qual. i ſol. ¶ Secūdo ubi agit
de electione prælati, ceſſat ius reuocādi domū, ſm Abb. in c.
fi. col. fi. j. tit. prox. Ergo idē, vbi agit de remouendo malo p̄-
lato, tū quia militat eadē rō, tū quia ꝯriorū eadē dēt eſſe diſci
plina. l. ij. ff. de his, qui ſūt ſui, vel alieni iuris. cū ſi. Ad tex. in ca.
p̄ſenti, rñdeo q̄ ibi non dr̄, q̄ cōpetat ius reuocandi domum.
¶ Quarta rō aſſignat, q̄ fuerit īterrogat⁹ ad tollēdā exceptio-
nē, q̄ hmōi cā eēt remittēda ad Papatū, cū ſit de maiorib. cau
ſis. c. vt debit⁹, in fi. de appel. Iſtā impugnat Pan. rōne, de qua
hic p eū, q̄ poteſtis ſic cōp̄bare. vbi Delegās reſeruat ſibi aliq̄
cognitionē; reſpectu reſeruationis, nō pnt partes p̄rogare iu-
riſdictionem delegati iudicis, ſm Inn. i c. inter dilectos, de ex
ceſſ. p̄la. Fel. i c. P. & G. de off. deleg. col. pe. & quia illa ſola iu-
riſdictio pōt prorogari, q̄ hētur in ſubdito, vt no. in l. teſtamē
ta oia. C. de teſta. Quinta rō interrogationis adducitur, quia
erat alterius prouinciæ. Sed iſtā reprobat Abb. & bñ, vt hic p
46 eum. ¶ † Sexta rō aſſignat per Pet. de Anch. & Imo. hic, q̄ Eps̄
habeat ius eligēdi, an velit cōueniri corā Cōcilio, vel coram
Papa. c. nemine, in fi. ibi, niſi ſit prælatus. 3. q. 6. Ad tollendum
iſtud ius eligēdi fuit interrogatus Eps̄, & an iſtos, ita intelle-
xit hūc tex. Spec. tit. de comp. iud. adi. §. j. uer. ſed nunquid. &
ſequit Dec. hic. quare cōuenīēs eſt, q̄ ſi Eps̄ velit cām tracta
ri corā Papa, cui eſt reſeruata deciſio, d. c. accuſatus dēat audi
ri, ne cauſæ cōtinētia diuidat. l. nulli. C. de iudi. Ego credo, q̄
aſſumptū iſtorū ſit falſum, per tex. in d. c. q̄ ſuſpecti. 3. q. 5. vbi
ſi Eps̄ vult recuſare Conciliū, oportet quod adducat, & pro-
bet legitimam cām ſuſpicionis, quam certē fruſtratoriè pro-
baret, ſi haberet ius eligēdi & inutile fuiſſet remediū recuſan
di, ſi cōpeteret ius eligendi. Non ob. tex. in d. c. nemine, quia
illa exceptio, niſi ſit prælatus, dēt referri ad verbum, termine
tur. ¶ Septimā rō vr̄ poſſe aſſignari, q̄ fuerit interrogat⁹ ab ad
uerſario, an eum vellet experiri ad tollēdas exceptiones obij
ciendas contra perſonam ipſius accuſatoris, de quibus i l. qui
accuſare, & in l. qui iudicio. ff. de accuſ. & ſm iſtū ſenſū ceſſa-
47 bit ardua difficultas. l. ſi cōuenerit, de qua ſtatim ſubiiciā. ¶ †
In gl. in uerbo, experiri, ibi aliqñ pro agere. Pan. dicit, q̄ illud
eſt regulare, p quo vltra copioſe adducta per Mod. adde opti
mum tex. in §. edicto, in verbo, ſiue experiant, ſiue conueniā
tur, Inſti. de uſu ca. & in l. ſi lōgius, cum glo. ff. de iudi. Sed ad-
uerte, quia iſta gl. vult totum oppoſitum, dum dicit, aliquādo
pro agere; dictio, aliquando, denotat regulam eſſe in contra-
rium. l. aliqñ. ff. ad Velleianum. Credo. n. verius eſſe quod di-
cit Abb. & ad gl. poſſet reſponderi, quòd dictio, aliquando, fa-
cit quandoque regulam. Inſtitu. quibus modis re. contra. obl.
in princip. ¶ Aduerte etiam inquantū Abb. aſſignat rationē,
quia prouocādo reum ad iudiciū actor experitur iura ſua. Iſta
ratio non uidetur uera, quia ea attenta etiam reus proprie di-
ceretur experiri, nam proponendo exceptiones ſuas, etiā ip-
ſe experitur iura ſua. Hinc eſt, quòd in exceptionibus reus dr̄
48 actor. l. j. ff. de exceptio. ¶ † Gloſ. in verbo, placere, opponit de
l. ſi conuenerit. Iſta eſt fortis oppoſitio, & ſuper ea cōſiſtit fe-
re tota materia huius capituli. dant plures ſolutiones, prima
fuit ſolutio gloſ. quod regulariter ſit locus pœnitentiæ p text.
in c. cum laici, infra de iurepatrona. niſi pœnitentia ſit præiu
dicialis tertio. l. nemo de regu. iuris. iſtam ſolutionē damnat
Abb. ut hic per eum. Ex cuius dictis habetis notare duo. Pri-
mò, quòd licitum eſt ueniro contra factum propriū nulliter
geſtū, & ita notat Abb. in d. c. cum laici. ad idem tex. in c. quia

præſi. te-

presbyterorũ, .de reb.eccl. non alie.& in c.diuer. s . de cle. coniug. de quo videaris doc .. & .. in l.poſt mo.. .. de adop. repilogatã per Pan.in c.noſter. .de elec.& per Fel.in c.a.col. 3. ĵ.de excep. Secundo hēts limitationē ad c.cum autem. ĵ de iurepa.& ad ea,quæ diximus in rubr.ſ q. non eſt licitũ patronis in totum variare,& diſcedere á prima pñtatione , vt procedat,qñ prima præſentatio tenet , ſecus ſi nulla fuit , ita vult Abb.hic;ſed certè aduertatis. iſta ēt ſolutio mihi non placet, quia ēt q. ſit licita penitentia,tñ pœnitēs tenetur ad intereſſe ſuo aduerſario,vt i.ſatè diſcutiam. Secūda fuit ſolutio Goſredi, q. ille tex. loquatur in pacto de litigando coram iudice non ſuo,iſte verò in pacto de non declinãdo iuriſdĩonem iudicis ſui,quam forte ſubſiſtente legitima cã ſuſpicionis,vel priuilegio poterat declinare.iſtã ſolutio. ſequuntur cãte Canoniſtæ hic,& Legiſtæ in cõtrario.gl.& Bar.in l.hæres abſens. in ſ.proinde. ff.de iud. Pro clariori intelligētia facio duas diſtinctas cõcluſiones,quib.expeditis erunt oīa ſcripta Doctorũ, ni fallor,bene enucleata. ¶ Prima cõcluſio:pactum prorogatiuũ iuriſdictionis iudicis nõ ſui eſt reuocabile vſq; ad litem cõteſt. ita loquitur d.l.ſi cõuenerit. Contra iſtã concluſ. obſtat regula,q. ſemel,de reg.iur.& regula l.ſicut.C.de act.& obl. ¶ Pro reſolutione inueſtiganda eſt rõ huius cõcluſionis. Quidã dñt rõnem eſſe,quia pactum continet obligationē facti , ad quod nemo præciſè cõpellitur, ſed ſoluendo intereſſe liberatur.l.ſtipulationes non diuiduntur. ver.Celſus.ff.de ver. ob.obli.iſta rõ non vř vera,quia ea conſiderata ſequeretur idem dicendũ in pacto de non declinãdo,cuius 3trium dř in eorum illo,& dicã in ſeq cõcluſione.Præterea nõ eſt vſq; adeo expeditum, q. agi poſſit ad intereſſe,vt dicam. ¶ Sed rõ aſſignatur per Ioã. An.in tit.de comp.iud.adi.ſ.j.ver.quid ſi promiſit.q. iõ ſit locus pœnitentiæ,quia nõ acceſſit cõſenſus proprij iudicis. c.ſignificaſti. ĵ.tit.præ Iſta rõ non vř bona,quia diſpõ c.ſignificaſti.procedit in clericis tñ.l.ſi cõuenerit, loquitur ēt in laicis. ¶ Secundo non bona vř,quia ea conſiderata ſequeretř, q. poſt litem cont. eſſet ēt licita pœnitentia, cuius 3trium dř in d.l.ſi cõuenerit. ¶ Tertia rõ aſſignatur per Are. hic acquiſitio iuriſdictionis eſt acquiſitio iuris corporalis: incorporalia aũt non acquirunť ſola cõuentione,ſed requiritur traditio,vel quaſi.l. 3. ſ.latæ.ff.de viuſr.quæ traditio fit per vſum & patientiam.l. quoties.ff.de ſeru.Antequã ergo iudex incipiat vti iuriſdĩone prorogata,licita vř pñia.Iſtam ēt impugnat Iaſ.quia non agiť de noua iuriſdĩone danda , ſed de prorogãda , cui obiectioni poſſet rñderi,vt i.dicam. ¶ Sed ex alio non placet, quia ratio Are.ſolũ procedit quãtũ ad acquiſitionem dñij, & quaſi poſſeſſionis iurium incorporalium , ſed quãtũ ad acquiſitionem actionis ad rem ſeu ad ipſum ius ſola conuentione acquiritur actio.ſ.fi. Inſt.de ſeruit.vñ non vř licita pœnitētia,ſicut in rebus corporalibus,in quib.etiam q. non ſit tranſlatũ dñiũ, nec poſſeſſio,tñ nõ licēt pœnitere,ſed agere actione perſonali,vt 3ctus adimpleatur.l.ex empto.ff.de act.empt.cum ſi. ¶ Quarta rõ aſſignatur per Bal.& Ang.in d.l.ſi cõuenerit. quia iuriſdictio eſt iuris publici.l.j.ſ.ius publicũ.ff.de iuſ.& iu.& in his, quæ ſunt publici iuris,facta priuatorũ nihil pñt.l. priuatorũ. C.de iuriſ.om.iud.l.ius publicũ.ff.de pac. Iſtam reprehendit do.Iaſ.ibi,quia lex priuatorũ procedit,vbi agitur de danda iuriſdictione penitus non hñti,ſecus ſi agitur de prorogãda iuriſdictione illius,qui hēt,vnde patet in l.2.ff de iud. & in c.P. & G.de off.deleg. cum ſim. defendendo iſtam rõnem poſſet dici,q. iuriſdĩo prorogata dř noua iuriſdictio, & non eadē ſm Bald.in l.ſi a te.C.de pac.inter empt.& vend. & Fel.in c.a.de cauſis,col.2.de off.deleg.Ex alio non vř vera, quia ea cõſiderata ſequeretur q. ēt lite cont.eſſet locus pœnitentiæ. ¶ Item ſequeretur,q. partes nunquã poſſent prorogare iuriſdictionē iudicis non ſui 3 iura prææallegata.Poſſet tñ dici,q. efficaciter iudici nõ acquiriť iuriſdictio prorogata virtute pacti,ſed virtute litis conteſt. ſicut procuratori efficaciter nõ acquiritur ius in lite virtute mandati,quin tēmp poſſit reuocari,niſi ſequatur litis cõteſt.l.poſt litē.ff.de proc. Quinto loco Alb. de Roſ. ibi,& Doc.hic videntes nõ poſſe aſſignari probabilē rõnē, dederunt nouũ intellectũ ad l.ſi conuenerit , vt intelligat quod ſit licita pñia de cõſenſu ambarũ partiũ . iſte intellectus vltra q. eſt indubitabilis,non vř verus,quia ille tex. vult q. poſt litē cõteſt.nõ poſſit volũtas mutari,& tñ ſi intelligeretř de cõſenſu ambarũ partiũ,illud eēt falſũ,quia ēt iudice ordinario poſt lit.cont.de eo cõſenſu vtriuſq; partis licitũ eſt recedere,& ire ad aliũ iudicē,ſcđm Inn.in c.cũ M.de cõſti. & Fel.in c. ex te-

49 nore.col.fi.ſ.de reſcrip.ita limitantes.l.vbi cœptũ. ff.co. ¶ †Secũda cõcluſ.pactũ de nõ declinando iuriſdĩonem proprij iudicis eſt irreuocabile,& ſtatim obligatoriũ. Circa iſtã concluſ. aduertendũ eſt ad plura.primò an probetur hic, ſecũdò an alio iure;tertiò an auctoritate;quartò an ſimili;quintò q̃ ſit rõ diuerſitatis inter iſtã cõcluſ.& præcedentē,vltimo an aliquid obſtet 3 iſtã cõcluſ. ¶ Circa primũ,Dec. hic in lectu.Piſana dicit nõ probari,niſi velimus diuinare,ſed poſtea in lectura Papienſi

D.N.

ſe correxit,quia neceſſariò iſte tex.dēt intelligi, ... Fũs eēt ſub iuriſdĩone Cõcilij pro ea,quæ dicit Abb. .. .. de .. dici. ¶ Circa ſm dicas,q. ad idē eſt tex.in l. .. quis in con.. .. li.. C.de pac.& in l.ſi quis in cõſcribēdo,C.de 1.pa.. .. ¶ Circa tertium dic,q. iſtã concluſ.ſequũtur Docto.anti.. .., & Mod. hic,& in d.l.ſi cõuenerit. Ant.de But.in c. ſigni..cantibus,col. fi.de off.dele.gl.fi.in l.j.ff.ſi quis ius voc.non ier. ¶ Circa quartũ dicas facere quatuor ſimilia primũ , prorogãs iuriſdĩonem iudicis nõ ſui per errorē pt docto de errore reuocare cõſenſum l.ſi per errorē,ff.de iuriſ.om iud.& tñ omittes declinatoriã per errorē,nõ pt ad eã redire,ſm gl.in l.3.in verbo, cõſenſus.ff.e. Ab.poſt Inn.in c.ad petitionē.ver.no.bñ. & ibi Aret. col.3.ĵ. de acc.Sal.in l.j.col.7.C.de iud.Pau.& Iaſ.in d.l.ſi per errorē. Ad do fortius, q. ſi quis omiſit declinatoriã, & perēpta inſtantia, vel lata abſolutoria ab obſeruatione iudicij,iterũ cõueniař coram eodē iudice,nõ poterit amplius declinare, ita notabiliter determinat Guil.de Cu.in l.cũ qui.ff.de conſti. pec. per tex.in l.ſi quis reperceret.ff.ad Turp.& iſtud dictũ reputat ſing.Ro.ſing. 156.Vltimo dico tibi, ĩ meo,char.7.col.4. ſm ſimile,clericus nõ pt prorogare iuriſdĩonē iudicis nõ ſui ſine licētia ſuperioris. d.c.ſignifi.& tñ pt cõſentire in iudicē ſuũ, cuius iuriſdĩonē poterat declinare abſq; licētia alterius iudicis ſui,ſm Ab.cõſ.25. Attingã.col.j.vol.j.ſequunť Mod.hic. Addo tertiũ ſimile,petēs copiã libelli nõ vř prorogare iuriſdĩonē iudicis non ſui.l.in .. vř.ff.de iud. & tñ petens copiã libelli vř renunciare declinatoriæ,ſm Ang.in l.ſed ſi ſuſceperit.ff.de iud ſequitur Alex in apoſt.in d.l.no vř. Addo quartũ ſimile, viator cõtrahēdo non vř prorogare iuriſdĩonē iudicis loci,in quo 3hit,nec ib. ſortiť forũ rõne 3ctus l.hs abſēs.ff.de iud. & tñ vř remittere declinatoriã ſibi aliquo priuilegio cõpetētem,ſm Abb.in c.fi.col.10.

50 poſt do. Ant. ĵ de fo.cõp. ¶ Circa quintũ aſſignãtur plures rõnes.Pan.ponit quatuor. Prima,quia facilius cõſeruatur iuriſdictio in eſſe deducta, q̃ de nouo inducať , iuxta reg. l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie. iur. c.ad apoſtolicã, de regula.Cõſidera,quia rõ no vř ſubſiſtentabilis,quia iuriſdictio, q̃ pt declinari,nõ vř habere perfectũ eſſe,cũ priuatiuè,nullã habere,vel habere talē,q̃ poſſit exceptione tolli.l.nihil intereſt. ff.de reg.iur.vnde eadē difficultate aliquid conſeruať, quando non hēt perfectum eſſe,quã de nouo inducitur, ſm Iaſ.in l.in teſtamēto.C.de teſtam.mil.col.11.pro quo facit tex. in c.ſuper

51 his. ĵ.de accuſa. ¶ †Secunda rõ,quæ implicitè poniť in prima, eſt,quia odia ſunt reſtringēda,reg.odia, de reg.iu. l.cũ quidã. ff.de lib.& poſth. pactũ de prorogãdo eſt odioſum, quia derogat iuriſdĩoni ordinariæ, ſicut dicimus q. iuriſdictio delegata eſt odioſa,quia derogat ordinariæ,ſm gl.in c.j.in verbo, proceſſus,& in c.2.in gl.de reſcrip.in 6.Pactũ aũt de nõ declinãdo eſt fauorabile,quia conſeruat iuriſdĩonem ordinariam. Aduerte, quia Abb.in iſta rõne vult,q. per pactũ de prorogando ſit derogatum iuriſdĩoni ordinariæ. Iſtud non vř verum ſimpliciter, nam antequam iudex prorogatus incipiat vti iuriſdĩone, non cenſeť ordinarius prohibitus cognoſcere de cã,cum iuriſdictio ſemper intelligatur concelſa cumulatiuè & nõ priuatiuè.l.fi.C.de iuriſ.om.iud.l.j.C.de offi.pře.vrb.Itē in criminalibus,ubi procediť per viã inquiſitionis, nõ prohibetur ordinarius inquirere pendēte proceſſu corã iudice prorogato, ſm Io.An.in add.Spe.in tit.de cõpet.iud.adi.ſ.j.ver. ſed nũquid.ſequiť dñs Ant.in c.ſi diligenti,col.10.ĵ.de fo.cõpe. Aret.in c. ad petitionem.col.4. .de accuſ. ¶ Tertia ratio ſm Pan.eſt,quia in pacto de nõ declinãdo agiť ſolũ de abdicãda quadã exceptione parti cõpetente, ideo pars ſola pacto põt renũciare. d.l.ſi quis in cõſcribendo,ſed in pactu prorogatiuo agitur de dando iuriſdĩonem iudici,quæ nõ pt ei tribui,niſi acceptet, ergo ante acceptationē licita vř penitētia,arg.l.ſi abſenti.ff.de don. Iſtam rõnem reprehēdunt Mod. quia in prorogatione nõ requiriť conſenſus iudicis l.2.ſ.conuenire.ff.eo. Sed aduerte, quia licēt ĩ pacto cõcipiēdo nõ requirat cõſenſus iudicis.d.l.2.ſ.conuenire, tñ ex hoc nõ ſequiť,quin iudex poſſit nõ acceptare. arg.l.3.ff. de arbit.& q. iudex poſſit nõ acceptare,vide expſſe Ab.hic.& ita tenēdo habetis limitationē ad l.munerũ.ſ.iu ſcandi.ff.de mun.& hon.vt procedat inter ſubditos, ſecus inter nõ ſubditos, volētes eius iuriſdĩonē prorogare. ¶ Quarta rõ ſm Pan.eſt, quia in pacto de prorogãdo agiť de modo ꝓ iudicio.ſed certè idē ĩ pacto de nõ declinãdo,& ſic rõ falſa. ¶ Quinta rõ aſſignatur per Bal.in d.l.ſi cõuenerit,quia per pactũ de nõ declinãdo prorogať exercitium iuriſdĩonis, qđ facilius extēdit. in pacto uero de prorogãdo extēdit ipſa iuriſdictio,q̃ difficilius prorogať,ſm Inn.in c.prudētiã.ſ.ſexta.ſ.de offi.dele. ¶ Sexta rõ aſſignať per Iaſ.in l. ſi per errorē.ff.de iuriſd.om.iud. quia facilius tolliť ius ſingulare,q̃ cõe,l.eius militis.ſ.militia militis.ff.de teſt.mil. ſed exceptio declinatoria non põt competere , niſi iure quodam ſpeciali,ergo citius tollitur per pactum de non declinando.Conſidera,an exceptio recuſationis,quæ eſt etiã declinatoria, cõpetat de iure communi : qđ vř,quia oibus paſſim ſubſiſtente cauſa conceditur.d.c.quod ſuſpecti.l.aperciſſimi. C.de iudic.

¶ Septima ratio videtur poſſe aſſignari, quia per pactũ de nõ
declinando, iuriſdictio reuertitur ad ſuum ordinariũ & natu-
ralem ſtatum: per pactum verò de prorogãdo iudicio, abdica
tur a naturali iudice: ideo primo caſu non eſt licita pœnitẽtia,
ſecundo ſic, nam quęlibet res de facili reuertitur ad naturam
ſuam. c. ab exordio. 36. diſt. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de
52 pactis, & iſtã rationẽ poſuit Abb in d. conſi. 25. col. 3. ¶ † Circa
vltimũ, obſtat vnũ, quod adducit. Barb. hic, privilegio fori ge
neralis renunciatio nõ pręiudicat. l. 1 & ibi gl. fin. ſi quis in ius
vocat. non ierit. requiritur enim ſpecialis renunciatio, per pa
ctum autem de non declinando nõ videtur renunciatum in
ſpecie privilegio fori, ergo &c. Reſpõdet ipſe, ſoluat Apollo.
Secundò reſpondet, quãdo hoc operatur calor iudicii. Sed ad
uerte, quia iſta ſolutio non ualet, quia Doct. *cõiter* uolũt, quòd
pactum de non declinando ẽt factum extra iudiciũ ſit obliga
torium. Secundò non videtur verum, quòd calor iudicij ope-
retur, quòd generalis renũciatio extendatur ad privilegium
fori, & in contrariũ eſt caſus in d. l. 1. & ibi Iaſo. in fine ponde-
rat. vñ ego reſpondere, quòd pactũ de non declinando, habet
vim ſpecialis renunciationis. Nam quod venit ex natura act⁹
dicitur ſpecialiter deductum ſecundum Fel. qui declarat. in c.
tranſlato, ſupra de conſtitu. Ad hoc autem, ut pactum de nõ
declinando ualeat. ex natura ipſius pacti uidetur ſublata decli
natoria. & iõ Bald. & Modet. in d. l. 1. dicũt, quòd ſi fideiuſſor
promiſiſſet tibi parere mandatis iudicis, intelligeret renun-
ciaſſe privilegio fori, quod non eſt ex alio, niſi quia ex natura
promiſſionis de parẽdo includitur renũciatio privilegij fori.
Tertia fuit ſolutio Hoſt. quòd iſte tex. nõ cõtrarietur. l. ſi cõue
nerit, quia nõ negat, licitam eſſe pœnitentiam. Iſta *communiter*
damnatur, & mihi etiam non placet, quia notum erat Conci
lio, iſti Epiſcopo competere declinatoriam, ſi ergo fuiſſe lici-
ta pœnitentia, nõ potuiſſet excommunicari, ſecũdũ Barto. in
l. 2. col. 3. ff. ſi quis i ius voc. nõ ierit. ¶ Quarta fuit ſolutio Io. de
Lign. quòd ſi cõuenerit, loquatur in pacto prorogatiuo facto
extra iudiciũ, iſte verò loquatur in pacto prorogatiuo facto in
iudicio. Circa iſtam ſolutionem Abb. moltũ inſiſtit: ordinatẽ
procedendo diſcutienda ſunt tria. Primum, an p pactũ factũ
ante litem conteſtatam inducatur prorogatio. Secũdũ, an ſit
uera in ſe iſta concluſio, quòd pactũ prorogatiuum in iudicio
factum ſit irreuocabile. Tertium, an iſta ſolutio poſſit ad tex.
noſtrũ applicari. Circa primũ *cõis* concluſio eſt, q iuriſdictio
etiam p actus factos ante litem cõteſtatam prorogetur, l. i. ff.
eo. cum his allegatis p Abb. & Mod. iſtam dicit communẽ
Alc. in l. quidam conſulebant. col. pen. ff. de re iud. & Fel. in c.
inter monaſterium. col. 3. infr. de re iud. & ratio illa vr̃ effica-
cior, quia proponens dilatorias videtur velle, q iudex pronũ-
ciet ſuper eis, & conſequẽter vr̃ approbare eius iuriſdictionẽ.
Contrariũ vult Aret. hic, & Ful. in d. l. ſi cõuenerit, & alij, quos
referunt Alc. & Fel. in locis præalleg. Adducunt plura; tria tã
tum ſunt, quæ ſtringunt. ¶ Primò inducta ad impugnãdũ nõ
dẽnt operari approbationẽ. l. Titia §. fi. ff. de manu. teſta. facit
l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. opponens aũt dilatoriam, etiam
quòd petat per iudicem pronunciari ſuper illis, tamẽ petit ad
fugiendum iudicium, ergo non operabitur contrariũ. ſ. ut iu-
dex poſſit procedere. Arbitror poſſe reſponderi, q inducta ad
vnum effectum non operentur 2rium, niſi 2rium ſequatur
in neceſſariam cõſequentiam. l. cum ex oratione. ff. de exc. tu
to. in fi. quam ad hoc notat Bal. in l. quod fauore. ff. de leg. Sed
in cõſequentiã ſequitur, q ſi iudex pronũciet dilatorias non
obſtare, q dẽnt alter procedere, quod pbatur, quia inducta ad
diminutionem, operant̃ augmentum qñ alias diſpoſitio non
poſſet hẽre effectum. l. denique § interdum. ff. de pecu. leg. gl.
in c. dixit Sara. 32. q. 4. pronũciatio. n. dilatorias nõ obſtare, ni
hil operaretur, ſi perſona iudicis nõ cẽſeret̃ approbata. facit,
quia qui vult aliquẽ eſſe iudicẽ cauſæ præparatoriæ, dicit etiã
uelle, q ſit iudex cã præparatæ. l. ordinarij. C. de iud. & ſ. dixi
in rub. ¶ Secũdo pro iſta parte a minori ad maius affirmatiuẽ
non ualet arg. c. cõ in cunctis. §. 1. vbi gl. magiſtra. ſ. de elec. nõ
ſequitur cõſentit ſuper dilatorijs, quę ſunt modici pręiudicij,
ergo cõſentit ſuper perẽptorijs, põt reſponderi, q argũ pro-
cederet, niſi maiora ſequantur inconuenientia. arg. l. & ſi nõ
ſunt. §. peruenimus. ff. de au. & arg. lega ¶ Tertiò ſic, limitat⁹
conſenſus debet operari limitatũ effectũ. l. in agris. ff. de acq.
rer. dom. c. cũ ordinem ſ. de reſcri. cũ ergo ſit limitatus ad di
latorias, non dẽt operari ultra limites. facit gl. in cle. 1. ęp̃e. ver
bo. in partib. de ver. ſig. fortificatur per id, q dicit Abb. in c. ſi
in clericorũ, col. 8. ver. ſed circa pdicta. ſ. tit. prox. & iſtud ma
xime procedit in iudicialibus, per ea q ſcribit Fel. in c. cũ dile
cta. col. 2. ſ. de reſcrip. Mod. pro reſolutione negant, q quãtũ
ad perſonam iudicis conſenſus dicatur limitatus, non tñ hoc
iuſtificant, niſi forte dicas, quod põt iuſtificari ex his, quę ego
dixi ſupra ad primum arg. Retenta igitur communi ſentẽtia
limita multis modis primo niſi dilatoria ſit appoſita cõtra p-
ſonam iudicis, c. ſuper litteris, ſ. de reſcrip. Secundo limita in
cauſis criminalib. vbi procedit̃ per viã inquiſitionis, ſecundũ
Bal. in l. 3 C. de ſicar. & in l. pen. C. ubi de crim. agi opor. Iaſo.
in d. l. ſi conuenerit, moti ſunt, quia in prorogatione requirit̃
conſenſus ambarũ partium, qui non poteſt haberi in iudicio
inquiſitionis, in quo deficit accuſator. Iſta fallẽtia eſt falſa, &
contrarium tenet Archid. hic. & in c. ad petitionem. col. 8. ſ.
de accuſa. & Sal. in d. l. vbi de crim. agi oportet. ratio, quia cõ
ſenſus duorũ exigitur vbi tractatur de pręiudicio duorũ. ſed
vbi tractatur de præiudicio vnius tantũ, ſufficit ſolus eius cõ-
ſenſus. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Barto. in l. non ſolũ §. mor
te. in prima ſpecie proteſtationũ, de oper. no. nũc. Tertiò fal-
lit in ruſtica muliere, & alijs, qui excuſantur ratione iuris im
peritiæ. ſm Spec. tit. de cõpet. iud. adi. §. 1. uer. decimus caſus.
Bal. & Ang. in l. ſiu. C. de except. plures alias fallẽ. videatis p
Fel. in d. c. inter monaſterium. ¶ Circa ſm *communis* eſt con-
cluſio, quod pactum prorogatiuum iuriſdictionis factum in
iudicio, iudice præsẽte, & acceptãte, ſit irreuocabile. Pro iſta
cõcluſione adducitur primò iſte tex. ſed nõ probat, vt ſtatim
dicam. ¶ Secundò allegat̃ ratio, quia pœnitens falleret fidem
duobus, parti, & iudici, ergo dẽt præciſe compelli, ſecundum
gl. in l. filius familias §. n. ff. de procur. cũ ſimi. Cõſidera, quia
ratio non vr̃ bona, quia ea attenta ſequeretur, quod ſi extra
iudicium promiſſio eſſet facta parti & Notario, ſtipulanti no
mine iudicis, q non eſſet licita pœnitentia. cuius contrarium
ſentiunt omnes, dum exigunt quod promiſſio ſit facta in iu-
dicio. Reperio tñ quod Abb. in c. ſignificaſti in 2. notab. inf.
tit. proxi. tenet idẽ eſſe, ſi pactum ſit factum extra iudicium
præſente iudice & acceptante, ergo idẽ uidetur pręſente No
tario, & acceptante nomine iudicis. ¶ Tertiò adducit̃ ratio,
quia promiſſio facti explicãdi in iudicio obligat pręciſe, ſm
Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 8. q. ff. de verb. ob
lig. Conſiderã ẽt, quia iſta rõ non vr̃ tuta, nam ea attenta di
cendum eſt idem ſi pactum ſit factum abſente iudice, quia
doctrina Bar. nõ exigit, niſi quòd pactum veniat explicandũ
in iudicio, litigare autẽ ſemper uenit in iudicio explicãdum,
ergo ſemper præciſè obligaret. videt̃ ergo quod iſtæ duæ ra-
tiones dẽant ſimul iungi, & nõ ſeparatim cõſiderari. ¶ Quar-
tò adducitur tex. in d. l. ſi cõuenerit, in verbo, priuſquã adite
tur, arguendo a contrario ſenſu; põt reſponderi, quòd referen
do illa verba. priuſquam adiretur, ad illa verba, mutata uolũ-
tas, non concludit argumentũ a contrario. ¶ Quintò allega-
tur tex. in l. eſt receptum. ff. de iuriſd. omnium iud. Ad iſtum
tex. & ſimiles rñdetur, quod loquitur de prorogatione reuo
cabili, ſm Bald. ibi, dicentem illam legem debere intelligi, ſi
53 conſenſus perſeuerauerit. ¶ † Sextò facit pręcedens conclu-
ſio, ex qua elicitur, quòd tacitus conſenſus reſultãs ex actis in
ducit prorogationẽ irreuocabilem, ergo cõſenſus expreſſus
dẽt idem operari. l. cum quid. ff. ſi certum pet. ¶ Ad iſtud re-
ſpondent Moder. verum eſſe, niſi ratio diuerſitatis contrariũ
ſuaderet. Nã peracta res deſinit eſſe integra, ſecus p ſimplex
pactũ. Secundo rñdetur, quod non debet haberi reſpectus ad
conſenſum expreſſum, alias idẽ dicendum in pacto extra iu-
diciũ, cuius contrarium dr̃ in d. l. ſi conuenerit. ¶ Vltimò fa-
cit, quia calore iudicij actus nullus roboratur, nam confeſſio
ſine cauſa tãquam indiſcreta, eſt nulla, c. ſi cautio inf. de fide
inſtrumentorũ. l. cũ de indebito. ff. de probatio. & tamen ca-
lore iudicij fomentatur, ſm glo. in l. 1. ff. de interrog. act. &
ad iſtud faciunt plura, quæ cumulant Moderni. in l. pacta no-
uiſſima. C. de pactis. Ad iſtud reſpondent Doct. quod regula
eſt in cõtrariũ, ut notat̃ in l. 1. ff. de verb. oblig. Tu aduerte, q
in l. 1. ſtipulatio erat nulla ex defectu formæ, & iõ calor iudi-
cii, nõ operat̃, quia forma nõ põt adimpleri per æquipollens,
l. 3. de lib. & poſth. ſñ q regula ita ſit. ſ. q calore iudicij nõ va
lidet̃ actus inualidus, probat tex. in l. iniue apud acta. C. de trãſ.
Sed iterũ aduerte, quia poſito q regula ita ſit, tñ limitatur, ut
non procedat, qñ pactũ factum in iudicio tẽdit ad coadiuuan
dũ iudiciũ, ſm gl. in l. cũ, pro quo. ff. de in ius uoc. & in auth.
generaliter, in verbo, conſcribat. C. de epiſ. & cler. Sed tale vr̃
eſſe pactum de litigando coram iudice non ſuo, quia tẽdit ad
conualidandum iudicium alias nullũ ex defectu iuriſdictio-
nis. vñ aliter reſpondendo, q præſentia iudicis operatur, qñ
actus ſit in figura iudicij, vt declarat Fel. in d. c. ſi cautio. col.
10. verum pactum corã iudice incompetenti, non poteſt dici
factũ in figura iudicij, imo nec in iudicio, cum tunc iudex eſ-
ſet incompetẽs. c. at ſi clerici. ſ. eo. & ex hoc infert̃, q ibi nul-
lus calor iudicij. Ex hoc uidentur reſoluta omnia adducta p
cõt, qua tñ retenta limita nõ procedere ubi promiſſa fuiſſet
pœna, ſi nõ litigaret, nam iſto caſu electio eſt pmiſſoris litiga
re, vel ſoluere pœnam, ſm Bald. in l. non codicillũ. C. de teſt.
& Alex. in d. l. ſi conuenerit. Iſta fallentia uidetur periculoſa,
quia regulariter pœnalis ſtipulatio nõ nouat pced. l. q Romæ,
§. Flaui⁹, de ver. ob. & ſi dixeris, fallit vbi pcedẽs ebto origina
tur a cauſa lucratiua. l. 1. ff. de pe. leg. rñdebo, q iſtud non tollit
arg. in totũ. ¶ Circa tertiũ, *cõis eſt opinio*, q i tex. nřo nõ fuit pa-
ctum.

ctum de prorogādo, ſed de declinādo per rationes Abb. hic.
Nec obſtant reſpōſiones Dec. quia non eſt veriſimile, q. Cōci
lium citaſſet epiſcopum alterius prouinciæ, vt dicit Abb. ſup.
in gl. 2. Item non eſt credendū, q. conſenſus Archiepī ſupe-
rioris interuenerit. patet, quia a Concilio fuit interrogatus.
Certè ſi dicamus epm eſſe alterius prouinciæ, impoſſibile tūc
fuit q. conſenſus Archiepī abſentis potuerit interuenire. Et
ſi dixeris, epm citatum detuliſſe ſecum licentiam, dicā illud
54 deuium eſſe ab omni ratione, † quia reorū eſt fugere, l. inter
ſtipulantē. §. 1. ff. de verb. obl. ꝓterea in quantū Decius dicit,
q. paciſcendo de prorogando, vr ibi contrahere, quo caſu nō
requiritur licētia ſuperioris, c. dilecti, in ti. tit. 1. Illud eſt mani
feſtè contra tex. in d. c. ſignificaſti, cuius diſpoſitio eſſet ludi-
brioſa, ſi Decij arg. cōcluderet, & contrariū firmat Car. hic,
55 reſpōdēdo ad d. c. dilecti. ¶ † Iuxta præmiſſa q̄ritur p Abbatē
de pluribus. Primò, an pœnitēs in caſibus, in quibus eſt licita
pœnitentia, teneatur ad intereſſe, & refert tres opiniones, vt
hic per eū. Circa cuius dicta ſunt examinanda duo. Primò an
pœnitēs teneatur ad intereſſe. Secūdò, an teneatur, ſiue ꝓmi-
ſerit per ſtipulationē, ſiue pacto nudo. Circa primū *communis*
opinio eſt, q. teneatur ad intereſſe, ita firmant Abb. & cōter
Cano. hic, & Legiſtæ in d. l. ſi cōuenerit. fundamēta præcipua
ſunt tria. ¶ Primò adducitur regula l. 2. §. ſi quis a Principe, ff.
ne quid in loco pub. cū alijs adductis per Abbatē extendentē
regulam, vt procedat ēt in priuilegijs conceſſis motu ꝓprio
quam extenſionem cōproba, vt per Fel. in c. cæterū, ver. ſepti
ma reſtrictio, & in c. ad aures, ver. quinta cōcluſio, & in c. cau
ſam, ver. interpretatio priuilegij. ſup. de reſcr. p. Ad iſtud re-
ſpondet Decius, q. aduerſarius ēt poterit pœnitere, & ideo nō
pōt intereſſe prætēdere, arg. l. de fideicōmiſ. C. de tranſa. Sed
iſta reſponſio non congruit tanto viro, quia in cōtractibus in
nominatis is, qui adimpleuit pro parte ſua, poteſt pœnitere, &
tamen habet actionem ad intereſſe contra aliū non adimplē
tem, vt no. in l. ſi pecuniā, de cond. ob cauſam. Præterea iſta
ſolutio non euacuat arg. ſed ſolū vbi pactū eſſet reciprocū, &
vltrò citroque obligatoriū, ſed vbi reus promiſiſſet ſolū pro-
rogare, prout loquitur l. ſi conuenerit, ſolutio nihil facit. Se-
cundò allegatur tex. in l. diem proferre, §. fi. ff. de arb. & in c.
per tuas, tit. eo. Ad iſta iura reſpondet Decius, q. loquūtur in
obligationibus, in quibus nō cōceditur pœnitētia ſimpliciter,
ſed qualificatè, cū hoc, q. ſoluatur intereſſe. Sed in l. ſi conue-
nerit, pœnitentia ſimplex conceditur. iſta ſolutio pōt euitari,
dicendo q. licèt in l. ſi conuenerit, non dicatur pœnitente te-
neri ad intereſſe, tū debet ſuppleri per rationes adductas per
Abbatem. Tertiò facit l. ſi pacto, quo pœnam, C. de pact. Solu
tio. imputet ſibi, qui pœnā ꝓmiſit, ſecus in intereſſe, ad quod
non debet teneri, ne deceptus remaneat auctoritate legis cō
cedentis pœnitentiā, arg. l. 1. C. de his, quibus vt indig. Cōtra-
riam opi. tenent Pet. & Cy. in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſ.
& cle. & Io. And. in add. Spe. in tit. de cōpe. iudi. adi. §. 1. verſ.
quid ſi prom. tit. & cōtrariū cōſuluit collegiū Patauinū, teſte
Card. hic. Pro iſta parte primò facit regula l. Gracchus, C. de
adul. pōt dici quòd intereſſe non eſt propriè pœna, ſm gl. in l.
1. §. ſi plures, ff. de eo, per quē fac. erit. ¶ Secundò pōt reſpōde
ri, q. in l. edita, C. de eden. lege permittēte, eſt licita variatio
& mutatio libelli, & tū varians tenetur ad intereſſe, ſm Bar.
ibi, & *communiter* ſcribentes. ¶ Tertiò dico, q. nō eſt permiſſa
pœnitētia ſimpliciter, ſed cum qualitate q. ſoluatur intereſſe.
Secūdo pro iſta parte pōderat tex. in d. l. ſi cōuenerit, in verſ.
nemo cōpellitur huic conuētioni ſtare. Sed reſpōdetur, q. lo-
quitur de coactione præciſa, & nō cauſatiua: vel loquitur, qñ
promiſſio erat nuda, vt ſtatim dicā. Quartò ſi pœnitens tenea
tur ad intereſſe, nulla erit ſpecialitas inter illū caſum l. ſi con
uenerit, & alias obligationes pactorum. pōt reſponderi, quid
inde, ſi caſus ille cōprehēdatur ſub regula? ¶ Quintò ſunt, qui
arguunt hoc modo, ſi dicamus pœnitentē teneri ad intereſſe,
ēt poſt litem conteſtatā erit licita pœnitentia, quia vbi vnum
eſt in obligatione, tunc ſoluendo intereſſe ēt poſt lit. conte. li
beratur, ſm Bart. in d. l. ſtipulationes nō diuidūtur. col. 3. pñs
eſt falſum, d. l. ſi conuenerit, ergo & cōſequēs arguēdo a cōſe
quēti deſtructio. Sed mirandū eſt de fundamēto, quia in caſu
noſtro p lit. cōteſt. deſinit oē intereſſe, & ſic nihil ad thōbū.
Ex his remanet defenſata cōis. Circa ſcm, an promiſſio nuda
obliget pœnitentē ad intereſſe? Breuiter, ſi loquamur de iure
canonico, eſt expeditū q. ſic, quia eo iure agitur ex pacto nu-
do, c. 1. ſup. de pact. Si verò loquamur de iure ciuili, res eſt ali
quātulū dubia. Abb. hic cōcludit agi poſſe ad intereſſe actio-
ne de dolo, & idē tenet Iaſ. in d. l. ſi conuenerit, per tex. in l. &
elegāter, § ſeruus pactionis, ff. de dolo. vbi pp pactū nudū agi
tur de dolo ad intereſſe. & ibi ſequitur Bar. & Bal. in l. cū mo
ta, C. de tranſac. Ang. conſ. 5. in fi. Alex. conſ. 41. col. 1. vol. 3.
Cōtrariū in caſu noſtro videtur *communiter* tenere alij hic, &
in d. l. ſi cōuenerit, ita intelligentes illū tex. & quia in caſu no
ſtro ſi nō agitur de dolo ad deductum in pacto principaliter,
minus agi poterit ad intereſſe acceſſorium. Ad tex. in d. § ſer
uus pactionis reſpōdetur, q. loquit in cauſa [illegible], & Mod.
hic dicit ſpecialitatē eſſe, quia ille textus loquitur [illegible] ano
extrinſeco, ſi pactū non ſeruetur: ſecus ſi petat intereſſe, quia
pactū nō ſeruetur. Ego nō bene guſto iſta verba, vnde intelli
go illū tex. loqui in intereſſe cauſato immediate ex ipſo pa-
cto, nō incauſato ex inobſeruantia pacti. Præterea ibi promit
tēs pacto nudo erat effectus locupletior, quia conſecutus fue-
rat libertatē inæſtimabilem, l. libertas, ff. de re. iu. Meritò ex
æquitate ſuccurritur expromiſſori actione de dolo, ne ſit in
dāno, & aliter in lucro. Sed in caſu noſtro promiſſori nihil
adeſt, ideo tāta æquitas non ſuggerit promittētē pacto nudo
teneri. Sed hic ſubori dubitatio, quid ſi actor ꝓmiſit pacto
nudo nō cōuenire reū, niſi corā certo iudice, an teneatur ad
intereſſe, reo excipiēte nō poſſe cōueniri corā alio iudice, ni-
ſi prius ſoluto intereſſe? vr q. ſic, quia ex pacto nudo cōpetit
exceptio, d. § igit nuda, & ita tenet d. Ant. & Pan. & cæteri p-
trāſeūt. Contrariū vr poſſe ſuaderi, quia cōtractus non debent
claudicare, l. litigatores, §. pen. ff. de arb. gl. Inſt. de auct. tu. in
prin. Nec debet licere reo, qđ actori nō cōcedit, l. nō licet, ff.
de re. iu. Et iſtud vr tenere Bar. in d. l. ſi conuenerit. vbi d. cit,
q. pactū nudū de litigādo nihil operat, qđ eſſet falſum, ſi ꝓ-
duceret exceptionē, niſi dixeris, qđ quantū ad exceptionē ta
le pactū pōt ēt ꝓdeſſe actori, qđ quō poſſit verificari in caſu
56 iſto, tu ipſe cogita. ¶ † Secundo q̄rit Abb. An ad tale intereſſe
poſſit pœnitēs cōueniri corā iudice prorogato? *communis* opi.
eſt q. poſſit rōne deſtinatæ ſolutionis ipſius intereſſe in loco
illius iudicis, l. contraxiſſe, cū ſi. ff. de actio. & obli. Circa iſtud
fundamentū aduerte plura. ¶ Primò, quō probetur, q. ſit de-
ſtinata ſolutio in illo loco? Credō, q. Pano. voluit ꝓbare ſic,
qui promittit litigare, promittit duo, vnum expreſſe. ſ. factū,
alterū tacite, ſ. intereſſe. Sicut ergo expreſſum eſt deſtinatū
ad locū illius iudicis, ita ēt tacitū. Secūdo aduerte, quia iſtud
fundamentū non vr concludere, quia illud quod dr, q. quis
pōt conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, procedit vbi agit
de obſeruantia contractus, ſecus vbi agit de reſciſſione, l. 2. vbi
Pau. de Caſt. C. vbi, & apud quos. ita arguit Mod. hic. Sed ſu
ſtinēdo Abb. rñdeo, q. ſi agit ad intereſſe agi dr ad obſeruan
tiam cōtractus, quia intereſſe eſt ēt tacite promiſſum, vt ſup.
dixi. Hinc dicit Bart. in l. certi cōdictio, in prin. col. 3. ff. ſi cer.
pet. q. ad iſtud intereſſe agit directa actione ex ipſo cōtractu
prouēniente. ¶ Tertiò aduerte, quia iſtud fundamentū cōfun
dit ex doctrina Bart. in l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, col. 2.
ff. de verb. obl. per quā infert ibi Imo. & ſequit Alex. ibi, col.
antep. q. locus adiectus ſorti ꝓmiſſæ, non intelligit repetitus
in obligatione pœnæ acceſſoriæ, q. eſt de directo cōtra dictū
Pan. Dec. rñdet, q. illa theorica Bar. & deciſio Imo. nō eſt be
ne expedita, quia Aret. ibi multa adducit in oppoſitum. Ego
credo q. deciſio Imo. ſit valde periculoſa, p tex. in l. ſi vt ꝓpo
nit, ff. de fideiu. vbi locus adiectus in obligatione principali
intelligit repetitus in obligatione fideiuſſoria, q̄ eſt acceſſo-
ria. Et illū tex. Dec. in cōſ. 2. col. 1. extēdit ad die. tū theorica
eſt cōis. ideo Dec. trāſit ad aliā ſolutionē, q. rōne ſubrogatio
nis, non autē repetitionis, cēſeatur ibidem deſtinata ſolutio,
quia intereſſe ſubrogat loco facti. Iſta ſolutio cōfundit p tex.
in l. ꝑdia, ff. de act. emp. vbi pœna ſubrogatur loco facti, & tū
quantum ad pœnā locus non intelligitur ſubrogatus, vt dicit
Imo. niſi fortè dixeris, q. pœna ſubrogatur ab homine, inter-
eſſe verò a lege, quæ ſolet plenius prouidere. ¶ Secundò pro
iſta parte allegatur tex. in cle. prima, de reſcr. & gl. in c. fi. ſup.
de reſcr. vbi qui nō eſt iudex in cauſa principali, eſt tū iudex
in condēnatione expenſarū acceſſoria. rñdet Mod. q. in caſu
d. cle. 3. & d. l. gl. efficitur iudex pp indebitā vexationem, arg.
l. nullum, C. de teſt. in caſu vero noſtro nulla vexatio. Sed cer
te pœnitens citatus, indebite agit non reſpondendo corā illo
iudice, & hoc modo vexat aduerſarium, ergo ſolutio non bo
na. Aliter ego rñdeo, q. in caſu contrario, licèt nō eſſet iudex
in cauſa principali, erat tū in cognoſcendo de viribus reſcri-
pti, an eſſet falſum vel ne, c. ſup literis, ſup. de reſcr. & ideo ēt
erit iudex ſuper expēſis, q̄ fiūt rōne illius articuli. in caſu no-
ſtro, oppoſita declinatoria, nulla remanet cognitio, vel iuriſ-
dictio, vel aliter in cōdēnatione expēſarū hoc ſpāliter cōcedi
tur, ne ex lite lites fiāt, vt dicit gl. in d. c. fi. Vltimò addatur
cōſiliū Aret. 83. Qm̄ multa, in primo dubio. vbi p plura cōclu-
dit, q. ille, qui eſt iudex ſup pacto, eſt ēt iudex ſup intereſſe,
qđ ſuccedit loco facti. Cōſidera, q. iſtud arg. vr concludere op
poſitū, quia inuitus non cogitur litigare ſup pacto, ergo nec
ēt ſuper intereſſe ſubrogato. niſi dixeris, q. intereſſe ſubroga
57 tur loco facti adimplēdi, non ſequuta pōia. ¶ † Tertiò quærit
Abb. an diſpoſitio d. l. cōuenerit, ꝓcedit in pacto [illegible], & co
cludit poſt Io. Ant. q. ſic. mouet primò p tex. in l. [illegible]
teſd. cog. q̄ nihil facit, quia loquitur qñ cauſa legitimā ſuper-
uenit poſt iuſm, caſus noſter loquitur, qñ cauſa ſuberat tpo
iuſi, & erat nota iuranti, quo caſu venit ſeruandum iuſm.

quamuis

quamuis, in ſexto, de pac. cum ſi. ¶ Secundò mouetur p dictũ
Inn. in c. p tuas. ſ. . de arb. ſed illud dictũ reprehẽdit ibi Pan.
& Felv. hic, & idẽ Fel. in c. ad noſtrã, col. fi. inf. de iureiu. quia
iuſm habet vim clauſulæ, rato manẽte pacto, l. ſi quis maior,
C. de trãſ. vel aliter rñdetur, q. in caſu Inn. iurãs ſtare laudo
nõ cõſentit in aliquo certo, ſed in genere: ſed in caſu iſto pu-
rè conſentit in aliquo certo, ſ. litigare corã illo iudice, ita rñ-
det Abb. in c. veniẽs, col. fi. inf. de iureiu. aſſignãs rõnẽ diuer-
ſitatis. ¶ Tertiò mouet̃ p tex. in l. fi. C. de nõ nu. pec. vbi iuſm
ſup mutuo ciuili nõ tollit exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ
q̃ ſm ſubiectã materiã poterat opponi: ergo nõ ẽt tollet pę-
nitentiã, quæ ſm ſubiectã materiã eſt licita. Ad iſtud rñdet
Are. q. iuſm regulatur ſm ſubiectã materiã primordialẽ, nõ
aũt accidentalem, arg. l. itẽ veniunt, §. cum prædiximus, ff. de
pet. hær. & gl. in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cert. pet. Hanc
reſponſionẽ impugnat Iaſ. in d. l. ſi cõuenerit, quia pęnitẽtia
vr̃ eſſe de primordiali natura pacti, qđ non crederẽ verum,
quia primordialis natura pacti potius vr̃ eſſe, q. fides ſeruet̃,
l. 1. ff. de pac. Hanc ẽt improbat Dec. quia exceptio nõ nume
ratæ pecuniæ eſt de accidentalibus cũ natura confeſſionis ſit,
q. confitens obligetur in effectu. Aduerte, q. iſtud non vr̃ ve
rũ, quia natura cõfeſſionis eſt probare, nõ obligare. l. Publia.
ff. depo. niſi dixeris ſpeciale in cõfeſſione mutui, ex qua orit̃
obligatio, Inſt. de liter. oblig. per totum, q. tñ negat Bart. in l.
1. §. ſi quis ita, in fi. ff. de verb. obl. vbi hoc examinaui. Alio
mõ rñdet Imo. hic. Alex. & Mod. in d. l. ſi cõuenerit, q. in ca-
ſu dictæ legis ſi. iuſm non tollit exceptionẽ non numeratæ
pecuniæ, quia cõſenſus non dirigebatur ad illas, ſecus in caſu
noſtro, & ita reſpondet Bart. in l. ſi quis pro eo, in 8. caſu, ff. de
fideiuſ. Iſtum ẽt reprobat Dec. quia in d. l. fi. iurãs conſentie-
bat obligari. Sed quia habebat priuilegiũ, quod non arctaret̃
probare negatiuam. ſ. pecuniã non fuiſſe numeratam, talis fa
cultas non intelligitur per iuſm illata. Tu verò conſidera, q.
licet confitens cõſentiat ſe obligari, cõſenſus tñ ibi non erat
ſimplex, ſed conditionalis, ſi ſequeretur numeratio: quia cõ-
ditione deficiente deficit & conſenſus, vnde clarè reſpõdea-
tis, q. qñ iuſm præſtatur habito reſpectu ad aliquod ſequutu-
rum, tunc recipit conditionem, ſi illud ſequatur, c. peruenit,
el 2. inf. de iureiur. & in iſtis terminis loquitur illa lex, in caſu
vero noſtro iuſm fuit interpoſitum ſuper pacto, ad quod cõ-
58 plendum nihil habet ſequi. ¶ † Quartò mouetur per D. Ioan.
And. in reg. ſcienti. voluit allegare in reg. quod ſemel, de reg.
iu. vbi iurans non reuocare teſtñ, poterit reuocare non ob-
ſtante iuſo, & ſequitur Bart. in l. ſi quis in prin. teſtamenti, &
ibi late Mod. ff. de leg. 3. Iſta deciſio nihil facit, quia ibi iuſm
tollit liberam teſtandi facultatem, & ſic eſt cõtra bonos mo-
res, l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obl. Ideo non
eſt obligatorium, reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. ſecus
in caſu noſtro. Præterea in caſu Io. And. nihil fuit pmiſſum,
in caſu vero noſtro ſic & ideo ibi, licet contrauenire, quia ne
mini fides frangitur, hic autem ſic. Ex alio tñ vr̃ iuſtificari cõ
cluſio Abb. primò ex dicto gl. in c. fi. de pcu. in ſexto. ad quã
gl. videas Fel. in c. ex parte decani, col. 5. ſup. de reſc. & ex di-
cto Io. And. in c. pen. de off. Vic. in ſexto. vbi decidit, q. Epũs
poterit reuocare Vicariũ non obſtante iuſo, & ſequitur Fel.
in c. ſi diligẽti, col. pen. inſ. tit. 1. Alex. conſ. 18. col. fi. vol. 2. &
ex dicto Bart. in l. omnes populi, col. 11. ver. circa tertium, ff.
de iuſt. & iu. ¶ Ex quibus omnibus patet, q. iuſm interpoſitũ
ſuper actu reuocabili non impedit reuocationẽ. Ad iſta om-
nia poteſt reſponderi, vt per Abb. in c. intellecto, inſ. de iure-
iur. vel aliter reſpondetur, q. præmiſſa loquuntur in actu re-
uocabili ſui natura, nos autẽ loquimur in actu reuocabili ex
ſpeciali conceſſione legis, d. l. ſi cõuenerit, arg. l. eius militis.
§. militia miſſus, ff. de teſta. mil. Ex his liquet, q. opinio Abb.
59 non habet fundamentum † quo ſubſiſtat, & ideo cõtrarium
tenent Imo. Are. Barba. Fel. & Mod. hic. Ang. Ful. Pau. Alex.
& Mod. in d. l. ſi conuenerit, Felv. in d. c. ad noſtram, col. 4. &
iſta eſt *communis*, pro qua faciunt infraſcripta. ¶ Primò, quia
iuſm obligat precisè. & facit, q. in contractibus innominatis
non ſit licita pęnitentia ſm gl. in l. ſi pecuniã, ff. de cond. ob
cauſam, quæ eſt cõiter approbata, vt ibi per Mod. Ad iſtud
reſpondet Dec. q. licet iuſm obliget precisè ad pactum, tñ
ſecus eſt in caſu iſto, in quo concurrunt. primum, q. non poſ-
ſit cõpelli, ſm q. ſit licita pęnitẽtia, ſicut in ſimili dicit Alex.
in l. ſtipulationes non diuiduntur, pe. char. ff. de verb. obl. Tu
defende cõem, & dicas, q. licet in caſu noſtro videãtur duo,
tamen vnum deſcendit ab altero: ideo remoto vno, ſ. q. poſ-
ſit nunc compelli, ceſſat pęnitẽtia, ſed in ſimili adducto per
Alex. ſunt duo ſeparata, fauor, ſ. libertatis, & contractus inno
minatus. & ideo vno remoto, aliud remanet. ¶ Secũdò facit,
quia iuramentum debet aliquid operari, l. cum pater, §. filius
matrem, ff. de leg. 2. poteſt dici, q. ſatis operatur, ſi addat fo-
rum foro, c. fi. de foro comp. in ſexto. ¶ Tertiò facit, iuſm ha-
bet vim litis conteſtatæ, l. nam & poſtea. §. ſi is qui, ff. de iure-
reiur. hic præſtata nõ admittit̃ pœnitentia, ergo nec ẽt inter-
poſito iuſo. Solutio, regula procedit in iuramento litis deciſi
uo, ſecus in cõfirmatorio cõtus, ſm Mod. et. hic, qđ diligenter
nota. ¶ Quarto ſic, iuſm & ſentẽtia æquiparantur, l. 3. ff. de iu-
reiur. condemnatus per ſniam tenetur præciſe facere, ſm gl. in
l. qui reſtituere, ff. de rei vend. ergo idem. vbi eſt iuſm. Solut.
gñe animam macularet.c.eſtius,de pœnit.diſt.2.Ambo aũt
vnita , & ſimul incorporata optimum faciunt medicamen-
150 tum.¶ † Vniuntur autem,& incorporãtur ieiunio,quod men
151 tem eleuat,virtutem largitur & præmia . ¶ † O ſacrum ieiu-
nium, o abſtinentia virtutum triumphatrix & Regina, tu dę
mones comprimis,tyrannos confundis, fortiſſimos ferarum
ungues excludis,leonum ora cõtundis . Magna eſt ieiunij,&
ſpecioſa militia, ſecundum Ambroſ. ieiuniũ vitentes purgat,
ſcotum,

ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſupponit, cor contritũ facit humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſſoluit, libidinẽ extinguit, caſtitati lumen portat, verboſitatem nõ amat, humilitatem commendat, hominibus denique præſtat vitam beatã, ſecũdum Auguſt. Vniuntur etiam & incorporantur domini timore, qui mortem & peſtilentiam nõ ſeruãtibus mãdata minatur. Vnde alta voce cantat Pſalm. Initiũ ſapiẽtiæ eſt timor Domini. Vel cogitatione mortis vniũtur. Recordare nouiſſi-
152 ma tua, & in æternum nõ peccabis. aſſidua † enim mortis meditatio, ſumma eſt philoſophia. Mortis commemoratio omnia mundana oſtendit eſſe vana.

Quid prius Aeneas, quid dines Tullus, & Anchus?
Puluis & umbra ſumus.

Dicas quæſo (inquit Bernar.) vbi ſunt amatores huius mũdi, qui ante pauca tempora nobiſcũ fuerunt? Cõſidera quid ſint & quid fuerunt, nihil ex eis remãſit, niſi cineres, & uermes, homines tamen fuerunt, ſicut tu, comederunt, biberunt, riſerũt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferos deſcẽderunt. Quid profuit breuis lætitia, inanis gloria, mundi potentia, carnis uoluptas, falſæ diuitiæ, magna familia, mala cõcupiſcentia? vbi riſus, ubi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tãta lætitia, quãta triſtitia, poſt tantã uoluptatem, quanta miſeria, nihil eis accidit, quod tibi accidere non poſſit, quia homo es, homo de humo, & limus de limo. ¶ Iã, ut arbitror, cognouiſtis oleum virtutis, & herbam ſalutis. Iam, ut credo, didiciſtis incorporare emplaſtrum. Reſtat, ſi vultis a peſte liberari, quòd ſuper apoſtema emplaſtrum imponatis, non amouendum donec in hac infirmitatum valle permanſeritis. Perſiſte ait Auguſt. & bonam vitam, quam accepiſti, tenere non deſinas, propoſitũ bonæ vitæ conſerua iugiter, nã qui perſeuerauerit uſque in finem, ſaluus erit, Matthæi 10. Qui autem emplaſtrum iſtud a ſe amouerit, procul dubio peribit. Niniue, ꝑdicante Iona, meruit veniam. Sed quia iterum ad uomitũ rediit, paſſa eſt ruinam. c. ſicut, de pœn. diſtin. 3. Agamus itaque pœnitentiam, conuertamur ad dominum, qui ſanat contritos corde, & ipſe liberabit nos a peſte, nec amplius patietur flagellum appropinquari tabernaculo noſtro. Lõgitudine dierum replebit nos, & tandẽ ſi mãſerimus in Chriſto, et verba ſua ſeruauerimus, videbimus gloriam Dei, & Regnũ poſſidebimus paradiſi. Vbi ſenſus, amicitia, cõcordia, plena poteſtas, pax ſecura, decus, & gaudia ſunt animabus. Et vbi corpora Sãctorũ fulgebunt fortia, pulchra, libera, ſana, ſita, ſine fine manentia læta, de pœn. diſtin. 4. c. ſi ex bono. §. denique, & §. fina. Laus Deo, & eius immaculatæ genitrici, cuius interceſsione dignetur omnipotens & miſericors Deus nos a peſte, & omni malo defendere.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter I, Duernionem.

1410.460

RESPONSORVM IOANNIS FRANCISCI SANCTO NAZARII, VVLGO RIPAE;

IVRISCONSVLTI ET PATRICII PAPIENSIS,

Ac Legum Interpretis, ſuæ ætatis facilè principis, atque Senatoris Dominij Mediolanenſis meritiſsimi,

VOLVMEN SECVNDVM,

Nunc primùm in lucem editum.

Adiectis Summarijs, ac Indice locupletiſsimo.

Cum Priuilegio.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

VENETIIS, M D LXXVI.

CLARISSIMO VIRO D. IACOBO FRANC.^co COMITI ILLVST. GAMBARANÆ, OPTIMOQVE SENATORI.

Ioan. Franciſcus Sancto Nazarius, I. C. Ticinen. Salutem.

CVM ſuperioribus diebus ad manus meas perueniſſent ducenta ferè Reſponſa hactenus non impreſſa Ioan. Franciſci S. Nazarij, vulgò Ripæ, aui mei paterni, ſumma cum lætitia, hilariq; vultu (poſtquàm legitimum eiuſdem aui mei partum eſſe cognoui) tamquam poſtliminio reuerſa accepi. Cæterùm cum (vt publicæ vtilitati prodeſſem) de editione decreuiſſem, cogitare cœpi cui nam viro, in cuius auctoritate & prudentia niterentur, ea dicarem. Tu ergo in primis (vir ampliſsime) occurriſti, cui hæc debeantur, ſiue uitæ ſanctitatem, ſiue legum peritiam, quibus mirum in modum refulges, conſideremus. tantum enim honoris & gratiæ, tùm in hac Ticinenſi Academia (me etiam tunc diſcipulo tuo audiente) ad primam iuris Pontificij cathedram profitendo, tùm publicè de iure reſpondendo comparaſti, vt non ſolùm hæc communis patria Ticinenſis, aut Inſubres, ſed vniuerſus terrarum orbis, te ipſum admiretur, laudet & obſeruet. Idq; verum eſſe teſtatus eſt Sereniſsimus Hyſpaniarum Rex Philippus, dum te inuitum penè, & recuſantem Senatoris officio honorificentiſsimè cohoneſtauit; & quod pleriq; enixè contendebant, tu inuitus propè ſubire coactus es. Quare etſi vniuerſum hoc noſtrum Ticinenſe Gymnaſium doleat, quòd te Iuriſconſultorum noſtræ ætatis facilè Principem amiſerit: lætatur tamen, atque gaudet ſacroſanctus ille tot Illuſtr. Senatorum Mediolanenſis ordo, qui omnia optimè regens, atque adminiſtrans ſingularem prudentiam, doctrinamq; & exactiſsimum iudicium, ac ſanctiſsimos mores tuos admiratur. Quare vir grauiſsime (ne diutius, quàm par ſit, te detineam) quidquid eſt muneris à me tibi oblati, non ut memoriæ, & nomini tuo Illuſt. atque ampliſsimo conſulam, ſed vt officio meo, ac pietati erga me tuæ quoquomodo poſſum ſatisfaciam, tantumq; æs alienum a me tibi deditum aliqua in parte perſoluam, hæc aui mei Reſponſa hilari fronte lætoq; ac libentiſſimo animo accipias, interimq; Deum Optimum Maximum, precor, vt te ipſum fauſtum & incolumem, nobis ſeruet, tibiq; omnia Auguſta, proſpera, & fœlicia tribuat.

Ticini Calend. Decembris, M D LXXV.

IO. FRANCISCVS SANCTO NAZARIVS LECTORI.

*E T S I auus meus paternus, Ioan. Franciſcus Sancto Nazarius, vulgo Ripa nuncupatus, plura ſcrip=
ſerit ad ius noſtrum ciuile illuſtrandum: multa tamen & longè maiora quàm ea, quæ edita fuerc ad=
huc reliquit, quorum aliqua fuerunt intercepta a pleriſque magni nominis viris, eaq́; in lucem muta=
to nomine edita, nonnulla ſubtracta iam ſupra vigeſimum annum Lugdunenſis Impreſſoris malitia,
qui tum Commentaria plura, tum Reſponſa, ac Concluſiones & varios Tractatus cum extorſiſſet, ea
imprimenda habuiſſe audacter negare cœpit. Caterùm cum grauiter & iniquo animo ferrem auum meum debita glo
ria fraudari, æquè ita tum edicto Pontificio, tum opera Clariſsimorum virorum curaui quidquid a me effici poſſet,
vt aui mei memoriæ conſulerem. Itaque vix hæc ducenta Reſponſa extorquere potui, quæ mihi ita placuere vt ea pro
communi vtilitate prius a me factis ſummarijs edere curauerim. Siquidem ingenui hominis eſt, quæ aliena ſunt mi
nimè ſubtrahere, & omnibus pro virili prodeſſe. Habes ergo Lector candidiſsime, quomodo exemplo aui mei paterni ti
bi rebusq́; tuis conſulas, quantiq́; labores tuos facere debeas. Cures vnusquisque cautè agere, ne dum negotium differat,
omnia ſibi mala eueniant: nam qui non eſt hodie, cras minus aptus erit. Proinde monemur, nunquàm procraſtinandum.
Sed ne diutius te morer, & dolores meos refricem, tibi in futurum conſulito, et interim dum hoc Reſponſorum volumen
perleges, pro viribus contendam aliqua perueſtigare, & tibi communicare, cum nouerim quantum debeam manibus aui
mei tanti viri, qui ea exiſtimatione tum Auenioni, tum apud nos Ticinenſes legum enigmata diſſolueret, vt nulli ſecun
dus eſſe crederetur. Quamobrem Illuſtriſsimus & Excellentiſsimus Franciſcus Sfortia, Mediolani Dux, eum inui=
tum ac ſub grauiſsimis pœnis, ad publicè in hac Ticinenſi Academia profitendum accedere coegit. Senatoriisq́; dignitate
decorauit. plura de auo meo me ſcribere impediunt pudor & modeſtia. Vale.*

IO. FRANCISCI RIPAE A SANCTO NAZARIO, IVRISCONSVLTI ET PATRICII PAPIENSIS,

Ac legum Interpretis ſuæ ætatis facilè Principis, & Senatoris Dominij Mediolanenſis meritiſsimi,

RESPONSA.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum curia etſi ex bono, & æquo agatur reiectis apicibus iuris, attamen prætermitti non poſſunt, quæ ueritatem negocij tangunt, & talis æquitas debet eſſe conformis iuri, & rationi.*

2 *Statutum quamuis tribuens Iudicibus arbitrium procedendi iuris ordine & ſolennitate non ſeruata, eſt tamen legitimè conſtandum de facto. & nu. 4. & 9.*

3 *Obligatur nullus, niſi ex contractu uel quaſi, delicto uel quaſi.*

5 *Solennitas probationis eſt iuris naturalis.*

6 *Statutum diſponẽs ſtandum eſſe relationi officialis uel mercatorum, non habet locum, ubi contrarium probetur.*

7 *Leges cur ſint facta.*

8 *Peritorum dicto etſi ſtandum ſit, tamen admittitur probatio in contrarium, & Iudex ex officio poteſt inquirere de ueritate expertorum, & ſecundum eam debet iudicare.*

10 *Statuentes non poſſunt tollere defenſiones, cum ſint iuris naturalis.*

11 *Incluſio unius eſt alterius excluſio.*

12 *Statutum remouens omnem exceptionem non cenſetur tollere exceptionem reſultantem ex alio ſtatuto, ac contrarietatis & repugnantia.*

13 *Capitula dubia aliquid facientes ad cauſam, admitti debent cum clauſula, ſaluo iure impertinentium.*

DE LEGIBVS.

RESPONSVM I.

1 QVamquam † in curia mercatorum agatur ex bono & æquo reiectis iuris apicibus, attamẽ nihil ex iis, quę veritatẽ negocij tangunt prętermitti põt, ſm Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mãd. Bal. in l. ſi ꝑ ea. C. eo. Sal. in l. placuit. C. de iud. Imo omnis allegatio iuridica admittenda eſt: quia etſi in curia mercatorum ſeruanda ſit æquitas, tamen oportet quod talis ęquitas ſit conformis iuri, & rationi, vt per plura probat Socin. conſil. 231. cum in præſenti, col. 8. lib. 2. & poſſem iſtud infinitis iuribus & auctoritatibus exornare, quæ omnia conſultò miſſa facio, cum huiuſmodi con-
2 cluſio ſit indubitata. † & licèt ex forma ſtatuti Iudices habeãt arbitrium procedendi, omni Iuris ordine, & ſolennitate prętermiſſis, vt ex aduerſo prætenditur: non tamen debent, neq; de iure poſſunt procedere ad ſententiã, niſi ſibi legitimè conſtet de facto ſecundum Bald. in l. presbyteri, col. 5. C. de epiſcopis & cler. quem refert & ſequitur Fely. in c. 1. colum. 15. verſ. & ſi dicatur reiecta, de conſtitutionib. quibus ſtantibus nihil video proponi, quod obſtet quominus articuli producti pro parte Nob. Hectoris de Marcoijs, contra prætenſam mercatorum relationem admittendi non ſint, cum omnes concernant factum, & veritatem facti de quo agitur. Tres enim exceptiones deducuntur in articulis contra relationem mercatorum: prima quod nõ potuerunt dominum Hectorem condemnare, ſeu referre, eſſe cõdemnandum ad pretium dictorum Mazonorum, niſi conſtito de venditione & contractu, quo mediante idem Hector fuerit obligatus, l.
3 licèt. §. ea obligatio. ff. de procur. † non enim quis obligatur niſi ex contractu uel quaſi, ex delicto uel quaſi, Inſt. quibus mo. re contrahitur obli. cum titulis ſeq. l. ex conſenſu. ff. de
4 act. & obl. † Nec poteſt Iudex aliquid iuridice decernere niſi ſibi liqueat, conſtetq; de negocio ſuper quo decernit. l. hæc autem. §. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. quod procedit etiam ſi iudex habeat arbitrium iudicandi reiectis omni-
5 bus iuris ſolennitatibus: † quia non cenſetur vnquam reiecta ſolennitas probationis, quæ eſt ſolennitas iuris naturalis ſecundum Bartol. in l. filiusfam. ff. de dona. & Panor. in cap. dilecti. de iudic. & quod mercatoribus conſtiterit de contractu, & cauſa obligationis non apparet, nec ipſimet relatores iſtud aſſeuerant. Secunda, quod relatio veritate caret in ea parte, qua dicitur Mazonos eſſe ſufficientes & mercantiles: tum quia non conſtat, quod aliqui experti, & practici artis Mazonorum eos approbauerint, & ſufficientes eſſe legitimè retulerint; tum quia vbi conſtaret de aliqua expertorum relatione, illa aliter conſtaret, quàm referatur per mercatores. Iſta exceptio quod nulla fuerit habita expertorum cognitio, vel quod experti contrarium retulerint, con-cernit negocij veritatem: ergo admittenda eſt, vt patet ex
6 præmiſſis. † Nec obſtat ſtatutum, quod videtur arctare Iudices ad credendũ relationi mercatorum: quia hoc eſt intelligendum, niſi oppugnans relationem, velit contrarium probare, ſeq. Bald. in l. ſi tutor. C. de pericu. tu. & in l. 1. poſt Iacob. Butr. C. de re iudi. & in l. 1. C. ſi aduer. lib. in l. ſi quando, & ibi Salic. & alij, C. vnde vi. pleniſſimè per vtrumque Imol. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infe. vbi dicunt quod licèt ſtatutum velit, ſtandum eſſe relationi officialis vel mercatorum: nihilominus poteſt, & debet Iudex inueſtigare veritatem, ſi aduerſans ſe offerat probare contrarium, & iſtud conſonat æquumq; & iuſtum eſt. alioquin eſſet in arbitrio mercatorum, ſua relatione lædere quem vellent,
7 quod non eſt patiendum. † Nam hac ratione factæ ſunt leges, ne eſſet in arbitrio improborum lædere iura alterius, ca. fa-
8 ctę ſunt leges, 4. diſtin. † Hinc videmus quod licèt iura velint ſtari dicto expertorum, cap. propoſuiſti, de probatio. l. 1. ff. de vent. inſp. & l. 1. ff. ſi menſor falſum mo. dix. tamen poteſt contrarium probari, & Iudex ex officio poteſt de veritate relationis expertorum inquirere; & ſi aliter inuenerit, contrarium iudicare, vt docent Bartol. & alij in l. arbitro. ff. qui
9 ſatiſda. cogan. † Præterea ſtatutum vult ſtandum eſſe relationi mercatorum, reiectis iuris ordine, & ſolennitatibus, & ſic non obſtantibus exceptionibus concernentibus ſolẽnitates iuris poſitiui, vt ſupra dixi. ergo non vult ſtari eorum relationi, reiectis exceptionibus defenſionalibus concer-
10 nentibus veritatem facti: † quia ſtatuentes non poſſunt tollere defenſiones, cum ſint iuris naturalis, clemen. paſtoralis.
11 de re iud. † & quia cum iuris ordo, & ſolennitas duntaxat reijciantur, cætera quæ ordinem & ſolennitatem non concernunt, admiſſa videntur, l. cum prætor. ff. de iudi. cap. nonne, de præſump. Tertia proponitur exceptio, quòd nominandi ſunt experti, qui de ſufficientia & pretio Mazonorum depoſuerunt ad finem, ut ipſi experti æſtimatores iuxta conſuetudinem & ſtatuta prætẽſa teneantur ad intereſſe ſi pluris ęſtimauerint quàm oporteret. iſta etiam exceptio eſt procul-
12 dubio recipienda, † quia etiam quod ſtatutum tolleret parti omnes exceptiones contra relationem mercatorum, non tamẽ cẽſeretur tollere exceptionem reſultantem ex capite alterius ſtatuti ſeu conſtitutionis, ſeq. Bald. in cap. a nobis, de except. Salic. in l. ita nobis, C. de adult. D. Ant. Imo. & Felin. in cap. ex parte, 2. de officio delegati. Vltimo opponitur quod relatio continet repugnantiam & contrarietatem. hæc etiam exceptio nunquam cenſetur per ſtatutum excluſa, ut per plura oſtendit Decius conſi. 195. ſtudendo breuitati, colum. 2. & ſeq. ex quibus mihi uidetur prædictos articulos admittendos eſſe non obſtantibus in contrarium allegatis,
13 quæ in aliquo conſtat non obſtare, † & ubi res dubia foret nihilominus in dubio articuli aliqnid facientes ad cau-

ſam de iure ſunt admittendi cum clauſula, ſaluo iure im-
pertinentiũ, ſecundũ Bar, quem ita intelligunt ibi Paul. de
Caſt. & d. Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. idẽ Iulianus, ff. de iure iur.

SVMMARIVM.

*1 Probatio ſolius actus, quem requirit lex uel ſtatutum cum qua-
litate non ſufficit, niſi probetur qualitas.*
*2 Statutum quòd contra inſtrumentum publicum non poſſit ali-
quid opponi, non intelligitur excludere exceptionem deficientis
requiſiti, uelutι ꝙ rogatus de inſtrumento non erat Notarius.*
*3 Copula, &, quando plura ſimul copulatiuè requirit, non habet
locum niſi omnia interueniant.*
4 Contractus proprie eſt ultro citroque obligatorius.
*5 Statutum quòd mulier non poſſit contrahere ſine certa ſolen-
nitate, non habet locum in liberatione, qua non eſt proprie con-
tractus, minus & in ſtipulatione pœnali.*
6 Confeſſione actio non oritur, ſed ſolùm probatio reſultat.

RESPONSVM II.

ADmittenda ſunt capitula d. Gulielmi
de S. Nazario, patrui mei ho
norãdiſſimi, nõ obſtante allegato ſtatuto, ꝙ con-
tra inſtrumentum non admittatur probatio.
Primò, quia dictum ſtatutum requirit ꝙ in in-
ſtrumento ſit renunciatum probationibus teſtium, & ſic non
ſolum requiritur quòd ſit inſtrumentum, ſed requiritur
quòd ſit inſtrumentum qualificatum, uidelicet quod ſit re-
nunciatum probationibus teſtium. Vnde ſuccedit tertia
1 concluſio, † quod quando lex uel ſtatutum requirit actum
cum qualitate, non ſufficit probare actum niſi probetur
etiam qualitas, l. Iulianus. §. cum hoc, & §. quòd autem, ff.
qui. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & in l. 1. §. quod autem, ff. ne
quid in loco publi. Barto. in l. non ſolum, §. ſed vt proba-
ri, ff. de oper. no. nunciat. cum infinit. concord. de quibus per
Feli. in c. 2. colum. 14. uerſi. reſtringitur. de reſcript. & in cap.
licet cauſam, colum. 21. & ſequ. de probat. & in cap. auditis,
de præſcript. & per d. Iaſ. in l. 1. §. in eum, ff. ne quis eum qui.
& magis ad proxima in terminis noſtris ita tenet Feli. in cap.
ex parte, in 2. fallentia, quam dat ad iſtud ſtatutum, de officio
delegati. allegat Bal. in l. 2. C. ſi pend. ap. mors interuen. ſed
in præſenti inſtrumento non renunciauit d. Gulielmus pro-
bationibus teſtium uerſus partem aduerſam. Igitur &c.
2 Secundo, quotiẽs † ſtatutum remouet exceptionẽ propter
aliquẽ actum ſcriptum, poteſt opponi quòd ille actus non in-
teruenit, & ſic exceptio deficientis requiſiti, ita Bald. in l.
diuus, ff. de teſtamento milit. ubi dicit quod ſi ſtatutum di-
cit quòd contra inſtrumentum pub. non poſſit aliquid op-
poni, non tamen intelligitur excludere quin poſſint oppo-
nere ꝙ ille, qui rogatus fuit de inſtrumento, non erat Nota-
rius, & ſic quod deficiat vnum requiſitum, uidelicet quod in-
ſtrumentum non ſit publicum.
3 Tertio, † quotiẽs ſimul copulatiue plura requirũtur a ſta-
tuto, nunquam ſtatutum habet locum niſi omnia interue-
niãt. ita ſignanter Panor. in cap. licet de uitanda, colum. 3. de
elect. allegat Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. fa-
cit reg. l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. & l. qui hæ-
redi plures, ff. de conditio. inſtitutio. ſed hic non fuit re-
nunciatum probationibus teſtium, igitur &c.
Secundò principaliter dico, quòd ſtatutum non loquitur,
nec militat in caſu iſto, quia ſtatutum dicit quod ſi in ali-
quibus contractibus renunciatum ſit probationibus teſtium
per inſtrumentum, &c. uult enim iſtud ſtatutum quod in-
ſtrumentum ſit confectum ſuper aliquo contractu, ſed in-
ſtrumentum confectum ſuper confeſſione recepti non dici-
4 tur confectum ſuper contractu, † quia contractus proprie eſt
vltro citroque obligatorius, l. Labeo, §. cõtractum, ff. de uer-
bor. ſignifi. ubi in ſpecie Bart. dicit, nota pro ſtatutis, in qui-
bus uerba ſunt proprie intelligenda. propterea decidit d.
5 Alexan. in l. ſiue apud acta, in princ. C. de tranſ. † quòd ſi
ſtatutum dicat quod contractus mulierum non ualeant ſine
certa ſolennitate, non habet locum tale ſtatutum quando
mulier facit aliquam liberationem, quia liberatio non eſt
proprie contractus, cum non ſit ultro citroque obligatorius,
& per iſta etiam conclu. dixit Bal. in l. 1. colum. 4. C. de iure
emphyt. quòd ſtipulatio penalis non eſt contractus. unde ſta-
tutum loquens ꝙ pro quolibet contractu ſoluatur gabella,
non habebit locum in ſtipulatione pęnali. fortius gl. & Bald.
in l. contractus, C. de fide inſtrumentorum, dixerunt quòd
donatio & tranſactio proprie non ſunt contractus, quia eius
finis non eſt ut naſcatur ultro citroque obligatio, licèt con-
tingeret quod obligentur aliqui.
Tertio principaliter dico, dictũ ſtatutum non habere lo-
cum niſi ſint talia inſtrumenta, quæ habent executionem
paratam, ut patet in uerſi. ſed debiti executio præciſe fiat.
ſed inſtrumentum allegatæ confeſſionis non habet execu-
tionem, nõ quidem iure communi, l. minor 25. annis, cum fi-
deicõmiſſum, ff. de mino. non etiam iure ſtatutario, quia ad
hoc ut inſtrumentũ de iure noſtro ſtatutario habeat execu-
tionem, oportet quod per inſtrumentum quis ſit obligatus
& inſtrumentum fiat ſuper debito principali. ita cantat ſta-
tutum ſupradictum, ſed per inſtrumentum confeſſionis quis
non dicitur debitor, ſed unde debitum ſubeſſe probatur:
6 † quia ex confeſſione nulla oritur actio, ſed ſolum probatio
reſultat, l. Publia, ff. depo. Bat. & alij in l. triticum, ff. de uerb.
obliga. cum ergo de obligatione non ſit confectum Inſtru-
mentum, ex quo agi poſſit executiue, ſed ſolum inſtrumen-
tum confeſſionis ad debitum, quod ſuberat probandũ, non
debet agi executiue, ergo nec habebit locum ſtatutum quòd
contra inſtrumentum, &c.
Quartò quatenus dictum ſtatutum inſtrumẽtis confeſſio-
num daret etiam priuilegium, ut contra ea probari non poſ-
ſit, debet tantum intelligi, quatenus reſeruat talis probatio
præiudicium illius cui eſt facta confeſſio, non autem reſpe-
ctu illius cuius intereſt, l. ſi pro dote, & ibi in terminis Bald.
C. de dotis promiſ.

SVMMARIVM.

*1 Venditor redimens rem depoſitam penes ipſum, non præiudicat
deponenti in iure ſibi per alienationem acquiſito, minus & ſer
uo cui acquiſita fuit libertas per alienationem, ac nec domino
directo quin utile dominium cum directo non ſit cõſolidatum.*
*2 Venditor poteſt rem redimere antequàm redimat proximior
agnatus, cui cõpetit ius redimẽdi ex ſtatuto, uel conſuetudine.*
3 Præſcriptio non interrumpitur ex citatione incerta.

RESPONSVM III.

QVæritur, an uenditor poſſit redimere rem
uenditam in præiudicium proxi-
mioris agnati cum compẽtat facultas redimen-
di rem ipſam beneficio ſtatuti ſeu conſuetudinis
loci de Lurio? videtur prima conſideratione re-
ſpondendũ non licere uenditori redimere rem ſemel diſtra-
ctam in præiudicium proximioris agnati, per tex. in l. 1. §. ſi
1 rem depoſitam, ff. de depoſ. † ubi depoſitarius redimendo
rem depoſitam ab ipſo uenditam, non poteſt præiudicare
deponenti in iure ſibi acquiſito propter alienationem rei
depoſitę. & per tex. in l. quidam teſtamento, & l. togo, ff. de
fideicom. lib. ubi hæres redimendo ſeruum alienari prohi-
bitum non præiudicat ipſi ſeruo, cui acquiſita fuit libertas
propter alienationem. & per tex. in cap. 1. quid iuris ſit ſi poſt
alien. feud. vaſal. recuper. per quæ iura & d. §. ſi rem. con-
cluditur quod emphyteuta non poteſt redimere rem em-
phyteuticam inuito directo domino, cui eſt acquiſita actio
ad commiſſum propter alienationem iam factam, & ſe-
quuntur communiter Doct. ut teſtatur d. Iaſ. in l. fin. colum.
antepenult. C. de iure emp. & Curt. conſi. 64. antiquiſſima,
colum. fin. & Dec. conſi. 160. in ultimo dubio.
Sed prædictis nõ obſtantibus amplector contrariam ſen-
2 tentiam, † quod uenditor antequàm proximior agnatus re-
dimerit, habet facultatem rem uenditam luendi ad exclu-
ſionem proximioris agnati ex pluribus. Primo per tex. in l.
ex hoc edicto, §. fin. ff. de al. iud. mut. cauſa facta. ubi alienans
rem pendente lite poteſt illam redimere, & hoc modo euita-
re pœnam litigioſi inuito aduerſario, & per illum text. ita
quæſtionem noſtram determinat ibi Alber. de Roſa. ubi
etiam allegat pro hac defenſione tex. in l. uoluntate, ff. qui.
mo. pig. uel hipoth. ſolui. ubi creditore inuito poteſt debitor
redimere pignus quod alienauerat, quia non habet creditor
unde conqueratur, cum per talem redemptionem res reuer-
tatur in cauſam pignoris. ſic in caſu noſtro proximior agna-
tus non poteſt prætendere intereſſe a ſtatuto conſideratum,
quòd liceat ſibi rem redimere ne exeat extra familiam &
agnationem: quia cum ſit reuerſa ad agnatum qui uendi-
derat, dicitur reuerſa in agnationem & familiam, & ſic ceſ-
ſat

ſat ſuum intereſſe, & ratio ſtatuti. ergo debet etiam ceſſare diſpoſitio.l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patr. cap. cum ceſſante,de appell.ad idem facit tex.cap.ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſiæ non alien. ubi prælatus, qui alienauit rem eccleſiæ, præfertur omnibus alijs uolentibus rem redimere: quia ſi ipſe redimat,reuertitur res ad eccleſiam,ad quam alij reducere uolunt. ſic in caſu noſtro ſi agnatus qui uendidit uelit ipſe redimere, debet poſſe redimere excluſis omnibus alijs agnatis: quia ſi redimat, ipſa reuertitur in familiam in quam alij ſatagunt reducere. Secundo facit, quia ſi pacto cautum foret quod licuiſſet ipſi uenditori rem uenditam in territorio ſtatuent. uere abſq; dubio non liceret proximiori agnato in præiudicium dicti pacti rem ipſam redimere, ut concludit Henric. Boi. in cap. conſtitutus, de in integ. reſt. ergo nec ſi ex uoluntate emptoris ſubſequenti redimat,cum non referat an a principio conuentum ſit,uel ex poſt facto, l. 1.& 2.C.quando lic.ab emp.diſced.

Non obſtant iura in cōtrarium allegata,quia procedunt, quando alienatio cadit in ſpeciem delicti,ut in alienatione rei depoſitę quæ tranſit in furti crimen,& in alienatione rei emphyteuticæ, & alienatione ſerui alienari prohibiti fauore libertatis,quę alienationes continent uitium contemptus & præiudicium alterius:ſecus in alienatione a lege permiſſa ut in caſu noſtro, quia hoc caſu licet redimere quod non licet in caſu præcedenti,quo agitur de euitanda pœna incurſa propter malefactū a lege reprobatum. ita concludunt Alex. & Mod. in l.ſi inſulam, in 6.quæſtio.Bart. ff. de uerb. oblig. Vel prædicta iura procedunt, quando ſecuta redemptione non eſſet ratio prohibitiua alienationis: ſecus in caſu noſtro in quo ceſſat ratio ſtatuti, & intereſſe a ſtatuto conſideratum in caſu noſtro.Non obſtat ſi dicatur quòd iſta noſtra concluſio poſſit procedere re integra, ſecus ſi proximior agnatus præuenerit in uolendo luere, res deſijt eſſe integra. Quia non diſcutiendo hunc paſſum, reſpondetur hoc caſu non poſſe dici præuentum, tum quia citatio,qua dicitur emptor citatus reſponſurus querelis porrigendis per honoratū proximiorem agnatum,fuit circunducta propter contumaciam ipſius qui non comparuit in termino,l.& poſt edictum, ff.de
3 iudi. † tum quia illa citatio generalis & incerta non interrumpit facultatem luendi conceſſam uenditori,ſicut nec interrumpit præſcriptionem ſecundum Barto. in l.1.in ultimis uerbis,C.de ann.except.& traditur per d. Iaſ. in l. 2. col. 2.uerſi.3.limita.ff.de eo,per quem factum erit.

S V M M A R I V M.

1 *Venditoris hæres uti agnatus poteſt rem redimere uigore ſtatuti,quòd agnatus poſſit rem uenditam redimere.*

2 *Contrahentes cenſentur conformare animum ſuum cum mente legis.*

RESPONSVM IIII.

MIhi quoque uidetur d. Carolum uti agnatum proximiorem poſſe res alienatas per defunctum redimere,iuxta prouincialis ſtatuti cenſuram,non obſtante quòd ſit hęres uenditoris non
1 ut hęres uelit redimere,† ſed ut agnatus & ex perſona propria,per tex. in l.fi. C. de euict. & quia emptor tempore emptionis ſciebat,aut ſcire debebat ius redimendi cōpetere proximioribus agnatis, cum non poſſit prætendere hęredem uenditoris ſibi teneri de euictione,l. ſi fundū ſciēs, C. eod. titu. & quia d. Carolus redimendo approbat, non autem improbat contractum: alioquin retroemere non diceretur ſi uenditionem primam improbaret,l.2.C. de pact. inter empt.& uend.& probat d.Io.igneus in l.dudum,3.cat. C.de contrahen.emp.& quia defunctus cenſetur uendidiſſe ea lege ut liceret agnato proximiori illa redimere,cum ita diſponatur per ſtatutum, cuius diſpoſitio contractui ineſſe
2 uidetur,cum † contrahentes cenſeantur animum ſuum cōformare cum mente legis,ut docet Barto. in l.hæredes mei, §.cum ita,ff.ad Trebell.nec cenſetur uenditor promiſiſſe de euictione quæ non eſt ſubſequuta ex facto ſuo, ſed ex legis diſpoſitione,cap.1.§.fi.ſi de feu.fuer.contr.inter do. & agna. uaſſ.& cap.2.de eo qui fi. fecit agn. & firmat Curt. conſi.49. colum.17.& conſi. ſequ. colum. 69. & ſeq.& quod agnatus poſſit redimere rem alienatam per defunctum non obſtante quòd ſit illius hæres, tenet Henr.Bol.·in c. conſtitutus, in 3. colum. de in integr. reſtit. & gloſ. in conſuetu.Burg. ſub rubr.de retractibus.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto ſtante quòd infra menſem a die uenditionis admittatur proximior agnatus ad redimendū rem uenditam, an intelligatur a die ſcientia.*

2 *Ignorantia non prodeſt in lucris captandis.*

3 *Cognatus præſumitur ſcire facta cognati.*

4 *Probatio in contrarium non admittitur, quando lex ſuper ab ea præſumpto ſtatuit.*

5 *Ignorantiam non ueriſimilem allegans aduerſus præſcriptionem cauſatam ex lapſu temporis non eſt audiendus.*

6 *Non præſumuntur incognita uicinis ac coniunctis ea, quæ omnium oculis ſunt expoſita.*

7 *Scire, uel faciliter poſſe ſcire, paria exiſtunt.*

8 *Ignorare nemo præſumitur, quod publice ſcitur.*

RESPONSVM V.

1 POſito † quòd ſtatutū prouinciale,quòd proximior cognatus poſſit redimere fundū uenditum infra menſem a die factæ uēditionis, ſuppleri deberet,& a die notitiæ ipſius uenditionis,per ea quæ traduntur per Bart.in l. genero, ff. de ijs, qui not. infa. & per Bald. in l.quandiu. C. qui admi. quod apud me ambiguum eſt, quia principiū temporis fuit expreſſum in ſpecie, & ideo illud obſeruandum eſt, curritq; ignoranti & impedito,ſecundum Bart.in l.ſi ſenatus,§.fin.ff. ad Turpill. Panor.in cap.de cauſis.de officio delegati,& alia adducta ad propoſitum per Dec. in conſi. 145. quæritur in effectu,colum.2.& quia non agitur ut lapſus temporis faciat quod ignorās incidat in aliquam pœnam,uel patiatur damnum,uel perdat ius ſuum,ſed non ut conſequatur beneficiū ſtatuti contra ius commune indultum, uidelicet contra l. dudum, C. de contrahen. empt. quo caſu non licet allegare ignorantiam,ut etiam uult Bart.in dicta l.genero,per tex. in l.ſiquis in graui, §. uerum,ff. ad Silla. Sicut etiam uidemus
2 quòd † ignorantia non prodeſt in lucris captandis, l. iuris ignorantia,ff.de iur.& fac. ign.l.error, C. eod. & quia ſtatutū quod uoluit tempus menſis incipere a die uenditionis, hoc caſu potuit ſe fundare in præſumpta ſcientia proximioris:
3 nam regula eſt, † quòd cognatus præſumitur ſcire facta cognati, l. octaui, ff. unde cogn. & propter hanc præſumptam ſcientiam noluit grauare emptores ad denunciandam emptionem proximioribus uenditoris,ſed uoluit quod menſis
4 inciperet a die confectę uenditionis, † & quoties lex præſumit,& ſuper præſumptā ſtatuit, non admittitur probatio in contrarium,cap. iuuenis. de ſponſa. & ibi notatur,& in aut. ſed iam neceſſe,C.de don.cauſa mor.

Attamen ſecundū ea quæ proponuntur,mihi uidentur proximiores allegantes ignorantiam hoc loco audiendos non
5 eſſe pluribus rationibus, quia † allegans ignorantiam non ueriſimilem, nō eſt audiendus aduerſus præſcriptionem cauſatam ex lapſu temporis,l.nec ſupina,ff.de iur.& facti ignor. Ita Imo. concludit in cap.fin. colum.31. de præſcript. Curt. conſil. 82. colum. 2. ad finem, & Pract. Papien. in forma reſponſionis rei conuen. uer. except. præſcriptionis, colum.4. non ergo audiendus eſt proximior hoc loco,quia allegat ignorantiam ſupinam non ueriſimilem, imo ut eſt dicendum, affectatā & ſimulatam dum hic proximior, qui poſt octo annos a die uenditionis lapſos prætendit eandem uenditionem redimere,allegat ſupinam,& non credendam ignorantiam.Conſtat ex pluribus,primo quia cōſanguineus proximior,qui ut dixi præſumitur ſcire facta conſanguinei, d.l. octaui. ff. unde cogna. quæ præſumptio ſola operatur ꝙ non ſit prætextu ignorantiæ audiendus aduerſus lapſum termini a ſtatuto præfixi. ita ſignanter determinat d. Alexan. conſi.163. uer. proceſſit, lib.2. Secundò, quia etſi potuiſſet ignorare uenditionem, non tamen potuit ignorare coniunctum deſijſſe poſſidere prædium, de quo agitur, tum quia coniunctus ut dixi, tum quia prædium eſt prope mœnia urbis,& ſic in loco qui ſe quotidie exhibet omnium conſpe-
6 ctui, cap.quoſdam,cap.quamquam, de præſumpt. † & talia quæ oculis omnium ſunt expoſita, non præſumuntur incognita, neque uicinis,ſecundum Alex.in l.1.ff. ſi cer.pet.& Alex.conſi.80.colum.3.lib.2. & cum iſta facillimè ſciri poſ-
7 ſint, non eſt admittendus allegans ignorantiam,† cum paria ſint ſcire,uel faciliter poſſe ſcire, l. ſi duo. ubi Ange. & Mod.

ff.de

ff. de acquiren. hæred. Tertiò, quia contractus fuit celebratus in loco pub. palam & publicè, quo caſu præſumitur deueniſſe in notitiam amicorum coniunctorum, & eorum qui conuerſantur in loco, cap. fin. de his qui matr. accuſ. poſſ. c. 1. ubi Panor. de poſtul. prælat. Quarto quia præſupponitur eſſe publicam uocem & famam, quòd Ant. Carboocelli emeret
8 dictum prędium: † nemo autem creditur ignorare quod publicè ſcitur ſecundum gl. in l. ſi tutor petitus, §. 1. ubi Bar. C. de peric. tut. & in l. quinquaginta, ff. de excuſat. tut. & in l. 1. ubi Barto. ff. de excep. cum ſimilibus adductis per d. Alex. in l. 2. C. qui admi. & per d. Iaſ. in l. ſiquis per errorem, ff. de iur. omn. iudic. & qui allegat ignoranoam eorum, quæ publicè ſciuntur, dicitur allegare ſupinam ignorantiam, ita dicit glo. in cap. 2. ubi late Mod. de conſtitut. & probatur in l. regula, §. 1. & l. nec ſupina, ff. de iu. & fac. ign. & dicit Bar. in l. gerit, in 6. colum. ff. de acqui. hæred. Cum itaq; huiuſmodi allegata ignorantia non ſit uериſimilis, imo ſupina: dicam rectius ſimulata, non debet impedire præſcriptionem ſtatutoriam ſecundum d. Alex. in d. conſi. 163. & Balb. in tractatu præſcriptio. in quarta parte quartæ partis, quæſtio. 29. uerſi. tertio limitatur.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
2 *Fratris appellatione an ueniat ſoror.*
3 *Maſculinum concipit fœmininum ex interpretatione iuris, non ex proprietate uocabuli. & nu. 6.*
4 *Verba ſtatuti ſunt ſtricti iuris, & propriè intelligenda.*
5 *Extenſio non fit in materia correctoria etiam ex identitate rationis.*
7 *Statutum excludens matrem a filij ſucceſſione, non cenſetur eam excludere a ſucceſſione filia.*
8 *Statuta ſunt interpretanda, ut minus lædant ius commune quàm ſit poſſibile.*

RESPONSVM VI.

STatuto Ticinenſi cauetur quod extantibus fratribus ſine filijs, aut filiabus fratrũ, quod mater ſuccedat tantũ in tertia parte uſusfructus: contigit caſus quòd Titius reliquit poſt ſe Meuiam & Antoniam ex prima vxore & Caium maſculum ex Lucia ſecunda uxore ſuperuiuẽte: exinde poſt deceſſit Caius ab inteſtato relictis prædictis duabus ſororib. ex parte patris tantum, & Lucia matre. nunc oritur controuerſia inter ipſas ſorores, & matrem ſuper hæreditate Caij, aſſerentibus ſororibus matrem non debere ſuccedere, niſi in hac parte uſusfructus ſecundum formã ſtatuti, & ex aduerſo aſſerente matre debere ſuccedere ſecundũ formam auth. defuncto, C. ad Tertull. pro cuius dubitationis reſolutione uidetur prima fronte dicendũ quod mater debeat ſuccedere in totum excluſis ſororibus, quæ non ſunt utrinque coniunctę, d. authen. defuncto, C. ad Tertull. & hoc quidem non obſtante ſtatuto, quia ſtatutum excludit matrem ſolum extantibus fratribus, ergo de ſororibus uerbum nullum: ergo
1 † in caſu omiſſo ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis, l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus, ff. de cõdict. ob cauſ. Fortificatur iſtud per ea quę in ſimilibus quęſtionibus de matre ponit d. Alex. conſi. 80. incipiente, uiſo & optime animaduerſo, col. 1. & ſeq. uolu. 1. quæ extendantur.
2 Secundo, † ubi fit mentio fratris ſiue fratrum, ex propria ſi-
3 gnificatione non uenit ſoror, † cum maſculinum non concipiat fœmininum ex proprietate uocabuli, ſed ex interpretatione iuris ſecundum Bart. in l. 2. ff. de uerbor. ſignific. latè
4 Mod. in l. ſiquis id quod, ff. de iur. omn. iud. † ſed uerba ſtatuti debent intelligi propriè, cum ſint ſtricti iuris, l. 3. §. hęc uerba, ff. de neg. geſt. l. quicquid aſtringendę, ff. de uerbor. oblig. l. non aliter, de leg. 3.

Igitur ſub uerbo, fratribus, non cõprehenduntur ſorores. fortificatur, quia ſtatutum eſt correctorium iuris cõmunis,
5 † ſed in materia correctoria non fit extenſio de propria ſignificatione uocabuli ad largam, etiam ex identitate rationis ſecundum glo. Bar. & omnes in authen. quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. & per Doct. in l. ſi uero, §. de uiro, ff. ſolu. ma.
6 Fortificatur, † quia licèt appellatione filii ueniat filia, quia maſculinũ cõcipit fœmininũ, l. ſi ita ſcriptũ. ubi Bar. ff. de leg. 1. tũ
7 † ſi ſtatutum excludat matrem a ſucceſſione filij non intelligitur ipſam excludere a luctuoſa ſucceſſione filiæ ſecundũ Arch. in ca. ſiquis ſuadente diabolo, 13. quæſt. 4. quem ſequitur Gem. in cap. in Genesi, in 5. colum. de elect. & Iaſ. in l. 1. col. 3. C. qui admitti. Fel. in rubr. de fide inſtrumentorum.
8 Vltimo, † ſtatuta ita ſunt interpretanda ut minus lædant ius commune quàm ſit poſſibile, glo. in l. ſi ſerui ueſtri, C. de noxa. in l. fin. §. in computatione, C. de iure deli. Hoc ſic præſuppoſito, dico quod in quantum ſtatutũ dicit, quòd extantibus fratribus mater non ſuccedit, dẽt intelligi de fratribus utrinque cõiunctis, qui de iure communi ſimul ſuccedunt in capita cum matre, & nõ de fratribus ex uno latere tantum, qui in totum excluduntur a matre, quia hoc modo minus lęditur ius commune. & capiendo iſtum intellectum, qui capiēdus uidetur etiã ſi appellatione fratris in materia ſtatutaria uenirent ſorores: tamen in caſu noſtro, quia hic loquitur de fratribus utrinque coniunctis, debebit etiam intelligi de ſororibus utrinque coniunctis. ſed iſtæ ſorores ſunt ex uno latere, igitur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum diſponens circa rem afficit eam, etiam ſi ab aduena poſſideatur.*
2 *Statuentibus permiſſum eſt pro arbitrio ſtatuere de rebus, & perſonis eorum iuriſdictioni ſubiectis.*
3 *Statutum non extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.*
4 *Teſtatoris voluntas cenſetur conformis cum diſpoſitione ſtatuti locorum, vbi eius bona ſunt ſita. & num. 7. & 17.*
5 *Fictiones duæ non poſſunt ſimul concurrere. 23.*
6 *Teſtator poteſt habere diuerſos hæredes, quando habet diuerſa patrimonia in diuerſis regionibus.*
8 *Miles poteſt habere unum hæredem in caſtrenſibus bonis, & alium in paganicis.*
9 *Mater tranſiens ad ſecunda vota ſuccedit filio in bonis aliunde peruentis, quàm à patre.*
10 *Paterni conſanguinei præferuntur maternis in bonis prouentis ad defunctum per lineam paternam, ſicut etiam de maternis dicitur.*
11 *Nomina debitorum an circunſcribantur loco creditorum, an verò debitorum, an verò deſtinata ſolutionis. & num. 16. 18.*
12 *Actiones, & ſi cohærent oſſibus creditoris, attamen ad hæredes tranſmittuntur. 21.*
13 *Actiones computantur inter mobilia aut immobilia ſecundum bona, ad quæ competunt niſi ſtent de per ſe, quo caſu faciunt tertiam ſpeciem. 22.*
14 *Bona mobilia cenſentur eſſe in loco, ad quem ſunt traducenda.*
19 *Loci iudicij ius eſt ſeruandum quo ad litem ordinandam.*
20 *Locus ſolutionis, & exactionis attenditur.*

RESPONSVM VII.

NE verboſa fiat conſultatio, & ut clarior ſit reſolutio quæſitorũ, procedam cõcluſiue. Prima cõcluſio, ſtatutũ ſiue cõſuetudo ciuitatis Toloſanæ, quod omnia bona decedentis abſque patre deuoluantur proximioribus in gradu parentelę ex parte patris, eſt ſeruandum quantum ad bo-
1 na exiſtentia intra territorium Toloſanum. † Quia tale ſtatutum res ipſas ſiue a ciue, ſiue ab aduena poſſideantur afficit, l. reſcripto, §. fi. ff. de mun. & hono. l. an in totum, de ędific. priu. & per hanc rationem ita firmant Iaco. But. Cyn. Bar. & alij communiter in l. cũctos populos, C. de ſum. Trin.
2 & fide cath. & hæc cõcluſio caret dubitatione: † quia certum eſt ſtatuentes poſſe de rebus, & perſonis ſubiectis eorum iuriſdictioni ſtatuere pro arbitrio, l. omnes populi, ff. de iuſt. &
3 iure. Secunda cõcluſio, † ſtatutum ſiue conſuetudo prædicta non porrigit uires ſuas ad bona ſita extra territorium Toloſanum, l. ex ea, ff. de poſt. ca. ſi ſententia, §. fin. de ſenten. excomm. lib. 6. & ratio decidendi eſt, quia non potuerunt ſtatuentes diſponere de bonis ſitis extra territorium, cap. 1. de conſtitut. lib. 6. l. fin. ff. de iuris. omni. iudi. nec etiam potuerunt excludere & inhabilitare auiam maternam ſorſiem & uocare patruos ad auiæ excluſionem cõtra diſpoſitionem iuris communis, de qua in authen. ceſſante, & in corpore unde ſumitur, C. de leg. hæred. & maxime, quia huiuſmodi ſtatutum excludens auiam propter patruos, eſt odioſum ſecundum Bald. in l. quicunq;, C. de ſer. fug. ideo reſtringendũ,

ut non

ut non extendatur ad bona, nec perſonas non ſubditas, ſecũ
dum Bar. in d. l. cunctos populos, in 6. quæſtione. & ſequitur
ibi Bal. colum. 17. uerſi. ſubſequenter ſequitur. Ioan. Andr. in
addinooibus Specul. tit. de inſt. edit. §. compendioſe. & ita
etiam conſuluerunt plures maximi legũ uertices, inter quos
fuit idem Bal. conſi. 131. capitula prædicta, lib. 2. & in termi-
nis noſtris Pau. de Caſt. conſi. 224. circa primum, ſecundum
antiquam impreſſinnem. & d. Alexan. conſi. 16. & conſi. 129.
lib. 2. & conſi. 44. per totum, lib. 5. Cor. conſ. 115. in hac, lib. 2.
& conſi. 202. circa præſentem, colum. 4. eod. lib. & conſ. 85. &
conſi. 162. conſtat. lib. 3. & huic conſultationi nõ obſtant nõ-
nullæ rationes Sali. qui uiſus eſt tenere contrarium, quem
4 ſequitur Soci. conſi. 36. lib. 1. Et primò non obſtat † quòd de-
functus originarius & incola Tholoſanus uideat̃ uoluntatẽ
ſuam conformaſſe cum diſpoſitione ſtatuti ſiue originis, &
ſic uideatur uoluiſſe hæreditatem ſuam ab inteſtato perue-
nire ad patruos uocatos a lege municipali excluſa auia, quia
multipliciter reſpoodetur. Primò, quod hæc eſt quædam fi-
ctio, ex qua non cauſatur ſucceſſio ſecundum Bald. in dicta
l. cunctos populos. Item eſt duplex fictio, una quod ſuccedẽs
ab inteſtato habeat uolũtatem defuncti, altera quòd cenſea-
tur defunctus cõformaſſe ſe magis cum uoluntate legis mu
5 nicipalis quàm cum uoluntate legis cõmunis. † Quas duas
fictiones conſtat non poſſe ſimul concurrere, l. 1. C. de dot.
promiſſ. & docet Bart. in l. ſi quis pro emptore. ff. de uſucap.
& ita in propoſito noſtro reſpondet Corn. in d. conſi. 162. in
6 fine. Secundò † reſpondetur, quòd cum defunctus poſſit de-
cedere cum pluribus & diuerſis patrimooijs, ut infra ſubij-
ciam, cenſetur conformaſſe uoluntatem ſuam cum uolunta
te iuris communis uel ſtatutorum, in quorum iuriſdictione
ſunt ſingula patrimonia ſecundum d. Alex. in d. conſi. 128.
& Corn. in d. conſi. 202. colum. 5. Nec obſtat quòd hæreditas
ſit ſucceſſio in uniuerſum ius, l. hæreditas, ff. de reg. iur. & ſic
hæres bonorum originis & domicilij ſuccedere debeat etiã
in bonis ubicunque ſitis extra territorium, alioquin defun-
ctus non haberet uniuerſalem hęredem. Quia ad iſtud reſpõ
7 detur non eſſe abſurdum, † ꝙ quis habeat unum hæredem
in bonis originis & domicilij, & alterum in bonis extra ter-
ritorium, & ſic diuerſos hæredes, prout ſunt diuerſa patrimo-
8 nia, quæ habebat defunctus, † ſicut miles habet diuerſa pa-
trimonia caſtrenſe, & non caſtrenſe; & diuerſos hæredes, unũ
in paganicis, alterũ in caſtrẽſibus, l. ſi miles unum. & l. ſi duo-
bus, ff. de milit. teſtamen. non eſt ergo mirum ſi propter di-
uerſitatem conſuetudinum quis poſſit decedere cum diuer-
ſis hæredibus & diuerſis hęreditatibus. quod probatur in au-
9 then. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. † ubi mater ad ſe-
cunda uota tranſiens non ſuccedit filijs primi matrimonij
in bonis, quæ ad eam peruenerant a patre, niſi in uſufructu:
& tamen ſuccedet in aliunde prouentis pleno iure, ut nota-
tur in l. 1. C. eod. tit. & in l. ſi is qui, ff. de uulg. & pupill. ubi d.
Alexan. notat in 2. not. & bene ſeruit deci. Bartol. communi-
ter approbata in authen. itaque. C. communia de ſucceſſ.
10 † ubi parentes ex parte patris præferuntur parentibus ex par-
te matris in bonis, quæ peruenerunt ad defunctum per lineã
paternam, & econtra parentes materni præferuntur in bonis
peruentis per lineam maternam. non eſt ergo abſurdũ quod
auia præferatur patruis in bonis exiſtẽtibus extra territoriũ
Tholoſanum cõſiderata cenſura iuris communis, & patrui
præferuntur auiæ in bonis Tholoſanis conſiderata cenſu-
ra ſtatuti municipalis, & hæc eſt ſolida & uera huius quæſiti
reſoluoo.

Sed nũc ſuboritur altera dubitatio, ad quos ſpectare & ꝑ-
11 tinere debeant nomina debitorum, quod eſt quærere † utrũ
nomina debitorũ dicantur eſſe in territorio Tholoſano, ubi
erat oriundus & incola defunctus, de cuius bonis agitur: an
uero dicantur eſſe in loco debitorum. hæc dubitatio proba-
bilis eſt: uidetur enim quòd iudicandũ ſit nomina eſſe in lo-
12 co & territorio defuncti creditoris, quia † actiones cohærent
oſſibus eius, l. 3. ff. pro ſoci. l. quis ergo caſus, ff. de pecul.
13 ergo uidentur eſſe, ubi ſunt oſſa quibus adhærent. † & quia ſi
competant actiones ad mobilia bona, debent regulari ſecũ-
dum naturam bonorum mobilium, ſecundum glo. in l. mo-
14 uentium, ff. de uerborum ſignifi. † bona autem mobilia, quæ
ad tempus ſunt extra territorium, ut trãſferãtur in territorio
cenſentur eſſe in loco ad quem ſunt traducenda, l. debitor,
ff. de pigno. l. quæſitum, ff. de leg. 3. l. ſi uxori, §. cum ita, ff. de
au. & argen. leg. ergo idem dicendũ in nominibus compe-
tentibus ad bona mobilia transferenda ad ciuitatem Tho-
loſanam. & iſta ſunt quæ quęſtionem mouent, & quæ moui-
ſe uidentur Salic. conſi. 36. recte ac mature, colum. 5. lib. 1.
15 Sed prædictis non obſtantibus, reſpondeo † nomina debito-
rum eſſe in loco & domicilio debitorum, a quibus faciẽda
eſt exactio, & conſequenter ſecundum ius cõmune, quod re-
quiritur & uidentur debitores ſpectare ad auiam, quod eui-
17 dentiſſime probatur ſtante concluſione præcedenti, † quod
defunctus cenſeatur cõformaſſe uoluntatem ſuam cum uo-
luntate iuris uel ſtatuti, in cuius loco bona ſunt, de quibus
18 agitur. † Aut uolumus dicere quod actiones & nomina non
circunſcribuntur loco, prout uere non circunſcribuntur, cũ
ſint incorporaliſſima, l. Caius, ff. de leg. 2. l. fideicommiſſum.
§. tractatum, ff. de iudic. & l. fin. C. de præſcr. lon. tempo: &
tunc fateri oportet, ꝙ non dicuntur eſſe in territorio Tholo-
ſæ, ergo de eis iudicabitur ſecundum ius commune, & ſic ad
auiam pertinebunt. Aut uolumus dicere quòd ſint in loco
ubi uoluit defunctus, quia cum non circunſcribantur loco,
ibi ſunt ubi eſſe uolumus, l. retro creditur, ff. de cap. & poſtli.
reuer. uerum ſecundum uoluntatem contrahentium no-
mina ſunt in loco deſtinatę ſolutionis, l. contraxiſſe, ff. de act.
& oblig. dato quod contractus foret celebratus Tholoſæ, ut
notatur per Bal. in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri uel ſibi.
ubi infert ad ſtatutum de ſoluenda gabella in loco celebrati
contractus, ut debeat ſolui in loco deſtinatę ſolutionis, non
in loco ubi uere factus fuit contractus. ſequitur d. Alex. in l.
ſi ut proponitur. in apoſtillis, ff. de fideiuſ. Berta. in trac. de ga
bell. in 4. quæſt. ſextæ par. ſcilicet, quod nomina debitorum
dicantur eſſe in loco deſtinatę ſolutionis, & ubi exactio eſt
facienda. Probatur per tex. optimum in l. Titium & Męuium
contutores, ff. de adminiſtr. tuto. ubi ad tutorem datum ad
res Italicas I. C. dicit non pertinere exactionem debitorum
non habentium domicilium, nec bona in Italia, ſed ad tuto-
rem prouincialem ubi debitores habent domicilium, quia
non cenſentur res Italicę, nec eſſe in Italia, etiam ſi teſtator
eſſet Italus, ſed eſſe in prouincia. ſic dicamus in propoſito, ut
hæc nomina pertineãt ad auiam, cum ſint extra territorium
Tholoſanum, & non ad patruos, ad quos dumtaxat deuoluũ
tur bona exiſtentia intra territorium Tholoſanum. Corrobo
ratur, quia contendentibus auia, & patruis coram iudicibus
debitorum, coram quibus facienda eſt exactio, ad quem ſpe-
ctat ius exigendi? dicent ne iudices nomina debitorum eſſe
Tholoſæ & conſequenter ſpectare ad patruos? certe nequa-
quàm: quia ſic dicerent, ſe non eſſe iudices competentes, cu-
ius contrarium intendunt, ergo neceſſario pronunciare ha-
bebunt nomina eſſe in loco exactionis & iudicij, in quo de
ipſis nominibus agitur, & conſequenter iudicabunt ſpectarẽ
ad auiam. nam ſi dixerimus, quod agitur de ordinanda lite,
id eſt ad quem pertineat ius inſtituendę litis contra debito-
19 res, & tunc habeo propoſitum. † Quia ſeruandum eſt ius
loci ipſius iudicis ſecundum gl. Pan. & alios, in cap. qui cle-
ricis, de foro competen. Innoc. in cap. fin. de ferijs, Barto. in
d. l. cunctos populos. aut volumus dicere quòd agitur de
lite decidenda: & quia hoc agitur ratione contractus, vel
quaſi, d. l. contraxiſſe. etiam ſeruandum eſt ius loci contra-
ctus, l. ſi fundus, ff. de euict. l. 1. ff. de vſur. cap. conſtitutus, de
in integ. reſtit. cap. cum uenıſſent, de eo qui mit. in poſſ.
20 † omni ergo caſu nomina ſpectabunt ad auiam attento iu-
re communi, quod ſeruatur in loco contractus & deſtina-
tę exactionis & ſolutionis. & ita reperio determinaſſe Lapũ
& Ludo. Roma. quos refert, & ſeq. d. Alexand. in d. conſi. 17.
ad finem, lib. 1. & Soci. conſi. 101. viſo teſtamento, lib. 1. &
conſi. 175. viſa, colum. fin. lib. 2. quorum ſententia verior ap-
parebit, ſi contraria ſupra adducta de medio ſubmouean-
tur. Non obſtat itaque prima ratio, quod actiones ſint affixæ
21 oſſibus creditoris: † quia etſi affixæ dicantur, ad hæredes tñ
traſmittuntur, l. 1. C. de hære. act. ergo tranſeunt ad auiam
hæredem bonorum exiſtentium extra territorium, quia ex-
tra territorium eſſe dicuntur, vt probatum fuit in vltimo
fundamento. Vel aliter etſi ſint affixæ oſſibus quantum ad
hoc, vt nunquàm directè ſeparari poſſint per ceſſionem, vt
loquuntur iura contraria, tamen non circunſcripta ſunt in
aliquo loco. Ideo debent ſpectare ad auiam. pro qua ſtat ius
commune. vt dixi in alio fundamento. Vel aliter reſponde-
tur quod actiones, licèt non poſſint diuelli ab oſſibus cre-
ditoris directo, effecta tamen ſunt vbi eſſe vult, quia conſen
ſu transferuntur, l. 1. C. de act. & obl. Vnde cum deſtinauerit
& dixerit voluntatem ſuam ad locum exactionis, ibi effectu
22 eſſe dicuntur. † Non obſtat, quòd actiones quæ dantur ad
mobilia, debeant regulari ſecundum naturam rerum mo-
bilium, quia diuerſimodę reſpondetur. Primò conceditur
minor

minor propoſitio uidelicet, ꝙ actiones cõpetentes ad quantitatem in genere, dicantur competere ad rem mobilem: quia genera ſunt in intellectu, non in ſenſu, vnde tange illa, & a loco remoue ſi potes. & ſic hoc loco & actio, & id quod agitur, conſiderata obligatione dicuntur incorporalia, & non tranſportabilia a loco exactionis. Ita reſp. Lapus allegatione, incipien. caſus eſt talis, in fine. & Socin. in dicto conſil. 101. columna fina. vbi dicunt contrarium procedere, quando actio competit ad rem certam mobilem in ſpecie: ſecus ſi ad quantitatem in genere, quia tunc nomina debitorum & actiones non computantur vnquàm inter mobilia, vel immobilia. Secundo reſpondetur quod nomina debitorum cenſentur mobilia, ſi competant ad rem mobilem, quando eſt neceſſe quod applicentur alicui extremo mobilium & immobilium: ſecus ſi nõ eſt neceſſe, vt cum poſſent de per ſe iudicari, quia tunc faciunt tertiam ſpeciem de per ſe, l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. l. quam Tuberonis. §. 1. ff. de pec. At hoc loco poſſumus dicere quòd non ſunt circumſcripta loco, & ſic debent ad aliam pertinere, ad quam ſpectant omnia quæ non ſunt in territorio Tholoſano. Vel tertio reſpondetur ꝙ licèt nomina competentia ad rem mobilem iudicantur ſecundum naturam rei mob. tamen hoc ſanè intelligendum videtur ſecundum naturam primordialem, non autem accidentalem ſecundum glo. in l. certi condictio, in gl. magna, in fi. ſi certum peta. not. d. Iaſ. in §. actionum, colum. 4. Inſtit. de actio. primordialis autẽ natura rei mobilis eſt, quòd ſit in loco vbi verè eſt: accidentalis verò in loco, ad quem transferenda eſt. ergo dicamus, quòd actio veritatem & originariam naturam ſequitur, nõ imaginariam & accidentalem.

23 † Vltimò reſpõdetur quòd duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere circa idem, dicta l. prima, C. de dot. prom. ergo non poſſumus dicere, quòd nomina dicantur res mobiles, & quod ſint in loco, vbi non ſunt, & quòd iſtud ſtare non poſſit: quia etſi res mobiles deſtinatione creditoris ſint transferendæ ad alium locum, tamen nomen deſtinatione creditoris ſemper eſt in loco exactionis & deſtinatæ ſolutionis, d. l. contraxiſſe. vnde ſtultum eſt dicere quod nomen cenſeatur in loco, ad quem res exigenda eſt tranſportanda. & hæc ſufficiant quantum ad reſolutionem huius quæſiti, quæ vltra meum morem latius exaraui, vt parti, nõ erudito Lectori ſatisfacerem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd inſtrumenta in caſu caducitatis, et executionis habeant executionem paratam non procedit contra tertios poſſeſſores.*

2 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundũ tempus verbi.*

3 *Emphyteuta non obſtante caducitate patiente domino, ſi remaneat in poſſeſſione intelligitur reinueſtitus.*

4 *Emphyteuſis, & locatio in multis conueniunt.*

5 *Caſus omiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris communis. Fallit in connexis. 8.*

6 *Caducitas dicitur connexa non ſolutioni, a qua dependet, et ſine ea cauſari non poteſt ſi emphyteuta bene verſetur, & eſt quadam ſequela. & nu. 7.*

9 *Connexorum idem eſt iudicium, & diſpoſita in vno ex connexis cenſentur in cæteris diſpoſita.*

10 *Diſpoſita in principali, cenſentur diſpoſita in acceſſorijs etiam in materia reſtringibili & odioſa.*

11 *Statuta ſtrictè interpretantur.*

12 *Inueſtitura tacita ſicut expreſſa, non habet executionem paratam.*

13 *Emphyteuſis conſtituitur abſque inueſtitura ex ſola confeſſione emphyteutæ hoc dicentis, ac cum ſolutione ficti.*

14 *Confeſſioni aduerſarij eſt ſtãdum, nec tunc alibi eſt indagandũ.*

15 *Clauſula, in omnibus & per omnia, generalẽ executionẽ facit.*

16 *Emphyteuta nunquam præſcribit.*

17 *Præſcriptio longi temporis non niſi mediante titulo currit.*

18 *Fictorum exactionis ius eſt incorporale.*

19 *Præſcribuntur incorporalia ſolùm ſpatio triginta, vel quadraginta annorum.*

20 *Cohærentia rem ipſam demonſtrant, etſi ſolum duæ antiquæ remanſerint.*

21 *Inſtrumenta plura eiuſdem cauſæ, quantitatis, & obligationis ſemper loqui præſumuntur de vna tantùm obligatione.*

22 *Emphyteuſis probatur ex ſolutionibus diſtinctis decẽ annorum continuorum.*

23 *Mandatum an, & quando præſumatur. nu. 25. & 28.*

24 *Doctores malum dantes conſilium tenentur quod quiſque iuris pœna, & retorquutio tranſit ad eorum hæredes.*

26 *Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona.*

27 *Solennitas extrinſeca conſumitur in actu geſto à patre pro filium, & econtra.*

29 *Præſumptio tollitur per aliam præſumptionem.*

30 *Cognatus præſumitur ſcire facta cognati.*

31 *Filij cum dicantur domini bonorum paternorum quæ communiter ſunt eis quaſi debita, nõ præſumũtur aliquid in præiudiciũ patris gerere ſine mandato, quod præſumitur vbi pater patiatur eos publicè adminiſtrare.*

32 *Venditio fieri non poteſt nomine alicuius ſine ſpeciali mandato, aut generali cum libera.*

33 *Mandatum habere præſumitur ſolues procuratorio nomine penſionem.*

34 *Probationes debent eſſe communes.*

35 *Contractus non debẽt claudicare.*

36 *Turpitudinem propriam allegans non auditur.*

37 *Falſi pœna tenetur faciens aliquid procuratorio nõĩe cũ nõ ſit.*

RESPONSVM IX.

CAſus executionis, & caducitatis intẽtatæ p d. Io. Ant. ex Co. Gãbaranæ clarus eſt, & expeditus in eius fauorem ſtantibus ſententia, per quã declaratur domum petitam eſſe emphyteuticam ac confeſſionibus ſuperinde ſequutis, † quæ ex forma
1 ſtatutorum habent executionem paratam, vt in ſtatuto quinto, & quia talia inſtrumenta in caſu caducitatis, & executionis, & petitionis fictorum ſtante forma dicti ſtatuti nõ habebant executionem contra tertios poſſeſſores, nec etiam in alijs caſibus, vt not. Ang. Alex. & alij in l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebe. cum alijs allegatis in allegationibus contrarijs, factum fuit ſtatutũ 77. per quod diſponitur quod etiam contra poſſeſſores extraneos poſſit agi executiue in caſu caducitatis, & petitionis fictorum, cuius ſtatuti remedium fuit intentum, & ſuccurrit ipſi d. Io. Ant. in caſu præſenti non obſtantibus allegatis in contrarium, quæ in iure nihil obſtãt.

Primo nõ obſtat dũ adducitur ꝙ ad hoc, vt habeat locũ diſpoſitio dicti ſtatuti requiritur ꝙ tempore alienationis res ſit
2 emphyteutica, † quia qualitas adiecta verbo, &c. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. ſed tempore alienationis dicitur quod ipſa domus non erat emphyteutica, quia longo tempore ante erat declarata caducitas, & ſic conſolidatum vtile dominium cum directo. l. fi. C. de iu. emphy. quo caſu dici non poteſt, quod ex ipſa domo amplius poſſint deberi ficta, vt declarat Are. cõſi.... col. fi. quia reſpõdeo falſum eſſe quod tempore alienationis domus non eſſet emphyteutica. Imo tempore alienationis, & ante, & poſt vſque ad declarationem præſentis caducitatis fuit emphyteutica, non obſtante allegata prima caducitate. quia licèt primo loco fuerit declarata caducitas, tamen dominus directus paſſus eſt emphyteutas remanere in poſſeſſione, & ab eis poſtea percepit penſiones, & eis fecit confeſſiones, vt apparet ex inſtru-
3 mentis productis, † quo caſu emphyteuta, qui ceciderit, intelligitur de nouo reinueſtitus, vt eſt caſus in l. item quæritur. §. qui impleto, & l. qui ad certum. ff. locati. & in l. legem. C. eo. quæ iura, licèt loquantur in locatione, tamen ha-
4 bent locum etiam in emphyteuſi, † cum inter locationem, & emphyteuſim maxima ſit affinitas. ita extendit Lud. Rom. conſi. 103. col. fi. quinimo illa iura non ſolum habẽt locum in locatione, & emphyteuſi, ſed etiã habẽt locũ in quacũque materia, & in quibuſcũque pactis, vt nota. extendit do. Alex. conſi. 1. col. pen. col. 2. & probatur in l. in rebus. §. 1. ff. de precario. vbi ſi finito cõtractu precarij dominus patiatur rogantem ſtare in poſſeſſione, videtur renouatus contractus precarij, & ita not. glo. in c. 1. de precario. Item auctores partis aduerſæ expreſſe confeſſi ſunt domum emphyteuticam, & eam tenere in emphyteuſim nomine partis præſentis, & acceptantis, quo caſu fuit inducta alia expreſſa inueſtitura ſecundum Bal. in l. ſi certis annis. col. 2. ad fi. C. de pactis. Non obſtat dũ ſecundo dicebatur quod dictum ſtatutum 77. loquitur ſolũ quando agitur ad ficta, non quãdo ad recuperationẽ rei,

prout

5 prout in caſu noſtro.vnde ſuccedit vulgata regula,† quòd ca
ſus omiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris commu-
nis.l.cōmodiſſime.ff.de lib.& poſt.l.ſi extraneus. ff.de cond.
ob cau.ſed de iure communi agere non poterat executiue,
igitur &c. Quia reſpondeo ,quod verba ipſius ſtatuti ſe tuen-
tur ab iſto obiecto,& demonſtrant illud non eſſe verum:cla-
mant enim verba ipſius,quòd nō ſolum poſſit agi ad ficta exe-
cutiue, ſed etiam ad recuperationem rei propter caducita-
tem cauſatam,vt patet ex illis verbis, & nihilominus contra-
hentes cadāt a iure ſuo , ſi domino placuerit. quæ verba ſunt
clara,igitur &c.Item verba sub.ſunt clara,igitur.& not.Doc.
in rub.ff.ſi cert. pet.Vel aliter,dato quòd iſtud non fuiſſet ex-
preſſum in ſtatuto, tamen dico quod adhuc intelligebatur
comprehenſum , & non omiſſum . quod probatur euidenti
ratione,caducitas enim cauſatur ob non ſolutionem ficto-
rum.l.2.C.de iure emphy.& c. potuit.de locato. & ꝯſequēter
6 † caducitas dependet a non ſolutione, & illi dicitur cōnexa,
adeo quòd ſine ea cauſari non poteſt ſi emphyteuta bene ver
7 ſetur in re emphyteutica.vnde ſuccedit nota regula† quod cō
nexorum idem debet eſſe iudicium.l.eum actum,& ibi Bar.
ff.de neg.geſt.& l.quid ergo.§. ſufficit. ff. de contra. Iudicio
tut. & ita ibi Bal. not. diſpoſita enim in vno connexorum,in
cæteris cenſentur eſſe diſpoſita ſecundum Panor. in c.quāto.
col.pe.de iud.& in c.lr̃as, de iur.cal.Hinc perpetuata iuriſdi.
ſuper uno negocio,intelligit̄ ēt ꝑpetuata ſup ꝯnexis, ut p Fel.
in c.licèt vndiq;,de offi.deleg hinc priuatus uno ꝯnexorum,
cenſet̄ omnib.eſſe priuatus,c.ſuper his,& ibi Pan.de accuſ.cū
multis alijs,de quib.per Feli.in c.olim Abb. col.ſi.de off. de-
leg.in c.tranſlato,de conſtitutio.ubi in terminis,col.a.ad fin.
8 dicit,ꝙ regula †l.cōmodiſſimè,nō hēt locū i ꝯnexis,q̃a quod
9 eſt ꝯnexū,n̄ cēſet̄ omiſſum.†Itē caducitas eſt,q̃d acceſſoriū, &
ſequela ad nō ſolutionē fictorū dn̄o declarāte,ut not.in d.l.2.
10 & in d.c.potuit.†ſed diſpoſita in principali , cenſent̄ diſpoſita
in acceſſorijs,reg.principalis,de reg.iur.l.quicunq;, §.ei,qui.
ubi gl.ff.de inſt.& latè Fel.in c.ſuper lr̃is,col.10.& ſeq.de reſc.
& iſta regula procedit ēt in materia reſtringibili,& odioſa. &
11 ꝯñr ēt†in ſtatutis, q̃ ſtrictè interpretant̄,l.q̃cquid aſtringendæ,
ff.de uerb.obl.ubi eſt gl.no.q̃ dicit,ꝙ procedit ēt in diſpoſitio
ne c.in tm̄,de ꝯceſ.præb. & ibi Pan. & tm̄ diſpenſatio eſt odio-
ſa,c.ceū.c.1.de filijs presbyt.Itē hēt locū in priuilegijs, ut per
D.Iaſ.in l.rerū,§.ſi quis poſt,de leg.1.& tm̄ priuilegia ſtrictè in
terpretant̄,ut late habet̄ in l.fi.ff.de conſtit.Princ.& eſt text.in
l.ſi qn̄,ff.de inoff.teſt.cum uulg. ſicut igitur pōt agi executiue
ad ficta,ita debet poſſe agi ad recuperationem rei propter ca
ducitatem cauſatam ob non ſolutionem ficti,tamen iſta ſunt
inter ſe connexa,& acceſſoria domino declarante .

Tertiò,non obſtat allegata dec.Bal.in l.legē,in princ.C.lo-
12 cati,†qui uult,ꝙ†licet expreſſa iueſtitura habeat executionē ,
tm̄ p̄ſumpta nunq̃ habet.ſed iſta vr̄ p̄ſumpta, q̃a dr̄ ꝙ pars mea
fundat ſe ſuper ſolutionib. longo tp̄e factis, q̃ ſolutiones ſolū
ꝯcludūt p̄ſumptā inueſtiturā,ut per Bar.in l.litib. C.de agri.&
cēſit.& D.Iaſ.in l.2.col.78.C.de iu.emph. q̃a rn̄deo,ꝙ fallitur
qui iſtud allegat, q̃a pars mea nō tm̄ fundat ſe ſuper ſolutio-
nib. ſed fundat ſe ſup ſn̄ia exhibita, q̃ expreſſè dicit domū ſo-
re emphyteuticā.Itē fundat ſe ſup tacita renouatione emphy.
ut declaraui in prima rn̄ſione.q̃ tacita renouatio licèt ex ſe iā
quā p̄ſumpta n̄ videat̄ hr̄e executionē, tm̄ virtute primitiua di
ctæ ſn̄iæ,q̃ infuſa eſt in ipſa renouatione,pōt agi executiuè,ut
declaraui ipſemet Bal.ī d.l.legē.Itē pars mea fundat ſe ī expreſ-
ſa inueſtitura,& in expreſſa emphyteuſi , q̃ expreſſè legitur in
13 quàmplurib.confeſſionib.exhibitis,†in quib. auctores partis
aduerſæ ꝯfitentur ſe tenere dictā domū in emphyteuſim,quo
caſu talis ꝯfeſſio ꝓbat rē emphyteuticā expreſſè, & ex una tali
ꝯfeſſione cū ſolutione ſubſecuta cōſtituit̄ emphyteuſis, prout
notāter decidit in terminis Bal.in l.ſi certis annis , col. 2.in fi.
C.de pact.& in l.1.col.pe.C.quan.lic.ab emp.diſce. ubi dicit,
14 ꝙ ēt ex tali confeſſione agi poteſt.†vbi.n.habemus confeſſio-
nem aduerſarij,nihil ulterius indagandum , ſed illi ſtandū,l.
generaliter.cum ſimilib.C.de non num.pecu.

Quartò,nō obſtat fundamētū p̄ſcriptionis longi tp̄is , quo
ſe fundat pars aduerſa,q̃ dicit ꝙ allegatū ſtatutū 77 non tollit
quominus tertius poſſeſſor poſſit p̄ſcribere, ꝓut allegat tene-
ri per Raph.Com.ꝯſ.54.q̃d incipit,Leonar.quia dico,ꝙ deci.
Raph.nō hēt locū in caſu iſto , in quo ſtatutū uult poſſeſſores
15 teneri in omnib.& p oĩa,prout emphyteuta.†q̃a illa uerba.in
omnib.& per oĩa,tal̄r exequant̄ poſſeſſorē ipſi emphyteutæ,ꝙ
oĩa,q̃ inerant ī emphyteuta,cēſent̄ attributa formaliter poſſeſ
ſorib.exequatis. ut eſt doctrina Bar.& cōis opinio oĩum Scri-
bentiū in l.1.ff.de leg.1.ſed in caſu Rapha.nō aderant illa ver
16 ba,in oĩb.& per oĩa:igit̄ † cū emphyteuta nō poſſit p̄ſcribere,
l.male agit̄,C.de p̄ſc.30.vel 40.an.ita nec poſſeſſor. Vel aliter
poſita vera deciſione Raph.ex alijs non habet locū in iſto ca-
17 ſu,quia hic allegat̄ † p̄ſcriptio longi tp̄is, quæ non currit,niſi
mediante titulo,ut eſt tex.in l.ſi quis.in princ.C.de præſcr.30.
vel 40.an.& Bar.in l.Celſus,ff.de uſuc.per Cano.in c.vigilan.
de præſcr.ſed de titulo aduerſarij nō ꝯſtat,igit̄ &c.Vel aliter ,
& melius,negari non pōt quin ſtatutū obliget poſſeſſores ad
18 ficta,† ſed ius non ſoluendi canonem , & actio quam hēt dn̄s
aduerſus poſſeſſores ad canonem,eſt quid incorporale, ut eſt
19 tex.Inſtit.de reb.corp.& incor. † iura aūt & actiones , quia in-
corporales ſunt, præſcribi nō pn̄t,niſi ſpatio 30. uel 40.annor.
l.ſicut.& l.cum notiſſimi,C.de præſc.30.uel 40.ann.& ſic hic
fruſtra allegat̄ p̄ſcriptio longi tp̄is . & ꝙ ius non ſoluendi ca-
nonem non poſſit p̄ſcribi præſcriptione longi tp̄is,ſed requi-
ritur p̄ſcriptio 30.uel 40.an.tenet in terminis Bar.in l.ius em-
phyteutici,C.de fun.patrimo.& Spec.in tit.de locato,§.nunc
aliqua,verſ.44.Mod.in l.2.col.78. C. de iure emphyt.cū ergo
non præſcripſerit ius non ſoluendi canonem , reſtat dicendū
obligatam fore partē aduerſam ad ipſa ficta, ac ēt ipſum ceci
diſſe à iure,ſi q̃d habebat in ipſa domo, cū ꝓp alienationē fa-
ctā irrequiſito dn̄o ,tū ꝓp ceſſationē ſolutionis per tm̄ tp̄s, d.
l.2.C.de iu.emph .& ēt ſic diſponēte forma allegati ſtatuti.

Quinto,nihil facit,dū dr̄.ꝙ non ꝯſtat, ꝙ domus, quæ petit̄,
ſit illa,de qua in inſtr̄is:vnde nō dēt fieri ſuper eis aliquod fun
damentū, per tex.in ca.auditis.ibi,ꝙ uallis ſit ille locus,extra
de præſcr.Quia rn̄det̄,ꝙ iſtud eſt falſum, & ꝙ cōſtat ex cohæ-
rentijs aſſignatis in ipſis inſtr̄is,domum eſſe illam, quæ petit̄.
20 †cohærentiæ.n.rem ipſam demonſtrant , l.idem ſacra, §.1.ff.
de ꝯh.empt.& illæmet cohærentiæ,q̃ olim erant,& exprimunt̄
ī ipſis inſtr̄is, nūc ēt repiunt̄ adeſſe,ut apparet ex dictis teſtiū .
& dato ēt,ꝙ aliquæ cohærentiæ eſſent uariatæ,tm̄ ex quo ſaltē
duæ ex antiquis adeſſe reperiunt̄, ſatis dr̄ demōſtratum , ꝙ eſt
illa,ut per gl.& Bar.in l.forma,ff.de cenſib.& Bar.in l. demon
ſtratio falſa,in prin.de cond.& dem.Alex.& alij in l.ſi quis in
fundi uocabulo,ff.de leg.1.Vel al̄r,dato ꝙ uariatæ eſſent oēs
cohærētiæ,adhuc ſatis demōſtrat̄,ꝙ eſt illa, ex eo,q̃a in inſtr̄is
antiquis dr̄,ꝙ ex cauſa emphyteutica pro iſta domo ſoluitur
fictū ſolidorū 42. poſteà dr̄ in ſn̄ia , poſteà idem ſemper dr̄ in
21 ꝯfeſſionib.vn̄ ſuccedit, † ꝙ qn̄ reperiuntur plura inſtr̄a eiuſdē
cauſę,eiuſdē quātitatis,& eiuſdē obligationis, ſemꝑ loq p̄ſu-
munt̄ de una tm̄ obligatione.ita Bar.& Mod.in l.triticū,ff.de
uerb.ob.& Bal.Ang.Imo.& Pau.de Caſ.in l.ſcire debemus,in
princ.ff.eod.titu.ſed ita eſt in caſu nr̄o,ꝙ primę ꝯfeſſiones,de
quib.ante ſn̄iam,ubi dicuntur cohærentiæ huic domui , ſolū
loquunt̄ de penſione 42.ſol. & idem in ſententia , & idem
in omnib. ꝯfeſſionib. ſubſecutis,vnde licèt variatæ eſſent oēs
cohærentiæ,debet tamen iudicari,quòd ſit illa,&c.

Nō obſtāt ēt,q̃ opponunt̄ ꝯ ꝯfeſſiones exhibitas , & primò ,
22 ꝙ nō obſtāt,† q̃a nō probāt ſolutionē decē annorū ꝯtinuorū ,
ꝓut requiritur ad hoc,ut ex eis iuuari q̃s poſſit, iux. dicta Bal. &
aliorū in l.ſi certis annis,C.de pa.cū alijs allega.Quia rn̄deo,
ꝙ ſi uideatur apparere de ſolutione 10.annor.ꝯtinuorū, & de
ſolutione 20.annor.& ultra,licèt interpellatis uicib.quo caſu
licet ad hoc ut ex ſolis ſolutionib.10. annor. q̃s non poſſit ꝓ-
bare emphyteuſim,niſi probet ſolutiones deſtinatas ſingulo
rū decē annorū,ut videnī uelle Mod.in d.l.ſi certis ann. quia
tūc ex ſolutionib.diſcretis expreſſis arguit̄ ꝯſenſus ſolutionis,
q̃d nō eſſet ſi unica tm̄ ſolutio fieret pro 10. ann. tm̄ ex tantis
ſolutionib.20.annor licèt nō de ſingulo anno,ita colligit̄ ex-
preſſus animus emphyteutæ,ſicut ſi 10.ſol. 10.ann.feciſſet, vn̄
eadem debet iudicari iuris diſpoſitio,l.adigere. §.quamuis ,
ff.de iure pa.& iſtud quilibet recti iudicij aſſereret,Vel aliter,
hic non fundatur intentio partis meæ ſuper confeſſionibus ,
ſed ēt ſuper ſn̄ia.item fundatur,ut ſ.dixi in ꝯfeſſionib. In q̃b.
auctores partis aduerſæ confeſſi fuerunt ipſam domū emphy
teuticā,& eā tenere in emphyteuſim ab auctorib. partis meæ,
quæ probant emphyteuſim, licèt non ſint 10. annor. ut ſuprà
dixi tenere Bal.in d.l.ſi certis annis.

Non obſtat etiam,dum dr̄ ꝙ ꝯfeſſiones exhibitę,factæ fue-
23 runt per perſonas non habētes † mandatū, q̃d p̄ſumi non dēt
ex aliquo curſu temporis, ut per Alexand.in l. qui in aliena ,
in princ.ff.de acquir.hæred.cum concord. Quia reſpōdetur,
ꝙ ueritas eſt in contrarium . & quòd imo ex diuturnitate
temporis præſumitur mandatum.prout in terminis tenet D.
Iaſ.in l.ſciendum ff.de uerb.ob.& in l.1.col.5.C.qui admitti.
& ibi Dom.Franciſcus Curtius per l.ſi filius, C. de pet.hæred.
quæ iſtud probat ſi bene intueatur. Et dicit Do. Iaſ. in locis
ſupra allegatis,ꝙ nunquam uidit aliquod bonum reſponſum
adduci ad illa per tenentes contrarium , & ita conſuluit Bal.
conſilio 289. quod incipit , in primis uidendum eſt . quem
ſequitur

ſequitur late,& per ueras rõnes, D.Fran.Curt.pr̃ aduerſarij,cõ
ſil.77.incipiente,ſuper motiuis. vbi dicit,ꝙ non eſt credendũ
Doctoribus,qui ↄ̃rium dicũt, quia mouent ſine lege & rõne.
Vel aliter,ẽt poſita opinione ↄ̃ria ꝓ vera,regulai m̃,ex quo pr̃
aduerſarij ↄ̃rium ↄ̃ſuluit,ip ſe filius & hęres dicti D.Franciſci
conſulentis tenet eodem iure vti per diſpoſitionem tituli ff.
24 ꝙ quiſq; iuris. † cuius tituli pœna & retorquutio tráſit ad hæ-
redes,l.3.§. ꝙ aũt, ff.ꝙ quiſq; iuris. & ꝙ pœna retorquutionis
habeat locum ↄ̃ ↄ̃ſulentem,& eius hæredem,tenẽt Alexan.&
Mod.io l.1.ff.eo.ti. Vel aliter,dato ẽt ꝙ prima opinio videre-
25 tur verior,quod tñ eſt falſum: † oĩ illa non procedit, qñ filius
aliquid geſſerit procuratorio noĩe p̃ris, ꝙ iſto caſu debet præ-
ſumi ſolennitas mandati ꝓꝑ vnitatem, quæ eſt inter patrem
26 & filium,† cum ſint vna & eadem perſona,l.fi.C.de impub.&
alijs ſubſt.& ita vr̃ tenere D.Alex. in d.l.qui aliena,col.2.in fi.
27 verſ.noo obſtat iſte text. † vbi dr̃, ꝙ licẽt alias extrinſeca ſolen
nitas non præſumatur,l.quæcunque,§.fi.ff.de publicia. tñ nõ
procedit in actibus patris pro filio, uel econtra ꝓꝑ vnitatem,
quæ eſt inter eos,§.ei,qui.Inſtit.de inutil. ſtip. & iſtud dictum
D.Alex.fortificatur in caſu nr̃o,quia nõ p̃ſumitur ꝙ filius ali-
quid feciſſe debuerit in p̃iudiciu p̃ris ſine eius voluntate : qa
ſi aliter diceremus,includeremus delictũ, qđ nullatenus eſt
dicendum.l.merito,cum vulg. ff.pro ſocio. Vel aliter rñdeo,
28 † ꝙ prædicta opinio procedit, ut non pręſumatur mandatũ
ex diuturnitate temporis x.annorũ, ſed ex longiſſimo tp̃e xxx.
vel xl.annorũ, vnde pręſumitur per tex.in c.peruenit,de emp.
& vendi.ita tenet in ſpecie D.Alc.conſi.1.col.6.in prin.vol.4.
& latius idem D. Franciſ.in d.conſi.77.& ita tenendo iſtam li
mitationem,quæ veriſſima eſt,ſaluabitur utraq; opinio. alias
ſi diceremus,ꝙ ex diuturnitate longiſſimi tp̃is nõ debeat præ
ſumi mandatum, corruerent oĩa ferè inſtrũ antiquiſſima fa-
cta procuratorio nomine, cum difficillimum ſit reperire in-
ſtrumenta mandatorum : aut vt plurimum in actibus volun-
tarijs non explicãtur à Notario, quod eſſet pluſquam iniquũ.
Vel aliter,dato etiam ꝙ præcedens opinio teneatur,tñ nõ ha
bet locum,quotiens ex alijs præſumptionibus, quàm ex diu-
turnitate tp̃is aliud colligi poſſit. ita notanter tenet Aret. in
l.Sciendũ,in 4.charta,ff.de verb.obli. & ſequitur D.Fran. Cur.
in d.conſi.77.col.pe. & probatur, quia dicta opinio fundatur
29 in præſumptione,quę † pręſumptio tollit per ↄ̃rias p̃ſumptio
nes,l.diuus,ff.de in integ.reſtit. ſed in caſu iſto ſunt tot conie-
cturæ ad præſumendũ mandatũ,ꝙ aliter dici non põt.Primò,
qa cõfeſſiones ſunt totiens reiteratę per Balxiũ filium Petri,&
poſteà per Franc. filiũ Balxij,& ſic factę fuerunt per filios filio-
rum, & natos natorum. Itẽ qa filij ſtabant & habitabant vnà
30 cum patribus, † patres p̃ſumunt̃ ſciuiſſe quæ gerebant à filijs,
arg.l.octaui,ff.vnde cogna.& tñ non apparet,ꝙ ↄ̃xerint, vnde
mandaſſe vr̃,l.qui patitur, ff.mãdari. Item qa non præſumit̃
ꝙ filius uoluerit patri p̃iudicium inferre, vt s. dixi,vt ꝓbatur
ex iis,quę dicunt Mod.in auth.non licẽt, C.de lib.præt.vbi di
cunt,ꝙ non p̃ſumitur ꝙ filius cãm aliquam ingratitudinis cõ
31 miſiſſet ↄ̃ p̃rem.niſi ꝓbetur. Item † quia nõ pręſumitur ꝙ ipſi
filij,qui dñr quaſi dñi bonorũ paternorũ,l.in ſuis, ff.de libe.&
poſthu.& quorũ bona filijs ſunt quaſi debita,ut no.in l.3.C.de
iu. & fac. igno. & qui filij viuente p̃re dicunt cõiter bona pa-
terna eſſe ſua,l.licẽt.§.p̃r nos,ff.de verb.ſig.voluerint ſine mã-
dato p̃ris confiteri domũ emphyteuticã, & pro ea totiens ſol-
uere penſionem.& ſic alienare iura ſua. iſtud enim nullo mo
do eſt admittendũ,l.cũ de indebito, ff.de prob. facit quod dr̃
per Bal.in l.gñaliter,col.3.in fi.C.de non nu. pec.& quæ dicũt
Mod.in l.rogaſti.§.ſi tibi,ff.ſi cer.pet.& alibi ſępe. vbi volũt ꝙ
nunquam quis p̃ſumit̃ velle donare iura ſua.Item qa videnti-
bus patientibus & non ↄ̃dicentibus ipſis patribus publicè,pa
lam & vbiq; , dicti filij adminiſtrabãt bona p̃rna,& ſe gerebãt
in bonis p̃rnis tanquàm ipſi fuiſſent p̃resfamilias, ut apparet
ex dictis teſtiũ. vñ p̃res mandaſſe vr̃, & dediſſe gñale cum li-
bera,arg. d.l.qui patitur. ea quo ẽt teſtes deponunt , ꝙ vende-
bant pro libito uoluntatis frumentum , & alia bona patris,
32 † quæ venditio fieri non põt ſine ſpeciali, uel gñali mandato
cũ libera,l.filiusfam.ff.de dona.& l.ꝓcur.cui libera,ff.de ꝓcu.
cum ergo gererent ſe de volũtate p̃ris ꝓ p̃ribusfamil. ut teſtes
deponunt,certè patri p̃iudicare potuerũt,l.3.ff.mand.ſeu me-
lius ꝓdeſſe ſoluendo ficta,ad quæ tenebant̃, & eo mõ euitare
caducitatem tam pręteritam,quam futuram. Vel aliter, præ-
cedens opinio ꝙ non p̃ſumatur mandatũ, non habet locũ in
caſu iſto,vt per Fel.in c.ſicut,col.17.de re iud. qui in terminis
33 vult. ꝙ † qui ſoluit penſionem ꝓcuratorio noĩe . præſumitur
habuiſſe mandatum,allegat Rot. ita tenere. Et fundatur opti
ma rõne.quia talis actus requirit impenſam, quam nemo prę
ſumitur facere de ſuo,d.l.cũ de indebito. Nec obſtat dicere,
ꝙ Rota non firmat,quia ipſe Fely.bene affirmat,& affirmat ẽt
pr̃ aduerſarij in d.conſi.77.col.antep. Nec obſtat allegatũ ab-
ſurdum,quod dr̃ poſſe ſequi,ꝙ quis clam ſoluẽdo alicui poſ-
ſet pręiudicium inferre, & rem alterius eo inuito emphyteu-
ticam facere . Quia dico, ꝙ Doc.non cõſiderarunt tale abſur
dum, nec haberi debet in conſideratione : imo Doc. conſi-
derarũt ꝙ eſſet abſurdum, ꝙ quis vellet ſoluere de ꝓprio ſine
mandato quod abſurdũ facit, ut cõtrarium abſurdum, quod
ſequi poſſit,non debeat conſiderari. Vel dato ꝙ tale abſurdũ
in extraneis ſequi poſſit, tamen in filio qui ſibi etiam præiu-
dicaret,non debet hoc conſiderari iuxta ea , quæ ſupra retuli
in præſumptionibus . Item ſi ille, cuius noĩe ſoluitur penſio,
poteſt ex tali ſolutione ſe iuuare, vt dicitur in allegationibus
ↄ̃rijs: quare dñs, cui ſoluitur, non debet poſſe ſe ex talibus ſo
34 lutionibus iuuare, † cũ probationes debeant eſſe cões, & con
35 tractus nõ debet claudicare,Inſti.de act. † in prin. & l.fi. C.de
fruc.& lit.expen.

Item quanquã de mandato non appareat,nec ẽt de iure de
beat præſumi, quod tñ eſt falſum in caſu iſto : tñ adhuc dico
partem aduerſam debere ſuccumbere rõne inexpugnabili.
ſtatutum vult poſſeſſorem teneri in oĩbus,& per oĩa,prout te-
nebatur emphyteuta, q alienauit. ſi ergo ꝓbauero ꝙ emphy-
teuta,qui alienauit,poterat conueniri nonobſtante exceptio
ne deficientis mandati , tunc certè oĩa erunt plana in fauorẽ
partis meę. Quod aũt emphyteuta,q alienauit,non poſſet op
ponere ſe nõ eſſe emphyteutã , nec cõſtare de mandato filio-
rũ,q cõfeſſi fuerunt ꝓcuratorio noĩe ſe eſſe emphyteutas. ꝓba
tur ſic.nam qui alienauit dictã domũ titulo vẽditionis in Ioã.
Angelum auctorem partis aduerſæ , fuit vnus ex illis filijs, q
dictas cõfeſſiones fecerunt & receperunt, ut colligit ex dictis
teſtiũ . Sed ſi ille fuiſſet conuentus tanquam emphyteuta , nõ
poterat negare ſe non eſſe emphyteutã , qa apparebat ↄ̃riũ ex
ↄ̃feſſione propria . Et ſi dixiſſet talem ↄ̃feſſionẽ eſſe factã ſine
36 mandato, † nullatenus fuiſſet auditus, qa allegaſſet ſuã turpi-
tudinẽ,aſſerendo ſe nõ fuiſſe ꝓcuratorẽ, cũ ↄ̃trium fuiſſet ↄ̃feſ
37 ſus.& ſic diceret ſe eſſe falſarium : † qa q facit aliquid ꝓcura-
torio noĩe,cũ non ſit, tenet̃ falſi,vt p Bart. in l.ſi pupilli, §.itẽ ſi
fundum,ff.de neg.geſt.& latius per Ang.in l.falſus, C.de furt.
conſtat aũt ꝙ allegans turpitudinem ſuam nõ audit , l. ſi cre-
ditoribus.C.de ſeruo pig.dato manu.c.inter dilectos , de do-
na.Igitur ſequitur aperta concluſio,ꝙ ſicut nõ poterat uendi-
tor excipere ꝙ non erat emphyteuta , & quod non conſtabat
de mandato , eodem modo non poterit excipere poſſeſſor,
& ſic pars aduerſa,quæ conuenitur, ſic diſponente forma di-
cti ſtatuti .

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens matrem etiam fauore agnatorum,dicitur odioſum , & contra ius naturale ac iuris communis correctorium .*
2 *Conſanguinei appellatione comprehenditur tã cognatus , quàm agnatus,& quid ſi addatur,paternũ.& num.7.*
3 *Amitini non ſunt agnati.*
4 *Statutum conditum eſſe debet cum ratione .*
5 *Ratio habetur pro expreſſa,quando ſola aßignari poteſt.*
6 *Statutum declaratur per aliud.*
8 *Conſanguinei verbum,tripliciter capitur .*
9 *Generalis promißio non trahitur ad ſpecificata .*
10 *Per fœminas transferuntur bona in aliã familiam, cuius ſunt & principium, & finis .*
11 *Agnationis, & cognationis differentia eſt ſublata,ſolumq́; paritas gradus conſideratur .*

RESPONSVM IX.

DIfficultas præſentis ↄ̃ſultationis, vt uideri licet,tota conſiſtit ſuper ſtatuto, de quo in themate, nam de iure cõi certiſſimũ eſt m̃rem in luctuoſa hr̃ditate filij amitinis præferẽ. eſſe, §.ↄ̃ñs,in Auth. de hære. ab inteſt. uen colla.9.§.pen.Inſti.ad Tertul.uidendũ eſt ergo an prædictũ ſtatutũ uocans conſanguineos paternos ad duas partes hæreditatis defuncti,matrem uero ad tertiam partem, includat etiam amitinos , ſeu filios amitæ defuncti.

Chriſti eiuſque glorioſiſſimæ genitricis diuorumque Siri & Auguſtini patronorũ nr̃orũ implorato ſuffragio, vr̃ prima conſide-

conſideratione dicẽdum amitinos nõ eſſe incluſos, nec vo
catos a ſtatuto. Ideo totam hæreditatem ſpectare ad m̃rem
1 rõnibus, & fundamentis infraſcrip. & primo † ſtatutũ exclu-
dẽs matrem etiam fauore agnatorum dicitur odioſum, ſm̃
Alex.conſi.114. col. 1. vol.3. & probat text. in §. 1. Inſtit. ad
Tert.& idem voluit d. Ale.conſi.08.col.2.vol.4.firmat Bal. in
conſi.469. vol.4. ergo reſtringendũ r'a, odia. de reg.iur. l.cũ
quidã. ff.de lib.& poſt.Itẽ,tale ſtatutũ eſt contra ius naturale
ſm̃ Bald.conſi. . . . vol.5.Item eſt correctorium iuris com
munis ergo reſtringi debet.vt minus corrigat quam ſit poſſi-
bile.l.2.cum gloſ.C.de noxa. c. cum dilectus, de conſuet.l.ſi
vero.§.de viro.ff. ſolu.matri. regula, quæ à iure. de reg.iur.
2 in 6. cum ergo † ſub illis verbis conſanguinei paterni,com-
prehendi poſſint tam agnati, quàm cognati,vt not.in rub.de
conſangui.& affi.& in arbore conſang. per Barto.do.Alex.&
alios in l.cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hær. &
magis ex proprio ſermone iuris,cuius veniãt agnati, vt not.
per d.Alex.d.§.quod dicitur,& l.inter agnatos.ff. vnde legit.
certe, vt minus corrigatur ius commune, & minus offenda-
tur naturalis ęquitas, dicendũ eſt quod ſub talibus verbis in-
3 cludãtur tantum agnati:† ſed amitini non ſunt agnati, quia
nõ iunguntur per perſonas virilis ſexus,§.1. Inſti.de leg.agn.
ſucceſ. ergo &c.

Secundò,quòd ſub illis verbis, cõſanguinei paterni, inclu
4 dantur tantum agnati,probatur: † nam ſtatutum debet eſſe
cõditum cum ratione,c.erit autem lex.4.diſt.nec pręſumun-
tur ſtatuentes fuiſſe moti ad excludendum matrem à dua-
bus partibus hæreditatis filij ſui propter conſanguineos pa-
ternos ſine ratione,ſecundum Bal. in l. quod vero.ff.de legi.
& in rep.l.1.C.de ſumma Tri.& fi.cath.ſed nulla alia ratio po
tuit eos mouere niſi ratio cõſeruandę agnationis,quę etiam
fuit illa. quæ induxit conditionem antiquæ legis 12.tabu.
ad excludendã matrem,& dicit text.Inſti.ad Tertul.in princi
5 pio.† quæ ratio cum ſola aſsignari poſſit debet haberi pro ex
preſſa ſecundum glo.in l.quamuis. C.de fideicom.quam ſe-
quitur in propoſito noſtro Bal.in l. maximum vitium. C. de
lib.pręteritis.& Raph.Co.in l.ſi mulier.ff.ſol.matr. cum alijs
auctoritatibus adductis in ſimili caſu per d. Fran Cur.conſi.
81.col.1.& per totum.cum ergo nulla dari poſſit ratio,quare
ſtatutum voluerit admitti cognatos paternos, non enim per
eos conſeruatur dignitas familiæ nec agnationis: ſicut
etiam non conſeruatur per matrem. certè ne dicatur ſta-
tuentes impios & inſanos fuiſſe, concludendum videtur
cognatos non comprehendi ſub illis verbis, conſanguinei
paterni, ad excluſionem matris, cui omni ratione, omniq;
iure flebilis filij hæreditas debita eſt, ſed comprehendi agna
tos tantum ratione conſeruandæ familiæ, cum illa tantum
ratio videtur poſſe aſſignari.

6 Tertio,in fauorem matris facit.nam certum eſt ꝙ † vnum
ſtatutum declaretur per aliud, l. ſed & poſteriores, ff. de ll.
§.tertio aũt capite.Inſt. ad l.Aquil. ſicut ẽt vna lex recipit in-
terpretationem ab alia, gloſ. in authen. oſtcratur. C. de lit.
cont. & ita tenet Bal. in c. primo, de præſcrip. & in l. omnes
populi. colum. 15. ff.de iuſt.& iu. Mod. in l. ſi quis ex argen-
tarijs.§.ſi minimum.ff.de eden.in quarto notabili. ſed per ſtatu
tum ſub rubr. quod ad ſucceſſiones decedentis prius ad-
mittantur conſanguinei, ex ipſa Rubr. iuncto nigro decla-
ratur quòd conſanguinei dicantur agnati ex parte patris qui
ſunt de prole: quos enim ſtatuentes in Rubr. dixerant con-
ſanguineos.in nigro appellant cognatos, & declarant eos eſ-
ſe qui ſunt de prole defuncti, ſed amitini non dicuntur de
prole defuncti, cum nõ ſint de deſcendentibus defuncti per
virilem ſexum, qui veniant tantum appellatione prolis. l.
ne diuius.C.de agri.& cenſi. lib.11. ita dicit do. Alex. conſ.
pen.vol.5.& Mod. in repe.l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.

Quarto pro matre adducitur: quia ſtatutum non ſolum
vocat conſanguineos ſimpliciter, quo caſu poſſet probabi-
liter dici comprehendi etiam amitinos, ſed vocat conſan-
guineos cum iſto adiuncto paternos, quod idem eſt dicere,
7 quod ex parte patris, vel à patre. † Modo habeo,quod vbi ſit
mentio conſanguineorum, ſeu cognatorum, ex parte patris
ſeu a patre comprehenduntur agnati tantum. ita probat
text. Inſti. de leg. agna. ſucceſſ. in princ. & in l. ſunt autem.
ff.de leg.tut. ibi,dicuntur enim agnati, quaſi à patre cogna-
ti.& ſic vtitur Legiſlator iſtis verbis,agnati,& a patre cogna-
ti.pro ſynonimis pro eodem. ergo.& idem ſi diceretur, con-
ſanguinei ſeu cognati paterni, debẽt comprehendi agnati
tantum: quia non videtur differentia, dicere conſanguinei
à patre, & conſanguinei paterni prout in ſpecie conſulendo
dixit Bart. in conſil.decimo, quod incip. viſo ſtatuto com-
munis Tuderti. vbi dixit quod ſtante ſtatuto, quòd in con-
tractu mulierum requiratur conſenſus duorum proximio-
rum ex linea paterna, ſi eos habeat, & ſi non habeat ex linea
materna, quod filiæ fœminæ ex linea paterna non compre-
henduntur in ſtatuto ſub verbo,linea paterna. ſed comprehen
duntur agnati tantum.& ita etiam in ſpecie conſuluit d.Fran
ciſcus Curt. Iunior in conſil. 5. incipien. facti contingen-
tia, colum. 12. & ſequen. vbi vult quod inter iſta verba,con-
ſanguinei a patre, ſeu ex parte patris,vel paterni, non ſit dif-
ferentia.

Ideo pro matre adducitur cõſilium d. Socini, qui videtur
conſuluiſſe contra amitinos in conſil. 31. quod incip. pro-
ſequendo ordinem quæſtionum, in primo dubio. vbi con-
ſuluit, ſtante ſtatuto quod parentes maſculi ex latere patris
uſque ad quartum gradum incluſiuè, capiendo gradum ſe-
cundum ius canonicum,ſuccedant defuncto ab inteſtato in
tribus quartis excluſa matre, quæ ſolum ſuccedat in vna
quarta, quòd per hoc ſtatutum conſobrini ex fęmina non
excludunt matrem ab alijs tribus quartis, dato quod ſit pa-
rens ex latere patris, & ſit infra quartum gradum.

Præmiſſis non obſtantibus, contrariam ſententiam arbi-
tror veriorem, pro cuius veritate habenda (quia tota vis præ
ſentis dubitatio.ſtat in illis verbis,conſanguinei paterni) præ
8 mitto quod † verbum,conſanguinei,in iure capitur tripli-
citer ſecundum Bar. & alios in d.§.quod dicitur.primo modo
capitur pro fratribus vtrinque coniunctis, vel ex patre tan-
tum, ut in Authen. de conſang. & vter. fra. ſecundum ru-
bri.& in nigro. & in l.poſt conſanguineos. ff. de ſuis & legit.
& iſto modo capi non poteſt in ſtatuto noſtro: quia facta eſt
ſpecialis prouiſio de fratribus in primo capite ſtatuti exclu-
ſiuo matris in totum. vnde ipſi fratres non poſſunt compre-
hendi in capite excluſiuo matris, duarum partium: tum
9 † quia generalis prouiſio non trahitur ad ſpecificata, l. doli
clauſula. ff. de verb.obliga. tum etiam quia in capite inclu-
ſiuo conſanguineorum ipſi conſanguinei vocantur ſecun-
dum gradus prærogatiuã, quæ non conuenit fratribus,cum
indiſtinctè & ſemper ſit in primo gradu de iure canonico, &
in ſecundo de iure ciuili. §. 2. Inſti.de grad. cum ergo non
conueniant verba ſtatuti in capite incluſiuo conſanguineo-
rum ipſis fratribus, nec etiam conueniet diſpoſitio, l. quod
conſtitutũ.de teſtamento mili. Capit ſecũdo verbũ. conſan-
guinei,ꝓ agnat. tantum,l.inter agnatos. ff. vnde cogna. ſed
nec iſto modo poteſt verificari in præſenti ſtatuto, cum in
capite incluſiuo fratrum, etiam ad excluſionem matris in
totum vocantur filiæ fratrum, & ſic fœminæ, quo dici non
poteſt agnatorum fauore, nec familiæ conſeruandæ condi-
10 tum fuiſſe tale ſtatutum: quia † per fœminas transferuntur
bona in aliam familiam. ſunt enim exordium alterius fa-
miliæ,& finis ſuæ propriæ. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de
verb.ſign.& ponderandũ eſt ꝙ vocantur filiæ indiſtinctè, etiã
ſi eſſent nuptæ in aliam familiam. & ſic effectæ de familia al
terius, l. mulieres. C. de dignita. ibi genere nobilitamus,
honore maritorum erigimus. & l. fœminæ. ff. de Sena. Item
& alia ratione non poteſt intelligi de agnatis. & ſtatutum vo
cat conſanguineos paternos, quibus de iure defertur hære-
ditas ſine teſtamento, ita quod priores in gradu admittan-
tur excluſa matre à duabus partibus. ſi ergo ſtatutum vo-
cat conſanguineos ſecundum ordinem iuris & gradus præ-
rogatiuam, ergo vocat etiam cognatos conſanguineos ex
parte patris, & ſic amitinos: quia eis de iure ſi ſint priores in
11 gradu,quàm ſint agnati,defertur hæreditas, cum † hodie ſit
ſublata differentia agnationis & cognationis, & ſolùm con-
ſideratur prioritas gradus, quam etiam ſtatutum in caſu no-
ſtro conſiderauit, dum voluit ꝙ priores in gradu admitte-
rentur. §. nullam. in Authen. de hæred. ab inteſt. auth.poſt
fratres,ſecunda.C.de legi. hære.cum ergo ſalua diſpoſitione
iuris. & gradus prærogatiua, ad quam iuris diſpoſitionem
& gradus prærogatiuam ſtatutum ſe refert, non poſſit in-
telligi ſtatutum de agnatis; dicendum eſt, quod hæc etiam
iſto modo ſit ipſum ſtatutum interpretatum. Eſt ergo neceſ-
ſario dicendum ꝙ verbum, conſanguinei, capiatur alio ter-
tio modo, ſcilicet pro omni ſanguine coniuncto ipſi patri,
aut Girardo defuncto mediante patre ſuo, ut capitur in ru-
brica,de conſangui.& affi. & not.Cano. maximè Ioan.And.
in arbore conſangui. ſed iſto modo amitini dicuntur con-
iuncti ſanguine tam patri ipſius Girardi quam ipſi Girardo,
conſequenter comprehenſi in ſtatuto ſub illis verbis, con-
ſanguinei paterni, & ſic eis conueniunt dicta verba, ergo &
etiam conueniat diſpoſitio, & ab ea vocantur, l. 1. §.igitur.
ff.de inſtitu. cum vulgar.

SVMMARIVM.

1 *Captura prohibita, pariter eſt prohibita captiui detentio.*

2 *Prohibito vno, & quæ ex iſto ſequuntur cenſentur prohibita.*

3 *Appellare poteſt etiam lapſis decem diebus captiuus, cum quotidie grauetur donec detinetur.*

4 *Captura minor eſt detentione.*

5 *Carceris priuati crimine quis teneatur.*

6 *Statutum prohibens capi ciuem fideiubentem, pariter intelligitur prohibere detentionem.*

7 *Statutum tranſiens in contractum, fortius & efficacius reputatur.*

8 *Syllaba qualibet debet cũ miſterio operandi interpretari, ſi adiecta ſit in contractibus, vel reſcriptis aut priuilegijs.*

9 *Statutum quòd pro crimine, pro quo eſt imponenda pœna mortis, reus relaxetur fideiuſſori, valet.*

10 *Occaſio ſequuta ex indirecto, non conſideratur.*

11 *Iudici aſſerenti aliquid, non credendum, niſi probetur.*

RESPONSVM X.

1 PRohibita † captura, utique prohibita eſt captiui detentio, l. 1. §. fi. ff. ne quis eum qui. uno enim prohibito cætera quoque, quæ ſequuntur ex illo, prohibita eſſe conſtat, l. eos. C. de vſur. cum ſimilibus. nam detentus dicitur quotidie, & omni hora capi, donec detinetur,
2 & † a captura ſiue decreto iudicis poteſt carceratus ſemper appellare, non obſtante lapſu decem dierum: quia dicitur quotidie captus grauari, donec detinetur, ſecundum Bal. in l. prima, ad fi. C. ſenten. reſcin. non po. Felyn. in ca. accepimus, col. 2. de fide inſtrumento. Par. de Puteo in tractatu
4 ſyndica. in tit. appel. cum concord. † Plus enim eſt detinere, quàm capere, l. capite quinto, ff. de adult. not. in l. prima.
5 C. de priua. car. vbi † tenetur crimine priuati carceris, qui detinet per xx. horas eum, quem in flagranti crimine, iure permittente cepit. ecce, quòd magis peccat qui detinet quàm qui capit. prohibita ergo captura quod minus eſt, utiq; pro-
6 hibita erit detentio, quod maius eſt, iuribus notiſſimis. † ſtatutum ergo prohibens ciuem volentem fideiubere carcerari, etiam cenſetur prohibens ciuem captum detineri: alioquin ludibrioſum eſſet huiuſmodi ſtatutum, & in arbitrio iudicis, cum vellet eludere legem ſtatutariam, iubendo ciuem capi & detineri, & poſtea dicere quod ſtatutum habet locum in ciue nondum capto, quod eſt abſurdum. non. n. lex debet eſſe ludibrio expoſita, l. fin. §. ubi autem. C. de bonis quæ lib. ca. cõmiſſa. de elect. & licèt præſtantiſſimi Iudices adduxerint iſtud motiuum pro prima ratione dubitan. non tamen arbitror quod ipſi ſuper hoc dubitent, ſed quod tentare voluerint debiles ingenioli noſtri vires.

Secundo dr̃ verba ſtatuti eſſe clara in illo verſ. vel alterius criminis, &c. ſed ad hæc verba ſatis ſuperq; rñſum fuit in alijs allegationibus, quib. ex aduerſo nihil ꝓponi uideo. & dũ ſubiungitur, quod eſſent ſuperflua niſi generaliter intelligerentur. Reſpondeo quod imo ſi generaliter intelligerentur, fruſtratorium eſſet ſtatutum, quia nihil operaretur vltra ius commune, imo repugnantiam contineret: quia primo faceret regulam negatiuam, quòd nullus ciuis capi poſſit, mox in aſtrictu uellet ciuem capi poſſe, ut aliàs dixi. & dum in fine ſubijcitur, quod hęc eſt conuentio, in qua fortè uerba nõ
7 ſunt interpretanda, ſicut in ſtatutis. Reſpondetur, ꝙ † iſtud eſt ſtatutum, quod in contractum tranſiuit, quod fortius & efficacius reputatur, quàm ſi non tranſiuit in contractum, l. quod ſemel. & ibi no. Bar. ff. de decr. ab ord. fac. & poſito quòd eſſet conuentio, & non ſtatutum, dico ꝙ etiam in
8 † contractibus quælibet ſyllaba debet interpretari adiecta cum miſterio operandi, ſecundum glo. in cap. ſolitæ, de maio. & obe. Bald. in rubr. de contrahen. emptio. & idem in reſcript. priuilegijs, & quibuſcunque alijs diſpoſitionibus, vt late proſequitur d. Iaſ. in l. fin. in princ. ff. ſi cer. peta. & Feli. in d. c. ſolitæ, col. 10. & in c. ſedes, col. 4. de reſcrip.

Tertio dicitur, quod reſtringendo illa verba, vel alterius criminis, ad ea crimina, pro quibus veniat imponenda pœna ultimi ſupplicij, ſicut pro hæreſi, & homicidio, ſtatutum non valeret: quia induceret occaſionem ad cõmittenda reliqua crimina, pro quibus non imponitur pœna vltimi ſupplicij. ſed & iſtud motiuum non debuit adduci, quia glo.
9 ſing. in c. cum homo, 23. q. 5. determinat † ualere ſtatutum quòd reus commendetur fideiuſſoribus, etiam ſi agatur de crimine, pro quo ſit imponenda pœna mortis, & illam glo. dicit ſing. Lud. Ro. ſing. 129. in ſcis quod in cauſa criminali. ſequitur Cep. conſil. 40. colum. 10. in fi. & pen. ſeq. vbi alias auctoritates adducit. Nec verũ eſt quod præſtet occaſionem delinquen. cum ſibi non remittatur pœna delicti, imo aggrauatur, tum quia fideiuſſore ſoluente pecuniariam pœnam, tenetur nihilominus, & à pœna corporali nõ liberatur. & ſi dicatur, per indirectum poterit euitare pœnã
10 fugiendo. reſpondetur quòd † occaſio, quę ſequitur per indirectum, non conſideratur ſecundum do. Alexan. conſil. 2. col. 8. lib. 1. & Iaſ. in l. nemo poteſt, colum. 9. in ſecunda lectura. ff. de legat. 1. poſſem aliter, & aliter reſpondere: ſed quia de uiribus huius ſtatuti nemo vnquam dubitauit, vlterius non inſiſtam.

Dicitur denique quòd conſuetudo & obſeruantia eſt in contrarium, & quòd ipſi Iudices viderunt contrarium
11 ſemper obſeruari: ſed † iſtud eſt fictio, & niſi probetur in contradictorio iudicio, nec fuerit iudicatum contra ſtatutum pure dominorum iudicum, non eſt quod aſſeritur credendum, c. 1. de conſtit. lib. 6. not. per glo. & Doc. in l. de quibus, ff. de legib. in ca. ſi de cenſi.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda debent eſſe pares.*

2 *Dictione, ſiue, augetur generalitas, quandoque reſtringitur. nu. 4.*

3 *Statutum eſt reſtringendum, ut minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile.*

5 *Interpretatio legis & ſtatuti capienda eſt, quam conſuetudo admiſit.*

RESPONSVM XI.

SEmoto ſtatuto, de quo in themate, d. Præpoſitus non iure peteret triplicatũ
1 ordinarium. † quia præbendæ de iure debent eſſe pares, cap. ad omnes, & c. cum M. Ferrarien. de conſtitut. Iſtud enim ordinarium, quod præſtatur intereſſentibus diuinis officijs, loco præbendæ ſuccedit, ca. licet, de præben. c. unico. de cler. non reſid.

Videndum ergo eſt utrum uigore ſtatuti d. Præpoſitus iure poſſit pręetendere triplicatum ordinarium ſibi deberi, cũ cæteris canonicis non debeatur niſi unicum? Et prima facie uideretur reſpondendũ ſibi deberi triplicatum, quia illa uerba, recipere habeat triplicem præbendam in pane, uino, & pecunia, ſunt generalia ad omnẽ pecuniam, ergo etiam ad ordinarium ſunt referenda, ca. ſolitæ. de maio. & obed. c. ſi Romanorũ, 19. diſtin. l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præſtan. nec obſtare habent illa ſubſecuntia uerba, ſiue pro an-
2 niuerſarijs ſiue etiam pro capitulis diſtribuatur, quia † per dictionem, ſiue, augetur generalitas, nõ autem reſtringitur. l. cum quis decedens, §. fin. ff. de leg. 3. & l. ſi quis ita. ff. de auro & argen. leg. qui licèt loquatur in ultimis uoluntatibus, idem tamen dicendum uidetur in ſtatutis, quæ magis accedunt ultimis uoluntatibus quàm contractibus, ſecundum Bar. in l. 1. C. de his quibus ut indig. & quod etiam in ſtatutis dictio, ſiue, ſtet augumentatiue conſuluit Soci. conſi. 63. conſilijs ueſtris, colum. penult. lib. 1.

Præmiſſis non obſtantibus contrarium uerius eſſe reſpondeo, quia illa dictio, ſiue, pro anniuerſarijs ſiue pro capitulis diſtribuatur, reſtringit diſpoſitio. præcedentem ad pecuniam quæ diſtribuitur pro anniuerſarijs & pro capitulis, pluribus rationibus. Primo, quia in materia ſtrictè interpretanda dictio, ſiue, ſtat disiunctiuè, & reſtrictiuè, l. ſi ita quis ſtipulatus, ff. de uerb. oblig. clemen. non potuit, de procur. & ita concludunt Panor. & alij in cap. inter cæteras, de reſcript. Gem. & Phil. F. in ca. licèt, de officio uicarij, lib. 6. iſtud autem ſtatutum eſt odioſum, & contra ius, quia præbendę de iure in eccleſijs collegiatis debent eſſe æquales, d. cap. non
3 omnes. ergo † ſtatutum reſtringendum vt minus lædat ius commune quàm ſit poſſibile. l. ſi ſerui ueſtri, cum glo. C. de
4 noxa. cap. cum dilecti, de conſuet. Secundò, † quia dictio, ſiue, in oratione duplicata, ſemper disiunctiuè & reſtrictiuè ponitur, Panor. ca. fin. 75. diſtin. & d. l. ſi quis ita ſtipulatus. in præſenti autem ſtatuto geminata requiritur adiecta hæc dictio, ſiue: uidelicet, ſiue in pecunia, ſiue anniuerſarijs, ſiue ꝓ capitulis diſtribuatur, ergo &c. nã quando geminatur, habet uim

uin ſimplicis diſiunctiuę,quæ diſiungendo reſtringit,l.cum
quidam,C.de uerb.ſignifi.l.pediculis, §. argento, ff. de auro
& argen.leg.& perinde eſt ac ſi dictum foret quod Præpoſitus
habeat triplicem præbendam in pecunia diſtribuen.aut pro
anniuerſarijs, aut pro capitulis, quo caſu illa ſimplex di-
ſiunctiua,aut,ſtat reſtrictiuè,ut docet Bart.in d.l.ſi quis ita,ff.
de auro & argen.lega.

5 Tertiò, quia ea † interpretatio in legibus & ſtatutis reci-
pienda eſt,quam conſuetudo admiſit,l.minimè, ff.de legib.
unde cum a longo tempore præſupponatur d. Præpoſitum
non recepiſſe,niſi unicam pręb endam.non uidentur mutan
da quæ interpretationem longo uſu hactenus habuerunt.
omitto quòd ita conuentum tranſactumque proponitur:nõ
ſubijcio, ita fuiſſe per aliud ſtatutum poſtea declaratũ, quia
prædicta ſatis ſuperque ſufficiunt.

S V M M A R I V M.

1 Eccleſia debet gubernari ſecundum leges diœc. cui ſubjcitur, licèt ſit in alia prouincia.

2 Regni lex non comprehendit eccleſiã in ipſo regno, niſi diœc. cui ſubycitur eccleſia, ſit de regno.

3 Territorium cuiuslibet prouinciæ reſpicit iuriſdictionem temporalem, diœc. verò ſpiritualem.

4 Lex qualibet ad terminos rationis etiam coniecturata coarctatur.

5 Fauori pro ſe introducto quilibet poteſt renunciare.

6 Sententiarum trium conformium executio non poteſt impediri quauis in integrum reſtitutione.

7 Minor eſt incapax curæ animarum.

8 Pubes quamuis minor in beneficialibus poteſt ſtare in iudicio.

R E S P O N S V M XII.

QVæritur, an uigore gratiæ expectatiuę honoratus Prouincialis iure impe-
trare potuerit Rectoriam de Farchijs diœceſis
Arelatẽſis ſitam in parte Regni. Quæſtionem mo
uet concordatorum lex, qua cauetur quod in regno non de-
beantur expectatiuę & ſi de facto concedantur, irritę ſint &
inanes. ſed hac lege non obſtante impetrationem canoni-
cam, puto, & tres ſententias conformes exequendas iux-
1 ta clem. 1. de re iud. rationibus infraſcriptis. Primo † quia
huiuſmodi rectoria in diœc. Arelatenſi, licèt ſit a parte
regni, ergo debet regulari ſecundum leges, quibus guber-
natur eccleſia Arelatenſis cui accedit, & non ſecundum
leges regni,ſecundum glo.in cap.1.ne ſede uac. & Bart.in l.
ſi conuenerit,§. ſi nuda,ff.de pign.act. & traditur per Alex. &
Mod.in l.1.ff.de leg.1.& d. Alex.conſi.114.lib.4. & per Mart.
Laud.in tract.de Princip. uerſic. 72. & per Card. Alexan. in
ca.ius ciuile. 1.diſtin.& in cap.quadrageſima, 4.diſtin.& per
And. Sic. conſi.4. ſcribitur 1. reg. col. 7. lib. 1. & per Curt.
conſi.57.ſuper eo.col.5.

2 Secundò,quia † lex cõcordatorum, quæ prohibet impetra-
tiones exiſtentium in regno,debet intelligi de beneficijs exi
ſtentibus in aliqua diœceſi de regno, ut notatur in cap. Ro-
dulphus, ubi Fel. col.8. uerſi. & iſta faciunt. de reſcript. & in
cap. 1.de rerum permut.lib.6.& per Bart.in l.2.ff. de uerb. ſi-
gnifi.& per Alex.& Mod.in rubr.ff.ſolu.matr.ſed iſtud bene-
ficium non eſt ſitum in aliqua diœceſi de regno, ergo &c.
Et ſi dicatur, quod iſtud beneficium eſt in regno, quia eſt
citra Rodanum, quo diſtinguitur regnum a prouincia. Re-
ſpondeo aduertendum eſſe quod regnum dupliciter diſtin-
guitur a ꝓuincia,ſicut quęlibet ciuitas ab alia,videlicet terri
3 torio, & diœceſi. † territorium enim reſpicit iuriſdictionẽ
temporalem, diœceſis verò ſpiritualẽ, vt declarat Bal. in c.
1.colum.penul.de officio ord.& in c.licèt cauſam,colum.4.
de probatio.& Fel.in d.c.Rodulphus.Si quæratur de territo
rio & temporali iuriſdictione,fateor quod Rodanus eſt ter-
minus & limes inter prouinciam & regnum. Si vero quæra-
tur de diœc.tunc Rodanus non eſt terminus & limes inter
prouinciam Arelatenſem & regnum, ſed limites diœceſis
Arelatenſis diſtinguunt prouinciam a regno,ca. ſuper eo.
de paroch.cap.ex litteris, de probatio. & de hoc regno qua-
tenus diſtinguitur a prouincia Arelatenſis diœc. intelligen
da veniunt concordata ratione ſubiectæ materiæ, l. ſi olei,
C.loc.l.ſi inſulam, ff. de præſcriptis verb. nam de corpora-
li iuriſdictione inter Papam & Regem, nulla unquam fuit
nec eſſe potuit lis: ſed ratione pragma. ſanctio. ſuper ex-
ercitio iuriſdictionis ſpiritualis verſabatur omnis contro-
uerſia, ergo tranſactio fuit, concordia ad ſpiritualitatem
reſtringenda eſt,l.ſi de certa,C.de tranſact. Arelatenſis autẽ
prouincia fuit Archiepiſcopatus, qui cõſtituit prouinciam
Arelatenſem,vt docet Ioan.And. in cap. vltra tertiam, ubi
etiam Feli.de teſtib. habet ſuos limites a regno ſeparatos,
intra quos eſt parochialis eccleſia, de qua cõtenditur,ergo.

Tertio, quia ratio quare expectatiuæ gratiæ non admit-
tuntur in regno ea eſt, ne ordinarijs regni collatoribus au-
feratur vel diminuatur conferendi poteſtas. ita clarè dici-
tur in prag.tit.de collat.uer.ordinarijs. gratiæ enim expecta
tiuę manus ordinariorum ligant & conferendi poteſtatem
afficiunt.cap.ſi ſoli,de concell.præben.lib.6. Hæc autem ra-
tio ceſſat in caſu noſtro: quia beneficium huiuſmodi non
ſpectat ad collationem alicuius ordinarij collatoris de re-
gno, ſed ad Archiepiſcopum Arelatenſem ordinarium col
latorem de prouincia, ergo debet etiam ceſſare diſpoſitio,
cap.cum ceſſante,de appellationib. l. adigere, §. quamuis,
4 ff. de iure patron. † omnis. n. lex ad terminos rationis co-
arctanda eſt, l. cum pater.§.dulciſſimis, ff.de leg.2. & docet
Panor.ca.fina.de reſcrip.& Feli.in c.tua nos,de iureiuran.&
non ſolum ad terminos rationis expreſſæ, ſed etiam con-
iecturatę,c.ſuggeſtum,& ibi not.de appellationib.& ſi dica-
tur, quod in prag. de colla. exprimuntur aliæ rationes, vi-
delicet ne incurrantur viarum diſcrimina, vexationes, peri-
cula, impenſæ litis, iurgia,& alia huiuſmodi incõmoda ex
gratijs expectatiuis in prouincia,quæ rationes videntur mi-
litare etiam hoc caſu. Reſpondeo ꝙ rationes damnorum
periculorum, & ſimilium, ita demum reſultant quãtum ad
Regnicolas ſi auferat facultas conferendi ab ordinarijs re-
gni collatoribus, ergo ad limites poteſtatis ordinariorũ re-
gnicollatorum adaptãdæ ſunt: alioquin gratiæ expectatiuę
nullibi recipiendę forẽt,nec etiam in prouincia, quæ tamẽ
eas recipit, & recipere tenetur, cum lex concordatorũ non
extendatur ultra regnum, & Dalfinatũ, prout ex tenore eiuſ
dem liquide cõſtat. & ex iſtis etiam tollitur alia exceptio, ꝙ
regnicola non poſſit trahi ad litigandũ extra curiam, tum
quia hic non agitur de extrahendo cauſam extra regnũ, ſed
extra prouinciam, & à manibus Archiepiſcopi collatoris
ordinarij, tum quia Anto. Ferrarij aduerſarius, eſt diœ-
ceſis Arelatenſis incolanis,& ſic prouincialis, & non regni-
cola, vt fatetur ipſemet in precibus porrectis Sanctiſs. no-
ſtro, ſic atteſtantibus literis executorialibus,tum quia con
ſtitutio ſiue priuilegium ꝙ regnicola non poſſit trahi ad li-
tigandum extra regnum, ſanè eſt interpretanda niſi ipſe re-
gnicola cõſentiat, & velit litigare extra regnum, vt hic Ant.
5 qui conſenſit in curia litem peragere: nam † cum tale pri-
uilegium ſit introductum ob fauorem regnicolarum ne di-
ſpendijs,& viarũ diſcriminibus incõmodentur,conſtat quẽ
libet ſuo poſſe renunciare fauori l.ſi quis in conſcribendo.
C.de pact.& c.ad apoſtolicam,de regular. & c. ſi de terra, &
c.accedẽtibus, de priuilegijs. Non denique obſtat exceptio
6 minoris ætatis, quia † ad impediendum executionem triũ
ſñiarum conformium non admittitur vlla nullitatis exce-
ptio nec reſtitutio in integrum, clem. vt calumnijs, de re
iud. & ita firmat Rota deci. 465. nota ꝙ aduerſus. in anti-
quis. & maximè in caſu iſto in quo exceptio deſtruit inten-
7 tionem ipſius excipientis: nam ſi eſt minor,ergo eſt inca-
pax huius rectorię habentis curam animarum,c. licèt canõ.
de elect.lib. 6. Inſuper minor 25. & maior 14. in benefi-
cialibus habet legitimam perſonam ſtandi in iud.c.ſi annũ.
de iud.lib.6.omitto ꝙ iudices executores maximè laici, nul-
lam habent poteſtatem niſi in exequen. ut declarant Card.
& Imo.in d.clem.ut calumnijs. de re iud. & alibi ſæpe, qua-
re prædictis non obſtantibus, puto iudicatum exequẽdum.

S V M M A R I V M.

1 Venditio quando dicatur facta ad menſuram uel corpus,

2 Verba generalia debent generaliter intelligi.

3 Liberatio generalis liberat generaliter, quando ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poteſt. & nu.5.

4 Tranſactio generalis impedit litis ingreſſum quo ad omnia in genere cogitata.

6 Qualitas ſine ſubiecto non requiritur.

7 Venditio ad menſuram non dicitur perfecta, niſi ſecuta menſura. & nu.17.

8 Generi per ſpeciem derogatur.

9 Generalis diſpoſitio non trahitur ad ſpecificata,
10 Abſurdus ſenſus omnino fugiendus.
11 Interpretatio inducens contrarietatem eſt in contractibus reycienda.
12 Ignorantia in re propria non eſt probabilis.
13 Tranſactio generalis non contiuet doloſum caſum,
14 Tranſactio gratuita non ualet.
15 Tranſactio, eſt contractus innominatus, & ex ea oritur actio praſcrip.uerb.
16 Tranſactionem non adimplens non poteſt agere contra non adimplentem quòd inciderit in pœnam l. ſi quis maior, C. de tranſaction,

DE PACTIS.

RESPONSVM I.

IN cauſa Domini de Caſtolio cõtra Petrum Caualerij duo dubia reſultant. primum eſt, an per iſta uerba, uendiderunt baſtitam ſeu affare cum 92 ſalmatis tam terrarum prarotumque, quam herbalij. Flor.x. pro qualibet ſalmata prati Flor. xx.& pro qualibet ſalmata uineæ & horti, Flor.xl. dicatur facta uenditio ad menſurã uel corpus. Nam primo caſu actor obtinebit ſupplementum menſuræ, ſecundo caſu non.

Secundum dubium, an per tranſactionem & liberationẽ generalem factam hincinde poſt uẽditionem Dominus de Caſtolio cenſeatur remiſiſſe ſupplemẽtum menſuræ, quod nunc petitur? Omiſſa diſputatione, quam ſuperfluam arbi-
1 tror in caſu iſto claro, † reſpondeo ad primum quod uenditio dicitur facta ad menſuram. ubi.n. precium formatur à menſura, & non a totalitate rei, tunc dicitur celebrata uenditio iuxta menſuram ſecundum Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. & ſecundum Bar. in l. Iulianus. §. Titius, ff. de act. emp. bene probatur in l. qui fundum. §. qui agrum. ibi, ad ſingula corpora. & in leg. quod ſæpe. §. in his. ibi, in ſingulos modios, ff. de contrahen. emptio. hic autem precium formatur à menſura & in ſingulas ſalmatas conſtituitur, igitur &c. dixi in Reſponſo, incip. quatuor principales, de empr. & uend.

Circa ſecundum, uiſum prima facie mihi fuit quòd d. de Caſtolio remiſerit etiam ſupplementum menſuræ. illa.n. uerba, de omnibus, quæ uſque in diem præſentem inſimul
2 agere habuerunt, cum ſint † generalia, generaliter ſunt in-
3 telligenda. l. j. §. & generaliter, ff. de lega. præſtan. † & generalis liberatio, quæ ſalua ratione recti ſermonis reſtringi nõ poteſt, generaliter liberat. l. pluribus, & l. & uno. §. primo,
4 ff. de acceptio. † ſimiliter generalis tranſactio impedit lites ingreſſum quo ad omnia, l. ſub prætextu ſpecierũ. C. de tranſactio. & in ſpecie quod liberatio facta per ſuprad. uerba uidelicet, ab omnibus, quæ uſque ad præſentem diem agere inſimul habuimus, operatur liberationem generalem quo ad omnia, firmat Bald. in d. l. ſub prætextu, & d. Iaſ. in l. ſi de certa. C. eo. & ſecundum Bar. in d. l. ſi de certa, & Panor. in c. 1. de tranſact. tranſactio generalis liberat ab omnibus, de quibus tranſigentes in genere ſaltem cogitauerunt. de quibus autẽ in genere cogitauerint, cognoſcitur ex uerbis, uel actione intentata ſecundum eos, quos alij ſequuntur. hic ex uerbis uidetur quod etiam de iſto ſupplemento cogitauerint: tamen quia uerba generalia ſunt de omnibus, quæ uſque ad præſentem diem agere, & contrahere habuerint cũ incidentibus, emergentibus, & dependentibus. ex eiſdem tamen quia excipiunt ſolum, ergo in cæteris firmatur liberatio, ca. qui ad agendum, de procurato. & in ſimili caſu ita conſuluit Alex. conſ. 11. lib. 2.

Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium dicendum uidetur. & ut intelligatur quæſtio, dico quod punctus reducitur ad hoc an tranſigentes cogitauerint de iſto ſupplemento: nam ſi cogitauerint, malè agit dominus de Caſtolio per
5 prædicta: ſi non cogitauerint bene agit, † quia generalis liberatio non trahitur ad incogitata, l. cum Aquiliana, ff. de tranſacti. Quod autem non cogitauerint, probo multiplici ratione. primo, quod huiuſmodi liberatio facta fuit generaliter pro minori ualentia baſtitæ uenditæ. ita cantant uerba liberationis. uerùm ſi debet dari aliqua maior ualentia
6 ipſius rei uenditæ, neceſſe eſt prius dari rem ipſam, † cum qualitas non poſſit reperiri ſine ſuo ſubiecto, l. j. & ſecunda, ff. de uſufructu.

Secundo conſidero quòd ex pacto ſpeciali actum fuit, quod Petrus teneatur in iudicium rem ſeu baſtitam uenditã tradere, & dimittere prædicto d. de Caſtolio, & propter tenetur ad menſuram tradere, quia baſtita non fuit uendita ad corpus
7 ſcilicèt ad menſuram, ut ſuprà in primo dubio, † nam uenditio ad menſurã facta non dicitur perfecta niſi ſecuta mẽſura. l. ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. emptio. licèt ergo liberatio ſit generalis, tamen dicitur extendi ad pactum ſpecia-
8 le factum in contrarium, † quia generi per ſpeciem dero-
9 gatur, reg. generi. de regu. iuris. † tum quia generalis diſpoſitio non trahitur ad ſpecificata, l. doli clauſula, ff. de uerbo. obli. Accedat alia ratio, uoluerunt tranſigentes ſe inuicem liberare cum hoc tantùm quod Petrus teneret ad perfectionẽ contractus uẽditionis quod tàm ex pacto preallegato dignoſcitur quàm ex liberatione per d. de Caſtolio facta ex eo quod baſtita maioris precij prætẽdebatur. ſed ſi diceremus remiſſum
10 eſſe ius deficientis menſuræ, reſultaret † abſurdus ſenſus, qui omnino eſt fugiendus. l. nam abſurdum, ff. de op. leg. reſultaret etiam repugnantia. & contrarietas quædam in ſubie-
11 cto. † certũ autem eſt in contractibus reijciendam eſſe interpretationem per quam inducitur contrarietas, ſecundum Bar. in l. fi. §. idem quæſijt. ff. de cond. indeb. nec unquam relationem eſſe faciendam ad id quod contrarietatem inducit ut probat Dec. conſ. 163. col. 9. & 169. col. 1. Oſtendo abſurditatem. quis.n. imprudẽtior fuiſſet d. de Caſtolio qui tantum, ut nouimus omnes, ſagaciſſimus, & in rebus agendis expertiſſimus eſt. ſi pro maiori ualentia baſtitæ uenditæ remiſiſſet ius menſuræ iure faciendæ, ſi etiam ſupraualentiam à Petro uenditore ſibi donatam eidem uenditori illico remiſiſſet, & ſic cauſam liberationis, & ipſam liberationem, idem eſſe noluiſſet: quo nihil abſurdius, cum cauſa à cauſato penitus diſtinguatur l. licèt, §. ea obligatio, ff. de procurator. l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iu. Contrarietatem demonſtro, ſi dicamus remiſſam menſuram neceſſe eſt fateri fuiſſe remiſſam perfectionem uenditionis, quæ perfectio dependet a menſura, & quia maior ualentia conſiſtit in mẽſura rei uenditę, nam ſi non reperitur integritas rei, quomodo poterit dici rem uenditam eſſe pluris? & ſi Petrus tenetur rem uenditam dimittere, quomodo dimittet ſi non reperitur in ſua integritate? Quid plura? ſi Petrus donat æſtimationẽ quanti pluris emptori, quomodo diceret ſibi remiſſam menſuram ab emptore ſi ſibi contradicat? æſtimatio quãti pluris conſiſtit in menſura: nam ſi a 62 ſalmatis uenditis deſinant debere, unde poſtea reperietur æſtimatio quanti pluris? ſed quid moror? aut Petrus uenditor ignorabat menſuram, & tunc fateri uidetur ſe ad talem caſum non conſideraſſe: aut
12 ſciebat quod eſt magis credendum, quia † in re propria nõ cadit ignorantia probabilis, l. fin. ff. pro ſuo. ca. ab excom-
13 municato, de reſcrip. & tunc cum fuerit in dolo, † ad talem doloſum caſum tranſactio generalis non porrigitur, l. tres fratres, ff. de pact. Bar. in l. ſub prætextu. ſecunda, C. de tranſa.
14 † Tranſactio fit aliquo dato promiſſo uel retento, alias non ualeret, l. tranſactio. C. de tranſact. tranſactio inita inter dominum de Caſtolio ex una, & Petrum Caualerij ex altera uiribus ſubſiſtit, quia Petrus Caualerij remiſit d. de Caſtolio ſupraualentiã baſtitæ uenditæ, & dominus de Caſtolio pro ſupraualẽtia baſtitæ quam remiſit, liberat ſupradictũ Petrum ab omnibus obligationibus, quib. tenetur quauis ex cauſa. Modo contingit dubitari an d. de Caſtolio intelligatur remiſiſſe ſupplementum menſuræ dictæ baſtitæ ſibi ad mẽſuram uenditæ per dictum Petrũ? ego aliàs ſcripſi quod ſupplementum menſuræ remiſſum non fuit, & arbitror ueritatem dixiſſe per plures rationes, deductas per me, quibus nihil uideo deduci quod obſtet; & quia ex uerbis, & tenore tranſactionis apparet quòd dominus de Caſtolio nõ remiſit ſupplementum menſuræ, quod ſic demonſtratur. Pro ſuperualentia baſtitæ retentę, & ſibi remiſſæ d. de Caſtolio remittit omnes actiones, & omnia credita ſua ipſi Petro ſi retineat ſuperualentiam baſtitæ ſibi remiſſam, ſequitur neceſſario quòd retineat ſibi ſupplementum menſuræ, quia ſupra ualentia baſtitæ conſiſtit in integritate menſuræ, ut patet ad oculum. Nõ obſtat quod tranſactio, & liberatio inuicem facta ſit generaliſſima, quia talis generalitas non extenditur ad ea quæ tranſigentes noluerunt includi in ipſa generalitate, ut not. in l. de certa, C. de tranſact. conſtat autem quòd d. de Caſtolio noluit includi in iſta generalitate ſupplementum deficientis menſuræ, quia ſibi retinuit ſupraualẽtiam: nec etiam Petrus uoluit liberari ab obligatione deficientis menſuræ. quia donauit domino de Caſtolio ſupraualentiã dictæ baſtitæ. nihil.n. donaſſet, neque remiſiſſet d. de Caſto-

lio

lio ſi baſtita nõ eſſet maioris precij quàm uendita fuerit. ſed
quomodo erit maioris precij ſi de 62 ſalmatis uenditis tol-
lantur x. & quomodo dabitur ſupraualentia ſi non detur in
tegritas rei uenditæ? unde infero d. de Caſtolio, qui liberauit
Petrum ab omnibus, quæ ſibi debebantur ob hanc cauſam,
quia Petrus donauit ſibi ſupraualentia non reperta aliqua
ſupraualentia potuiſſe agere præſcriptis uerbis oriente ex
contractu tranſactionis contra Petrum ad intereſſe, in quo
intereſſe habenda eſt rõ deficientis menſuræ, l. naturalis, §. 1.
15 ff. de preſcript. uerbis. † eſt. n. tranſactio contractus innomi-
natus, ex quo oritur actio præſcriptis uerbis ſecundum gl. &
ſcrib. in le. ſiue apud acta. C. de tranſa. Ex quibus appa-
ret quòd fundamenta aliàs pro me facta, in aliquo non fue-
runt eliſa, nec ſublata.

Non obſtat in quantum dicitur, quòd d. de Caſtolio inci-
dit in pœnas l. ſi quis maior, agendo ad ſupplementum ſeu
eius ualorem: quia eſto quòd agere non potuiſſet ad iſtud
ſupplementum, non tamen poteſt Petrus prætendere, quod
d. de Caſtolio inciderit in pœnas l. ſi quis maior. C. de tranſ.
16 † quia prius ipſe conuenerat, & qui prius fuit in mora ad
implendam tranſactionem iuratam non poteſt obijcere al-
teri non adimplenti, quod inciderit in pœnas in quas prius
ipſe inciderit, ut ſatè conſuluit Com. conſi. 246. uerſi. in hac.
lib. 3. Alex. in l. cum proponas, C. de pactis, & in l. ſemel mo-
ra. ff. ſol. matr. ſecundum Taur. in repeti. d. l. ſi quis maior, in
8. not. quòd autem Petrus prius contrauenerit non adim-
plendo promiſſa, patet quia tenebatur infrà triduum trade-
re 62 ſalmatas prædicto domi. de Caſtollo quas 62 ſalma-
tas in termino tridui non tradidit ut iurauerat, ergo
&c. Nec obſtat ſi dicatur, quod in tranſactione Petrus non
iurauit tradere 62 ſalmatas quia baſtita uendita fuit ad mẽ
ſuram 62 ſalmatarum, non ad corpus; ut probaui in pri-
mis allegationibus, quibus nihil ex aduerſo reſpondetur. &
dicere quod dicatur perfecta uenditio licèt non tradatur in-
tegra menſura, non uidetur iuridica in terminis noſtris, ui-
delicèt quantum ad hoc quòd uenditor dicatur perfectè im
17 pleuiſſe contractum pro parte ſua. † Qui. n. uendidit 62 iu-
gera terræ non dicitur perfectè contractum adimplere, niſi
omnia 62 iugera tradat, l. ſi in qualitate, l. Iulianus, §. ſi Ti-
tius, cum mille concordantijs, ff. de act. emp.

Secundum Reſpõſum eſt impreſſum ſub nu. 42. iuxta im
preſſionem Lugdunenſem anno 1564 & incipit, poſito
quòd ſuper quota.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactioni iuratæ ſindicorum contraueniens uniuerſitas, an incidat in pœnã periurij. & l. ſi quis maior. C. de tranſa. & quid de ipſis iurantibus ac eorum hæredibus contrauenientibus, & nu. 6. & 7.*
2 *Diſpoſitio concernens plures ut ſingulos & particulares, nõ comprehendit illos, ut uniuerſos, nec è contra.*
3 *Contractus libellarius quis dicatur.*
4 *Iuramentum fidelitatis non obſeruans, regulariter non priuatur re feudali.*
5 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim tenet.*
8 *Iuramentum eſt perſonale, non tranſitorium ad hæredes.*
9 *Hæres ſolum temporaliter, non ſpiritualiter à defuncto poteſt obligari.*
10 *Tranſactionis uel ſtipulationis capituli contrauenient cadit à cõmodo alterius connexi, & correſpectiui, ſecus ſeparati.*
11 *Libellariam rem eſſe alleganti incumbit onus probandi cum quælibet res præſumatur libera.*
12 *Forma libelli contra non obſeruantes tranſactionem.*
13 *Sententia declaratoria iudicis requiritur ante exequutionem pœnæ, in quam quis incurrit etiam ipſo iure.*
14 *Emphyteuta cadens à iure ſuo non poteſt expelli propria auctoritate, & non directè ante ſecutam declarationem, licèt poſſit alius inueſtiri.*

RESPONSVM III.

DVbia ſupra formata plura ſunt, ſed omnia de
pendent a primo: quæritur, an uniuerſi-
tas, & particulares de Croſogolis, qui ñ receperũt
inueſtituram, nec recognouerunt dominum de
terris guaſtis, quas reduxerunt ad culturã, prout
tenebantur, & iurauerant, amiſerint ius ſuum, ſi quòd habe
bant in dictis terris, iam reductis, ac etiam ius & facultatem
capiendi & reducendi alias terras guaſtas ad culturã, iuxta
conuenta. iſtud quæſitum habet tria capita. Primũ, an vni-
uerſitas propter iuramentum ſyndicorum inciderit in pœ-
nam l. ſi quis maior. Secundum, an particulares. Tertiũ, an
per cõtrauentionem. in uno capitulo ceciderint à commo-
do alterius capituli & totius tranſactionis. Ad primum ca-
put reſpondeo, vniuerſitatem non incidiſſe in pœnam d. l.
1 ſi quis maior. † quia iuramentum ſyndicorum non poteſt
facere quod uniuerſitas, quæ eſt quoddam corpus imagina-
rium, incurrat reatum periurij ſecundum Bald. in l. genera-
liter. in princ. colum. 1. C. de reb. credi. ergo uniuerſitas non
etiam poteſt incidere in pœnas d. l. ſi quis maior, quæ impo
nuntur ratione periurij, & ita tenent Bald. & Mod. Taur. in
d. l. ſi quis maior, reprobata ſententia Iaſo. ibidem contra-
rium tenentis. Sed tunc ſuccedit alia dubitatio, an vniuerſi-
tas poſſit capere terram guaſtam, & reducere ad culturam
nomine, & ad utilitatem uniuerſitatis. Et omiſſis argumẽtis
hincinde reſpondeo tripliciter, quòd non: quia facultas ca-
piendi terram guaſtam, & reducendi ad culturam ſecun-
dum formam traditam in tranſactione ſolum conceſſa fuit
particularibus, ut ſonant illa verba, & quilibet particularis
de Croſogolis &c. Aliud enim ſunt ſinguli & particulares,
aliud uniuerſi. l. ſed & ſi. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo
cãn. & 12. q. 2. qui manumittitur, & l. ſicut, §. ſi quis, ff. quod
2 cuiuſque uniuer. nom. † Nec diſpoſitio concernens plures,
& ſingulos & particulares, habet locum in eis, conſideratis
ut uniuerſis, nec æquè, ſecundum Petr. de Anchara. conſil.
204. uiſis & ponderatis, Decium conſil. 221. non paritur. in
ſecundo dubio. ubi alia adducit ad ſecundum caput. Iſtud
habet etiam plura membra, primum an particulares, qui iu
rauerant inciderint in pœnam. Secundũ, an etiam eorum
hæredes. Tertiũ, an etiam particulares, qui non iurauerunt,
& eorũ hęredes. Et ad primum videtur ꝙ particulares qui iu
rauerũt, non inciderint in pœnam d. l. ſi quis maior. quia
illa lex non uidetur habere locum in contractu libellario,
3 vt uidetur iſte contractus: † nam quando uaſſallus, qui ha-
bet utile dominium, dat alicui cauſam feudalem in perpe-
tuum pro certo cenſu, dicitur contractus libellarius ſecun-
dum Bar. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infec.
4 & quod perimeus nõ priuetur re libellaria probatur: † quia
non obſeruans iuramentum fidelitatis, non priuatur re feu-
dali niſi in caſibus expreſſis a iure, capit. 1. §. illud. quæ fuit
prima cau. benefi. amit. & traditur per Alexan. conſil. 104.
omiſſis ſuperfluis, col. pen. lib. primo. ergo non etiam priua
5 bitũ re libellaria ſeu emphyteutica, † arguendo de feudo ad
emphyteuſim, ut arguit Spec. in tit. de feudis. §. quoniam. ver
ſic. quarto, in fi. & Bar. in l. ut iuriſiuran. §. ſi lib. ff. de ope. lib.
& Bal. in authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanc. eccl. ſed hoc
6 nõ obſtante, reſpondeo † eos qui iurarunt & contrauenerũt
tranſactioni iuratæ, incidiſſe in pœnas d. l. ſi quis maior, per
illum tex. qui habet locum in quocumque contractu ſecun-
dum Bar. & Doct. communiter ibi, & Alexan. conſi. 106. Ma
gnifice prætor, colum. 5. & conſ. 76. colum. fina. lib. 5. Corn.
conſil. 40. lib. 4. & conſil. 121. quamquam. & 96. & conſil. 102.
lib. primo. & ſignãter etiam in contractu emphyteutico, & li
bellario ſecundum Bald. in c. querelam, de iureiuran. Alex.
conſil. 85. non puto, lib. 1. & conſi. 126. co. lib. & Iaſ. in d. l. ſi
quis maior, colum. 3. Non obſtat contrarium. quia reperitur
expreſsè cautum, quod non obſeruans tranſactionem iura-
tam, priuetur iure ſuo, in d. l. ſi quis maior. ibi. aduerſus pacta
uel tranſactiones. quinimmo idem expreſsè diſponitur in
d. §. illud. ibi, ſed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij amitten-
di, quàm ſi ſeruitiũ propter quod datum fuit beneficium fa
cere recuſatit. qui ergo recuſat facere id per quod conſecu-
nis eſt commodum tranſactionis, debet beneficium tranſa-
ctionis perdere. Ad ſecundum, an etiam hæredes eorum? ad
iſtud reſpondeo faciendo duos caſus, primus quando hęres
ↄtrauenit tranſactis: ſecundus quãdo contrauenit is qui trã
7 ſegit & iurauit. † primo caſu non credo locum eſſe diſpoſi-
tioni d. l. ſi quis maior, quæ tamen rigidè & rigoroſè in per-
iuros agit: non enim hæres uiolans tranſactionem poteſt di
ci periurus quia non iurauit: ergo ad eum, non eſt extenden
8 dus rigor d. l. Nec obſtat ꝙ defunctus iurauerit: † quia iura-
mentum eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes, cap. ueritatis,
de iureiu. Nec quicquam facit quòd defunctus iurauerit per
9 ſe, & ſuos hæredes non contrauenire: † quia defunctus licèt
poſſit obligare hæredem temporaliter, non tamen poteſt eũ
obligare ſpiritualiter, & ſic facere quod ſit periurus propter
iuramentum ipſius defuncti, arg. cap. fina. de iureiuran. li. 6.

ita declarat Panor. in dicto cap. veritatis, colum. fina. ex quo patet quod Ang. in conſi. 236. adducto per d. Conſulent. nõ recte ſenſit: bene fateor quod quantũ ad effectum, quod hæres poſſet cogi ſtare tranſactioni, & ſic iuramentum tranſit ad hæredes, quia agitur de effectu conualidationis ipſius cõtractus, non de effectu periurij, ſecundum Bal. in l. fina. col. penul. C. de pact. & conſil. 464. quædam ſcriptura, col. 2. li. 1. Secundus caſus, quando ꝯtrauenit defunctus, qui iurauerat, & hæres conuenitur ꝑ periuriũ defuncti, & tũc credo locum eſſe diſpoſitioni illius legis: quia ſtatim quod defunctus cõtrauenit, ſtatim commiſſa fuit pœna, in quam ipſo iure incurritur vt ibi : ad quam pœnam etiam tenetur hæres, cum ſit commiſſa propter factum defuncti, & debita ratione contractus non adimpleti, ut firmat d. Parpalia in d. l. ſi quis maior. & ultra allegata per eum facit, quod decidunt Cyn. & Sali. in l. fina. C. de reuo. dona. ubi concludunt quod reuocatio donationis ex capite non adimplementi ſecuti pro parte donatarij conceditur hæredibus, & contra hæredes. Ex præmiſſis clarè apparet eos, qui non iurarunt & eorum hæredes non incidiſſe in pœnam d. l. ſi quis maior. quia non poſſunt dici periuri. Circa tertium an contrauenientes in uno capitulo ceciderint a commodo alterius, cui non cõtrauenerũt. Reſpondeo, diſtinguendo inter capitula connexa, & correſpectiua, & inter penitus ſeparata. primo caſu contraueniẽs in uno, cadit a commodo aliorum, quia capitula connexa, uel correſpectiua habentur pro uno & inſeparabilia iudicãtur, l. quod ſi nolit. §. cum eiuſdem. & §. ſi. & l. ſequen. ff. de ædil. edic.

Secundo caſu contraueniens in uno, non cadit à commodo aliorum capitulorum diuerſorum & ſeparatorum: quia tot cenſentur eſſe trãſactiones, quot ſunt capitula, l. ſcire debemus. ff. de verbor. oblig. & ita concludunt Pet. Cyn. Bald. Alexan. & Ryminal. in l. cum proponas. C. de pact. per illum text. iuncta l. ſi duo. ff. de dolo, cum ibi not. & ita etiam uult Socin. conſ. 83. uiſo compromiſſo, colum. 3. lib. primo. & eſt de mente Bar. in d. l. ſcire debemus, dum dicit quod in l. ſi is qui ducenta. §. cum quis. ff. de rebus dub. committitur ſtipulatio pœnalis in totum: quia ibi plura copulantur ad unum effectum. quaſi uelit dicere, quòd ſi non copularentur ad unum effectum, cenſerentur plures ſtipulationes, & conſequenter non committeretur pœna quoad omnes, ſed reſpectu illius, cui eſſet contrauentum. & bene probatur in l. cum plures, ff. de euictio. Ad iſtud autẽ quæſitum, ſi negetur rem eſſe taſcheriam ſiue libellariam, quis tenetur probare? Reſpondeo, dominus ſi agat: quia quælibet res præſumitur libera, l. altius. C. de ſerui. & aqua. firmat Speculat. in fortioribus terminis, titu. de loca. §. nunc aliqua, uerſic. 61. & in uer. ſeq. & ei qui dicit, onus probandi incumbit, l. ei qui. ff. de proba. l. actor. C. eo. tit.

Quis autẽ ſit modus agendi contra eos, qui tranſactioni iuratę contrauenerunt. Reſpondeo exponendas eſſe Iudici conuentiones, & concluden. propter inobſeruantiam conuentorum inobſeruantes fuiſſe incurſos pœnas d. l. ſi quis maior. & ita declarandum fuiſſe, & eſſe per dom. Iudicem, per quẽ ita declarari petet d. de Croſogolis. licèt enim contrauenientes inciderint in pœnas prædictas ipſo iure, ante tamen executionem requiritur ſententia declaratoria, cap. cum ſecundum. de hæret. lib. 6. & traditur latè per Curt. Seniorem, conſil. 20. ſępenumero, colum. 11. & ſequen. non nego, quòd ante declaratoriam d. non poſſit, ſi velit, terras guaſtas per eos, qui ciderint a commodo tranſactionis, dare alijs ad nouũ accapitum, ut dicit Do. Petrus Conſultor: ſed tamen dico, quod poſſidentes nõ poſſint ſpoliari ſua poſſeſſione, anteq̃ ſit ſecuta declaratoria, per text. in d. c. cũ ſecũdm. cum ſolitis concord. nec. n. directus dñs põt propria auctoritate expellere emphyteutã, qui cecidit a iure ſuo ſecundum Bartol. in l. 2. C. de iu. emphyt. cuius opi. eſt communiter recepta ſecundum Soci. conſ. 167. non inutilis, lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Electio in alteruatiuis eſt debitoris, quãdo in eius fauorem fuit appoſita alternatiua, ſecus ſi creditoris: quia ad eum verba dirigantur, vel eius ſit acceptatio. in dubio tamen præſumitur debitoris.*

2 *Copula, &, reſoluitur in alteruatiuam, quando ponitur inter duo, quorum alterum ſolum poteſt eſſe verum.*

3 *Inſtrumenti pars per aliam declaratur.*

4 *Ratio declarat, & regulat diſpoſitionem.*

5 *Electio in alternatiua eſt creditoris, quando vnum eſt in obligatione, & aliud exprimitur ad vtilitatem & cautelam.*

RESPONSVM IIII.

VErba ſtipulationis ita ſonant, promiſit Dalmatius Dom. Bertrando Boriaci ſtipulanti nomine eius filij eandem ſummam 185. Flor. in terris & prædijs, in territorium Aueniomen. & Comitatus Venaſerſini, ſimilibus redditibus trium ſalmatarum bladi, hic Auenione portandarũ, & ultra ſi fortè poſſit pro eodem pretio, aut in pecunia numerata, quotiens & quando pro parte dicti Iacobi filij, uel dicti eius patris, & ſuorum requiſitus fuerit ſoluere, expedire & conuertere ſine contradictione quacunque. nunc Magiſter Dalmatius uellet ſoluere dictam ſummam 185. Flor. prædicto do. Iacobo, & hac occaſione dictam ſummam depoſuit. D. uerò Iacobus prætẽdit quod teneatur dictam ſummam conuertere in emptionem prædiorum redditus trium ſaltuatarum bladi, & interim donec effectualiter conuerterit, prætendit dictum redditum trium ſalmatarum bladi ſibi præſtari annuatim, & hac occaſione lis pendet coram Iudice: ideo exhibetur proceſſus, & quæritur quid iuris.

Viſis proceſſu, & inſtrumento alienationis medietatis baſtitæ, & maturè digeſto præmiſſo themate, viſum fuit prima facie dicen. eſſe in electione Magiſtri Dalmatij emptoris, aut ſoluere pecuniam, aut illam in prædijs conuertere,
1 † quia in alternatiuis electio eſt debitorum, l. plerumque, ff. de iu. dot. l. quòd autem, §. ſi maritus, ff. de don. inter virum & vxor. l. ſi in emptione, §. ſi emptio, ff. de contrahen. empt. per Ro. cõſ. 192. ſicut per Dyn. & alios in reg. in alternatiuis, de reg. iuris. nam in dubio alternatiua intelligitur appoſita fauore debitorum, vt dicit d. Iaſ. in l. 4. §. ſi ex conuentione, ff. dę re iudic.

Sed his, & ſimilibus quæ adduci poſſent, non obſtantibus, contrarium arbitror verius, ſcilicet quòd electio ſit prædicti d. Iacobi creditoris acceptare dictam pecuniam, vel compellere prædictum d. Iacobum ad ſoluendum dictum annuũ redditum, donec conuerterit ſummam ipſam in ſimilem redditum, quia hoc loco alternatiua fuit in contractu appoſita fauore creditorum, vnde eius debet eſſe electio: nã alternatiua ſemper dat electionẽ ei, in cuius fauorem fuit appoſita ſecundum Bal. in l. fi. col. 3. C. de pent. hæred. ſi modo demonſtrauero alternatiuam hic fuiſſe appoſitam fauore creditoris, certè dicendum erit electionem ad eum ſpectare. Iſtud autem oſtendo ex pluribus. primò, quãdo verba executiua conferuntur in poteſtatem creditoris, tunc tacitè actum videtur quòd creditor habeat in alternatiuis electionem. ita not. dicit Iacob. de Are. in l. ſi ita diſtrahatur, ff. de contrahen. emp. Secundo, vbi acceptatio eſt alternatiua, electio eſt creditoris ſecundùm Bal. conſil. 180. ad euidentiam. lib. 2. vbi iſta duo dicta poſuit, ꝑ quibus allegauit gl. in l. Lucio, ff. de leg. 2. quæ licèt loquatur in vltimis voluntatibus, tamen in præmiſſis duobus caſibus habet etiam locum in cõtractibus ſecundum Bar. per text. claros in l. ſi ſtipulatus fuero, & in l. ſi quis ſtipulatus, ff. de verb. oblig. vbi videtur mihi caſus huius dubitationis. dicitur ibi, ſi ſtipulatus fuero illud, aut illud, quod ego voluero, electio ẽ mei creditoris. In caſu noſtro ſi ad verba ſtipulationis aduertatur, videtur ꝙ eadem ſeu ſimilis fuerit ſtipulatio. Nam Bertrandus Boriaci ſtipulatur ſibi dari eandem ſummam in redditibus, aut in pecunia, quotiens & quando ipſe, vel filius alterum requiret, quod eſt dicere alterum, quod ipſe vel filius petet. ita ſonant illa verba, quotiens & quando pro parte d. Iacobi, aut ipſius patris requiſitus fuerit ſoluere, expedire, & cõuertere.
2 † nam illa copula, & conuertere, quia poſita inter duo, quorum alterum ſolum poteſt eſſe verum, reſoluitur in alternatiuam, l. fi. C. de codi. ſecundum Bart. in l. 1. ff. de iud. Alex. in l. ſi ſeruus pluriũ, §. ſi nummus, ff. de leg. 1. Raph. Com. conſ. 7. cum ſimilibus. & ſic cum Bertrandus ſtipulatur alterum, quod ipſe petet, certiſſimi iuris eſt quod electio eſt ipſius, d. l. ſi ſic ſtipulatus, & l. ſi quis ſtipulatus. & quia verba ad ipſum diriguntur, & quia alternatiua alternat exceptionem & illud, quod voluerit petere, & acceptare Bertrandus, vel eius filius.

Tertio, quòd alternatiua in caſu præſenti fuerit adiecta fauore creditoris, clarè apparet ex verbis inſtrumenti ibi, quia precium ſuprad. in prædijs, & redditibus exſolui promiſſum ita ſubito per eundem Bertrandum in ipſis prædijs, & redditibus conuerti non valet, quia ne interim dictus

Bertran-

Bertrandus damnum patiatur, &c.ecce quòd dilatio data eidem emptori, data fuit ad effectum, vt ipſe cõuerteret preciũ in reddiobus trium ſalmatarum bladi, non ex eo ꝙ magiſter Dalmatius non haberet paratam pecuniam ad ſoluen. vt dicitur pro parte ipſius magr̃i Dalmatij, quinimo obtulit dictam ſummam illico ſe daturum, vt apparet ex lectura ipſius inſtrumẽti ibi, illico erit paratus.& ibi, obtulit idem. cum igitur clare apparet Bertrandũ noluiſſe tunc accepeare pecuniam, ſed dilationem expleri, quia tunc emptor non poterat ſubito conuertere eam ſummam in prędijs, & redditibus: vnde ſequitur dicendum quòd alternatiua, conuertẽ. & ſoluen. fuit appoſita fauore creditoris. Præterea ut legitũ in inſtr̃o magiſter Dalmatius dederat optionem d. Bertrando an mallet emere partem ipſius Dalmatij, aut vendere partem ſuam. ipſe vero d. Bertrandus conſenſit ꝙ pars ſua adiudicaretur ipſi Dalmatio, dummodo precium conuerteretur in redditibus trium ſalmatarum bladi. item totiens idem Bertrandus conſentiret adiudicationi, & alienationi faciẽdę ꝑdictus magiſter Dalmatius obtulit ſe ſoluere dictam ſummam ad vtilitatem filij ipſius d. Bertrandi, & ſic ratio, & cauſa alienationis, ac etiam ratio, & cauſa dilationis date ad ſoluendum fuit, vt ea ſumma conuerteretur in prædijs. ex præfationibus etiam apparet eam fuiſſe partium intentionem, vnde ex ipſis declaratur cuius fauore

3 fuerit appoſita illa alternatiua, † quia vna pars inſtrumenti declaratur per aliam, l. ſed vtrum, ff. de peti. hæred. l. qui filia

4 bus, de legat. 1. † & ratio regulat, & declarat totam diſpoſitionem, l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. & etiam ex præfationibus cognoſcitur aĩus contrahentium, l. Tina, §.

5 1. ff. de uerb. obl. l. fi. ff. de hæred. inſti. Dicamus ergo, † quod alternatiua faueat creditori, vt ſic voluerit eſſe in electione ſua accipere eam ſummam in prædijs, & redditibus, aut in pecunia numerata. declaratur etiã re ipſa, quia habere fundum loco precij, potius concernit vtilitatem creditoris ꝙ̃ debitoris, vt eſt text. in l. & ſi equo, ff. de lega. 1. & ad propoſitum benefacit, quod in ſimili caſu conſuluit Barb. conſi. 15. præclare ſcribitur, in 2. dubitatione, lib. 2. Quarto negari non poteſt, quin in vtilitatem dicti filij minoris conuẽntũ fuerit eam ſummam conuertere in ſimilibus reddirib. triũ ſalmatarum bladi, quia totiens hoc exprimitur in inſtrumẽto. ſed tunc reſultat clara concluſio, quod vbi in alternatiua vnum eſt in obligatione, aliud exprimitur ad vtilitatem, & cautelam, tunc electio eſt creditoris, vt decidit Bart. in l. quamuis, ff. de pigno. actio. & eſt iſtud dictum Bar. communiter approbatum, vt per d. Alex. in d. l. 4. §. ex conuentione, & per Felin. in c. inter cæteras, de reſcrip. in caſu autem noſtro ſolum precium eſt in obligatione, §. precium. Inſtitu. de empt. & uend. prædia autem ipſa in quibus conuertendum eſt precium, non ſunt in obligatione, vt de ſe patet: ſed ad utilitatem, & cautelam creditoris facien. eſt conuerſio ergo, &c. Et pro iſta cõſideratione benefacit, qđ conſuluit Decius conſi. 12. vbi vult quod creditor, cui debitor ſi in termino cõuento non ſolueret preciũ, ꝓ quo dederat inſolutum certa prædia, habeat elapſo termino electionem an mallet preciũ, quàm rem inſolutum datam, quia talis inſolutum datio facta fuit fauore creditoris ad eius cautelam. & optimè facit tex. in l. cauſam. §. puellam, ff. de manumiſſ. Inſuper reperio in proceſſu fo. 62. & ſeq. quòd prędictus Dalmatius obtulit ſe ſoluturum in prędijs, aut in pecunia in electione d. Iacobi, & petijt reſponderi per d. d. Iac. & ſic de nouo dedit electionem ipſi d. Iacobo, qui eam acceptat, & ſolutis arreragijs, vſque ad diem illam offert ſe paratum eligere, & prędia ſufficientia ad dictam præſtationem trium ſalmatarum bladi iuxta formam inſtrumenti, aut etiam precium prout ſibi videbitur. ex quibus tolluntur omnia, quæ ex aduerſo deducuntur, quibus ſpecialiter reſponderem, ſi neceſſarium arbitrarer, ſed apud peritiſſimum iudicem res agitur, qui ſine allegationibus rem ipſam diſcernet.

SVMMARIVM.

1 *Actio non naſcitur ex promiſſione conditionali, niſi prius conditio euenerit.*

2 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*

3 *Negligentia non obeſt, ubi diligentia non eſſet ꝓfutura. & nu. 6.*

4 *Fictio tantum operatur, quantum ueritas.*

5 *Conditio in odium impediti non habetur pro impleta, dummodo tamen probet, omnem diligentiam adhibuiſſe pro remouendo impedimento. & nu. 11.*

7 *Ordinata à maioribus, reſcindere non licet ab inferiori, & habente auctoritatem reuocandi geſta ſui ſuperioris, niſi eſſent euidenter iniqua.*

8 *Reuerentia maior debetur ſuperiori, dum inferiori tribuit maiorem poteſtatem.*

9 *Argumentum ab effectu, eſt probabile.*

10 *Collatio poſterior non derogat priori, de qua nõ eſt facta mentio.*

11 *Superfluitas in Papa non eſt præſumenda.*

RESPONSVM V.

NObilis Ludouicus Brito, honorandus compater meus, conuenit & promiſit d. Roberto de Medis ſuper officio Vicariatus Auenionen. ſucceſſiue vtrique collato per Sanctiſſ. noſtrum Leonem, ad annum vnum videlicet, D. Britoni ad primum, & Roberto ad ſecundum, dare medietatem ſalarij ſui primi anni, quam eidem Roberto actualiter ſoluit, & uerſa vice Robertus promiſit dare, & ſoluere prædicto d. Ludouico medietatem ſalarij ſui anni ſequentis, illico & incontinenti habita poſſeſſione dicti officij per ſe, uel alium, ipſo procurante contingit quod dictus Robertus finito anno officij d. Ludoui. non eſt adeptus poſſeſſionem dicti officij ex eo, quod Reuerendiſſimus Do. Legatus habens poteſtatem ab eodem Sanct. D. Papa inſtituen. & deſtitu. quoſcũque officiales dictum officium alteri contulit. nunc D. Ludouicus agit ad medietatem ſalarij, cõtra Robertum opponitur. quòd obligatio Roberti eſt conditionalis, videlicet ſi poſſeſſionem adeptus fuerit, & quia cõditio deficit, obligatio euanuit. replicatur per D. Ludouicũ eam haberi debere pro impleta, cum per ipſum Robertum ſteterit quominus poſſeſſionem nanciſceretur, attento quod dictum officium finito tempore præd. D. Ludouici vacauit tribus menſibus uel circa. quæritur quid iuris.

Qui veritas eſt, me in ſemitam veritatis dirigat.

Viſo themate, & allegationib. ĩ hac cã copioſè deductis, prima conſideratione videbatur D. Ludouicum ſine actione

1 experiri, † quod ex promiſſione conditionali non competit actio niſi conditio prius euenerit, l. cedere diem, ff. de uerbor. ſignifi. l. obligationum fere, §. conditio, ff. de acti. & obl. in caſu occurrenti promiſſio D. Roberti fuit conditionalis: promiſit enim dare medietatem ſalarij adepta poſſeſſione

2 officij, & ſic ſi fuerit poſſeſſionem adeptus. † ablatiui enim abſoluti reſoluuntur in conditionem, l. euictis agris, ff. de euict. l. à teſtatore, ff. de cond. & demõſtrat. traditur per Mod. in Rub. ff. ſo. matrim. Cum igitur D. Robertus nũquam fuerit adeptus poſſeſſionem, nec eam adipiſci potuerit, cum officium fuerit alteri collatum per Reuerendiſſimum D. Legatum habentem facultatem amouendi dictum D. Robertum ab eius officio, concluden. reſtat conditionem defeciſſe, & cõſequenter promiſſionem euanuiſſe. Nec obſtat in quantum replicatur ſtetiſſe per D. Robertum, quominus in uim ſui tituli poſſeſſionem apprehenderet, & ſic eam haberi pro impleta, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſtra. quia reſpondetur, quod nulla neglıgẽtia poteſt imputari Domino

3 Roberto: † quia etiam ſi fuiſſet diligens in adipiſcenda poſſeſſione, tamen ſua diligentia non fuiſſet ſibi profutura. Demonſtratũ, quia antequàm veniret dies adipiſcendę poſſeſſionis, ipſe Robertus per collationem dicti officij factam per R. D. Legatum d. della Grapella, erat priuatus offici. & per conſtitutionem ſecundi Iudicis remouetur primus, cap. cæterum. de præſcrip. ca. paſtoralis, §. præterea. de officio de legati. ſic dando ſecundum procuratorem remouetur primus, l. ſi quis cum procuratorio, §. fi. ff. de procurat. cap. non iniuſtè, eod. titulo.

Præmiſſis nõ attentis arbitror nob. Ludouicum optimo iure, & legitimè actionem experiri, ad quod demõſtrandum præſuppono quod ſi Do. Robertus adeptus fuiſſet poſſeſſionem, proculdubio actio ex ſtipulatu competeret D. Ludouico, utpote purificata conditione ſtipulationis, d. l. cedere diem. ff. de verbor. ſign. Idem ergo dicendum, ubi conditio

4 habetur pro impleta, d. l. iure ciuili. † cum tantum debuit operari fictio, quantum veritas. l. filiusfa. ff. ſi cert. peta. punctus ergo præſentis controuerſiæ ſtat in hoc, an huiuſmodi conditio habeatur pro impleta. & videtur quòd non, quia Do. Robertus fuit impeditus adimplere conditionem per

5 d. Legatum, qui alteri officiũ cõtulit. † ergo in odium ipſius impediti non debet haberi pro impleta, l. quibus diebus. ff. de condi. & demonſtra. in contrarium puto veritatem: quia

ad hoc ut impedimentum habeat excuſare Do. Robertum
a negligentia adipiſcendi poſſeſſionem, oportet quod pro-
bet ſe feciſſe omnem diligentiam, quæ fieri potuit ad remo
uendum impedimentum, l. qui conuennis, ubi not. Bart. ff.
de re iudi. & Bar. in d. l. quibus diebus, in princ. ff. de condi.
& demonſtra. per illum tex. & dicit Innocen. in cap. ex tranſ
miſſa, de præſcrip. quod allegans impedimentum non an-
ditur, niſi doceat ſe adhibuiſſe omnem operam, ne impedi-
retur, & hanc doctri. Innoc. extollit Felyn. in cap. quàm ſit. de
iudę. colum. penul. in facto autem præſupponitur non con-
ſtare de diligentia Do. Roberti, ergo &c. Non obſtat dum
6 ſupra dicebam † negligentiam nō obeſſe, ubi diligentia nō
fuiſſet profutura. quod oſtendo ad oculum diligentiam po-
tuiſſe proficere: licèt enim d. Legatus haberet poteſtatem a
ſummo Pontifice deſtituendi dictum dom. Robertum, &
quoſcunque officiales ab eorum officijs, veriſimile tamen
& admodum probabile eſt, quòd non debuent reuocare &
annullare collationem factam per Romanum Pontificem
ipſi Roberto, ſi de ea notitiam habuiſſet, & ipſe Robertus in
7 ſtitiſſet, ut non reuocaretur: quia † nimis aſperum eſt & bo-
nis Sacerdotum moribus inimicum, quæ à maioribus be-
nè ſunt ordinata reſcindere, ca. inſtitutionis, ca. ſi ea, 25.
quæſt. ſecunda. & licèt inferior habeat poteſtatem reuocan-
di, & annullandi geſta ſui ſuperioris: tamen ratione reue-
rentiæ, quam inferior debet habere erga ſuum ſuperiorem
non præſumitur, quod debeat reuocare aliquid geſtum per
8 ſuperiorē niſi ſit euidenter iniquum. Ratio eſt, † quia quan-
to maiorem poteſtatem dat Papa inferiori, tanto magis re-
uerentia ſibi vult ab illo præſtari, ca. quicunque, eadem
cauſa, & ſecunda quæſtio. licèt enim Papa ampliſſimam po
teſtatem dederit Do. Legato, tamen maiorem ſibi retinuit,
cap. dudum de præben. lib. 6. & licèt Legatus poſſet deſtitue
re officiales deputatos per Papam, de honeſtate tamen face
re non debet, ca. ſi quis de ſeruis. 12. qō. 2. cum igitur ho-
neſtas, & reuerentia tuerentur collationem ſummi Pontifi-
cis, non debuit Do. Robertus prætextu facultatis deſtituen-
di quoſcunque officiales conceſſæ domino Legato, deſi-
ſtere ab apprehenſione poſſeſſionis ſui officij: non etiam de
buit eſſe negligens in collatione ſua inſinuāda D. Legato:
quia ſi de ea notitiam habuiſſet, proculdubio illud officium
alteri non contuliſſet, quod nō ſolùm proximis rationibus,
9 verum etiam ab effectu demonſtratur. † eſt enim argumen-
tum ab effectu probatiſſimum, l. unica. §. ſed ſi quis homitti.
C. de Lat. libe. tollen. §. quod eis, in Auth. de nup. Verum ſi
rerum effectum conſiderare uolumus, uidebimus R. Do. Le
gatum non amouiſſe Do. Ludouicum Britonis ab officio:
quia ipſe inſtituit, ut non deſtitueretur. idem ergo conclu-
dendum in Do. Roberto, quod non fuiſſet remotus, ſi debitā
diligentiam cum prædicto R. Do. Legato feciſſet. ſed quid
tantum me fatigo in demonſtrando non obſtare impedimē
tum deſtitutionis, cum nō cenſeatur Do. Legatum vnquam
deſtituiſſe Do. Robertum? Nō obſtat quod antequàm ueni-
ret dies apprehendēdæ poſſeſſio. Do. Legatus contulerit di-
10 ctum officium Do. Grapella: † quia per huiuſmodi collatio-
nem alteri factam non cēſetur derogatum collationi prius
factæ ipſi Do. Roberto, ex quo de ea nulla fuit habita men-
tio in ultima prouiſione, d. cap. cæterum, & cap. tibi qui, &
11 cap. duobus, de reſcriptis. ex † his itaque conſtat ſteriſſe per
Robertum, quominus adipiſceretur poſſeſſionem, & ſic con
ditionem impleret, ergo in odium ipſius haberi debet pro
impleta iuribus vulgaribus. Non obſtat in quantum dicitur
Sanctiſſimum Dom. noſtrum Papam reuocaſſe gratiam, &
prouiſionem factam ipſi Do. Roberto, antequàm veniret
dies adipiſcēdæ poſſeſſionis, quia nec etiam de hoc conſtat:
nam id quod in principio facultatis. conceſſæ Do. Legato
legitur ibi, fratrem noſtrum Epiſcopum Carpen. vſque ad
verſicu. reuocamus. de reuocatio. Dom. Vicarij pro ratio-
ne Eccleſiæ, & cæterorum officiariorum per ipſum Vicariū
à die ſui Vicariatus deputatorum intelligitur, non autem
de officialibus conſtitutis per ipſum Papā: quia de illis facit
poſtea ſpecialem mētionem, dando poteſtatem Do. Legato
illos deſtituēdi: nam ſi ipſe Papa eos ab officio mouiſſet, fru
ſtra daret facultatem Do. Legato, eos deſtituendi, cum deſti
tuti non poſſint amplius priuari, l. ſed & ſi non ſint. §. poſt de-
12 functum. ff. de iniuſto rupt. † & etiam ſuperfluo Papa poſtea
locutus fuiſſet per unam chartam de officialibus ab eo de-
putatis, quod non eſt dicendum, ca. ſi Papa, de priuileg. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 Stipulatio ſoluendi partem debiti ſingulo anno, donec tota ſumma fuerit ſoluta, unica dicitur.
2 Solutio quando poßit alteri accumulari.
3 Stipulatio eſt ſtrictè interpretanda.
4 Infinitas omnibus odioſa & ab omnibus fugienda.
5 Pactum de ſoluenda dote marito poſt diſſolutum matrimonium, non valet.

RESPONSVM VI.

1 STipulatio † huiuſmodi in annos ſingu-
los 25. dare ſpondes, donec in-
tegra quadringentorum ſumma fuerit perſolu-
ta, unica eſt, l. Stichum, § ſtipulatio, ff. de verbor.
obliga. quæ adueniente die 16. anni perfectè, &
totaliter purificatur, l. cedere diem, ff. de verbo. ſigni. Hoc ſic
2 præmiſſo infero, quod illud pactum † quod una ſolutio non
poſſit alteri accumulari, intelligendum videtur antequàm
ſtipulatio fuerit abſolutè purificata: quia poſt perfectam pu
rificationem, & ſic lapſum omnium annorum, non ſupereſt
ulla annua ſolutio, quæ alteri adiungi poſſit, ſanè huiuſmo-
di pactum interpretandum eſt, ut una ſolutio non poſſit al-
teri accumulari durantibus terminis omnium ſolutionum
faciendarum: tunc enim mora vnius anni confunditur per
moram ſequentis anni, ſ. elapſis omnibus terminis, & ſic
commiſſa mora omnium annorū, nullius moræ poteſt am-
plius fieri confuſio, & conſequenter pactum nō operabitur.
3 bene facit, † quia ſtipulatio ſtrictè eſt interpretanda, l. quic-
quid aſtringendæ, ff. de verbor. obli. dicamus ergo quod pa-
ctum operatur circa morā diſtributiuè & ſic particularis ſo-
lutionis faciendæ, non circa moram omnium ſolutionum
collectiuè. Confirmatur, quia contraria interpretatio abſur-
ditatem in ſe continet: nam ſi elapſis omnibus terminis ſo-
lutio ſolutioni nō adiungeretur, in facultate quodammodo
eſſet debitoris, quando deberet, quo nihil abſurdius, l. 3. ff.
de eo quod cer. lo. ſatisfieretq; meritò creditori ex cauſa o-
neroſa dotis in diebus illis, dareturq; debitori dilatio infini-
ta, quod non eſt arbitrandum fuiſſe mentis contrahentium,
4 † cum infinitas omnibus ſit odioſa, & ab omnibus fugiēda,
l. qui bona. §. fina. ff. de dam. infec. cap. cum in mult. de
reſcrip. in 6. vnde non crederem ualere pactum dotale, ſi ita
5 interpretaretur: † quia pactum quòd dos ſoluatur marito
poſt diſſolutum matrimonium non ualet. non enim dos in-
telligitur niſi oneribus matrimonij deſeruiat, l. ſi pater mu-
lieris. ff. de iure do. cum igitur iam anni 40. a die dotis pro-
miſſę decurſi ſint, & maritus ſenio confectus tàm longā mo
ram debitoris ſubſtinuerit; ęquum certè uidetur quòd unica
ſolutione dotem iam tandem conſequatur, & non cogatur
recipere annuas ſolutiones 25. Flor. alioquin futurum erit,
vt in alio ſæculo recipere cogatur, & conſequenter erit pa-
ctum de ſoluendo dotem poſt mortem uxoris, uel mariti à
iure reprobatum, d. l. ſi pater mulieris.

SVMMARIVM.

1 Peſtis excuſat ab omni mora, & ſic a pœna, & intereſſe cauſato.
2 Impedimentum ad hoc vt excuſet obligatum, oportet eſſe tale quòd nullum poßit adhiberi remedium.
3 Peſtilentia uigenti inter homines non ſubijciuntur animalia bruta.
4 Conductor animalium, quæ perierunt eius negligentia, tenetur ad omnia damna & intereſſe.
5 Litem proſequi tenetur quis & ſi non ſit tutus locus, ſed ſolùm cauſæ & procuratori.

RESPONSVM VII.

IOannes Roſtagni nomine Claudij Bermu
ſij promiſit Sindicis Inſulanis, ſti-
pulantibus tradere nouem Rotas iumentorum
pro calcandis bladis huius anni 1524. uerum quia
in loco Inſulę ſuperuenit peſtilentia, idem Ioan
nes prætendit non teneri ea ratione, quia ad locum nemo
tutè poteſt accedere: ex aduerſo ſyndici pręeendunt eum te-
neri ad obſeruanda promiſſa, quia peſtilentia non eſt inter
animalia, licèt ſit inter incolas. & licèt ſine hominibus non
poſſint animalia calcare, & triturare blada, attamen cum re
periantur, qui uelint animalia gubernare, & cum illis tritu-
rare

rare blada iuxta promiſſa, intendunt dictum Ioannem tene-
ri animalia ſubminiſtrare, ideo quæritur quid iuris.
1 Impeditus † propter peſtem excuſatur ab omni mora, &
conſequenter a pœna, & intereſſe cauſato propter moram,
l. ſciendum. ff. de uſur. & latè ſcripſi in tracta. meo de peſte,
de priuilegijs contract. in prin. & l. quod te, nu. 42. ff. ſi cert.
peta. nam Ioannes, qui promiſit tradere 9. Rotas iumento-
rum, cenſetur promiſiſſe triturari facere blada cum certo
numero iumentorum. omnibus autem trituraturis non pa-
tet tutus acceſſus propter peſtem, cap. negociatione, 80. diſt.
clemen. paſtoralis, de re iud. ergo excuſandus uenit ſi non fa
ciat quod promiſit. Nec obſtare uidetur, quod aliqui reperiã
tur in loco Inſulæ, qui velint onus triturãdi ſuſcipere, ſi Ioan
nes iumenta tradat: quia non videtur obligatus animalia
ſua committere alijs perſonis, quam ſibi cum ſuo damno,
& intereſſe. nam fortè conduxit operas aliorum, quos fidos,
& ad regendum animalia expertos delegit.
2 Contrarium credo verius: † quia ad hoc ut obligatus ex-
cuſetur propter impedimentum, oportet quod ſit tale impe-
dimentum, aduerſus quod nullum poſſit adhiberi remediũ.
l. qui cõmeatus, ubi Bar. ff. de re milita. & l. quibus diebus, in
prin. & ibi not. Bart. ff. de condi. & demon. paria enim ſunt
nullum ſubeſſe impedimentum, uel ſubeſſe tale cui poſſit
reſiſti, ca. fina. de electio. & ideo Bal. in d. l. quibus diebus, di
cebat quod allegans ſe non potuiſſe accedere ad locum ti-
more iumentorum, non excuſatur ſi potuit obtinere ſaluum
conductum, & noluerit obtinere. ſequitur Fely. in ca. ex tranſ
miſſa, vbi plura accumulauit in propoſito de præſcrip. ſic er
go dicendũ arbitror in propoſito noſtro, quia licèt impedi-
mentum peſtis ſit legitimum impedimentum, quando non
poteſt ſine periculo obligatus ad locum peſtilentem acce-
dere: tamen vbi ſine periculo poteſt promiſſa adimplere nõ
obſtante peſte, non uideo quod excuſandus ueniat propter
3 impedimentum peſtis. conſtat autem quod † iumenta non
ſubijciuntur peſtilentiæ, quæ uiget inter homines tantùm.
conſtat etiam quod reperiri homines, qui uelint equas gu-
bernare & blada triturare eiſdem modis, & conditionibus,
quibus faceret ea triturari per quoſlibet alios: ergo nullum
legitimum ſubeſt impedimentum. Nec obſtat, dum dicitur
quod ipſe Ioannes ſeu Bermuſij non confidit de iſtis, qui ſe
offerunt gubernare ſua iumenta & blada triturare: quia iſta
4 eſt calumnioſa exceptio, † cum ipſi, qui ea gubernabunt, te-
neantur ſibi ad omnia damna & intereſſe, l. cum in plures,
§. ſeruum meum. ff. loca. & quod teneantur tradere iumenta
5 iſtis. qui ſe offerũt triturare blada, probo bono ſimili: † nam
ſi locus ſit tutus procuratori & cauſę, tenetur quis litem pro-
ſequi in loco non tuto ipſi principali ſecundum Aug. in di
ſpu. Bononien. quidam. Innocen. in ca. cum dilecti. de do. &
contuma. Imo. & Alex. in l. de ætate. ff. ad Trebel. in caſu no
ſtro locus tutus eſt cauſæ, trituraturis, & animalibus. ergo te-
nebitur ea tradere uolentibus eius nomine blada triturare.
Laus Deo.

SVMMARIVM.

*1 Pactum quòd maritus præmoriente uxore lucretur partem do
tis, non habet locum in uxore ſuperuiuente.*
*2 Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis vel
generalis conſuetudinis, quæ etiam dicitur ius commune in lo
co, ubi adeſt.*

RESPONSVM VIII.

3 PActa † conuẽta caſu quo ſoluatur matrimo-
nium morte uxoris, locum non habet
ſi ſoluatur morte mariti, l. pacta conuenta, cum
glo. ff. de pact. dot. pactum ergo quod Ioannes
petit. ſi ſuperuiuat habeat libras mille Turonen.
de parte Simonę, & eius hæredum non uendicabit ſibi locũ
2 caſu quo fuerit præmortuus. † Confirmatur, quia caſus omiſ
ſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis, l. ſi cum do-
tem. ff. ſolu. matr. nam is, qui prouidet ſibi in caſu vitæ, cen-
ſetur ſe remittere ad ius commune, caſu quo præmoriatur,
vt eſt caſus l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthu. ſtante ergo
generali conſuetudine, quòd ſoluto matrimonio tam per
mortem uxoris, quam mariti, quòd diuidantur æqualiter bo
na mobilia inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes cõiugis
præmortui, pactum contrarium in caſu quo matrimonium
ſoluatur morte uxoris, nõ derogabit gñali conſuetudini in
caſu quo mrimonium ſoluatur morte mariti. ſicut enim ca
ſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, eodem
modo remanet in diſpoſitione generalis conſuetudinis, quę
etiam dicitur ius commune in loco, §. ex non ſcripto. Inſti.
de iure naturali gen. & ciuili. l. de quibus. ff. de legi. & hoc
uoluit Bald. conſ. 60. ſicut proponitur, lib. 3.

SVMMARIVM.

*1 Iuramentum non uergens in diſpendium ſalutis eternæ debet
obſeruari.*
*2 Tranſactionem non obſeruans incurrit pœnam periurij & in-
famiæ.*
3 Tranſactio eſt tranſitus à lite.
4 Pacta incontinenti appoſita, cenſentur ineſſe.
*5 Tranſactio, quæ in uim trãſactionis non ſuſtinetur, valet ut pa
ctum, ſi ſit iurata.*
6 Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo.
*7 Obligatus ad factum non cogitur præcisè facere, ſed ſoluendo in
tereſſe liberatur, niſi adſit iuramentum.*
8 Dare eſt dominium transferre.
9 Obligatio dandi eſt præciſa.
*10 Copula, &, poſita inter duo impoßibilia, reſoluitur in diſiun-
ctiuam.*
11 Electio eſt debitoris in alternatiuis promißionibus.
12 In claris non eſt opus coniecturis.
*13 A contractus uerbis non eſt recedendum, cum ſint eius forma,
& illi dent legem, & eſſe.*
*14 Inueſtitus ſi quis ſit ad habendum iure proprio, in eum tranſ-
fertur & utile, & directum dominium.*
*15 Copula, &, denotat ordinem ſucceßiuum, quando unum poſt al-
terum fieri poteſt.*
16 Temporibus diſtinctis concordantur ſcriptura.
*17 Inueſtire verbum plura ſignificat & regulatur ſecundum na-
turam uerbi, cui adiungitur.*
18 Donatio perfecta non capit poſtea conditiones & alterationes.
*19 Relicta ad unum pium vſum, non poſſunt in alium pium uſum
conuerti ſine auctoritate ſummi Pontificis.*
*20 Patroni conſenſus non requiritur in alienatione rerum eccleſiæ,
licèt contradicere poßit ex cauſa.*

RESPONSVM IX.

QVia præmiſſæ tres dubitationes ſine dubitan-
di ratione proponuntur, cogitaui aliquan
tulum, quia ex cauſa poſſit D. Iac. de Monte acu-
to condominus Monus Draconis contrauenire
trãſactioni iuratæ. ſiue n. dicamus, quod ex cauſa
tranſactionis promiſerat gratis laudare, & inueſtire conſor-
tium dictorum presbyterorum, & ſuum directum dominiũ
remittere abſque dubio tenetur ad obſeruantiam conuento
1 rum, c. 1. de pact. & l. 1. ff. cod. nu. & † maximè tenetur ad ob
ſeruantiam iuramenti, cum non uergat in detrimentum ſa-
2 lutis æternę, c. cum contingat, de iureiur. † aliàs incurret pœ
nas periurij & infamiæ, l. ſi quis maior. C. de trãſ. & ſi dicatur
quod non poteſt ſuſtineri promiſſio ipſa ex cauſa tranſactio-
nis cũ ſuper laudemio, & remiſſione directi dominij nul-
la lis ſubeſſet, neque diſcordia inter prædi. d. & dictum con-
3 ſortium: † & tranſactio eſt tranſitus à lite, & ſuper iſto non ca
dit tranſactio, l. 1. ff. de tranſ. Reſpondeo, quod erat lis ſuper
hoc. an pecuniæ iam traditę conſortio uenirent implicandę
pro ſedãda hac diſcordia, fuit adiunctum pactum quòd prę
dictus D. Iac. teneretur laudare, & ſuum dominium directũ
conſortio remittere. ſufficit enim, quod ſit lis ſuper uno ne-
gocio etiam de facto, l. 2. ff. de tranſact. cætera pacta acceſſo-
ria fomentantur à principali, l. fundi partem ff. de contrahẽ.
4 emptio. & † pacta incontinenti appoſita cenſentur ineſſe, l.
5 lecta, ff. ſi cer. pet. Prætere a ſi non valeret vt tranſactio, † ſaltẽ
propter iuramentum ſuſtinebitur ut pactum ſimplex, quod
non minus debet obſeruari, quàm ipſa tranſactio ſecundũ
6 Bar. in d. l. ſi quis maior. & d. Iaſ. in d. l. 1. ff. de tranſa. † opera-
tur. n. iuramẽtum, ut actus ualeat omni meliori modo, quo
poteſt, l. cum pater, §. filius matrem. ff. de leg. 2. traditur in l.
1. §. ſi quis ita, ff. de uer. obliga. ubi latè Mod. & ſi prædictus
d. Iac. uelit dicere, quòd laudare, inueſtire, & dominium di-
7 rectum remittere, eſt facti, † & ad factum nemo præciſè co-
gitur, ſed ſoluẽdo intereſſe liberatur, l. ſtipulationes non di
uiduntur,

niduntur,ff.de uerb.oblig.l.ſi quis ab alio, §. fi.ff.de re iudi.
j Ind etiam non erit beocdictum propter iuramentum,quod
obligat præciſe ad factum ſecundum gl.ſing.in l. ſi pecuniā,
ff.de cond ob cau.quam communiter ſequuntur ibi legiſtę,
&.eam etiam ſequuntur Panor.& Can.in c.ueniens,de iure
jur. Feli.in c.ad noſtram,co.iii.& poſſent infinita conſilia ad
hoc allegari ſed non expedit, quia iſta eſt communis Docto
rum ſententia iam canonizata.Præterea obligatio remittē-
di directum dominium non uidetur obligatio facti,ſed po-
8 tius obligatio dandi, † nam dare nihil aliud eſt quàm domi
nium transferre,§.ſic itaque,Inſt.de actio.l.ſi dari, ff. de uer.
9 oblig.† quę obligatio dandi eſt præciſa,l.ſi tamen hominē,
& l.ſi ſeruum,§ fi.ff.de uerb.oblig.not.per Bar.& alios in d.l.
ſtipulationes non diuiduntur.ſed arbitror,quod Iacob.non
recuſat laudare, & inueſtire dictum conſortium abſque ſo-
lutione aliquarum pecuniarū ratione laudimij, ſed renuit
uelle remittere directum dominium, & cauſas ſibi annua-
tim debitas hac ratione, quia illa uerba pacti, laudare & in-
ueſtire dominos presbyteros,& ſuum directum dominium
remittere & deſamparare, licèt copulatiue proferantur, ta-
men illa copula,&,ſuum directum dominium remittere,de
10 bet reſolui in alternatiuam quòd ſic probatur. † ubi copula,
&, ponitur inter duo impaſſibilia, neceſſario debet reſolui
in diſiunctiuam,ut eſt tex.in l.ſi quis Titio,& ibi Bartol.ff.de
uſufru.leg.tradinit per Panor.& alios in ca.2.de reſcript.per
Soci.conſi.20 col.61.prima parte.ratio eſt,quia duo contra-
ria non poſſunt ſimul ſtare,l.ubi repugnantia, ff. de reg.iur.
laudare inueſtire,& remittere directum dominum,ſunt in-
uicem repugnantia, quia non ſit niſi per d. retinentem di-
rectum,l.1.& 2.C.de iu. emph. & inueſtitus recognoſcit in-
ueſtientem in directum dominum, non autem aufert dire-
ctum ab eo, cap.1.§.fi. per quos fiat inueſt. erit ergo ſenſus,
quod d.Iacob.promiſerit laudare,& inueſtire gratis, aut ſuū
11 directum dominium remittere. † vnde in alternatiuis pro-
miſſionibus electio debet eſſe promiſſoris,l.plerique, ff. de
iu. dot. in fi. erit ergo in electione d.Iacobi alterum facere,
uel laudare & inueſtire,uel dominium directum remittere.
Prædicta ratione,quæ prima facie videtur urgere non obſtā-
te, credo quod d.Iacob.teneatur non ſolum laudare & inue
ſtire,ſed etiam directum dominium remittere. verba pacti
clariſſimè ſonant quòd d. Iacob. etiam dominium directū
12 teneatur penitus remittere, † vnde cum in uerbis nulla ſit
ambiguitas,non eſt admittenda cauilloſa interpretatio,l.il
13 le, aut ille, §.cum in uerbis,ff.de leg.3. † Item à uerbis con-
tractus non eſt recedendū.l.quicquid aſtringēdæ,ff.de uerb.
oblig.uerba enim ſunt forma contractus,& illi dant legem,
& eſſe,l.non figura.ff.de act.& oblig.& alibi dixit Iurec.quæ
rentibus inſpiciendus erit ſermo ſtipulationis,l.ſi quis ſtipu-
latus Stichum aut Pamphilum, ff.de uerb.obli.& ad propo-
ſitum plura adducit Curt.conſ.49.memorię recolendę,col.
7.& ſeq.conſi,colu.22.& ſeq.& quod hoc uerum ſit dilucide
apparebit ex reſponſionibus dandis ad rationem ſupra in
contrarium allegatam. In primis reſpondendo allegatæ ra
tioni dico, quòd inueſtire, & directum dominium remitte-
re, non ſunt inuicem repugnātia, ut præſupponitur in cōtra
rio.poteſt enim ex pacto dn̄s in inueſtit.remittere directum
dominium uaſallo ſecundum Io.Imo.in c.Abbate ſane, de
re iud.lib.6.quem allegat,& ſequitur Bal.in l.ſi plures.col.2.
C.de cond.inſtit.& in l.1.col.15.C.de confeſſ.& in l.1.col.
14 fi. C. ſi plures una ca. ſentent. ubi dicitur, † quod ſi quis ſit
inueſtitus ad habendum iure proprio, quod in eum tranſ-
fert utile, & directum dominium. ita ergo dicamus in pro-
poſito,quod d.Iacobus promiſerit inueſtire presbyteros iu-
re proprio,& in eos transferre utile,& directum dominium.
& hoc modo non oportebit impropriare naturam,& uim il
lius copulæ,&.

Secundo poſito, quòd & dominium directum remittere
repugnarent eodem tempore, nemo tn̄ negabit, quod or-
dine ſucceſſiuo unum poſt alterum fieri non poſſit. ergo
15 † copula denotabit ordinem ſucceſſiuum, non autem im-
propriabitur prout in ſimili dicunt Barto.& omnes alij in l.
Gallus,§.quidam rectè,ff.de lib. & poſthum. ſic etiam dica-
mus nullam eſſe contrarietatem in legibus, quæ diſtinguen
16 do ipſa, poſſunt concordari, iuxta illud, † diſtingue tem-
pora,& concordabis ſcripturas, l. apud antiquos, C. de ſurt.
ſic concordantur teſtes, Panorm. & Felin. in cap.cum tu. de
de teſtib. ſatis enim eſt, quod copula in altero ex copulatis
ſuo tempore uerificetur,l.ea tamē adiectio,ff.de legat.3. ſe-
cundum Bar.in d.§.quidam rectè.
17 Tertio † uerbum,inueſtire,habet plura ſignificata.quan-
doque inueſtire idem eſt quòd transferre utile dominium,
ut in cap. 1. quid ſit inueſt. quandoque pro tranſactione
poſſeſſionis corporalis. quandoque pro collatione & pro
donatione ipſa ſm̄ gl.in cap.auctoritate,& ibi Abb.de inſti.
& propriè inueſtitura eſt inmiſſio in realem, & corporalē
poſſeſſionem.cap.1.de conſtitu. re. ſeud. unde uerbum, in-
ueſtire,poſitum in aliquo contractu, uel in aliqua diſpoſi-
tione,regulatur ſecundum naturam diſpoſitionis cui adiun
gitur: ſi enim ſimus in caſu in quo transferat directum do-
minium, ut in caſu præſenti,uerbum,inueſtire,debet intelli
gi, ideſt mittere in realem poſſeſſionem illius directi iuris.
ita in terminis conſuluit Oldr.conſi.159.ex præſenti thema
re Rex Carolus conceſſit Principi Tarentino principatum
Achaiæ p hæc uerba formalia,tibi damus, donamus ex cau
ſa puræ donatio.& inueſtimus quicquid habemus in prin-
cipatu Achaiæ ratione feudi transferendo utilem, & dire-
ctam actionem, ita quod nullum alium recognoſcas niſi
nos.an eſſet feudum propter illa uerba, inueſtimus ratione
feudi ita, quod nullum recognoſcas, niſi nos;an eſſet pura
donatio,an uerò ſimplex feudum? conſuluit Oldr. eſſe pu
ram donationē,& in principem Tarentinum trāſlatum fuiſ
ſe directum dominium Princip. Achaiæ propter illa uerba,
quicquid habemus; & propter illa uerba, transferendo di-
rectam,& utilem actionem Nō obſtat uerbum, inueſtimus,
quia debet intelligi ſecundum naturam donat.& ſic inueſti
mus te de dominio directo ſecundum Dom.Iaco. de Santo
Georgio in tract.de ſeud. in uerbo, inueſtiuit talem.Non
obſtāt illa uerba, ita quòd nullum alium recognoſcas niſi
nos,quia intelliguntur de ſuperioritate ratione regalis cul
minis,non ratione directi dominij ſecundum Old.& d.Iaſ.
in preludijs feud.col.6.ubi ſequitur Oldr.cum etiam ſeq.Al
berti.de Roſa.in Rub.C.de dona.col.a.& ſeq.

Ad ſecundum quęſitum neque ulla dubitandi ratio pro-
ponitur,neque ſecundum iuris regulas excogitare poſſum
quare perfectam donationem uelit d. Iac.retractare a d.cō-
18 ſortio, & conuertere in alios uſus pios.In primis,† perfecta
donatio conditiones,& alterationes poſtea non capit,l.per-
fecta.C.de don. quæ ſub mo. Secundo, quod ſemel placuit
amplius diſplicere non poteſt,l.quod ſemel,de regu. iur.&.
quę a princ. fuerunt uoluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſita-
19 tis, l. ſicut.C.de act.& oblig. Tertio, † relicta ad unū uſum
pium,non poſſunt citra auctoritatem ſummi Pontificis in
aliū pium uſum conuerti,cle.quia contingit,de relig.dom.

Ad tertium reſpondeo, quod presbyteri cum conſenſu,
& auctoritate epiſcopi poterant recedere a dicta tranſactio-
ne, † quia in alienationibus rerum Eccleſię non requiritur
20 conſenſus patronorum licèt ex cauſa poſſint contradicere,
ut per Panor.in cap.unico, poſt Innoc. & alios, ut eccleſi.
benfice.Ancha.conſi.122.ex narratis.Feli.in ca.cum acceſ-
ſiſſent.de conſtitu.col.1.Laus Deo.

Decimum incip. viſo eleganti conſilio. eſt autem impreſſum ſub num. 99.

Vndecimum incip.munus conſulendi, ſub num.98.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitionem alterius permittens, an videatur permittere quòd ille non conueniet,& quid de ipſo,nu. 12.*

2 *Ratihabitionem promittens, videtur promittere factū alienū.*

3 *In rati promiſſione committitur ſtipulatio ad intereſſe.*

4 *In alternatiuis alterum adimplere ſufficit.*

5 *Ratihabitionis natura eſt, vt retro trahatur, & habet in ſe temporis interuallum.*

6 *In mora eſſe quis non dicitur,niſi prius aduerſarius adimpleat adimplenda.*

7 *In mora dicitur eſſe promiſſor quando lapſum eſt tantum tempus quòd certum eſt eum non poſſe adimplere promiſſionem.*

8 *Eccleſia rato manēte pacto dicitur ineſſe tranſactioni iurata.*

9 *Promittens de rato, tenetur abſque interpellatione quam primum ratificari facere.*

10 *Iuramentū habet uim interpellationis, & litis conteſtationis.*

11 *Ratificatio infra paucos dies a die ſcientiæ eſt fienda, aliter non admittitur.*

13 *Ratio ſola ſufficit abſque lege,qua deficiente poteſt I.Conſul. conſulere per unam rationem.*

14 *Intereſſe largo modo dicitur pœna, ideo etiam ſi ſoluatur dicitur*

tur contrauentum promiſſioni.
15 *Dies tacita,ſicut expreſſa,interpellat pro homine, & eſt obſer-
uanda tanquam pars contractus,& ſubſtantia obligationis.*

RESPONSVM XII.

CONſideratis omnibus quæſitis magni-
fici Equitis D.Præuoſti cir
ca cauſam,quam habet contra D.Franciſcum,
& fratres de Landriano,uiſum eſt mihi, ꝙ prin-
cipalis difficultas conſiſtat in uno articulo tan-
tùm.ſ. an D. Franciſcus dicatur contrauenisse tranſactioni
iuratæ,eo quod non fecit, quod fratres ratificauerint ipſam
tranſactionem, & omnia in ea contenta infra terminu Pa-
ſchatis, intra quē Do. Præuoſtus tenebatur reducere orato-
rium in priſtinum. Circa iſtam difficultatem Chriſti eiuſq;
glorioſiſſimę matris Marię diuique Auguſtini pro ſuffragio
nominibus inuocatis, paucis demonſtrabo per contraria
quid ſentiam.

Primum pro parte D.Franciſci, quòd non contrauenerit
arguitur fortiter: nam ipſe promiſit ſolum, quod fratres at-
tendent, & obſeruabunt inſtrumentum tranſactionis, ac ꝙ
ratum,gratum,& firmum,ac rata,grata,& firma perpetuo ha
1 bebunt omnia contenta in eo, † quo caſu per talia uerba,
uidetur promiſiſſe tantum,quod ipſi non contrauenient.ita
tenet Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſcopis, & cleri.&
in l.metū,§.uolenti,ff.quod metus cauſa. ubi concludit ꝙ
iſtud uerbum,ratum, importat quod promiſſor de iure non
contraueniet;& uerbum,gratum, & firmum,quòd non con-
traueniet de facto.unde licèt fratres D.Fran. non ratificaue-
rint per inſtrumentum, vel aliter,non tamen dicitur com-
miſſa ſtipulatio,quia non conſtat quod contrauenerint.

Secundo,quòd non contrauenerint demonſtratur apertè,
2 nam † qui promittit quod alter ratificabit,promittit factum
alienum,l.quotiens quis,ff.de uerb.obli.firmat Bar.in l.4.§.
Cato.in 9.opp.ff.eo.ſed in ꝓmiſſionib.facti alieni in caſu fa
cti non ſecuti ſuccedit obligatio ad intereſſe, l. ſtipulatio
iſta habere licere,in princ.ubi latè Mod.ff.de uerb. oblig. &
3 † in omni promiſſione rati committitur ſtipulatio ad inter
eſſe, l.2. & l.commiſſa,ff.rem ra. habe.ergo perinde eſt ac ſi
D.Franciſc.promiſiſſet, quòd fratres ratificabunt, aut quod
ſi non ratificauerint,ſoluet intereſſe. ſic talis obligatio dici-
tur alternatiua,prout in terminis tenet Barto.in l.ſtipulatio-
4 nes non diuiduntur,in 2.q.ff.de uerb. oblig.unde cum in † al-
ternatiuis ſufficiat alterum adimplere, hæc verba,ille aut il
le,ff.de uer.ſig.l.ubi aūt,§.qui illud aut illud,ff.de uerb.obl.
Reg. in alternatiuis, de reg.iur. & quod poſſit adhuc Dom.
Franciſc.alterum.ſ.intereſſe ſoluere.intereſſe dico paſſiuum
quia non ratificarunt in termino,non poteſt dici, quod con-
trauenerit, ꝙ ut dixi uidetur promiſiſſe alternatiue unum
aut alterum. poſito ergo quod non contrauenerit, quia poſ-
ſit adhuc adimplere alterā ex alternatiuis,videtur quod po-
tuerit explanare cauamentum ex facultate ſibi attributa in
inſtrumento tranſactionis.

Tertio videtur quod adimpleuerit, ex quo fratres ratifica
runt, ut conſtat inſtrumento ipſius ratificationis. & licèt fa
cta fuerit poſt feſtum Paſcharis, tamen uidetur nihil referre
5 an ante,uel poſt facta fuerit, † quia natura ratihabitionis eſt
quod ſemper retrotrahatur,l.fi.C.ad Maced.l.licèt,ff.de iud.
& l.donationes. C.de do.inter uirum, & ux. & regula, ratū,
& regula.ratihabitionē, de reg.iu.in 6.habet enim in ſe quæ
libet ratihabitio temporis interuallum,l. ratum, ff.de ſol.&
firmat Bal.in d.l.fi.

Quarto videtur,quòd D.Franciſcus,dato millies ꝙ nulla
ſecuta fuiſſet ratificatio,quod tamen non dicatur contraue-
niſſe,ex quo D.Præuoſtus non adimpleuit adimplēda prius
pro parte ſua in inchoando opus, ad quod tenebatur.ſ.ad re
plen.aquæductum, & reducendum canale aquæ diffunden
dæ,& conſequenter videtur,quod D.Præuoſtus non poſſit al
legare. quòd Do. Franciſcus fuerit in mora faciendi, ꝙ fra-
6 tres ratificarent, quia † neque quis dicitur in mora niſi ad-
uerſarius adimpleat prius adimplēda, l. Iulianus, §. offerri,
ff.de act.em.& l.quæro,§.inter locatorē, ff.loca.qđ aūt tene-
retur prius Do. Præuoſtus adimplere pro parte ſua,& conſe-
quenter,quòd fuerit prius in mora,deducitur clarè: nam ut
terminus poſſit negari aſſignatus Do. Præuoſto, ut intra tpˢ
de quo in tranſactionibus,teneatur replere aquæductum, &
etiam reducere rugiam ſcolatorij,uidetur etiam aſſignatus
Dom.Franciſco ad faciendū,quòd fratres ratificent,l.bono
rum,ff.rem rat. hab.vnde videtur,quod ex quo D.Præuoſtus
non adimpleuit perfecte pro parte ſua, quod Dom. Franci-
ſcus non inciderit in pœnas l.ſi quis maior, per ea quæ dicit
Matth.in not.50. incip. nota magnum,quem ſequ. Paul. de
Caſt.D.Alexand.& d.Iaſ.in d.l.ſi quis maior. Item poſito, ꝙ
in termino Paſchatis teneatur D.Franciſcus ad faciendum,
quod fratres ratificent,certè talis ratificatio potuiſſet ultima
hora termini fieri.nec potuit dici, quod fuerit ipſe Do. Franc.
in mora,niſi elapſa ultima hora, l.cedere diem, ff.de uerbo.
ſignific.cum ſimilibus. ſed reductio rugiæ ſcolatorij, & re-
pletio aquæductus, ad quæ omnia tenebatur Dom. Præuo-
ſtus,non poterat fieri ultima hora termini. igitur neceſſe eſt
quòd Dom. Præuoſtus dicatur prius in mora, & ſic prius
7 contrauenisſe: quia † ubi eſt lapſum tantum temporis,quo
certum eſt quod promiſſor non poteſt promiſſionem adim
plere,ſtatim tunc dicitur conſtitutus in mora, & contraue-
niſſe promiſſioni,l.exiſtimo, & l.ſi ita ſtipulatus eſſem abſte,
& l.hoc iure.ff.de uerbo.obligat.cum ergo Dom.Præuoſtus
prius contrauenerit trāſactioni iuratę. videtur quod iterum
teneatur ſtare tranſactioni, & ſic quod dicti fratres de Lan-
driano in exequutionem trāſactionis licitè potuerint obtu-
8 rare cauamentum, † quia in tranſactione iurata ineſt clau-
ſula, rato manente pacto, ſecundum omnes in l. ſi quis ma-
ior,& l.cum proponas.C.eod.titulo. quæ clauſula etiam di-
citur appoſita in inſtrumento ipſarum trāſactionum, & hæc
omnia iudicio meo rem faciunt admodum ambiguam.
Præmiſſis tamen non obſtantibus contrarium arbitror eſſe
uerius.ſ. quod Dom.Franc.dicatur contrauenisſe,& non D.
Præuoſtus, ex eo quia ipſe Do. Præuoſtus tenebatur ſtatim
facere,quod fratres ratificarent: quod cum fecerint dicitur
contrauenisſe,& non potuiſſe uti beneficio dictæ tranſactio
nis,in explanando cauamentum & cætera.

Aſſumptum probatur per illud,quod ſignanter dixit Bal.
in capitu.1.§.ad hæc. in titu. hic fin.lex. in uſi feud. ubi te-
9 net,† quod ille qui promiſit ſe acturum, & curaturum,quod
Titius faciet, & quod ratificabit prout promiſit Do. Franci.
tunc tenetur ratificari facere ſtatim quam primum poteſt,
abſque alia interpellatione.ſeq. Do.Alexan.in Rub. ff. rem
ra.habe.in addi.ad Bar.& in l.quod te,col.2.ff.ſi cer. pet. idē
firmat Aret.conſ.142.quod incipit,ex facto proponitur.col.
4.ita tenet Bal.conſ.102.quod incipit,omnis poteſtas, Feli.
in ca.ex reſcripto,colum.5.de iu.iur. Alex.conſi.3.uol.1.

Secundo probatur iſtud aſſumptum,quia Do. Franciſcus
10 iurauit ſe facturum,quod fratres ratificarent,† unde cum iu
ramentum habeat uim interpellationis ſecundum Panor.
poſt Dom.Ant.in c.breui.de iure iur.& D.Iaſ. in l.ſi ex lega-
ti cauſa, ff. de uerbor. obligatio. & habet uim lit. conteſta-
tionis,l.iam & poſtea, §.ſi is,qui. ff. de iure iur. perinde eſt
ac ſi ſtatim fuiſſet iudicialiter per Do. Præuoſtum interpel-
latus, ut faceret fratres ratificare,& ſuper hoc fuiſſet lis con-
teſtata.ſed quia dicitur modo interpellatus, & cum eo dici-
tur lis conteſtata,ut ratificare ſtatim faceret fratres, nec fe-
cit,certè dicitur ſtatim contrauenisſe:merito poſtea nō po-
tuerunt fratres ipſi uti beneficio tranſactionis,d.l.ſi quis ma
ior,& l.cum proponas,C.de tranſact.l.qui fidem,de tranſac.
nec etiam poſtea fratres potuerunt aliquam ratificationem
facere,quia ut ſignanter dicit Bal. in l.ſi tutor. C. in quibus
11 cau. in integr. reſtitutio non eſt neceſ. quod vbi † aliquis
tenetur aliquid ratificare, tenetur intra paucos dies à die
ſcientiæ ratificationem facere:aliàs poſtea ad ratificandum
non admittitur.cum igitur intra paucos dies poſt celebratū
contractum fratres non ratificauerint,certè in tantum dici-
tur contrauentum tranſactioni,quod poſtea non ualuit rati
ficatio exinde ſecuta, & ne dicatur à tempore ſcientiæ rati-
ficarūt intra paucos dies,quia quod ipſi ſciuerūt ſtatim poſt
contractum ſe teneri ad ratifican.non fuit probatum,igitur
&c.& dico,quòd ex quo Dom.Franciſcus ſtatim tenebatur,
ut ſuprà dixi, ratificari facere ipſos fratres, ſi non effece-
rit, ut ratificarent, eo ipſo dicitur contrauenisſe cum non
adimpleuerit qđ prætendebatur,d.l.qui fidem.& gl.& Doct.
in l.ſi fuerit,ff.de iure iur.cum ſimilibus. igitur uertat ſe D.
Franc.quo velit, non poteſt euitare quin malefecerit in ex-
planari facien.cauamentum,cum ſciret ſe non feciſſe in tē-
pore fratres ſuos ratificare iuxta per eum promiſſa,

Non obſtant modo ea, quæ ſuprà pro contraria parte vi-
dentur ualde ſtringere.& primo non obſtat, quod dicit Bal.
12 in l.id quod pauperibus,C.de epiſcop.& cler. † & procedit,
quando ratificatio eſt faciēda ab eo,qui promittit ſe ipſum
ratum gratum,& firmum habiturum,tūc uerū eſt, quod ſuf-
ficit, quod ipſe promiſſor non contraueniat de iure vel de
facto

ſacto, ſed quando promittitur, quod alius gratum habe-
bit, non ſufficit quod ille non contraueniat, ſed oportet
quòd appareat de conſenſu, & ratihabitione ipſius. text. eſt
in l. Paulus, & in l. bonorum, ff. rem ra. hab. ubi non ſufficit
quod ille cuius nomine agnita fuit poſſeſſio, non contra
uenerit agnitioni, ſed oportet, quod appareat, quod a-
gnitionem ratam habuerit in tempore. & dicit tex. in dic.
l. Paulus, quòd omnis ratihabitio in perſonam tertij, puta
domini, debet aut per uerba, aut per actum facti demonſtra
ri. & ratio diuerſitatis ſe ipſam oſtendit, quia qui promit-
tit, quòd ipſe promiſſor ratificabit contractum per alium ce
lebratum, demonſtrat animum, & conſenſum ipſius: meri-
to qui promittit, quod poſtea non contraueniet. ſed quando
promittit, quòd alius ratificabit non conſtat de animo, & cō
ſenſu illius, pro quo promiſit. igitur eſt neceſſe, quod uel
per uerba uel per actum facti appareat de ratificatione illius
13 & iſta eſt naturalis, & † uiua ratio, quæ ſufficere deberet ab-
ſque alia lege ſecundum glo. in c. conſuetudo, prima diſtin.
per tex. in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excu. tuto. & firmat
Paul. de Caſt. in l. Clodius, ff. de acqu. hæred. inquiens, ꝙ Do
ctor poteſt conſulere per unam rationem, quando legē non
habet. & plura ponit ad propoſitum d. Iaſ. in l. illam, C. de
4 colla. & in l. quamuis, ff. de in ius uocan.

Ad ſecundum fundamentum reſpondetur quod continet
in ſe fallaciam: nam dum dicitur, quod obligans ſe ad factū
alienum dicitur alternatiuè obligatus. ſ. aut ad factum aut
ad intereſſe, concedo: ſed quod promiſſio ſit alternatiua, eſt
falſum, quia ſolum promiſſio cōtinet factum, quod factum
cum non ſequatur, dicitur contrauentum. & licèt poſtea ſuc
cedat obligatio ad intereſſe, talis obligatio dicitur legalis
obligatio conſtituta in defectum facti non ſecuti ſecūdum
Bar. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, in 7. q. quæ obliga-
tio legalis non facit quominus dicatur contrauentum, Imo
potius præſupponit lex promiſſionem non fuiſſe adimple
tam. Ideo adinuenit obligationem qua mediāte agitur ad
14 intereſſe. facit, † quia intereſſe largo modo dicitur pœna, ut
not. in l. 1. §. ſi plures, ff. de eo per quē fact. erit. Solutio autem
pœnæ non facit quominus dicatur contrauentum, l. fi. C. de
generali aboli. & firmat Bal. in l. qui ſemel, col. pe. C. quomo
do, & quando iudex. igitur &c.

Ad tertium & quartum, in quibus præſupponitur quòd ra
tificare potuerit poſt terminum uel ſaltem ultima hora ter
mini: reſpondetur in forma, quod præmiſſæ concluſiones ꝓ-
cederent, niſi fuiſſet tacitè dies ſubintellecta, qua deberet ra
15 tificare. † talis enim dies lapſus ſupradictū conſtituit in mo
ra, ſicut ſi eſſet dies expreſſa, l. 2. in fi. C. de iure emphy. l. ſi in
ſulam, ff. de uerb. oblig. latè Mod. in l. ſi ex legati cauſa, in ſe-
cundo notab. ff. co. & in l. cum quid, in a. lectura. ff. ſi cer. pe-
ta. eſt enim dies contractus obſeruandus, tanquam ſit pars
contractus, l. 1. §. diem. ff. de eden. & tanquam ſit ſubſtantia
obligationis. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ubi Bart. ff. de uer. obli-
ga. & tempus dicitur de forma contractus, & qui non obſer-
uat tempus contractus, non dicitur ſeruare formam, auth.
quæ ſupp. ubi Bald. & Salyc. C. de precib. impe. offe. Sed
ut ſupra euidenter fuit demonſtratum, tam ex forma pacti,
quàm ex uirtute iuramenti, tenebatur Do. Franciſcus ſtatim
certificare fratres ut ratificarent, & ipſi fratres intra paucos
dies tenebantur ratificare ſecundum Bald. in d. l. ſi tutor, C.
in quibus cau. in integ. reſti. non eſt nec. igitur &c. Conclu-
do itaque quod do. Franciſcus non potuit in executionem
tranſactionum, quibus contrauenit propter ratificationē in
paucos dies ſecutam explanari facere cauamentum, & con
ſequenter, quia de facto fecit dictum cauamentum explana
ri, teneri ad omnia damna, & intereſſe paſſa per d. Præpo-
ſitum iuribus notiſſimis &c,

SVMMARIVM.

1 Iuramentum an minorem, tanquam maiorem repræſentet, ſi enormis interuenerit læſio. & num. 4.

2 Læſio enormis non habet locum in tranſactione iurata, ſed enormiſſima. & num. 5.

3 Tranſactio doloſa non eſt obſeruanda.

6 Dolus ex propoſito non ex enormi, ſed enormiſſima læſione præſumitur,

RESPONSVM XIII.

ADuerſus tranſactionem iuratam non vi-
detur poſſe ueniri ratione mino-
1 ris ætatis, † quia iuramentum repræſentat eum
maiorem, authen. ſacramenta puberum. C. ſi ad
uer. vend. non etiam ratione enormis læſionis,
2 † quia in tranſactione communis opi. eſt, quòd non habeat
locum reſciſſio ratione enormis læſionis, ubi interuenit iu-
ramentum, vt tenent communiter omnes Doct. in l. 2. C. de
reſcin. uendi. & in cap. cum cauſam, de emptio. & uenditio.
& Alexan. conſ. 42. lib. 1. & etiam quia diſpoſitio authen. ſa-
cramenta puberum, habet locum etiam quod interuenerit
enormis læſio, & ſic dolus re ipſa, ſecundum Imo. in ca. cum
contingat, de iureiuran. quem ſequitur Alex. in d. conſ. 42.
& conſi. 125. colum. 7. lib. 1. & Cur. conſ. 44. in primo dubio.

Præmiſſis non obſtantibus contrarium, ſecundum ea quæ
3 proponuntur, uidetur de iure reſponden. † quia contractus
etiam tranſactionis dolo initus, non eſt obſeruandus, l. & ele
ganter, ff. de dolo, l. ſi maior. C. eo. præſumitur autem dolus
ex enormi læſione, l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. non obſtat iura-
mētum: quia dolus etiam re ipſa uidetur exceptus ab omni
iuramento, c. Quintauallis, de iureiur. ca. quamuis, de pact.
lib. 6. Non obſtant adducta ſupra pro contraria parte & pri-
mò ꝙ diſpoſitio authen. ſacramenta puberum repræſen-
tat minorem maiorē: quia non propterea fingit minorem
eſſe ſagacem, & deceptum non fuiſſe, ſecundum Bald. in
Rub. de rer. permuta. verſ. item quæro. Non obſtat dum dici
4 tur, quod † diſpoſitio authen. ſacramenta puberum, habet
etiam locum, quando interuenit dolus re ipſa, dummodo
non interueniat dolus ex propoſito: quia contrarium tenēt
do. Anto. & Panor. in d. ca. cum contingat, & in contrarium
eſt communis opinio, ut atteſtatur Dec. conſil. 45. quòd ſu-
pra maturè, ubi allegat quamplura conſilia Ancha. Calde.
& Raph. Fulg. & ultra eum, idem conſuluit Socin. conſil. 20.
in facto præſupponitur, colum. penul. lib. 3. Corn. conſi. 166.
& 189. lib. 1. & conſ. 139. col. fina. lib. 4. & in minore ruſtico,
& muliere etiam Imo. in d. cap. cum contingat, tenuiſſe vi-
detur iſtam partem. & in caſu præſenti uidetur etiam ſubeſ-
ſe dolus ex propoſito, & quia perſuaſum fuit D. Melchioni
minori ſubeſſe litem iam diu inter ipſum & matrem, ꝙ fal-
ſum erat: quia nulla ſubeat lis. & hanc eſſe probabilem cō-
iecturam ad demonſtrandum dolum, affirmat Socin. in d.
conſ. 20. Item ſuggeſtum fuit, ut ex tenore tranſactionis ap-
paret quod bona, quæ remiſit dictus Melchion, erant bona
materna, cuius cōtrarium veriſſimum erat, & iam deciſum
per aliam tranſactionem, a qua poterat mater nullatenus
reſilire, l. tranſactione finita. C. de tranſactio. vt in ſimili di-
cit Com. in allegato conſil. 189. cum igitur in hac tranſa-
ctione interuenerit dolus tam re ipſa, quàm ex propoſito,
concludēdū puto obtenta habilitatione a iuramento, Mel-
chionem reſtituendū eſſe, aduerſus hanc tranſactionē. Poſſē
latius comprobare, ſed iſta ſufficiant, poſtquam ſe habet cō-
munis opi. a qua nec conſulendo, nec iudicando, attenta
maximè æquitate non eſt recedendū. Non obſtat ꝙ ratione
enormis læſionis, ubi interuenit iuramentum, non reſcin-
datur tranſactio, ſecundum communem Doctorum ſenten
tiam. quia reſpondetur tripliciter, vt per Corn. in d. conſil.
5 189. col. fi. † Vel quòd procedit, vbi læſio eſt citra dimidiā,
ſecus ſi ultra dimidiam habito reſpectu ad veram æſtima-
tionem ſecundum Imol. in l. Lucius. §. fina. ff. ad Trebell. vel
licèt non reſcindatur prætextu l. 2. C. de reſcind. vendi. tamē
reſcinditur prætextu l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. Vel
6 procedit niſi interueniat dolus ex propoſito. † qui licèt
non præſumatur ex enormi læſione, tamen præſumitur ex
enormiſſima, vt traditur in d. ca. Quintauallis, de iureiuran.
& probatur in d. l. ſi ſuperſtite, licèt ipſe non alleget, & maxi-
mè accedentibus falſis ſuggeſtionibus, quibus motus fuit
Melchion ad tranſigendum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Promittens factum alienum, puta ratihabitionem, quando obligetur.

RESPONSVM XIIII.

VIdetur quod Domina Ioanna, quæ promiſit
ſe curaturam & facturam cum effe-
ctu, quòd Catherina eius filia pupilla ratificabit
tranſactionem initam cum nobili uiro Domi-
no Ludouico Britono, non teneatur in aliquo
prædicto Domino Ludouico, quamquam Catherina nolit
ratificare:

1 ratificare : quia ſecundum communem opin. qui † pro-
miſit ſe curaturum , ſi adhibuit omnem diligentiam,quam
potuit liberatur,dato quod alius nolit ratificare , ita glo. &
communiter Canon. in ca. ex reſcripto,de iureiur. do. An-
to.in ca. gemma,de ſponſa. Bart. conſil. 136. etiam ſi promi
ſit ſe curaturum cum effectu,ſecundum Aret. conſil. 142. ex
facto proponitur,col. 5.

Sed hoc non obſtante contrarium, credo verius:quia præ
dicta communis opin. non procedit, quando quis promiſit
ſe curaturum , cum effectu : nam tunc tenetur præciſè , & ſi
alius nolit ratificare tenebitur promiſſor ad intereſſe ſecun
dum Aret. in l.ſi ita ſtipulatus,§.poſſum. ff.de verbor. oblig,
& in terminis noſtris ita conſuluit Raph. Fulg. conſil. 189.
incipiente,teſtator.Secundo communis concluſio non pro
cedit in prætorijs ſtipulationibus,in quibus promiſſor obli-
gatur præciſè, vt in promiſſione quod alius ratificabit.l.quo
tiens.ff.de verb.oblig nec liberabitur, & ſi curauerat niſi ſe-
quatur ratihabitio,l. ſi procurator. ff. rem ra. habe. & eſt de
mente Bar.& omnium in l.eadem. §. Cato, in 9. oppo.ff.de
verb.obliga.

Tertiò poſſet dici quòd communis opin. non procedit ,
quando quis promiſiſſet ſe curaturum , & factunim ſub pœ-
na uel ſub obligatione ſoluendi intereſſe, ſi non ſequatur ra
tihabitio , leg.ſtipulatio iſta , in princ.& uer.aut ſiquis, ff.de
verb.obliga.& iſto modo procedant,quæ dixit do. Iaſ. in d.l.
ſtipulatio,in princ.in 5.nora. & ita in ſpecie dicit Fulg. in d.
conſil. 189. prædicta tamen magis placent,quia l. ſtipulatio
iſta, loquitur quando promiſſor promiſit factum alienum
ſub pœna.& ex iſtis apparet quòd non obſtant adducta in cõ
trarium.nec obſtat cõſiliũ Aret. 143. quia non loquitur in eo,
qui promiſit ſe curaturum,quòd alius ratificabit. uel aliter il
la deciſio non uidetur uera, & contrarium tenet ipſemet ut
ſupradixi.nec obſtat ſua ratio,dum dicit quòd iſto modo per in-
directum quis poterit promittere factum alienum , contra
d.l.ſtipulatio iſta , quia illud non eſt inconueniens adijcien
do pœnam uel obligationem damnorum , & intereſſe,d. §.
aut ſi quis,at cum promiſit ſe curaturum cum effectu, cenſe-
tur promittere intereſſe caſu, quo non ſequatur effectus,me-
rito ualet obligatio, & promiſſio, &c. prætera alia ratione nõ
poteſt excuſari, ut per Socin. conſil. 288, colum. 13. in 2.lib.

S V M M A R I V M.

1 Poſſe aliquid non dicitur quis, quod ſuperior fieri non vult .
2 Legem non eſſe factam uel eſſe, ſed abrogatam, idem eſt .
3 Licentia conceſſa non dicitur, quæ non durauit .
4 Fideiuſſores non facile inueniuntur.
5 Reſcripto uti non poteſt mendax precator.
6 Falſa cauſa vitiat ordinem .
7 Frumenti reip. vendendi cauſa , quis poteſt compelli , ne ſuum uendat, imo quod publicum emat.
8 Frumenti extrahendi licentia , habet in ſe tacitam conditionem, ſi populus non indiget .
9 Affectata non proſunt, quæ non affectata prodeſſent .
10 Negatiua præpoſita uerbo, poteſt,importat præciſam neceſſitatem .
11 Vſque uerbum adiectum tempori, excludit tempus tantum , ſi quantitati quantitatem, ſi menſura menſuram , & inducit terminorum ſeparationem.

R E S P O N S V M X V.

QVia Petrus de Ponte non potuit obtinere licẽ-
tiam extrahendi frumẽtum emptum à Pe
tro de Valenna, videtur quòd emptio haberi de
beat pro infecta ſtante pacto reſolutiuo contra-
ctus caſu, quo licentia extrahendi frumentum extra diſtri-
ctum Arelatenſem haberi non poſſit,l.2. ff.de in diem adie-
ctio.not.per gl.in l.1.de dona.& ibi Bar.& in l.ab emptione.
ff.de pact.quod autem non poterit habere licentiam, patet
ex eo quòd gubernator requiſitus, ut impertiretur licentiã,
expreſſè denegauit , ut conſtat ex literis patentibus , quibus
mediantibus probatur hæc negatiua,quod non potuerit ob-
1 tinere : non enim diceretur poſſe id quod ſuperior fieri non
uult. per l.filius.ff.de condi.inſti.l.non dubium.C.de legi.c.
faciat.22.q.2.Nec obſtat quod fuerit d. de Ponte conceſſa li-
centia extrahendi frumentum prædictum extra territorium
Arelaten. per prætorem,ſeu Viguerium,dictæ ciuitatis:quia
illa licentia fuit reuocata,& annullata per ſuperiorem, vide-
licet per d. gubernatorem , & Seneſcallũ.vnde perinde eſt
2 ac ſi conceſſa non fuiſſet: † paria enim ſunt legem non fuiſ-
ſe factam & fuiſſe abrogatam,l.fi. C.de edi.diui Adri. tollẽ.
c.1.cum glo.de conſti.& teſtamentum non feciſſe uel ruptũ
irritum ue eſſe, Inſti.de here.quæ ab inteſtato defe. in prin.
3 l.1.ff.de ſuis,& legi.† nec dicitur conceſſa licentia, quæ non
durauit. l.item eorum,§.quòd ſi actor.ff.quod cuiuſque uni
uer.nomi.facit tex.in l.ſi pro patre, §.uerſum, ff. de in rẽ uer.

Secundo reſpondetur, quòd ſecundum formam pacti re-
ſolutiui non potuit dictus de Ponte habere licen.à dicto Vi
guerio,unde contractus dicitur haberi pro infecto tanquã
purificata ſit conditio pacti reſolutiui.d.l. ab emptione , &
d.leg. 2. Nam ſecundum formam pacti pro habenda dicta
licentia tenebatur emptor ſolum ad decem ducatos:Vigue
rius autem non uoluit ſimpliciter conferre licentiam extra
hendi per x. ducatos, niſi etiam emptor ſatisdaret de nõ ex-
4 portando quod eſt maximum onus, † quia non faciliter in-
uenitur,qui pro alio uelit fideiubere, l. 2. §.ſed ſi dubitetur,
ff.de iud.l.omnes,C.de epi.& cleri. non enim facile eſt neq;
poſſibile omnibus fideiuſſorem præſtare,§.fina. ad fi. in Au-
tent.de depoſito .

Sed præmiſſis non obſtantibus videtur contrarium poſſe
defenſari,& ſic concluden. videtur, quod ſtante licentia con-
ceſſa per Vigueriũ, ad quem ut proponitur, ſpectabat facul-
tas dandi talem licẽtiam, contractus non fuerit nec ſit reſo
lutus. ſolum difficultas conſiſtit in tollen. contrarijs ſupra
formatis contra ipſam licentiam.Non obſtat ergo prima rõ
fundata ſup reuocatione dictę licentiæ,& ordinatione facta
per D.Seneſcallum , quia illa ordinatio facta fuit ad falſas ,
& mendoſas preces dicti emptoris,qui expoſuit cõſules Are-
laten.nolle pati,quod frumentum ipſum emptum portare-
tur extra territorium,quod conſtat eſſe falſum,cum,& ipſi li
5 centiam de exportando fuerint impertiti, † unde dictus em
ptor tanquam mendax precator non poteſt pro ſe allegare
dictam ordinationẽ, l.fi.C.de diuer.reſcr.c.2.co. titu. quin-
6 imo , videndũ dictam ordinationẽ ut potè factã ex falſa cau-
ſa fore,& eſſe nullam,l.cum uero,§.ſubuentum, ff.de fideic.
liber. nam cum initio petentis decretum ſuperioris non re-
ctè fit,eſt ipſo iure nullum,ut docent Bar.& alij in l.iuſtè poſ-
ſider.ff.de acquire. poſſeſſione. dicitur autem ex falſa cauſa
decretum ſuperioris fuiſſe factum.quando falſis precibus in
formatus fuit ſuperior,c.quod ſuper.& ibi latè Feli.col.1.de
fi.inſtrument.& c.quia circa . ubi Abb.de conſang. & affin.
credidit enim D. Seneſcallus conſules impedire extractio-
7 nem dicti frumenti ex legitima cauſa, † uel quia prius ex-
pediebat reip. uendere publicam annonã ut dicitur in pre-
cibus,quæ cauſa iuſta eſt,& iuridica ad impediẽdum ne alij
uendant , & exportent,imo poſſint compelli ipſi , qui ſuum
frumentum extrahere uolunt prius emere annonam reip.
l.1.C.ut nemi.lice.in rep.ſpe.lib.10.ubi Bar.& dixi in tracta.
meo de peſte.folio 105.uel potuit credere conſules prohibe
re exportationem dicti frumenti , quia tale frumẽtum eſſet
neceſſarium uſibus incolarum,quæ cauſa eſt iuridica ad im
pediendã exportationem , etiam quòd ſuperior licentiam
8 exportandi dediſſet, † quia talis licentia habet in ſe tacitam
conditionem ſi populus non indiget. l. ſi quis diuinam,C.
de aquęd. & ibi Barto. & ego notaui in dicto tractatu de pe
ſte folio 57. uerſicu . ſextum priuilegium . ſub Rubri. de re-
med.præſeru.contra peſtem . & propterea ſapientiſſimus D.
Seneſcallus in ſua ordinatione dixit,uiſis precibus retro an
nexis,& contractis rectè digeſtis.Nec dicatur, quòd ordina-
tio D. Seneſcalli fundatur ſuper regio mandato edito ſu-
per extractione bladorum,quia mandatum regium nõ pro
hibet extractionem extra diſtrictum Arelatenſem , ſed extra
prouinciam,vnde mandatum nihil faciebat ad caſum no-
ſtrum:ideo non eſt dicendum,quòd Do.Seneſcallus prohi-
buerit extractionem extra territorium Arelatenſe propter il
lud ſolum mandatum.aliàs ordinatio uideretur nulla.& in
iuſta tanquam facta ex falſa cauſa,vt dixi ſuprà.ſed bene cõ
ſideratis precibus , & conſiderato regio mandato ſimul D.
Seneſcallus motus fuit ad prohibendũ ne extra diſtrictũ Are
latenſem exportaretur .

Secundo dicitur emptorem non poſſe ſe iuuare dicta or-
dinatione & reuocatione D.Seneſcalli quia emptor affecta
9 uit hanc reuocationem:nam dici ſolet,& ueriſſimum eſt quòd
affectata nõ proſunt.quæ non affectata prodeſſent,l.tria one
ra.ff.de exc.tuto.affectauit enim emptor iſtud impedimentũ
& prohibitionem extrahendi.impedimentum autem affe-
ctatum non excuſat impeditum,l.2.§.ſi.ff.ſi quis cau.l.& qui

data opera, ff. ex qui. cau. maio. Facit, quia titulus & excuſatio procurata non iuuant, ſecundum Bar. in l. quotiens, C. de rei vendi. traditur per dom. Iaſ. in §. ſed iſte, colum. 3. & in §. actionum, colum. 29. Inſti. de act. nam etiam præuentio affectata non præoccupat iuriſdictionem ſecundum Bald. in l. ſi ſeruus plurium, §. ſi quis ante, & ibi latè dom. Iaſ. ff. de leg. 1. poſſem infinita ad hoc adducere, ſed ſat erit allegare Feli. qui plura congerit, in c. ſi. colum. fina. de teſti. Quod autem emptor affectauerit, conſtat ex eo quod poterat extra territorium Arelatenſe habita licentia a do. Viguerio impunè & abſque impedimento exportare frumentum, l. 1. & ibi not. Bar. C. de litto. & itine. cuſto. lib. 12. quod cum noluerit, ſatis conſtat affectaſſe prohibitionem & impedimentum, l. qui commeatus, & ibi not Bar. ff. de re mili. l. a. §. quod diximus, ubi Bar. & Moder. ff. ſi quis cau. & illa eſt etiam euidens coniectura, ꝙ affectauerit, quia falſo ſuggeſſit dom. Seneſcallo, quod Conſules impediebant extractionē, ut facilius mouerentur ad denegandum licentiam, ut ſupra dictum fuit. Minus obſtat ſecunda ratio fundata ſuper eo, quod licentia conceſſa per Do. Viguerium non ſit ſecundum formam pacti reſolutiui. quia illud expreſſe negatur, nam pactum reſolutiuum ita cantat, ſi extracta haberi non poſſit, cōtractus ſit nullus. Videamus ergo, an ex eo quod exigitur cautio de non exportando ad loca prohibita, dicatur haberi non poſſe extracta extra territorium Arelaten. meo quidem iudicio, falſa eſt
30 propoſitio emprons, quod ſic oſtenditur, † Negatiua præpoſita verbo, poteſt, importat præciſam neceſſitatem, & omnimodam impotentiam, ſecundum Bar. & alios in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & poſthu. & in l. fina. de feriis, glo. & Canoniſtę in c. 1. de reg. iur. hęc ergo propoſitio, ſi extracta haberi nō poterit, non differt ab iſta, ſi extracta nullo modo haberi poterit. cum igitur haberi poſſit mediante cautione, falſa redditur uniuerſalis negatiua, l. ſi is qui ducenta, §. utrum, & ibi not. ff. de reb. du. imo Petrus, qui cauere recuſauit, dicitur noluiſſe impetrare licentiam, non autem dicitur non potuiſſe, l. de die, §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. Non obſtat dum dicitur, quod ex forma pacti Petrus emptor ſolum tenebatur ad decem ſcuta pro habenda licentia. quia reſpondetur multis modis. Primò aduertendum eſt, quod emptor lege contractus tenetur procurare, ut habeat licētiam, pro qua obtinenda tenetur facere debitum ſuum uſque ad ſummam ſcutorum decem. ita cantat primum pactum. Subſequitur ſecundum, & caſu quo licentia haberi non poſſit, quod contractus ſit nullus. ita ſonant verba ſecundi pacti. dico modo, quòd ſi petitur cautio de non exportando frumentum extra prouinciam, quod dictus emptor non dicitur grauatus contra formam pacti: nam illa dictio, uſque ad decem aureos, adiecta quantitati, excludit quantitatem ab inde ſupra, & ſic excludit onus pecuniarum, conſiſtens in quantitate tantum, & non cætera onera. ea enim eſt natura huius uer-
11 bi, † uſque, ut ſi adiiciatur tempori, excludat tempus tantum: ſi quantitati, quantitatem: ſi menſuræ, menſuram, & nihil aliud excludit. ratio eſt manifeſta, quia per dictionem, vſque, inducitur terminorum ſeparatio: terminus autem terminatus dicitur eſſe eiuſdem iuris, cuius eſt terminans, aliàs ſeparatione opus non eſſet, vt not. in l. ſi fines agri. C. de euict. & illud, quod excluditur à termino terminatiue, dicitur eſſe tale, quod in ipſo termino includi poſſit: aliàs per dictionem, vſque, nunquam excluditur, ſicut nec includitur ſecundum Bart. in l. patronus, §. Sempronio, ff. de lega. 3. cum itaque cauere & ſoluere ſint penitus ſeparata, concludendum eſt, quod pactum de ſoluendo uſque ad decem aureos pro licentia obtinenda, ſolum excludat maiorem quantitatem, ideſt quod emptor non teneatur ſoluere vltra decem aureos, non autem quod non teneatur cauere de non exportando extra prouinciam.

Secundò reſpondetur, quod cautio non exigitur pro licentia ipſa extrahendi frumentum extra territorium Arelaten. ſed pro euitandis fraudibus, ne emptor abutatur ipſa licentia. Vnde ſi emptor non poſſit habere licentiam, quia nolit cauere de non abutendo, cōditio illa, ſi haberi non poterit extracta, in eius odium cenſetur defecta cum per ipſum ſteterit quominus haberetur, ſicut dicitur commiſſa ſtipulatio pœnalis, ſi promiſſor non ſteterit in iudicio, quando per ipſum ſteterit quominus ſiſtere potuerit, l. 1. §. 1. ff. ne quis
12 eum. qui. l. iure ciuili, ff. de conditio. & demonſtra. † non ne indignum eſt. ut rei exceptio pacti patrocinetur, qui pacto abuti contendit, l. 2. verſ. quid enim. ff. ſi quis cau. ſicut etiā indignus eſt priuilegio qui abutitur poteſtate, ca. vt priuilegia. cum ſimilib. extra de priuilegijs. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Filia non dicitur decepta, ſi poſt bonorum paternorum renunciationem remiſerit legitimæ ſupplementum.*

R E S P O N S V M XVI.

1 NOn dicitur filia, † quæ renunciauerat bonis paternis, decepta ſi ſuam poſtmodum legitimam, eiuſq; ſupplementum etiam remiſerit, vt ſupra de leg. cap. 5. in 3. dubio, latè diſcutitur.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima, vel eius ſupplementum, non venit in generali renunciatione bonorum paternorum, et facta a filia niſi interuenerit iuramentum. nu. 4.*
2 *Iuramentum non trahitur ad non cogitata.*
3 *Iuramentum habet vim expreſſi conſenſus.*

R E S P O N S V M XVII.

FRequens eſt propoſita quæſtio, an filia, quæ cum iuramento renunciauit omnibus bonis paternis, cēſeatur renunciaſſe ſupplemento legitimæ? & ratio dubitandi eſt,
1 † quia generalis renunciatio non porrigitur ad legitimam, nec ſupplemētum illius, l. ſi qn. §. illud. C. de inoffic. teſtam. & ibi not. per Bald. & alios, & firmant Bald. An-
2 gel. Pau. de Caſt. & alij, in l. de his, ff. de tranſact. Nec † uidetur obſtare iuramentum, quia non trahitur ad ea, de quibus renuncians non cogitauit cum à conſenſu reguletur, l. fina. C. de non nume. pecu. & traditur per Bartol. in l. ſi quis pro eo, uerſ. octauus caſus, ff. de fideiuſſ. & licèt iuramentum habeat uim ſpecificæ expreſſionis circa ea, quibus conſenſus accommodatur, non tamen poteſt uideri ſpecialiter expreſſum id, de quo non fuit cogitatum, ſecundum Sal. in l. prima, C. commo. & Iaſ. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ad fi. ff. ſi quis caut. & per hanc rationem reperio Aret. in l. prima, §. ſi quis ita, ff. de uerbor. obligatio. determinantem pro filia, quod non cenſeatur renunciaſſe ſupplemento legitimę, ſequitur Giochus in repetitio. Auth. nouiſſima, quæſt. 21. C. de inoff. teſtam.

Sed prædictis non attentis contraria ſententia potior eſt, & à Doctoribus communiter recepta per tex. in c. quamuis,
3 de pact. lib. 6. † & quia iuramentum habet uim expreſſi conſenſus, ſecundum Bald. in d. l. prima, quæſtio. 2. C. commod. & Angel. in l. ſenium, C. qui teſtam. face. poſ. & Curt. conſil. 76. Do. Ludouicus. colum. 5. & bene probat tex. in c. ex reſcri-
4 pto, de iureiur. † & per hanc rationem ita quæſtionem hanc determinant Ludo. Ro. & Mod. in d. §. ſi quis ita, & d. Georg. Natta in d. cap. quamuis, colum 9. & do. Iaſ. poſt Bald. & Sali. in d. l. ſi quando, §. & generaliter, Alexand. conſil. 181. perſpectis, lib. 5. & Dec. conſil. 26. colum. 2. & conſil. 130. iuſſa renunciatione, colum. 4. & Paul. de Caſt. in l. in ratione, 2. in princip. ff. ad leg. Falcid. Nec obſtat ratio adducta per Aret. quia ſi dixerimus generalem renunciationem non præiudicare ex eo, quòd requiratur ſpecialis renunciatio per tex. in d. §. & generaliter, tunc reſpondetur quod iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis, d. cap. ex reſcripto. Si vero dixerimus, quod renuncians in genere, non præſumitur cogitaſſe de legitima, & illius ſupplemento: reſpondebo ꝙ licèt lex ciuilis ita præſumat, quando renunciatio eſt ſimplex abſq; iurō: tamen quando eſt iurata, capienda eſt contraria præſumptio, vt conſulatur ſaluti animæ ipſius renunciantis, ca. iuuenis, & ibi not. de ſponſa. eſſe enim poteſt, quòd renuncians omnibus bonis, cogitabat etiam renunciare legitimæ & ſupplemento, arg. l. qui iure militari, ff. de teſtam. milit. poteſt etiam eſſe quòd non cogitauit. vnde propter dubitationem eo caſu, quo renunciatio eſt iurata, lex canonica non uoluit præſumere quòd non cogitarit, tum propter periculū animæ, tum ne eſſet auctrix periurij caſu, quo renuncians cogitaſſet. Laus Deo.

Leui res,ff.de act.emp. l. huiuſmodi,§.ſi ſeruum, ff.de leg.1.
Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pretium ſuccedit loco rei in uniuerſalibus, præſertim quando res præſtari non poteſt, ſecus in ſingularibus, & num. 7.*
2 *Pacto diſcedit faciens actum ipſi pacto contrarium.*
3 *Oppoſitorum eadem diſciplina.*
4 *Vendens rem, quam alteri dare promiſit, à promiſſione recedit.*
5 *Legatum reuocatur ob donationem, etiam legatario factam.*
6 *Actor non poteſt agere ex pacto ultro citroque obligatorio, niſi prius ipſe adimpleuerit.*

RESPONSVM XVIII.

SI Bernardus non uendidiſſet pratum Trophimo,planè conſtaret Trophimum teneri retrouendere baſtitā, pro ſimili precio ducentorum aureorum, & ad reſtitutionem prati, iuxta conuenta & promiſſa per ipſum Trophimum,l. 2. C. de pact. inter empt.& uendit. l.ſi uir uxori, ff.de præſcrip.uerbis. Sed quia Bernardus propter alienationem prati non habet facultatem rei habendæ, hæſitatur an reſtituendo pretium prati & dictos ducentos aureos iure agat actione ex ſtipulatu contra dictum Trophimum? Videretur quod ſic, quia dando pretium prati,uide-
1 tur dare pratum, cum † notum ſit precium ſuccedere loco
rei, eo maximè caſu,quo res præſtari non poteſt,l.item ſi uerberatum,§.primo, ff.de rei uend. nec Trophimus poteſt prætendere ſua magis intereſſe habere rem quàm precium,cum res ipſa ſit penes ſe, & ſic habet rem & precium,l.ſi rem & precium,ff.de pet.hæred. Sed contrariam ſententiam ueriorem puto, quia Bernar. uendendo pratum ipſi Trophimo dandum pro recuperatione baſtitæ, uidetur renunciaſſe pacto re
2 dimendi ipſam baſtitam. † nam qui facit actum contrarium
pacto, cenſetur à pacto diſcedere,l.ſi eam quam, ff.de reſcin. uend. l.poſt diem,& l.ſequen.de lege commiſſo. Bernar. autem ſciens ſe teneri dare pratum pro baſtita, alienando pratum facit actum contrarium pacto redimen. quia deſinit ſuo facto poſſe pro ſua parte pactum adimplere. ergo à pacto uidetur diſcedere. Si enim Trophimus uendidiſſet baſtitam precio appreciato, & non pro prato ipſi Bernardo, diceretur diſceſſum à pacto,d.l.ſi eam quam, ubi caſus. Idem ergo dicendum, ſi Bernar. uendiderit pratum ipſi Trophi-
3 mo,† cum oppoſitorum eadem ſit diſciplina, l.prima, ff. de
his,qui ſunt ſui,uel alie.iur.l.inter ſtipulantem, §. ſacram. ff.
4 de verbor. obliga. † Is enim qui alienat rem, quam alteri
dare promiſit, uidetur non uelle adimplere promiſſam fi-
5 dem obſeruare, l. rem legatam, ff. de adi. leg. † ubi teſtator
videtur reuocare legatum,ſi rem legatam alteri donet.quod procedit, etiam ſi eam teſtator donet ipſi legatario, iux. tradita in l. planè,§. ſi duobus, ff.de leg.primo, & l.quotiens, C. de rei uend.ubi uendens & tradens rem prius uenditam alteri, non uidetur uelle primam uenditionem obſeruare; & qui uendidit rem alteri promiſſam uendere cum pacto de retrouendendo, contrauenire dicitur,l.ſi cum uenderet, ff. de pign.actio. & traditur per Alexan. conſil. 10. lib. primo, & ſatis de ſe paret, & infinitis iuribus probari poteſt.
6 Secundo,† quia ex pacto ultro citro obligatorio agi non
poteſt, niſi actor prius adimpleat pro parte ſua, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. ergo Bernar. qui agit ex hoc pacto ultro citroq; obligatorio.non iure agit,cum non adimpleat, nec adimplere poſſit pro parte ſua, ideſt cum non det, nec tradet, minuſque dare, uel tradere poſſit pratum pro baſtita.

Nec obſtat, quòd uelit dare precium, quia aliud eſt res, aliud precium rei, l. qui uas,§.fina.ff.de furt.not. per glo.in l.Labeo, & Sab. ff. de uerbor. ſignifica. & ideo qui promiſit rem dare,uel tradere, non dicitur adimplere, ſi uellet dare precium, l. ſi rem tradi, ff. de uerbor. obligatio. & l. ratio. §.fina. ff.de actio. empt. l.ſi ita, §.fina. ff.de contrahen. emp.
7 † nam in ſingularibus precium non ſuccedit loco rei,ſed ſo-
lum in uniuerſalibus, d. l. ſi rem & precium, & ibi Bart. & Idem traditur per Bartol. in d. l. Labeo, & in l. Imperator, §. fina.ff.de leg.primo. Nec etiam obſtat, quod Trophimus habeat pratum, quia habet ex alia cauſa, & alio iure, quàm ex pacto,de quo agitur: ideo Bernar.non iure agit ex pacto,

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit,per ſeipſum facere uidetur, impropriè tamen, & num. 13.*
2 *Verbum, quodcunque, etiam in ſingulari numero prolatum,eſt uniuerſale.*
3 *Interpretatio reddens actum nullum, eſt reÿcienda.*
4 *Conuentio non eſt trahenda ad iniquitatem, nec ad eum caſum, per quem altera pars enormiter læderetur.*
5 *In claris non admittitur uoluntatis quæſtio.*
6 *Verbum, habere, intelligitur iure dominy, uel quaſi, uel iure poſſeßionis.*
7 *Aduerſatiua ſolum his, quæ ſunt eiuſdem generis, aduerſari poteſt.*
8 *Diſpoſitionis uerbis non uerificatis, non poteſt ipſa diſpoſitio uerificari.*
9 *Colonus à colendo dicitur, ideo ipſe, non dominus colit.*
10 *Alluſio effectum rei deſignat.*
11 *Interpretatio contractuum fienda eſt ſecundum obſeruatam conſuetudinem.*
12 *Colonus reſpectu culturæ, & ſuo proprio nomine,& ad eius utilitatem, non locatoris colit, etiam ſi nummis colat: Ideo eius pars culturæ,domini uero pars prædio aſcribitur.*
14 *Verbum, uidetur, fictionem importat.*
15 *Contrahentium uerba tantum uerè, & propriè intelligenda.*
16 *Interpretatio in dubio fit contra eum, qui apertius legem dicere potuit, præſertim illius, cui fuit permiſſa ſeruitus.*
17 *In ſtipulationis interpretatione inſpici debent ante omnia eius uerba.*
18 *Inconueniens non poteſt allegari,quando perſpici potuit.*
19 *Fraudem non facit, qui iure ſuo utitur.*

RESPONSVM XIX.

QVæritur vtrum incolæ Montis fortis diœceſ.Ciſtarien. qui locatunt eorum prædia,teneātur ad bouagium, ut uerbis tranſactionis utat, ideſt ad duo ſextaria frumenti,& quatuor eminas auenæ,uel ad dimidiam bouagii, iuxta tranſactionis placitum,cuius tenor ita cantat, Tranſigerūt quòd quilibet incola habens aratrum de quocunque animali laboret, teneatur annis ſingulis in feſto S. Mariæ menſis Auguſti, dare domino dicti loci ſextaria duo annonæ, & eminas quatuor auenæ: ſi uerò non haberet talis laborans niſi unum animal ad laborandum, quòd ille talis medium prædictæ ſummæ ſoluere teneatur.

Sunt qui putant etiam incolas,qui non habent aratra, nec animalia, teneri ad dictum bouagium, modò opera coloni utantur in cultiuari faciendo eorum prædia ijs rationibus
1 adducti: † quòd qui per alium, & alienis animalibus labo-
rat, ipſe dicitur laborare, l.ita autem,§.geſſiſſe, ff.de admin. tut. l. prima, §. deieciſſe, ff. de ui, & ui arma.l.unum,§.1.ubi Bartol.not.ff.de leg. 2.cap.mulieres, de ſententia excommu. cum concord. quæ ad hoc abundant. quod ex illis uerbis, uniuerſalibus, quocunque animali laboret, approbari poſſe contendunt, & ſic ſiue de ſuis animalibus, ſiue alienis: nam
2 uniuerſale † uerbum,de quocunque, etiam aliena compre-
hendit. cap. ſolitæ, de maior. & obedien. l. à procuratore. C.manda.l.1.§.fi. ff. de his, quæ in fraud.cred.& quamuis in ſingulari probata ſint, vniuerſalia tamen ſunt,l.3.§.1.ff.de libe. exhiben. Dicunt inſuper,quòd niſi incolæ, qui per colonum laborant,obligati ſunt ad bouagium, ſequeretur quod ſi omnes incolæ uterentur opera colonorum, illuſoria red-
3 deretur conuentio. Quod non eſt dicendum, cum † non ſit
ea interpretatio accipienda, quæ actum reddit inutilem &
4 eluſorium, l.ſi domus,ff.de leg. 1.l.fi.C.com.de leg. Nec con
uentio trahenda eſt ad iniquitatem,nec ad eum caſum, per quem altera pars enormiter lædi poteſt, ca. dilect. de decimis.

Sed meo iudicio longè falluntur, cum ex ſpeciali pacto

conuentum legentur quòd ab his, qui non laborant cum
bobus, uel alijs animalibus, nihil peti poſſit pro dicto boua-
5 gio: † unde in claris non uidetur adminenda uoluntatis
quæſtio, l. ille aut ille, §. cum in verbis, & in l. non ali-
ter, ff. de leg. 3. Et nec obijciatur, quod huiuſmodi ſpe-
ſpeciale pactum debet intelligi, niſi prout ſupra declaratū
ſuit in capitulo de ſoluen. bouagium, libet extendere quod
ex capitulo bouagij non tenentur ij, qui non laborant, nec
habent aratra & boues, ſeu alia animalia ad laborandum
apta, licèt eorum prædia locauerint colonis cultiuanda.
contextus capituli ipſius bouagij talis eſt, quod quilibet ha-
bens aratrum, &c. ponderanda ſunt ſingula uerba: & in
primis uerbum, habens aratrum, dominus autem non di-
6 citur habere aratrum. Sed † quia verbum, habens, intelli-
gitur iure dominij, uel quaſi, aut ſaltem iure poſſeſſionis,
l. habere, ff. de uerborum ſignifi. l. ſtipulatio iſta, §. habe-
re, ff. de verborum obliga. dum igitur colonus habere di-
catur aratrum, & non locator, bene ſequitur quod uerbum,
habens, non adaptatur in perſonam locatoris. eadem quo-
que dicenda ſunt in bobus & animalibus, quæ ſunt condu-
ctoris, non locatoris: & tamen ad hoc ut aliquis teneatur
ad bouagium, requiritur quòd habeat boues, ut probatur
in verſic. ſi uero non haberet niſi unum, quod non tenea-
tur niſi ad dimidiam. illa enim aduerſatiua, non haberet
niſi unum, aduerſatur habentibus plures, ut habentes plu-
res teneantur ad integrum bouagium: habentes uero niſi
7 unum, teneantur ad dimidiam. † non enim poteſt aduer-
ſatiua aduerſari, niſi his, qui ſunt eiuſdem generis, & ſic
his, qui habent ultra unum bouem. l. manu, §. fina. cum
glo. & ibi Bartol. ff. de adult. l. quominus, & ibi Iaſ. in ter-
tio uolu. ff. de flum. certum eſt quod locator non habet
boues, nec aratrum, quæ ſunt coloni, & penes colonum,
8 ergo in locatore non uerificantur † uerba diſpoſitionis, er-
go nec etiam uerificabitur ipſa diſpoſitio, l. quarta, in §. to-
tiens, ff. de dam. infec. l. quod conſtitutum, ff. de teſtam. mi-
lit. Non etiam locatori conuenit uerbum, laborat, ideſt
colat, cap. ſæpe, & ibi gloſſa in uer. laborare. ideſt colere,
12. quæſtio. ſecunda, cum non ipſe colat, ſed colens, à colen-
do dictus, ut not. per glo. & alios in rubr. C. de agri. & cenſi.
& colo. lib. 12. & in l. ſi meſſes, §. uls maior, ff. loca. non
etiam mens tranſigētium, nec ratio tranſigendi, militant in
locatore non habente aratrum, nec animalia, quibus ter-
ra colitur, nec laborante: quia huiuſmodi onus ſoluendi bo
uagium, non pro terra ſed pro bobus, alijsq; animalibus
ſint impoſita, quod alluſio uerbi deſignat, alias denomina-
tum fuiſſet terragium, ut in multis locis huius patriæ pro-
uinciæ appellatur id onus, quod pro terra, ſeu dño terræ
ſoluitur, non autem bouagium, de quo agitur, ad præſens
10 quæritur: † nam uerbi alluſio effectum rei deſignat, ut tra-
dit Bald. in ca. primo, §. ſi quis de manſo. ſi de inueſt. feu.
contro. fue. uolunt Bart. & alij in l. 2. §. mutui, per illum tex.
ff. ſi cert. peta. abſit ergo ſenſus, quem nec uerba tranſa-
ctionis, nec mens tranſigentium admittunt. Nam ſi
mens tranſigentium fuiſſet, quod ut ſupra habentes prædia
teneantur ad bouagium, etiam quod ipſi colerent per ſe ip-
ſos, ſeu per alios, ad quid oportuiſſet diſtinguere huiuſmo-
di onus inter habentes animalia & laborantes, & non ha-
bentes nec laborantes: ſi enim uoluiſſet quemcunque ha-
bentem prædia teneri ad bouagium ſolùm grauari uoluiſ-
ſet, ſiue ipſi haberent animalia, & laborarent, ſiue non ha-
berent per alios ea cultiuari fecerint, quod tamen labo-
rantes tantum obligari uoluerint, debet intelligi quòd
non pro terra, ſed pro animalibus & cultura conuenerint
bouagium excului debere, & hic fuit uerus ſenſus, & uera
intentio paciſcentium, quam uerba clariſſime demon-
ſtrant. & ubi de ipſorum intentione aliàs dubitari potuiſ-
ſet, ab uſu tamen longiſſimaq; conſuetudine, quæ hacte-
nus non laborantes perſeruant immunes, ſublata remanet
omnis hæſitatio, l. minime, & l. ſi de interpretatione, ff.
11 de legibus. † nam ſecundum conſuetudinem obſerua-
tam interpretari debet omnis contractus, etiam cum Prin-
cipe celebratus, l. ſi pignore, §. ſi creditor, & ibi Bartol. ff.
de pigno. actio. l. fina. ubi Bald. C. de fideiuſſ. comprobat
in ſimili caſu Dec. conſilio 48. maturè & diligenter, colum.
prima, in prima parte. & hæc noſtra concluſio uerior appa-
rebit, ſi contraria ſupra allegata de medio ſubmoueantur.
Non obſtat itaque prima ratio fundata ſuper reg. qui per
alium. tùm quia non bene adducitur in propoſito, nam
cum pro cultura bouum ſeu animalium debeatur boua-
gium, ut dictum eſt, conſequitur ut is teneatur, qui colit
12 per ſe uel alium eius nomine, † ſed colonus reſpectu cultu-
ræ colit ſuo proprio nomine, & ad eius utilitatem, non no-
mine locatoris, ſiue nummis colat, ſiue ſit partiarius, qui
ſocius reputatur, dicto §. uis maior. nam pars coloni cul-
turæ aſcribitur, pars domini prædio attribuitur, cap. tua,
de decim. ergo colonus etiam partiarius ſibi colit, & ſuo
nomine non nomine domini, l. ſi ſocius, §. locaui, ff. de
furt. nihil ergo ad rumbum facit prædicta reg. tùm quia
non propriè facit, qui per alium facit largè & impropriè.
ita uult glo. in d. l. prima, §. deieciſſe, per illum text. in uer-
13 bo, † uidetur, quod fictionem imponat, l. ſingularia, ff. ſi cer.
peta. docet Bartol. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de uſucap.
& quod impropriè facit, qui medio alterius facit, probatur
14 in l. item ſi obſtetrix, ff. ad legem † Aquiliam, & in l. ſi pater,
15 ff. de his, quæ in frau. credit. † uerba autem contrahentium
debēt intelligi in caſu uero, & proprio non in caſu ficto, &
improprio, l. quicquid aſtringendæ, ff. de uerborum obli-
gatio. l. 3. §. hæc uerba, ff. de neg. geſt. l. prima, §. ſi is, qui na-
16 uem, ff. de exercit. acti. † & in dubio capiendus eſt ſenſus,
qui facit contra eum, qui potuit legem apertius dicere, l.
ueteribus, ff. de pact. l. Labeo ſcribit, ff. de contrahen. emp.
& concor. adduc. per Decium conſi. 303. colum. 3. maximè
in hac materia tinentium & ſeruitutum, in quibus uerba ſunt
ſemper interpretanda in fauorem promiſſoris, ut minus o-
bligent promiſſorē quàm fieri poſſit, ſecundùm Angel. con-
17 ſil. 67. ex themate, circa finem. † quod in ſtipulationibus
abſque dubio admittendum eſt, in quibus inſpicienda ante
omnia ſunt uerba, ex quibus obligatio oritur. l. ita ſtipula-
tus, §. Chryſogonus, in fi. ff. de uerborum obligatio. & l. ſi ita
ſtipulatus ſit Stichum. ff. eod. l. fideiuſſores magiſtratuum,
ff. de fideiuſſor. & tradit Pau. de Caſt. conſil. 161. in præſen-
ti cauſa. & conſil. 227. ſuper primo, Decius conſil. 423. ne-
gari non poteſt, colum. prima, & ſequen. Non obſtat in-
18 conueniens præallegatum, † quia proſpicere potuit domi-
nus loci tempore, quo tranſegit quòd faciliter poterat eueni
re, quòd omnes incolæ habentes prædia poterant illa loca-
re, ſi eis uiſum foret. unde tale inconueniens non poteſt al-
terari à domino tranſigente, l. ſi quis domum, §. primo. ibi,
quia hoc proſpicere potuit, ff. loca. nec poteſt dominus præ
tendere cõtus locationis per ſubditos celebrari in fraudem,
19 cum ſint à iure, & ex tenore tranſactionis permiſſæ. † non
enim facit fraudem, qui ſuo iure utitur, l. iniuriarum, §. 1.
ff. de iniu. Præterea cum a colonis incolis habentibus ara-
tra & animalia colentibus prædia, poſſit dominus conſequi
bouagium, cur eſt quòd etiam à locatoribus non colenti-
bus contendit idem bis exigere? iſtud ſanè ex parte domi-
ni periniquum eſt & auaritiæ plenum. Non itaque dñs iure
adducit huiuſmodi inconueniens, quod in caput ſuum re-
dundet. Ex quibus patet quod tex. in ca. dilecti, & in ca. ſug
geſtum, & in ca. ex multiplici. non ſeruiunt intentioni ip-
ſius domini. tamen quia non læditur a ſubditis, qui eorum
prædia locant, ut ex prædictis liquidò conſtat, tamen quia
ibi uult quod priuilegiati, ut non teneantur ad decimas præ-
diorum ſuorum, teneantur tamen coloni ad decimas præ-
diorum conductorum. tamen quia ibi agitur de derogatio-
ne priuilegij, quod eſt contra ius, ca. priuilegia, 3. diſtinct.
& in præiudicium eccleſiæ. Ideo non eſt extendendum ad
priuilegiatos, qui aliena prædia colunt. hic agitur de con-
ſeruatione libertatis ſubditorum à iure communi ſibi con-
ceſſa. ergo tranſactio contra ius commune pariter reſtrin-
genda, ut minus obliget ipſos ſubditos, quàm fieri poſſit, ut
ſupra dictum eſt.

S V M M A R I V M.

*1 Legitima renunciatio ſpecialis eſſe debet, niſi adſit iuramen-
tum. & num. 4.*

2 Iuramentum non trahitur ad incogitata.

3 Iuramentum habet uim ſpecialis renunciationis.

*5 A communi Docto. ſententia in iudicando, non eſt receden-
dum.*

*6 Filia renunciando bona paterna ſi interueniat læſio enor-
miſſima, an teneat renunciatio, etiam quò ad legitimam.
uſque ad finem.*

*7 Iuramentum non obligat deficiente conſenſu, & interueniente
dolo & metu.*

Dolus

8 *Dolus & metus præſumuntur ex enormiſſima læſione, ac non adeſſe conſenſum, & nume. 10.*
9 *Dolus re ipſa, & ex propoſito, an æquiparetur.*
11 *Iuramentum non debet eſſe iniquitatis uinculum, & tria in eo requiruntur ueritas, iudicium, & iuſtitia.*
12 *Lex imponenda rebus, non uerbis.*
13 *Conſtitutiones ſecundum uerum experientiam ſunt intelligendæ.*
14 *Filia minor cum iuramento renuncians fratribus bona paterna, uel patruis, reſtituitur in integrum petita abſolutione à iuramento, ſi enormiter fuerit læſa, ſecus ſi patri renunciauerit pro dote non aſcendente etiam ad decimam partem legitimæ.*
15 *Læſio conſiderari non poteſt in iure quærendo, ſed quæſito.*
16 *Filius uiuente patre legitimam certi ualoris prætendere non poteſt.*

RESPONSVM XX.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

EX præmiſſo themate reſultant plura dubia.
Primum, an Mag. do. Honorata, quæ cum iuramēto renunciauit bonis paternis, cenſeatur etiā renunciaſſe ſupplemento legitimæ.
Secundum poſito, quod renunciauerit etiam ſupplemēto legitimæ, an aduerſus talem renunciationem poſſit prædicta do. Honorata venire, ratione enormis læſionis.
Tertium, ubi renunciatio ualeat, an poſſit Magn. Dom. Franciſcus de Soleris contradicere actiones ceſſas, & remiſſas eidem do. Honoratæ, ſeu eius marito ad cauſam ſupplementi dictæ legitimæ.
Circa primum uidetur prima facie dicendum, quód prædicta d. Honorata non cenſeatur renunciaſſe ſupplemento
1 lagitimæ, † quia ad hoc ut intelligatur renunciatum ſupplemento requiritur ſpecialis renunciatio, l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inofficioſo teſtamento, & ibi Bald. & alij notant, & firmant Bald. Angel. Paul. de Caſt. & alij in l. de his.
2 ff. de tranſactio. † Nec uidetur obſtare iuramentum, quia non trahitur ad ea, de quibus renuncians non cogitauit, l. fina. C. de non nume. pecu. traditur per Bartol. in l. ſi quis
3 pro eo, verſic. octauus caſus. ff. de fideiuſſ. & † licet iuramentum habeat uim ſpecialis renunciationis, quantum ad ea, quibus conſenſus accommodatur, non tamen poteſt uideri ſpecialiter expreſſum de quo non fuit cogitatum ſecundum Sal. in l. prima, C. commod. & do. Iaſ. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, colum. fina. ff. ſi quis cau. & per hanc rationem reperio do. Franc. Aret. determinare quæſtionem pro filia, in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obl.
Sed prædictis non obſtantibus, reſpōdeo contrariam ſententiam ueriorem eſſe, & à Doctoribus communiter rece-
4 ptam per text. in ca. quamuis, de pact. lib. 6. † & quia iuramentum habet uim expreſſæ, & ſpecialis renunciationis, ca. ex reſcripto, de iureiur. & traditur per Bald. in l. prima. C. commo. quæſtin. 2. & Angel. in l. ſenimu. C. qui teſta. face. poſſ. & per hanc rationem contra filiam determinant quæſtio. Lud. Roma. & Moder. in d. §. ſi quis ita. & Paul. de Caſt. in l. in ratione, la ſeconda, in princip. ff. ad leg. Falcid. & Bal. Sal. & do. Iaſ. in dicto §. & generaliter, Bald. in l. quamuis. C. de fideicom. dom. Alexan. conſ. 181. proſpectis. lib. 5. Bald. in dicto ca. quamuis. & ibi do. Georg. Natta. colum. 9. & Decius conſil. 26. colum. 2. & conſil. 180. uiſa renunciatione, colum. 4. ex quibus apparet, quod iſta eſt communis Doct.
5 ſententia, † à qua in iudicando nullatenus eſt recedendum, ca. ne innitaris prudentiæ tuæ, de conſtitu. Nec obſtat ratio adducta per Aret. quia ſi dixerimus generalem renunciationem ideo non præiudicare filiæ in ſupplemento legitimæ ea ratione, quod requiratur ſpecialis renunciatio, patet ex prædictis reſponſio: nam iuramentum habet uim ſpecialis renunciationis, d. ca. ex reſcripto. Si uerò dixerimus ideo non præiudicare filiæ, tanquam non præſumatur cogitaſſe de legitima, & ſupplemento eiuſdem. Reſpondetur quód lex ita præſumpſerit, quando ſimpliciter renunciat bonis paternis abſque iuramento, d. §. & generaliter. tamen quando interuenit iuramentum lex huic præſumptioni non aſſiſtat, imo contrarium præſumit, ut conſulatur ſaluti animæ ipſius renunciantis, ca. iuuenis, & ibi not. de ſponſ. nam cum renunciatio ſit generalis, potuit in genere renunciationes cogitare de ſupplemento legitimæ, arg. l. qui iure militari, ff. de teſtam. mili. vnde lex canonica noluit, ubi interuenit iuramentum, præſumere quod renuncians generaliter o͞ibus bonis paternis, nō cogitauerit de ſupplemento legitimæ, cum propter periculum animæ, tum ne eſſet auctrix periurij, & hęc eſt ipſa ueritas, maximè in caſu præſenti: quia ſtante ſtatuto prouinciali, quod extantibus maſculis filiæ non ſuccedunt in bonis patris, non habent ab inteſtato ius, niſi reſpectu legitimæ. Vnde cum ſit unicum ius, uidetur nominatim ſpecificatum per generalem renunciationē, quæ ad illud ſolum referri poteſt, l. nominatim, ff. de libe. & poſthum.
6 Circa † ſecundum plura dici poſſunt, ſed breuiter agam, ut conſultorem decet.
Pro filia, quod poſſit contrauenire ratione enormiſſimæ
7 læſionis, facit primo, † quia iuramentum non obligat, ubi
8 deficit conſenſus, l. fina. C. de non nume. pecu. † ubi autem interuenit enormiſſima læſio, puta ultra dimidiam, præſumitur conſenſus abeſſe, l. quiſquis. C. de reſcinden. uendi. ergo &c. Secundò facit, quia renunciatio facta cum iuramento dolo extorto, non obligat, d. ca. quamuis. ubi autem interuenit enormiſſima læſio, præſumitur læſus dolo circumuentus, l. ſi ſuperſtite, C. de dolo. ergo &c. Nec obſtat, ſi dicatur quod tex. in d. ca. quamuis, loquitur de dolo ex propoſito, non de dolo re ipſa, qui reſultat ex enormiſſima læſione:
9 quia reſpondetur, quod † dolus re ipſa, & dolus ex propoſito, æquiparantur, ut not. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligatio. Tertio renunciatio cum iuramento metu præſtito non obligat filiam renunciantem hæreditati paternæ,
10 d. ca. quamuis. † quando autem interuenit enormis læſio, præſumitur filia renunciaſſe metu reuerentiali, propter quē non fuit auſa patri contradicere, l. 1. §. quæ onerādæ. ff. quarum rer. actio non det. Quarto facit quia niſi filia poſſet cō-
11 trauenire renunciationi iuratæ, † iuramentum eſſet iniquitatis uinculum, quod eſſe non debet, ca. quanto, ca. & ſi Chriſtus, de iure iuran. nec haberet debitas circunſtantias, quæ requiruntur iuramento, ſcilicet ueritatem, iudicium, & iuſtitiam, ca. animaduertendum. 22. q. 2. quæ enim iuſtitia, quæ ueritas, quodve ſanum iudicium dictat, quod filia minor exiſtens in domo patris, cui maximam debet reuerentiam ſponte renunciauerit pro modica dote opulentiſſimam hæreditatem? Certè nulla ratio ſuadet, quod ſponte renunciauerit. & in fauorem filiæ, quæ duabus mille libris renunciauerit hæreditati paternæ & maternæ, ſibi delatis in fauorem fratris, conſuluit Petrus de Ancha. conſil. 17. in quæſtione agitata, & conſil. 39. pro clariori, & idem tenuit ipſe Ancha. in c. canonum ſtatuta, 11. dubio. de conſtitu. & in d. c. quāuis, & d. Anto. & Ponor. in ca. cum contingat, de iureiuran. & idem conſuluit Ioan. Cal. conſil. 8. duæ puellæ, de iureiu. & Fede. de Senis. conſil. 199. quæritur, an d. Margarita. & Anto. de But. conſil. 46. Iuris rigor. Pau. de Caſt. conſil. 177. contra ſuperius conſulta. And. Sicu. conſil. 21. & quidem, col. 5. lib. primo, & conſil. 53. præclarè ſcripſit. colum. 3. lib. 2. & Corn. conſil. 11. in præſenti, lib. 3. & conſil. 124. multum diffusè, & conſil. 214. uiſo puncto, eodem lib. & conſil. 147. omiſſo: lib. quarto, Socin. conſil. 263. capio primum, lib. 2. & do. Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum. quinta, ff. de verbo. obliga. & conſil. 59. Viſo puncto. lib. 2. & ita nouiſſimè conſuluit Decius conſil. 180. Viſa renunciatione, & ibi dicit quód iſta opinio eſt magis communis.
Contrariam opinionem tenent Ancharan. Ioan. de Imo. Ioan. And. Gemin. Philip. de Penis. & Georgius Natta, in dicto ca. quamuis per illum text. qui ſecundum eos procedit etiam ſi filia pro parua uel nulla dote renunciaſſet hæreditati. mouentur primò per rationem ibi expreſſam, ſcilicet propter diſpendium ſalutis æternæ, quæ ratio militat etiam quod mulier pro modica dote iurauerit non habere regreſſum ad bona paterna. Secundò, quia ſi dos data filiæ renuncianti, aſcenderet ad legitimam ualeret renunciatio abſque iuramento, l. ſi quando, §. illud. C. de inof. teſta. ergo ſequitur quòd diſpoſitio d. ca. quamuis, debet intelligi quando dos data non aſcendit ad legitimam, tunc quia renunciatio generalis non ualet quantum ad legitimam. opus eſt iuramento. & ideo ibi dicitur quod hoc caſu pactum iuramento firmatur, quod falſum eſſet ſi dos eſſet congrua, &

aſcenderet ad legitimam, quia pactum eſſet de ſe firmum.
Idem tenent Ang. Ludo. Rom. & Aretin. in l. qui ſuperſtitis.
ff. de acquiren. hæred. & ita conſuluit contra filiam, & Alex.
conſil. 42. ſuper præmiſſo themate, colum. penul. lib. primo.
ubi dicit quod licèt tex. in dicto ca. quamuis, excipiat caſum
quando dolo fuit iuramentum interpoſitum, tamen talis ex
ceptio non eſt intelligenda de dolo re ipſa, ſed de dolo ex
propoſito: inferens quod Petr. de Ancha. qui contrarium te-
net, utſupra dixi, malè loquitur, & quòd contra eum eſt cō-
munis opinio, & idem dicit Do. Alexan. conſ. 53. uiſis, & cō
ſideratis, col. 7. lib. 3. & conſi. 221. uiſa facti narratione, col. 2.
lib. 2. & ſecundum ueram intelligentiam, iſta opinio uerior
12 uidetur, alioquin diſpoſitio d. ca. quamuis, † eſſet impoſita
uerbis, & non rebus contra l. 2. C. communia de leg. & ca.
commiſſa, de electio. lib. 6. Nam parentes nunquam curant
quòd filia renunciet quando habet tantam dotem, quantam
capit, uel quaſi, ſua legitima, ſed tunc demum fiunt ſimiles
renunciationes, quando filia non habet integram legitimā,
& iſtud docet experientia, quæ nota eſſe debuit, & fuiſſe cre-
ditur Bonifacio octauo, qui fuit auctor conſtitutionis, dicti
13 cap. quamuis. † vnde ſi intelligatur illa conſtitutio ſequi
rerum experientiam, prout intelligenda uidetur, C. de no.
Cod. comp. l. prima, erit ibi caſus prout eſt cōtra filiam. Quid
igitur in tanta Doc. uarietate dicendum? Ego hoc caſu con-
tra filiam reſpondeo, & pro concordia harum uarietatum
conſidero duos caſus principales. Primus caſus eſt, quando
14 filia † minor cum iuramento renunciat hæreditati paternæ,
iam delatæ, in manibus fratrum, uel patrui, & tunc iſto caſu
ſi reperiatur enormiter læſa, poteſt petita abſolutione con-
trauenire, & ita procedat prima opinio, & ita loquuntur o-
mnia ſupra allegata pro hac ſententia. Secundus caſus eſt
quando filia renunciauit bonis & hæreditati patris uiuentis
cum iuramento, in manibus ipſius patris, & hoc caſu renun-
ciatio firmatur iuramento, etiam ſi dos ſibi data non aſcen-
dat ad decimam partem legitimæ, quæ tempore mortis pa-
tris reperitur ſibi deberi, & ita procedit diſpoſitio dicti ca.
quamuis, & opinio Ioan. de Imo. Gem. & aliorum, de qui-
bus ſupra. Et ſi quæritur ratio diuerſitatis, reſpondeo ratio-
nem diuerſitatis eſſe, quia renuncians hæreditati iam dela-
tæ renunciat iuri certo, & iam quæſito, ſed renuncians hære-
ditati ſeu legitimæ patris uiuentis nondum delatæ, renūciat
iuri incerto & quærendo, conſiſtenti in ſola ſpe. Et ſi replice-
tur quòd iſtud eſt diuerſificare caſus, non autem reddere ra
tionem diuerſitatis. Reſpondeo quod ex hoc reſultat mani
feſta ratio diuerſitatis, quia in iure quæſito cadit læſio, ſed in
iure quærendo nulla poteſt læſio conſiderari, l. filius paciſcē-
do, C. de pact. & ibi not. licèt enim filia ſit ſucceſſura patri ab
inteſtato, tamen patre uiuente intereſſe talis ſpei non eſt cō-
ſiderabile, ut eſt text. quem ibi not. Bartol. in l. poſt eman-
cipationē, §. primo, ff. de libe. leg. & quantum ſit reſpectu di-
ſpoſitionis, talis ſpes dicitur ſpes vana, & non probabilis
ſecundum Bartol. in l. fina. circa finem. C. de pact. & licèt
legitima dicatur quaſi debita, tamen uiuente patre dicitur
filia habere ſpem vanam & præmaturam, l. prima, §. ſed nec
impuberis. ff. de collatio. nec poteſt filia, dum uiuit pater, prę
tendere quod ſua legitima ſit alicuius certi ualoris: quia
legitima eſt quota bonorum, quam pater reliquit tempore
mortis, auth. nouiſſima, & ibi no. C. de inofficio. teſta-
mento. unde cum filia renunciat pro certa ſumma hæredita-
ti, ſeu legitimę uiuente patre, non poteſt dici læſa, cum ip-
ſa potuerit præmori, l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffi-
cioſo teſtamento. potuerintque facultates patris diminui,
l. ius alimentorum. ff. ubi pu. edu. deb. & ideo propter
hunc dubium euentum læſio non conſideratur, l. de fi-
deicommiſ. C. de tranſactio. & hanc opinionem ſequitur
Curt. licèt per alia media, conſil. 44. ſuper contingentia.
& conſil. 66. in ultimo dubio. & quia ex præmiſſis patet re-
ſponſio ad fundamenta contraria, aliter non curabo ſpecia-
liter reſpondere.

Ex præmiſſis ſequitur reſolutio tertij dubij, ꝙ Do. Fran-
ciſcus, qui ignoranter. & per errorem indebitè dedit in ſolu-
tum nomen mariti debitoris pro ſumma 1800. △. ſolis in
una parte, & pro Florenis mille in alia parte, poterit per con-
dictionem indebiti repetere actiones ceſſas, ſiue nomen de-
bitoris, l. 2. & l. fina. C. de condictio. indeb. ꝙ ſi maritum
liberauit uxoris nomine, & ex cauſa dotis, condictio compe
tit contra do. Honoratam, ut repetat, uel cedat actiones
ſuas contra maritum, loco ipſius reſtitutionis faciendæ per
eundem, l. ſi donaturus, verſic. ſi quis indebitam, ff. de con-
dictio. cau. da. quod ſi ex cauſa donationis uxor iuſſerit
maritum liberari, condictio dabitur etiam contra maritum,
l. Iulianus. ff. de doli excep.

S V M M A R I V M.

1 Pacto uti quis non poteſt, cui non ſatisfecit.
*2 Serui non poſſunt ad libertatem uenire, ſi intra tempora con-
ditioni reddēdarum rationum, ſub qua legata eſt libertas, non
paruerint.*
3 Libertas ineſtimabilis ac fauorabilis eſt.
4 Moram purgare non licet actori ad conſequendam actionem.
*5 Mora venditoris in non denunciando intra tempus poteſt pur-
gari, ſi pactum redimendi ſub conditione, ſi intra aliquod tem
pus fuerit emptori denunciatum, incipiat a præcedēti diſpoſi-
tione, ſecus de rigore tamen iuris non de æquitate, ſi forme-
tur pactum à præcedenti conditione. & nu. 7.*
6 Mora purgationem impedit defectus conditionis.
*8 Intereſſe probabile cauſari non poteſt ex his, quæ in fortuna ar-
bitrio conſiſtunt.*

RESPONSVM XXI.

TItius domum uendidit, poſt uenditionem cū
emptore pactus eſt, ut ſi eandem domū
ipſe uellet, emptor ſibi eodem precio, intra qua
driennium tranſcriberet ea lege adiecta, quod
uoluntatis ſuæ Titius emptorem faceret cer-
tiorem ſex menſibus ante tranſcriptionis diem, is domum
uelle denunciauit ultima quadriennij hora. Ideo hæſita-
tur an legem pacti ualeat exercere? ego quia præſcripta die
1 emptorem non monuit, † non puto eum poſſe uti benefi-
cio pacti, cui non ſatisfecit, l. ſi ſuper. C. de tranſactio. l.
fina. §. fina. ff. de reſcinden. uenditio. l. ſi a te. C. de pact. in-
ter empt. & uendit. intererat enim emptoris ſex men-
ſibus antea ſcire Titij uoluntatem, ut commodius poſſet
aliam ſibi domum comparare: ſed an Titius audiendus ſit,
ſi paratum ſe offerat pati emptorem alijs ſex menſibus in-
habitare domum reemptam, uel ex precio ſoluto, aliam ua
2 leat ſuo commodo emere, ſeu conducere? Scęuola † ſi intra
præſcripta tempora conditioni reddendarum rationum ſer-
ui non paruerint, ad libertatem credidit eos non poſſe per-
uenire, etiam ſi poſtea parati ſint rationes reddere, l. Thais,
§. intra. ff. de fideicom. lib. & idem uoluit Vlpia. in l. ſi in-
tra quinquennium. ff. de ſtatu libe. quod ſi tractantibus
3 de libertate inęſtimabili, multiſq; adiuta. fauoribus actio
denegatur, etiam ſi poſt diem paritum ſit conditioni, ma-
gis deneganda Titio ex ſtipulatu, uel præſcriptis uerbis ſtri-
ctiſſimi iuris actio eſt. & his iuribus motus ueridicus Bar-
4 tol. generalem nobis doctrinam tradit, † ut ad conſequen-
dam actionem non ſit actori licitum purgare moram. ita
ille docet in l. ſi inſulam, in ultima quæſtio. & in l. ſi ita
quis. §. Seia cauit. ff. de uerborū obliga. & ab hac doctrina
nullus Doc. diſcrepat. Ego autem hac in re circunſpecti iu-
5 dicis eſſe puto animaduertere, † an a præcedenti diſpoſitio-
ne formetur pactum, an à præcedenti conditione, iuxta l.
ita ſtipulatus. ff. de uerborum obligatio. nam ſi à præce-
denti diſpoſitione incipiat, puta quod emptor teneatur re-
trouendere, & Titius teneatur denunciare per ſex menſes
antea ſe uelle emere, & nunc putarem moram poſſe purga-
ri: quia ex pacto nata foret actio, ad quam conſeruandam
licita eſt morę purgatio, d. l. ſi ita quis. §. Seia. ubi etiam
de pacto retrouendendi agebatur: ſi uerò incipiat a præce-
denti conditione, puta ſi Titius denunciauerit ſex menſi-
bus ante terminum quadriennij ſe uelle emere, teneatur
emptor retrouendere. & hoc caſu, quia cum conditionis e-
uentu nata non erat actio, l. cedere diem. ff. de uerborum
ſignifi. uidetur non eſſe licitam morę purgationem ad con-
ſequendam actionem iuxta præallegatam doctrinam Bart.
6 communiter receptam, † quia defectus conditionis impe-
dit purgationem moræ, l. 1. cum glo. C. de inſti. & ſubſti. &
in dicta l. Thais. §. intra, & dicta l. ſi ſuper, & traditur per
Dom. Alexand. in dicta l. ſi inſulam, colum. 7. uerſic. tertio
fallit ubicūque contractus initus per modum conditionis.
7 † quod uerum puto ſecundùm ſtrictum iuris rigorem, ſed de
æquitate tamen uideretur audiendus Titius, cum non
interſit emptoris antea ſciuiſſe uoluntatem Titij propter tē-
poris reintegrationem, ut docet Bar. in l. ſi ita ſtipulatus eſ-
ſem

ſem abs te,per illum tex.iuncta leg.ſeq.ff.de uerb.obl.& Pa-
nor.in c.ſi.colu.1.de iud.& bene ſeruit,quod dicit Bart.in l.
uno,§.cum quidam,colum.pen.ff.loca.nec dicatur propter
reintegrationem intereſſe emptoris minime ceſſare,cũ for-
ſan potuiſſet exacto tempore viliori precio domũ compara
re,ſtructura ſituque meliorem: nam ſic caſus fortunæ fuit;
8 forſan hoc reſtituto tẽpore melior fortuna ſequetur. † his
enim,quę in fortunæ arbitrio ſunt,intereſſe probabile cauſa
ri nunquam poteſt,l.ſi pater puellæ,C.de inofficio.teſtamen
to,l.ſi ea lege.C.de uſuris,l.de fideic. C.de tranſ.& huic ſen-
tentiæ accedat,quod decidit Iureconſultus in l.ſeruus,§.fin.
& in l.Stichum, §. Dama, ff. de ſtatu lib. Nec obſtant quæ
Scæuola, & Vlpianus in pręmiſſis iurib.determinarũt,quia
ut dicit glo.in l.ſi intra, loquuntur in conditione dandi:
ꝗ uero Vlpia. in d.l.ſeruus,& Labeo in d.§.Dama,ſtatuerũt
loquuntur in conditione faciendi,prout legitur thema quæ
ſtionis propoſitę per purgationem morę, ubi nõ ceſſabat to
tale intereſſe partis,prout ceſſat in occurenti caſu: ideo non
æquum, ut ibi audiatur moroſus, ſicut hic. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactio an & quando fieri poſſit ſuper decimis abſque ſum mi Pontificis auctoritate.*
2 *Solennitas & conſenſus neceſſary ad actum, præſumuntur ex temporis antiquitate.*
3 *In claris opus non eſt coniecturis.*
4 *Quod non eſt, deduci non poteſt.*
5 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
6 *Electio datur debitori, quando uerba ad eum referuntur.*
7 *In alternatiuis quando duo ſunt promiſſa, & unum deficit, alterum tantum cenſetur promiſſum.*
8 *Contrahentium uerba in dubio ſunt interpretanda ſecundum iuris diſpoſitionem.*
9 *Decimarum debitor non tenetur illas portare ad domum parochiani, minusq́; poteſt deducere menſuram ſeminum, & meſſorum.*
10 *Interpretatio minus lædens ius commune, eſt capiẽda, ac etiam quæ fauet eccleſiæ.*

RESPONSVM XXII.

DVO ſunt dubia, ſuper quibus accurate ſcripſe-
runt celeberrimi D.Conſultores. circa pri
1 mum, † an ualeat tranſactio ſuper decimis inte
gre non ſoluendis. uideretur quod non,quia nõ
apparet, quod interuenerit conſenſus Papæ,qui
videtur neceſſarius,ubi agitur de diminutione damnorum
prout tenet Innoc.quem ibi Card. & alij ſequuntur in ca. ut
aliquibus,de decim.& videtur caſus in ca.ueniens,de tranſ.
Iſtis,& ſimilibus non obſtantibus ego non audeo in caſu
propoſito hanc opinionem ſequi,quia tranſactio ſuper deci
mis integre non ſoluendis quando dubitatur,an debeantur
integraliter, uel ne, facta auctoritate epiſcopi ualet,capit.
ſtatuimus,de tranſact.quem tex.ita intellexit Panor. ibi,ubi
ponit caſus,in quibus poteſt dubitari an decimæ debentur
uel non,aut integrę uel non.præſupponitur autem trãſactio
nem finitam occaſione litis,& controuerſiæ, quæ agitaba
tur ſuper iure decimarum.Itẽ interuenit auctoritas,& con-
ſenſus epiſcopi.ergo &c. & dato,quod eſſemus in caſibus in
quibus tranſactio non ualeret niſi ſecuta confirmatione, &
approbatione Papæ,tamen ex lapſu tanti temporis cuius i-
nitij memoria in contrarium non reperitur,præſumendum
2 eſt quod confirmatio Papæ interuenerit, † quia in his, quæ
ſunt de antiquo,præſumitur cõſenſus neceſſarius ad actum
interueniſſe,l.ſi filius.C.de pet. hæred.c. ea noſcitur. ubi D.
Ant.col.fin.de his quæ ſiunt a p̃la.nam ex antiquitate tem-
poris præſumitur ſolennitas extrinſeca iuxta plenè tradita
in l.ſciendum,ff.de uerb.obli.& in ſpecie, quod præſumatur
ex longinquitate temporis confirmationem Papæ interue-
niſſe,tenuit in caſu iſto Barba. conſi. 36. incipien. ſapienter
ſcribitur,col. antepen. & ſeq. lib.2. Decius conſi. 162. incip.
in cauſa exemptionis, col.ſi.quod tanto magis credendum
eſt in caſu occurrenti, quia tempore huiuſmodi tranſactio-
nes factæ de anno 1287.Papa erat,& habitabat in iſtis regio
nibus, & in ciuitate Auenionenſi,propinqua ciuitati Vaſio
nen.&c.argumento c.quanto, de pręſumpt.

Circa ſecundam dubitationem an homines de Sableto
poſſint detrahere menſuras, & trahituras ante ſolutionem
vigeſimę uirtute illorum uerborum, de quibus in trãſactio-
ne,videlicet homines de Sableto de omni genere bladi, &
de omni genere leguminum uigeſimam partem pro deci-
ma ſoluere teneantur in grano uel in garbis,deductis tan-
tum ſeu retentis mẽſuris uel trahituris &c.uideretur, quòd
3 ſic,quia uerba clara ſunt quod detrahi poſſunt. † unde cum
ſint clara,non uidetur locus eſſe interpretationi,nec conie-
cturis,l.continuus,ff.de uerb.oblig.ſed contrarium procul-
4 dubio ſecundum ea quæ proponuntur,uerius exiſtimo. † Pri
mo,quia quod non eſt deduci non poteſt,l.nam & ſi ſub cõ-
ditione,§.poſt defectum,ff.de iniu. rup. l.ſed ſi manente, ff.
5 de precario.& dici ſolet, † quòd ſuper non ente non funda-
tur ulla qualitas,l.eius qui,ff.ſi cer.pet.in caſu autem iſto in
quo decima ſoluitur in campis,& in garbis,nullę fiunt expẽ
ſæ in trahendo ſeu conducendo decimas ad domũ Prioris
ſiue ad aream.nullæ etiam fiunt expenſæ in menſuris,quę ſe
cũdum conſuetudinem regionis ſoluuntur trituratoribus,
ſeu ut utar ſermone huius patriæ, cocantibus blada. ergo
impoſſibile eſt,quod tales expenſæ ueniant deducendę.de-
bet ergo intelligi tranſactio caſu,quòd poſſint deduci men
ſuræ,& trahituræ in caſu, quo Prior elegiſſet ſibi debere de
cimam perſolui in grano iuxta optionem ſibi datam.
uerum cũ elegerit uelle decimare in campis. nihil eſt quod
proponatur, quia expenſę quæ factæ non ſunt, deduci
non poſſunt.
Non obſtat ſi dicatur,quòd illa uerba,detractis menſuris,
debent intelligi de expenſis,quæ fiunt in ſeminãdo,& ſic de
menſuris ſeminum uel de menſuris,quę dantur meſſoribus
pro alimentis ſibi faciendis tempore meſſium, & cum tran
ſactio alternatiuè concedat detractionem menſurarum vel
6 trahiturarum, † electio debitoribus permiſſa videtur,l.ple
runque,ff.de iure dot.attento maximè,quod uerba illa, de
tractis,&c.ad ipſos debitores referũtur.vnde eis electio dari
videtur,l.quicunq;,cum gl.C.de ſeruis fug. l.Lucio, ff.de le.
2.& conſequenter licèt expenſæ uecturarum ſeu trahitura-
rum deduci non poſſint ex eo,quod colligantur decimæ in
campis:tamen deduci potuerunt expenſæ menſurarum,quę
in meſſoribus ſeu ſeminib.fieri proponuntur. Quod corro
7 boratur, † quia ubi duo ſunt in diſpoſitione alternatiuæ,ſi
unum præſtari poſſe deſinet,alterum tantum promiſſum cẽ
ſet,l.2.§.qui Stichũ, ff.de eo,quod certo loco, l.ſi Stichũ aut
Pamphilum,ff.de uerb.oblig.cum ergo conceſſa fuerit de-
tractio menſurarum aut trahiturarum alternatiuè,deſierint
que detrahi poſſe uecturę pp electionẽ decimandi in cam-
pis,perinde videtur ac ſi ſolum conceſſa foret detractio mẽ
ſurarum.quia ad iſtud,quod urgere videtur reſpõdeo, quòd
illa uerba, detractis menſuris,non ſunt intelligenda de mẽ-
ſuris ſeminum nec de menſuris datis oratoribus pro me-
rendo,ſed de menſuris bladi, quæ dantur triturantibus bla
da,quibus ſecundum conſuetudinem huius regionis, ut a-
iũt, præſtatur uigeſima portio bladorum trituratorum. etiã
quod iſta interpretatio,uti uerior capienda ſit, probo ex plu
8 ribus.Primo, † quia in dubio uerba contrahentium ſecun-
dum iuris diſpoſitionem interpretari debent, l.quæro, §.in-
ter locatorem, ff.loca. faciunt quæ ſcribunt Bar. & Mod. in
l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell.cum ergo ſumus in
dubio an illa uerba,detractis menſuris,debeant intelligi de
menſuris ſeminum ſeu meſſorum,an de menſuris trituran-
tium.dico debere intelligi de menſuris triturantium,quia
illa de iure detrahi poſſunt cum in paleis, & in garbis deci-
9 ma debeatur, † neque teneatur debitor paleas triturari fa-
cere,neque ad domum parochiani decimam portare,ut tra
ditur per Panorm.& alios in c.peruenit,de decim. non au-
tem debent intelligi de menſuris ſeminum, & meſſorum:
quia ille de iure deduci non poſſunt de decimis prædialib.
c.cum homines,c.non eſt.c.tua nos. de decimis.
10 Secundo,quia † illa interpretatio capienda eſt, per quam
minus offenditur ius commune, l.ſi ſeruſti ueri,cum glo.C.
de noxa.c.cum dilectus,de conſuet. per hanc autem tranſa-
ctionem offenditur ius commune ex eo, quòd detrahitur
uera decima,quæ integraliter ſoluenda eſt, d.c. peruenit, &
c.commiſſa.eo.tit.non ergo interpretandum eſt,quod etiã
contrahentes de uigeſima,quæ ſoluitur pro decima,deduci
uoluerint expenſæ de iure non deducendæ,quia ſic interpre
tando nimium offenderetur iuris norma.
Tertio in dubio capienda eſt interpretatio quæ fauet ec-
cleſiæ,l.ſunt perſonæ,ff.de relig.& ſup.fun.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus relictus patri legatarij ſub conditione uiduitatis, an ſublata conditione debeatur.*
2 *Conceſſa ad tempus, cenſentur poſt tempus prohibita. & n. 15.*
3 *Dictio, donec, adiecta diſpoſitioni extinctiuæ, facit conditionẽ.*
4 *Legatum ſub conditione, videtur adeptum ſub contraria.*
5 *Vſusfructus legati poteſt à teſtatore prohiberi, ne acquiratur patri legatarij.*
6 *Prouiſio legis pinguior, quando tollatur per prouiſionem hominis.*
7 *Voluntati ſemper ſtatur, quando poteſtas non eſt dubia.*
8 *Conditioni uiduitatis ſolum in uirgine requiritur.*
9 *Vidua non ita honeſtè nubit ſicut uirgo, cum primo caſu dicatur fornicatio, licèt ſit impunita.*
10 *Prohibitio expreſſa teſtatoris an requiratur, ne uſusfructus acquiratur patri legatarij. & nu. 13.*
11 *Senſus à contrario, an potius ex mente quàm ex uerbis proueniat. & nu. 16.*
14 *Prohibitio collecta ex conceſſione ad tempus, dicitur expreſſa tã ex uerbis, quàm ex mente.*
15 *Expreſſum dicitur conceptum ex qualitate uerborum, teſtator filium Titij hæredem inſtituit, ipſum autem Titium uſufructuarium bonorum eſſe uoluit donec idem Titius in uiduitate permaneret, dubitatur an propter tranſitum ad ſecunda uota Titius deſinat eſſe uſufructuarius.*

DE VSVFRVCTV.

RESPONSVM I.

1 PRo reſolutione præmiſſæ dubita
tionis tria viden
da ſunt. Primò, † an ex illis uerbis, donec in
uiduitate permanſerit, teſtator cenſetur
prohibuiſſet Titio aquiſitionẽ uſusfructus,
ſi tranſiret ad ſecundas nuptias. Secundo, an
talis ꝓhibitio ualeat. Tertio, an ſit ſufficiẽs,
ita quòd habeat locum diſpoſitio authen. excipitur, C. de
bonis quæ lib.
Ad primum mihi videtur reſpondere, quòd mens teſtato
ris fuerit prohibere, ne patri aquireretur uſusfructus, niſi ꝑ
2 tempore uiduitatis. † quia conceſſa ad tempus, poſt tempus
cenſentur prohibita, l. 4. ff. de ſeruit. ca. de cauſis, de officio.
de leg. cum ſolitis concord. conceſſio autem uſusfructus, do
nec pater uiduus eſſet dicatur conceſſio reſtricta ad uiduita
tis tempus, l. legatum, ff. de annuis le. l. fi. §. donec, C. de iure
delib. c. 1. ut lite non conteſt. c. 2. de calum. cum ſimilibus.
ergo elapſo tempore, conceſſio reuocata videtur, l. finali,
C. de legat.
Secundo, quia uſusfructus relictus patri, donec erit ui
duus, dicitur relictus ſub conditione uiduitatis, l. fin. C. de
3 ind. uid. toll. nam † dictio, donec, adiecta diſpoſitioni extin
ctiuæ, conditionẽ facit. l. 4. ff. de ſerui. & docet Bar. in l. 1. col.
5. ff. de cõd. & dem. ver. ſecundò quæro principaliter. ergo le
gatum uſusfructus ſub conditione uiduitatis, ſub contraria
conditione adempta cẽſetur, ut eſt in terminis noſtris text.
clarus in l. ambiguitatem, C. de uſufru. & regula eſt etiam
4 uulgata, † quòd relictum ſub conditione, ſub contraria con
ditione uidetur ademptum, l. aliquando, ff. de cõdi. & dem.
l. quod purè, ff. quando dies lega. ced.
Tertio, quia prouiſio hominis tollit prouiſionẽ legis. l. fi.
C. de pact. ꝯuen. ergo prouiſio teſtatoris, quod pater ſit uſu
fructuarius ad tempus, tollet prouiſionem leg. l. cum opor
5 tet, C. de bo. quæ lib. nam † ſi teſtator poteſt omni tempore
& inſolidum prohibere ne patri aquiratur uſusfructus, d. au
thẽ. excipitur, & ſic in totum derogare diſpoſitioni d. l. cum
oportet. cur non etiam poterit prohibere certo tempore &
6 certo caſu. & ex hoc non obſtat, ſi dicatur, quod † prouiſio le
gis pinguior non tollitur per prouiſionem hominis, ut dixit
Bal. in l. certi iuris, in fi. C. loca. & Angel. in §. item Seruiana,
col. 2. Inſt. de actio. quia uerum in dubio, ſed ubi apparet de
contraria uoluntate hominis habentis poteſtatem tollendi
prouiſionem legis, indiſtinctè tollitur prouiſio legis uirtute
cuiuſdam nouationis, l. 4. §. ſi ex conuentione, ff. de re iud. &
7 l. ſi cõm. C. de execu. rei iud. † nam cum de poteſtate non du
bitatur, ſi de uoluntate conſtet, uoluntati ſemper aquieſcen
dum eſt, c. cum ſuper, de offic. de leg. l. 3. C. de lib. præter. cum
ſimilibus.
Ad ſecundum videtur legatum ualere, & purum eſſe, reie
cta conditione uiduitatis, l. 2. C. de ind. ui. toll. & l. cum tale,
ff. de condit. & demonſt. ſed contrarium conſtat uerius eſſe,
8 † quia conditio uiduitatis in uirgine tantum reiicitur, & le
gatum purum remanet. ita loquuntur iura contraria, ſecus
in uidua, uel uiduo, auth. cui relictum, & in corpore, unde
ſumitur, C. de indic. uid. tol. & ratio diuerſitatis eſt ſatis a
perta, nam qui ſecundo nubit, & lege permittente nubat;
9 nõ † tamen ita honeſtè nubit, ſicut uirgo, §. optimum, in Au
then. de non elig. ſecun. nub. imo dicitur fornicari, qui ſecũ
do nubit, licèt fornicatio ſit impunita, c. hac ratione, 31. q.
1. unde lex credidit conditionem uiduitatis in uiduis eſſe
honeſtiſſimam, quam in uirginibus conſtat eſſe turpiſſimã,
d. l. cum tale, & l. hæres meus, §. fin. ff. de condit. & demonſtr.
cum ſimilibus.
Ad tertium, an teſtator ſufficienter prohibuerit patri tran
ſeunti ad ſecunda uota aquiſitionem uſusfructus? videtur
10 quod non, † quia ad hoc ut patri non aquiratur uſusfructus
bonorum aduentitiorum filij, oportet quod is qui donat,
uel legat bona filioſa. expreſſè prohibeat ne uſusfructus ac
quiratur patri, ſecundum d. Alex. in l. cum filio, col. fin. ff. de
leg. 1. ita intelligens tex. in auth. excipitur, C. de bo. quæ lib.
ſicut etiam requiritur expreſſa prohibitio detractionis Fal
cidiæ, Ang. in §. quia uero expreſſim, in Auth. de hære. & Fal
11 cid. hæc autem prohibitio, quæ reſultat † ex eo, quod con
ceſſa ad tempus poſt tempus cenſeantur prohibita, colligi
12 tur à ſenſu contrario. † ſenſus autem, qui colligitur per ar
gumentũ à contrario, dicitur potius colligi ex mente quàm
ex uerbis. l. pecuniam. ibi, tanquam ſub contraria conditio
ne, ff. ſi cer. pet. & l. aliquando, ff. de cond. & demõſt. in uer.
videtur. ff. de cond. & demonſt. firmat Bar. in l. omnes popu
li, in 6. q. uerſ. iuxta prædicta quæro, utrum ſtatutum. ff. de iu
ſti. & iu. per tex. in l. apud antiquos, cũ gl. in uer. coniecturã,
C. de fur. & ibi not. Bar. & alij omnes. ſed prædictis non ob
ſtantibus, reſpondeo teſtatorẽ ſufficienter prohibuiſſe uſum
fructum acquiri patri, ſi tranſiret ad ſecundas nuptias per iu
ra & fundamenta, de quibus ſupra in primo dubio. Non ob
ſtat quod prohibitio, quæ à contrario ſenſu colligitur, dica
tur ex mente magis quam ex uerbis collecta. quia poſito, ꝙ
13 ita ſit, † dico mentem teſtatoris etiam coniecturatam & taci
tam eſſe ſeruãdam ac ſi foret uerbis expreſſa, ut eſt tex. & ibi
Mod. not. in l. cum res, ff. de leg. 1. & in l. cum proponeretur,
ff. de leg. 2. cum ſimilib. Nec obſtat dum dicitur, quod uolũ
tas tacita non eſt recipienda, ubi lex requirit uoluntatem
expreſſam, ut dicit Ang. in d. §. ſi uero expreſſim. quia in ca
ſu noſtro nulla eſt lex, quæ requirat quod fiat expreſſa prohi
bitio, nec in d. auth. excipitur, & in corpore unde ſumitur,
Imperator utitur aliquo uerbo, per quod appareat, quod o
pus ſit expreſſa prohibitione. ergo ſtabimus communi regu
læ, quidquid dicat d. Alex. in d. l. cum filio. & contra Alexan.
quod ſufficiat tacita prohibitio, tenent Raph. & Pa. de Caſt.
Soci. & d. Iaſ. & Vinc. Hercu. & communiter Doct. in d. l. cũ
filio. Nec obſtat dictum Ang. in d. §. ſi uero expreſſim. quia
ibi ita ſpecialiter diſpoſitum fuit, quod non fuit in caſu d.
14 auth. excipitur. Cæterum probabiliter dici poteſt, quod † hu
iuſmodi prohibitio, quæ colligitur ex conceſſione ad tem
pus, dicatur expreſſa & ex uerbis, & mente collecta per text.
in d. l. ambiguitatem, C. de uſufr. & per text. in l. ſi quis locu
ples, in uerſi. apertiſſimè. ff. de ma. teſta. ubi apertiſſimus ſen
ſus dicitur, qui à contrario ſenſu colligitur. & dicunt Bal. &
Iac. de Sancto Georgio in l. ex eo, ff. de teſtib. quod argumẽ
tum à contrario ſenſu dicitur de tex. & dicitur etiam expreſ
ſum, quod per exceptionem præſupponitur, auth. ex teſtamẽ
to, C. de collat. ubi Alex. & Mod. no. & firmant Lud. Ro. cõſ.
15 271. uiſ tota. & Dec. conſi. 157. in cauſa inquiſitionis, † &
dicitur expreſſum. quod ex generalitate uerborum concipi
poteſt, l. fi. C. quod cum eo, l. ſi duo, ff. de adminiſt. tut. & do
cet Bar. in l. 1. ff. de uulg. & pup. ubi latiſſimè ſcripſi. Non ob
ſtat, quod argumentum à contrario ſenſu dicatur colligi ex
mente, & non ex uerbis, ſecundum glo. in d. l. apud antiquos.
& dicatur ſubauditus intellectus, ſecundum gl. in l. 2. in glo.
16 fi. ubi Bal. C. de cond. inſert. quia uerum, quando ſumitur
a defectu cauſæ finalis, ſecus quando ad limites uerborum
colligitur, ut uidetur in caſu iſto, in quo reſtringendo ad
conceſſionem & ad limites uerborum donec pater permã
ſerit in uiduitate, colligitur ex uerbis & ex mente quod con
ceſſio ipſa adimitur patri tranſeunti ad ſecunda uota, d. l.
ambi-

ambiguitatem. & ita declarat d.Ph.Dec. in l.1. col.17. in fi. ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.

SVMMARIVM.

1 *Venditio fructuum, quando dicitur facta in fraudem uſurarum. ſeq.uſq ad nu.10.*
2 *Contractus talis in ſui eſſentia præſumitur, qualis in ſui figura apparet.& nu.4.*
3 *Contractum ſimulatum gerere aduerſus conſcientiam nemo creditur.*
5 *Fructuum uenditio eſt à iure permiſſa.*
6 *Redditus iuſtus dicitur ille,qui in xx.annis æquiualet ſorti.*
7 *Contrahentibus licitum eſt ſe decipere infra dimidiam, aliàs præſumitur contractus doloſus,aut ſimulatus.*
8 *Empti fructus certi & futuri dicuntur in fraudem uſurarum, quando locantur uenditori pro maiori, uel minori quantitate, uel etiam pro eadem quantitate quando eſt immoderata læſio emptionis fructuum,etiam ad uitam tantum facta.*
9 *Emptio fructuum incertorum,& ad incertum tempus, non eſt de uſura ſuſpecta ratione incertitudinis: aliàs ſecus,quando adeſt læſio ultra dimidiam ex parte uenditoris.*
10 *Conſuetudo eſt ſupra ius poſitiuum,& illi derogat.*
11 *Inuentarium an plenè probet contra illud facientem ita, ut non admittatur probatio in contrarium,niſi adſit proteſtatio quòd non apponenda non appoſita cenſeantur. & numero 14. & 17.*
12 *Proteſtatio appoſita in inuentario,quòd non apponenda habeantur pro appoſitis.quid operetur. & nu.13.& 16.*
15 *Producens inſtrumentum cum clauſula,in paſſibus &c. an dicatur contra ſe illud etiam produxiſſe.*
18 *Tutor non poteſt uenire contra inuentarium a ſe confectum, & aſſignatur ratio fraudis euitandæ.*
19 *Actus ad pub.incantum factus uſque ad finem uenditionis, an poßit reſcindi remedio l.2.C.de reſcind.uend.*
20 *Fraudis præſumptio ceſſat,quando iudicis decretũ interuenit.*
21 *Res tanti ualet,quanti uendi poteſt.*
22 *Dolus præſumitur, ubi adeſt læſio enormis,ac magnus exceſſus, etiamſi interuenerit iudicis decretum.*
23 *Aequitatem,non rigorem iuris,iudex ſequi debet,ac ob eam poteſt diſcedere à qualibet iuris regula.*

DE OBLIGATIONIB.

RESPONSVM I.

EX proceſſu cauſæ uertentis inter hęredes Conſtantiæ Amanæ,& Perri Giuardi agentes, & hæredes Baptiſtæ de Ponte, plura reſultant dubia, quibus ſuccinctè reſpondebo.

1 Primum dubium, † an uenditio fructuſi Manſi,de quo in actis,facta per dictam Cõſtantiam ad decem annos precio Flor.400.dici poſſet ſimulata,& in fraudem uſurarum confecta? Et uideretur prima
2 conſideratione reſpondendum,quòd non; † quia talis præſumitur contractus in ſui eſſentia,qualis apparet in ſui figura,l.cum precibus.C.de proba.not.Bal.in l. rogaſti, §.ſi tibi.
3 ff.ſi cer.pet.& in c.1.§.ſi inſtrumentum, de notis feud. † nec quiſpiam creditur aduerſus conſcientiam uoluiſſe ſimulatè contrahere ſecundum Bal.conſi.39.li.3. & qui dicit cõtractum ſimulatum, debet ipſe probare ſimulationem ſecundum eundem Bal. in l.1. C.ſi cer. ext. & ſpeciem ſimulationis ſecundum eundem Bal.in l.ab Anaſtaſio, ad fi. C.mãd.
4 & quod † contractus præſumatur uerus, & talis qualis uerbis figuratur non ſimulatus,firmant ipſe Bal.in c.1.de feuda.in uic. leg.com.& Soci.conſi.264.uiſis.lib.2. Barb.conſi,67.illud in medium. col.1.lib.3. niſi ergo doceatur contractum hunc uenditionis fructuum fore ſimulatum,& in fraudem uſurarum confectum,reſpondendum erit ualidum eſ-
5 ſe, & executionem mereri. † Quia uenditio fructuum eſt à iure permiſſa.l.nec emptio, ff. de contrahen. emptio. l. neceſſario,§.fi.ff.de pericu. & commo. rei uendi. & l. inter ſtipulantem, §.ſacram,ff.de uerb. oblig. nec coniectura læſionis immodicæ habenda uidetur in cõſideratione in emptione fructuum futurorum,quia incerti ſunt fructus naſcituri, & ab euentu fortunæ dependent,l.1. ff.de cond. & demonſt. & l.ſi debitor,§.fi.ff.de contrahen.emptio. & ita uiſus eſt determinare Io.Andr. in addit.ad Specul.ſuper rub.de uſur.& Hoſtien.in ſumma eiuſdem tit.§.an aliquo. uerſ. 12. & Rodulf.in tract.de uſu.q.17.

Præmiſſis non obſtantibus in caſu occurrenti, cõtrarium uerius exiſtimo,& pro fundamento præſuppono quod in caſu iſto uenditrix fuit in precio læſa ultra dimidiam,quia uẽdidit fructus Manſi ad tempus x.anno.& ad rationem 25. ſalmatarum frumenti ſingulo anno, & ſic fructus certos, & ad tempus certum,& pro precio certo, videlicet pro 400. Flor. Qui fructus coacervati in x. annis, aſcendunt ad ſalmatas 250.valoris,communi æſtimatione flor.ſex pro ſalmata, ut ex confeſſione emptoris in ſuo libello æſtimationis petitæ manifeſtè apparet, & ſic in toto ualoris flor.1500. ex quo liquet mulierem fuiſſe deceptam longe ultra dimidiam iuſti precij, etiam ſi habeatur ratio interuſurij medij temporis, & redditus qui emi potuiſſet ex ſumma flor.400. qui reddi-
6 tus flor.400.in x.annis ſecundum iuſtitiam & æquitatem iuris non debet excedere flor. 200. Quia † ille dicitur iuſtus redditus,qui in xx.annis æquiualet ſorti.§.ſi uero Leonis, in Auth. de ali. & emph. Cum igitur ſors ſit flor. 400. & iuſtus redditus x.annorum ſint flor.200. abinde ſupra reſtant flor. 900.in quibus læſa fuit mulier. Quo præſuppoſito,reſpõdeo hunc contractum non ſolum reſcindendum eſſe uirtute l.2.C. de reſcind.uend.& c.cum dilecti,de emp.&uend. quæ iura habẽt locum etiam in emptione & locatione fructuũ ſecundum Cy. & Sali. ibi, quia eadem eſt ratio æquitatis in emptione cuiuſcunque rei. & hoc uoluit gl. in l.in uenditione,§.1.ff.de bon.autho.iud.poſſid. & in l. in contractibus,C.ex quibus cauſis maio. quæ uult quod dict.leg.2. habeat locum in quocunque contractu bonæfidei,uerum etiã eſſe ſimulatum & in fraudem uſurarum confectum, quod ex uilitate precij euidentiſſimè dignoſcitur. Nam ubi læſio in precio longè excedit dimidiam,uenditio præſumitur ſimulata,& fraudulenta; non enim creditur uenditorem habuiſſe animum uendendi, ut eſt tex. in capitul.1.§. donare. qual.olim feudum pot.alien.per quem ita concludit Ludo. Roni.conſ.304.plura ſunt.ubi dicit, quod ſi exceſſus in precio ſit ultra dimidiam,quod ex tanto exceſſu contractus pręſumitur ſimulatus: ſi uero exceſſus ſit infra dimidiam, præſumitur uenditor deceptus, & tunc non reſcinditur contra-
7 ctus, † quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere intra dimidiam iuſti precij,l. item ſi in precio, §. quemadmodum, ff.loca.l.in cauſæ.§.pen.ff.loca.& ſi dicatur,quòd exceſſus ultra dimidiam non contingit ex uenditione, ſed ex locatione ſubſequuta,quia illud augẽt præſumptionem ſimulatio-
8 tus & fraudis: † nam ſi ex fructibus emptis non eſt emptor percepturus tantam quantitatem, pro quanta locauit, certè ex hoc datur intelligi, quod non habuit animum emendi, ſed locationem ſimulatam faciendi in fraudem uſurarum, ſecundum Cap. in tract. de ſimu. contractu. in 3. præſumptione. ſi uero maiorem quantitatem fuiſſet percepturus ſi non locaſſet,ex hoc elicitur coniectura ſimulationis ex parte utriuſque,uidelicet ex parte emptoris, quod non habuerit animum emendi. quia ſi uere emiſſet, non minoris locaſſet ex parte uenditricis, quia non eſt dicendum, quod uoluiſſet uẽdere fructus maioris ualoris & quãtitatis quàm fuerint ſibi locati, niſi quantum inter eos fuiſſet locan. pro minori precio,quod minus precium eſſet loco uſurarũ, non loco fructuum locatorum ſecundum eundem Cap. in d.tract.in 2.præſumpti.& ſequentibus.ſi uero eandem quantitatem,& non plus, uel minus fuiſſet emptor percepturus, ſi non locaſſet, tunc ex tali locatione ſatis conſtat ex immoderata læſione quæ contingit ex uenditione dictorum fructuum, ex qua immoderata læſione ſola contractus emptionis fructuum præſumitur ſimulatus & in fraudem uſurarum confectus ſecundum Cy.Bal.Sali.& alios communiter in l.ſi ea,C. de uſu.& Bal.in l.ſi pater,C.de inoffic.teſtam. ubi concludunt quod emptor fructuum ad uitam certo precio,illicita eſt & in fraudem uſurarum confecta creditur, ſi inſpecta ætate ementis,iuncta l.hæreditatum, ff.ad leg.Falc. fructus percipiendi excedant ualoris precij ultra dimidiã. ſequitur Archi.in c.plerique.14.q.3.Laur. de Rodulfis in dicto tract. q. 15. & ſi illicita eſt emptio quando inſpecta uita hominis,quæ incerta eſt,ueriſimiliter excedit dimidiam iuſti precij,quanto magis erit illicita quando ad certum tempus, & pro certa quantitate fructuum, facta fuit: quia tunc conſtat

conſtat pro certo de exceſſu, & intentione emptoris depra-
uata, quod uult eſſe ſecurus lucrari ex ſua pecunia ultra di-
midiam cum iactura uenditoris. & ita concludit poſt mul-
ta Io. And. in addit. Spec. ſuper Rub. de uſur. ubi diſtinguit
9 tres caſus. † Quandoque emuntur fructus incerti & ad incer
tum tempus, & tunc contractus permittitur nec eſt de uſu-
ra ſuſpectus ratione incertitudinis, capitulo, nauiganti, de
uſuris. Quandoque emuntur fructus certi & ad tempus in-
certum, & ſi inſpecta qualitate & ætate emptoris tempus ue
riſimiliter poſſit ad aliquam certitudinem reduci, iuxta, l. c.
hæreditatum, illicitus eſt contractus, ſi uerisimiliter excede-
re poſſit dimidiam iuſti precij, alias licitus iudicatur. Quan
doque emuntur fructus certi & ad tempus certum, & ſine du
bio hic contractus præſumitur ſimulatus & in fraudem uſu-
rarum confectus, ſi contingat læſio ultra dimidiam ex parte
uenditoris, & ita tenent Innoc. & Cano. in c. in ciuitate, de
uſu. & hic eſt caſus noſter, ut ex præmiſſis patet.

Secundum dubium, an executio & pignoratio domus, de
qua agitur, fieri potuerit contra Petrum hæredem dictæ Cō-
ſtantiæ cum beneficio inuentarij? Et illud dubium habet
duo capita. Primum eſt, an inuentarium fuit legitimè factū.
Secundum, an ex productis & deductis conſtet domum, de
qua contenditur, ſpectare ad Petrum & non ad dictam Con-
ſtantiam. Ad primum reſpondeo, inuentarium ualere, ſi
in eo interuenerunt ſolennitates de ſtilo & conſuetudine ad
hiberi ſolitæ, licèt non interuenerint omnes ſolennitates, de
quibus in l. fi. C. de iure delib. ſecundum Bal. Pau. de Caſt. &
10 d. Iaſ. in d. l. fi. in fi. princip. Et iſtud indubitati eſt iuris, † quia
conſuetudo eſt ſupra ius poſitiuū, & illi derogat prout uult,
l. de quibus. ff. de leg. c. fi. de cōſuet. c. cōſuetudo, prima diſt.
& probatur in propoſito in c. cum dilectus, de fide inſtrumē
to. & facit quod conſuluerunt Oldrad. conſi. 105. uidetur di-
cendum. Card. conſi. 72. Titius. Panor. conſi. 53. in prædicta
cauſa, & ſeq. lib. 2. Ad ſecundum uidetur prima facie re-
ſpondendum, quòd ex deductis appareat domum ſpectare
ad dictam Conſtantiam: nam ex inſtrumento inuentarij fa-
cti per dictum Petrum de bonis & hæreditate Conſtantiæ,
conſtat domum prædictam fuiſſe inuentarizatam tamquā
11 repertam in bonis & hæreditate dictæ Conſtantiæ. † quæ in
uentarizatio contra inuentarizantē, & ſic contra Petrum,
plene probat; adeo quod non admittitur probatio in con-
12 trarium, l. fi. C. arb. tut. Nec † obſtat proteſtatio, quod non po
nenda non habeantur pro appoſitis. quia non releuat prote
ſtantem ſecundum Bal. ibi. & ratio eſſe uidetur, quia quod
talis inuentarizatio probet, & quod non admittatur proba-
tio in contrarium, iuris eſt, & in dependentibus à diſpoſitio-
ne iuris, proteſtatio non releuat proteſtātem, l. alimenta, C.
de neg. geſt. Sed prædictis non obſtantibus, mihi videtur q̄
ex productis appareat quod dicta domus ſpectet ad dictum
Petrum iure proprio, & non ad eum tamquam hæredem di
ctæ Conſtantiæ: quia conſtat ipſam Conſtantiam uti tutricē
dicti Petri inuentarizaſſe dictam domum tamquam de bo-
nis & hæreditate quōdam Margonæ matris dicti Petri, quæ
inuentarizatio plenè probat contra ipſam Conſtantiā tutri-
cem, ut eſt caſus in d. l. fi. quæ retorquetur contra aduerſan
tes & nihil obſtat intentioni dicti Petri & eius hæredibus.
Quia illa lex ſolum procedit contra inuentarizantem, qui
non auditur ſi uelit aduerſus ſuum inuētarium uenire: quia
ut ibi dicit Imperator, nullus homo tam ſimplex & ſtultus
inuenitur, qui in inuētario contra ſe ſcribi aliquid patiatur.
Quæ ratio ceſſat reſpectu Petri, quia ipſe non fecit inuenta-
rium bonorum dictæ Conſtantiæ eius auiæ, ſed eius tutor
Philippus Girardi. vnde nō poteſt dici quod ipſe Petrus paſ-
ſus fuerit aliquid ſcribi contra ſe, ſicut paſſa fuit Conſtantia
in inuentario bonorum dictæ quondam Margonæ matris
ipſius Petri. & ideo dicunt Cyn. Pet. Bal. Sali. & alij ibi, quod
quilibet alius, qui non fecit inuentarium, auditur ſi uelit
probare, quòd ſit ſua: ergo etiam audiendus eſt pupillus ad-
13 uerſus inuentarium ſui tutoris. Item † illa l. fi. non procedit,
ſtante proteſtatione quod non apponenda non habeantur
pro appoſitis, ſecundum Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi
cui pluſquam per leg. Falcid. col. fi. quia proteſtatio conſer-
uat ius proteſtantis, l. ſi debitor, §. 1. ff. qui. mo. pig. uel hypo.
ſolu. quod credo uerissimum, quid quid dicat Bald. Non
obſtat quod proteſtatio contraria conſecutiuis ad actum in
ijs, quæ dependent à diſpoſitione iuris non releuet proteſtā
tem, d. l. alimenta. qua ratione Imo. in d. §. hæc ſtipulatio, ui-
ſus fuit ſentire cum Bal. quia reſpondetur, quod apponere
& non apponere in inuentario rem, non dependet à diſpo
ſitione iuris, ſed à uoluntate facientis inuentarium. ergo an-
te appoſitionem dependet à facultate eiuſdem nolle quòd
14 non habeant pro appoſitis, ſi non apponenda ueniunt. † &
licet ius uelit, quod poſtquàm ſunt appoſita, quod non ad-
mittatur probatio in contrarium; tamen ſtante proteſtatio
ne præmiſſa, falſum eſt quod dici poſſint appoſita ſi appareat
non fuiſſe apponenda. Ita formaliter dixit Feli. in c. impu-
tari, col. fi. de fi. inſtrumento. & in c. cum uenerabilis, col. 5.
de except. ubi dicit Doctores communiter tenere, quod pro
teſtatio, qua utuntur practicantes in productione inſtrumē-
15 torum, † quod exhibent & producunt in paſſibus & cum pro
teſtatione, &c. releuant proteſtantes, quod nō uideantur pro
ducere ſi contra ſe faciant, quia licèt non dependeat à facul
tate producentis facere quòd iudex non adhibeat fidem in-
ſtrumentis contra producentem, ut dixit Bald. in l. unica. C.
vt quæ deſunt aduo. tamen id uerum eſt, poſtquàm ſunt pro
ducta, ſed ſtante proteſtatione non poſſunt dici producta.
Ita in caſu noſtro, ſtante proteſtatione res non poteſt dici in
inuentario appoſita. Vel aliter, & tertiò reſpondetur, quòd
16 ubi ſola † proteſtatio non prodeſſet, tamen ſi auctoritate iu-
dicis res adimatur de inuentario, ut in caſu iſto, proteſtatio
ſecuta ad emptione releuat proteſtantē. Ita ſe ipſum. decla-
17 rat Bal. in d. l. fin. Vel † quarto reſpondetur, quod illa lex fin.
procedit ſpeciali fauore pupillorum, quorum fauore nō au
ditur tutor, ſi uelit probare res poſitas in inuentario à ſe fa-
cto eſſe ſuas & non pupilli. ergo ſecus eſt in hærede, qui au-
diendus eſt ſi uelit probare errorem, ſecūdū Io. de Imo. in
d. §. hæc ſtipulatio, col. fi. uel ſaltem hæres aduerſus credito-
res reſtituendus eſt in integrum conſtito de errore, l. 1. ff. ex
qui. ca. maio. licèt tutor non reſtituatur aduerſus pupillum,
18 d. l. fin. & rō eſſe poteſt, † quia ſi tutor admitteretur ad pro-
bandum contra inuentarium, eſſet aperta uia tutori ſubtra-
hen. probationes & inſtrumenta pupillis, quibus poſſent ſe
tueri aduerſus tutorem habentem contraria inſtrumenta.
quæ ratio ceſſat in hærede, ergo ceſſare debet diſpoſitio l. ad
igere, §. quamuis, ff. de iure patro. c. cum ceſſante, de appella.
19 Tertium dubium eſt, † an domus uendita ad incantum, &
poſteà iure prælationis retenta per dominum directum, re
peti poſſit per emphyteutam remedio. l. 2. C. de reſcind. uēd.
Quod eſt quærere, an diſpoſitio d. l. 2. procedat in venditio-
ne facta ad incantum, Bar. in l. 1. C. de præd. curia. lib. 10. te-
20 net partem negatiuam per illum text. & † quia ubi interue-
niat decretum iudicis, ceſſat præſumptio fraudis & doli, ſu-
per qua præſumptione fundata dicitur diſpoſitio d. l. 2. idem
tenet Ang. in l. ſciendum, col. 6. ff. de verb. oblig. Lud. Ro. in
l. ſi quis cum aliter, ff. eo. tit. Ang. in l. precia rerum, ff. ad leg.
21 Falcid. † quia tanti res ualet, quanti uendi poteſt, d. l. precia.
ergo cum non fuerit ad incantum plus repertum, non vide
tur poſſe læſio allegari. ſequitur D. Guido Papæ deciſio. 22.
conſuluit Corn. conſi. 56. lib. 3. Ang. conſi. 139. tutor uxori.

Contrarium tenet Bar. ſibi contrarius in l. 1. C. de præſcr.
30. vel 40. anno. ſequitur Paul. de Caſt. in l. ſi quos, C. de reſc.
uend. per illum tex. qui probat quod non ſequitur, res fuit
ſubhaſtata, ergo non interuenit læſio. Idem tenet Io. de Im.
in d. l. ſi quis cum aliter, Panor. in c. cauſam. col. 2. de empti.
22 & uend. d. Alex. in d. l. precia rerum. † quia conſtito de enor-
mi læſione, præſumitur dolus, l. ſi ſupellectile. C. de dolo. & tra
ditur per Bar. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio. &
in l. f. ff. de præt. ſtip.

Quod tenendum mihi placet id, quod in propoſito dixit
Pau. de Caſt. in d. l. ſi quos. ut ſi ſit magnus exceſſus quod præ
ſumatur dolus, & hac ratione reſcindi poſſet contractus, a-
lias procedat contraria ſententia: ubi enim eſt tantus exceſ-
ſus, non debet iudex pati quod talis contractus executionē
habeat, ut in ſimili dixit Bal. in §. item ſacramenta. nt. de pa.
iur. fir. nec conſcientia tantum exceſſum poteſt ſuſtinere.
Ideo humanitate ſuggerente ſtrictus iuris rigor abijciēdus
23 eſt, l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de lib. & poſth. nam † æquita-
te ſuadente poteſt iudex à qualibet iuris regula diſcedere,
ſecundum gl. in Auth. ut ſine proh. ma. debi. in uerſ. extime-
mus. per illum tex. in l. qui res, §. aream, ff. de ſolu. dato ergo
quod opinio Bar. & ſequac. in d. l. 1. C. de præd. curia. quam
etiam ibi ſequuntur Ang. & Io. de Pla. eſſet crebrior & ſubti-
lior: tamen ubi eſt tantus exceſſus, qui longè dimidiam ex-
cedit, non videtur mihi æqua, nec tenenda.

S V M M A R I V M.

1 In iudicio communi diuidundo ueniunt detrahenda precia rerum communiter emptarum, & expenſa facta, pro quibus nō impeditur

*impeditur diuiſio, ſed dabitur retentio alio uolens uti reten-
tione totum poſſideat.*

RESPONSVM II.

1 Videtur, † quòd Claudius poſſit per exce-
ptionem doli mali diuiſionem im
pedire, donec ſibi fratres agentes reſtituerint pe
cuniam, quam pro eorum portionibus exburſa-
uit in emptione prati, cuius diuiſio petitur, l. in hoc iudiciũ.
ff. communi diu. in princ. & quia in iudicio communi diui
dundo etiam ueniunt præſtationes perſonales & impendia
in re facta, l. 4. §. ſicut autem, & l. & ſi non, §. ſi cõmunis ſer-
uus, ff. eodem ti. Breuiter pro reſolutione conſiderandi ſunt
duo caſus. aut Clandius opponit hanc exceptionem ad effe-
ctum ut in hoc iudicio fratres condemnentur ad reſtitutio-
nem pecuniarum, non ut differatur diuiſio, & audiendus
eſt, d. §. ſicut, & d. §. ſi communis ſeruus. aut ad effectum ne
defferatur diuiſio: & nunc aut detinet totum pratum, & po-
terit partem ſociorum retinere, & eos expellere per exce-
ptionem doli mali, donec partem precij ſibi reſtituant. &
ita procedit tex. in d. l. in hoc iudicium. aut fratres ſimul poſ
ſident pro indiuiſo, & tunc ceſſat retentionis exceptio, quæ
præſupponit rem eſſe apud eũm, qui uult retinere, l. per re-
tentionem, C. de uſur. l. fi. C. comm. vnde cum in facto præ-
ſupponatur fratres agẽtes eſſe in naturali & ciuili poſſeſſio-
ne dicti prati pro earum portionibus iudiuiſis, fruſtra oppo
nitur exceptio doli mali ad effectum retinendi totum pra-
tum. Præterea & ſi eſſemus in caſu, in quo competeret reten
tio, non tamen ſuperſedendum eſſet à diuiſione, ſed à diui-
ſionis executione, quia per ſolam diuiſionem non impedi-
tur retentio. ita. n. Claudius poterit retinere portiones con-
fratrum diuiſas, ſicut indiuiſas. ſed poſito quod exceptio pre
cij aliàs poſſet proponi ad effectum impediendi diuiſionis
executionem: tamen in caſu præſenti ſublata remanet per
replicationem compenſationis oppoſitæ per agentes, l. ſi cõ
ſtat, C. de compen. nam ſoluere dicitur, qui compenſat. l. ſi
debitor, ff. qui potio. in pigno. hab. l. uel permutauit, ff. de
lib. cauſa. & dare & compenſare procedunt à pari, l. ſi pecu-
lium, §. 1. ff. de ſtatu lib.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento deponentis de rebus depoſitis quando ſtandum ſit. & nu. 3. & 10.*
2 *Probatio per iuramentum actoris, eſt impropria & irregularis.*
4 *Depoſitarius quando dolo dicitur uerſatus in re depoſita, & in quo dolus conſiſtat.*
5 *Dictio, de, auget uerbi ſignificationem.*
6 *Amicus amicum cum ualiſia ſuſcipiens, non dicitur ſuſcepiſſe ualiſia cuſtodiam.*
7 *Milites coactè in domo ſuſcipiuntur.*
8 *Teſtibus ſeruitoribus, familiaribus, ac domeſticis non creditur, niſi ad probandum quantitatem rerum ablatarum propter difficultatem probationis.*
9 *Teſti deponenti in eius laudem, ut à culpa excuſetur, & ut ſe exoneret, non creditur.*
10 *Iuramento deponentis non ſtatur, quando res depoſita eſt furto ſubtracta.*

RESPONSVM III.

1 Veriſsimum arbitror Reſponſum Cla-
riſſimi Doctoris Domini
Oliuerij Rolandi, † quòd niſi probatur capſam
fuiſſe depoſitam clauſam & reſtitutam fuiſſe a-
pertam, non etiam ſtandum iuramento actoris
2 de rebus ut prætenditur in ea repoſitis; † & probatio, quæ fit
per iuramentum actoris eſt irregularis, imo non eſt propria
probatio ſed releuat ab onere probandi, l. eum qui. ubi la
3 tè Moder. ff. de iureiur. † quæ non admittitur niſi contra de
poſitarium, quem conſtat doloſè uerſatum in re depoſita,
ut traditur per Innoc. & alios in ca. fi. quod metus cauſa. per
Bar. in l. in actionibus, col. fi. ff. de in litem iur. & in l. 1. §. ſi ci
4 ſta, ff. depo. † non poteſt dici depoſitarium dolo uerſatum in
re depoſita, niſi conſtet de depoſito, quia nõ entis nullæ ſunt
qualitates, l. eius qui, ff. ſi cer. pet. l. 1. ff. de uſufr. De dolo pari-
ter conſtare non poteſt, niſi probetur capſam fuiſſe traditã
clauſam, ſeu obſignatam, & fuiſſe apertam. dolus. n. in eo
conſiſtit quod nõ reſtituitur capſa eo modo, quo fuit depo-
ſita. Nam qui capſam aſſignatam ſua auctoritate reſignat,
uel clauſam aperit, contra legem depoſiti facit, l. 1. §. ſed ſi
reſignetur, ff. depo. & ita firmant communiter Scrib. maxi-
mè D. Iaſ. in d. l. in actionibus, & in hoc omnes concordant
in d. l. 1. §. ſi ciſta, ubi Sali. & Pau. de Ca. Card. Panorm. & alij
in d. c. fi. & Petrus de Ancha. conſi. 256. ex prædicta facti nar
ratione. Panor. conſi. 109. circa factum, in fi. lib. 2. & Corn.
conſi. 318. pro vecturali, col. 3. lib. 4. Punctus eſt ergo uidere,
an pro parte actoris ſint probata hæc tria, videlicet reum
acceptaſſe capſam in depoſitum, reum acceptaſſe clauſam,
reum reſtituiſſe apertam. & quia non uidi depoſitiones te-
ſtium, non poſſum dare certum reſponſum. ex his tamẽ, quæ
præſupponuntur, non uidentur duo prima requiſita ſufficiẽ
ter probata: licèt enim appareat militem dimiſiſſe capſam
in domo domini Nicolai, non propterea ſequitur quod
D. Nicolaus cuſtodiam in ſe acceperit, quod requiratur ad
5 hoc ut dicatur depoſitum. † illa enim præpoſitio, de, uerbi
ſignificationem auget, ut oſtendat totum fidei eius commiſ
ſum, quod ad cuſtodiam pertinet, l. 1. in princ. ff. depoſi. quo
6 fit, † ut ſi amicus amicum cum ualiſia aſſignata recipiat, nõ
dicatur ſuſcepiſſe cuſtodiam ualiſiæ, nec de rebus perditis
ſtandum eſt iuramento amici recepti, ut ſignanter decidit
7 Spec. tit. de fur. §. quid ſi amicus amicum. ergo † multo mi-
nus Do. Nicolaus dicetur ſuſcepiſſe cuſtodiam capſæ dicti
militis, quem coactus in domo recepit & conſequenter mi-
nus ſtandum eſt iuramento eiuſdem militis, ſecundum Al-
ber. de Roſa. in l. 1. ff. nau. caup. ſtab. Adde quod ex confeſſio
ne actoris apparet quod Dom. Nicolaus noluit in ſe cuſto-
diam ſuſcipere, niſi ſingula quæ in capſa erant, exprimeren-
tur & deſcriberentur, ut optimè deducit prædictus D. Con-
ſultor. Non etiam uideo probatum quod capſa fuerit conſi
gnata, & ſi fortè teſtes iſtud affirmauerint. Reſpondetur ta
libus teſtibus ſecundum ea, quo proponuntur, non etiam fi-
8 dem adhibendam rationibus ſubſequẽtibus. † Primo, quia
ambo ſunt ſeruitores, familiares, & domeſtici, quibus credẽ
dum non eſt, l. 2. C. de teſt. & c. in litteris, eo. tit. ubi ſignanter
dicit Bal. quod tales ſeruitores ſolent ſeruire domino ſuo p
fas & nefas. allegat ad hoc tex. in c. cum ad ſedem, de reſtitu.
ſpol. & l. 1. C. de rap. uirg. humani enim moris eſt dominum
ſuũ uereri, cuius iudicio & uoluntate ſeruitores modo eri-
guntur, modo deprimuntur, c. uilis, 16. q. 2.

Nec obſtat quod ſeruitores & domeſtici admittantur ad
probandum quantitatem rerum ablatarum ſecundum Bar.
in l. ſi quando, C. vnde ui. ad fi. & illud conceditur propter
difficultatem probationis, cum non ſoleant adhiberi teſtes
extranei in repoſitione rerum ſitarum in capſa ſiue ualilia,
eo quod nolunt domini diuitias uel utilitatẽ ſuam omnib.
notam eſſe, l. 2. C. quando, & quib. quar. pars. & eo caſu pro-
pter difficultatem probationis, merito hoc caſu admittuntur
domeſtici, l. quotiens, C. de nauf. ubi not. Bart. & in l. ex con-
ſenſu, C. de rep. ſecus autem dicẽdum in caſu noſtro. in quo
agitur de probando depoſito, & traditione, ac cõſignatione
capſæ, & an fuerit conſignata aperta, vel clauſa: nam in ta-
libus ſolent adhiberi teſtes, nec talia ſunt quæ inter domeſti-
cos ſolos fieri ſoleant, merito eorum probatio facienda eſt
per teſtes legitimos. eſt enim ſpeciale, ꝙ domeſtica teſtimo
nia recipiantur in iis, quæ à communiter contingentibus
ſolent fieri inter domeſticos quorum probatio per alios diſ
ficilis eſt. ergo in aliis ſtat firma regula; quod talia teſtimo
nia domeſtica ſunt reiicienda, l. ius ſingulare, ff. de leg. In-
ſuper quia allegatus teſtis, vt intelligo, depoſuit quòd capſa
fuit aſſignata clauſa, quia ipſe clauſit, ecce quod alter habe
9 bat clauem. † quo caſu deponendo quod clauſit, deponit
in eius laudem & honorem, vt à culpa & negligentia ſe ex-
cuſet, & conſequenter fidem non facit ſecundum Bart. in l.
deferre, ff. de iure fiſci. traditur per Ioan. And. in addi. Spec.
tit. de teſte. §. cũ ponitur, ver. item quid ſi adminiſtrator. d.
Anto. de Butri. conſil. 21. col. pen. in fi. Feli. in cap. cum à no
bis, col. 3. de teſti. Adde quod tractat etiam de ſe exoneran-
do, cum potuerit pecuniam, quæ dicitur nõ reperta, ſurripuiſ-
ſe & capſam apertam dimiſiſſe, vt culpam reiiceret in domi
num Nicolaum & alios de domo. ergo nulla eſt ei fides dan
da, l. omnibus, C. de teſti. l. nullis, ff. eo. traditur per Bart.
in d. l. deferre. Sed poſito quod eſſet ſufficienter probatũ
capſam fuiſſe depoſitam & conſignatã clauſam, prædicto d.
Nicolao

10 Nicolao adhuc ſecundũ ea, propter quæ proponũtur. † Non eſt ſtandum iuramento actoris, quia probatum fuit pro parte rei, quod eius famulus aufugit poſt depoſitã capſam, quo fit vt præſumatur furtum fuiſſe factũ per talem ſeruum, qui aufugit vt ſignanter decidit Bart. quem alij omnes ſequuntur in l. ſi quis ex argentarijs, §. an vero hęredi, ff. de eden. vbi autem probatur furtum, & ſic caſus, nunc non eſt ſtandũ iuramento deponẽtis, quia ceſſat dolus depoſitarij, propter quem dolum in odium doloſi admittitur probatio irregularis, ſeu releuatur deponens ab onere probandi, ſecũdum
11 Bart. in d. §. ſi ciſta, † vbi formaliter inquit, aut non reſtituitur capſa ſignata pp aliquem caſum. vel culpam, & debet actor plenè probarę. ſequuntur Salic. & alij ibi, & d. Iaſ. in d. l. in actionibus, Panorm. & alij in d. ca. ſi. cum igitur conſtet de caſu propter fugam ſerui, ac de culpa actoris, quia capſa uetus eſt facilis ad aperiendum; certe ex his excluditur dolus depoſitarij, & conſequenter in eius odium non debet ſtare iuramento actoris.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram. & nu. ſeq. uſque ad 5.*
2 *Demonſtratio falſa nec nocet, nec prodeſt.*
3 *Iudicis factum dicitur factum poteſtatis.*
4 *Argumentum ualidum de ultimis uoluntatibus ad cõtractus.*
5 *Menſura renunciatio an probetur per apprehenſionem poſſeſsionis.*
6 *Periculum rei uendita, & ſi per traditionem transferatur in emptorem, non tamen cenſetur renunciatum menſura uendita rei, præſertim immobilis.*
7 *Tranſactionem non obſeruans, an incidat in pœnam l. ſi quis maior, C. de tranſact. quando abeſt dolus, & quid ſi abſit præiudicium alterius, uel adſit culpa. & nu. 9. & 15.*
8 *Error iuris excuſat in his, quæ ſunt de apicibus iuris, etiam ſi imperitus habuerit malum conſilium, dummodo non adſint alij conſulentes, & quæ dicantur de apicibus iuris. & nu. 14.*
10 *Minor aduerſus dolum non habet beneficium iuris.*
11 *Pœnalis lex nullam faciens mentionem de dolo, habet locum etiam in culpa, ubi non agitur de pœna corporali.*
12 *Bonam fidem tangentia non dicuntur de apicibus iuris.*
13 *Dubium ius non dicitur, ubi adeſt caſus legis, uel communis Doct. ſententia.*
16 *Executiuè agitur, quando petitur executio ſententiæ emologatæ, aut inſtrumenti iurati.*
17 *Præcepta executiua, quando fieri poſſunt abſque clauſula iuſtificatiua.*

R E S P O N S V M IIII.

Qui ueritas eſt, mihi uiam ueritatis oſtendat.

QVatuor principales difficultates in motiuis æquiſſimi nouorum prętoris proponuntur, quas pro tenuitate ingenij ſub compendio reſoluere conabor.

Circa primã difficultatem, an Io. Philippus, & frater teneãtur ad requiſitam menſuram prædiorum, de quibus in ſentẽtia arbitramentali? Videtur prima conſideratione dicendum, quod non, quia uno precio collectiuo omnia prędia, de quibus in laudo, fuerunt per arbitratorem aſſignata Her-
3 culi, & fratri, † & ſic unitas precij pro omnibus prædijs facit ut aſſignatio uideatur facta ad corpus, ſiue precium, non ad menſuram: quæ aſſignatio ad menſuram facta diceretur, ſi diſtinctio precij eſſet facta in ſingulas perticas, l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrahen. empt. & vend. ibi, ad ſingula corpora. & in l. quod ſæpe, §. item in ijs. ibi, in ſingulos modios certum precium. & ibi. vniuerſaliter vno precio uẽditio perfecta uideatur. eo. tit. & in l. plura. ibi, ſi confuſe uniuerſis precium conſtitutum ſit. & in l. cum eiuſdem, ff. de ędilit. edic. cum alijs, de quibus in motiuis.

Iſtis non attentis contrarium credo de iure verius, pro cuius rei intelligentia puto in hac materia adnotandum, quo modo diſcernatur, quod contractus ſit factus ad numerum, ſeu menſuram, an ad corpus, ſiue ſpeciem, hoc cognito, patebit plana deciſio huius controuerſiæ. Reperio dari tres theoricas, ſiue doctrinas in iſto puncto, quæ tamen non differunt. prima fuit Bar. in l. Iulianus, §. ſi Titius, ff. de act. emp. precium conſtituitur pro numero menſuræ, & iſto caſu dicitur ad menſuram, alias ſecus. Bal. uero in rubri. C. de contrahen. empt. in 22. q. uult, quod ſi precium formetur à menſura, quod dicatur contractus factus ad menſuram: ſi uero 1
formetur à totalitate rei, quod dicatur factus ad corpus, ſiue ſpeciem. Moder. vero clarius loquuntur dicentes, quod ſi cõtrahentes incipiant explicare conceptum mentis per nomina denotantia numerum & menſuram, tunc dicitur ad menſuram contractus celebratus. exemplum ſi dicatur, aſſigno tibi tot perticas terræ expreſſis confinibus: tunc licèt inter illos confines ſit maior numerus, tñ non ueniet in cõtractu niſi quod eſt deſignatum per numerum. l. ſi quis teſtamento, ff. de leg. 1. & ſi minor numerus reperiatur, tenebit aſſignans ad id, quod deeſt, d. l. ſi Titius, in princ. & in l. qui duorum, ſtatim alleganda. ſi uero contrahentes incipiant explicare conceptum mentis per nomina deſignantia certum corpus uel ſpeciem tunc non dicitur contractus celebratus ad mẽſuram. exemplum ſi dicatur, aſſigno tibi fundum Titianum, quod eſt centum perticarum: tunc error menſuræ ſiue minoris, ſiue maioris, non conſideratur. ratio, quia menſura potius adiecta videtur demonſtrationis gratia, quàm aliter.
2 †, & ideo dato quod ſit falſa, non nocet neque prodeſt, l. falſa demonſtratio, ff. de cond. & demonſt. ita Feli. qui alias auctoritates conglutinat. in c. ſignificante, de reſcri. col. 3. & dom. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de ſumma Trini. & Inſti. de actio. §. actionum, col. 21. ubi plura conſi. Apoſt. reduxit, & Panor. in ca. per tuas. de dona. ubi Apoſt. alia addunt, & fuit originale dictum Old. conſ. 197. incip. in conceſsione cuiuſdam. Diſcutiamus modo aſſignationem factam per arbitratorem, quæ
3 etiam dicitur facta per Io. Philippum, † cum factum iudicis cenſeatur factum poteſtatis, & contemplemur, ſi pręſens aſſignatio poſſit dici conſtituta pro numero menſuræ, ut loquitur Bar. ſiue formata dicatur à menſura, ut conſentit Bal. ſiue explicatus dicatur conceptus mentis per nomina denotantia menſuram, aut certam ſpeciem, ut comprobant alia uerba laudi. ita cantant. pro libris trecẽtum, &c. aſſignamus & inſolutum damus partes quinque terræ ad morellam cũ ſuis cohærentijs ualoris lib. 80. Item partes quinque terræ in ualle Ricorini, valoris lib. 80. & ſic de ſingulis precium in caſu iſto conſtituitur, per perticas formatur mẽſura. & explicatur conceptus mentis per nomina deſignantia numerum & menſuram, & non ſpeciem, ſeu corpus. ergo quilibet etiam hebetis ingenij fatebitur, quod præſens aſsignatio dicitur facta ad menſuram. Non obſtat modo unũ, in quo aduerſantes faciunt ſuum capitale, quod non debet dici, quod hæc aſsignatio fuerit facta ad menſuram ex eo, quod precium fuit conſtitutum collectiuè pro omnibus perticis numerans, & non diſtributiuè pro ſingula pertica: quia non reperio, quod aliquis Doctor de mundo faciat hãc doctrinam, quòd non dicatur venditio ad menſurã facta, quãdo precium fuit collectiuè pro omnibus perticis venditis ſiue aſsignatis eo caſu, quo aſsignatio facta fuit per nomina deſignantia numerum. Et ſi aliquis diceret hoc, arbitror quod ſupinè erraret, quia caſus eſt in contrarium tex. ſupra apertus in l. quod ſępe, §. penul. ff. de cõtrahen. emp. in vers. nec intereſt, vtrum precium omnium centum metritarum ſimul, an in ſingulas eas fuerit conſtitutum. ad idem text. in l. ſi duorum, in princ. ff. de act. emp. vbi vnico precio collectiuè erat facta venditio duorum prædiorum & ſeparatim facta deſignatio numeri perticarum cuiuſque. decidit text. quod ſi deſit aliquid de numero vnius, etiam quod id, quod deeſt, reperiatur ſuperfluum in altero, venditor nihilominus tenebitur. ecce caſum fortiorem, vbi erat collectiue precium conſtitutum pro duobus prædijs, & numerus reperiebatur tantum: quia non reperiebatur ſecundum deſignationem, tenetur venditor. quid ergo in caſu noſtro erit, vbi numerus dicitur non reperiri?

4 Tertio ad idem tex. in l. ſi ex toto, §. fi. ff. de leg. 1. † arguẽdo de vltimis voluntatibus ad contractus. vbi dicitur, nec intereſt an ſumma diuiſa ſit pro ſingulis ſeruis, an coniuncta pro omnibus.

Quartò ea ratione, qua dicimus aſsignationem eſſe factam ad menſuram, quando eſt conſtitutũ precium pro ſingulo iugere, ideſt pro ſingulis perticis quatuor, tantũ enim terræ complectitur iuger. Cur non idem dicimus, ſi fuerit conſtitutum precium pro ſingulis quinque perticis, vt in caſu noſtro? Cur non idem, ſi pro ſingulis decem perticis? & finaliter

naliter cur non idem, ſi pro omnibus perticis dinumeratis
ſimul precium fuerit conſtitutum? Certè rectè conſideran
do idem videbitur omni caſu, quia ſemper precium ſerua-
tur ad menſuram. & iſtud voluit Bal. in d. rub. q. 22. qui fa-
cit difficultatem & differentiam, an precium formetur à to
talitate rei, an verò à totalitate menſuræ. Primo caſu dici-
tur venditio facta per corpus, ſecundo caſu dicitur ad men
ſuram. ratio differentiæ, quia primo caſu integritas rei ven
ditæ conſiſtit in ſemetipſa. ſecundo caſu integritas rei ven-
ditæ conſiſtit in integritate menſuræ. Conſiderandum ergo
vnum tantum in iſta materia, an integritas rei aſsignatæ cõ
ſiſtat in integritate menſuræ, an vero in integritate ſui ipſius
determinati corporis, ſiue ſpeciei. tertio autem, quod ſi
conſideratur præſens aſsignatio, quod quilibet aſſeuerabit
quod integritas rerum aſsignatarum conſiſtat in integritate
menſuræ, cum per nomina menſuram ſignificãtia facta fue-
rit aſsignatio ipſa, & iſtud arbitror in Iure veriſsimum, & hęc
quãtum ad primam difficultatem.
5 Circa ſecundum, † an per traditionem, ſeu apprehenſio-
nem poſſeſsionis dictarum terrarum cenſeatur renunciatũ
mẽſuræ? Videtur quod ſic, vt dicitur in motiuis per ea quæ
dicit Pau. de Caſt. in l. 2. C. de peric. & commo. rei uend. &
D. Dyn. conſi. 179. totum contrarium cenſeo concludendũ
fore, per tex. in d. l. ſi duorum, in princ. ff. de act. empt. ubi eſt
tex. in uerſ. utrunque tradiderit. quod poſt traditionem uẽ-
ditor adhuc tenetur ad reſarciendum id, quod deficit men-
ſuræ. Secundò, quia etiam quod ſi eſſet menſura facta & ac
ceptata adhuc, ſi uera menſura non reperiretur, tenetur aſſi-
gnans, l. 1. & per totum, & maximè in l. 3. §. ſi uenditor, ff. ſi
menſ. fal. mod. dix. Tertiò, quia ſi poſt traditionem & factam
menſuram aliqua parte fundus euinceretur, eſſent obligati
Io. Philippus & frater reſarcire pro ea parte menſuræ, quæ e-
uicta foret. l. 1. ff. de euict. cur ergo non idem dicẽdum erit,
ſi poſt traditionem reperiatur, quod aliquid menſuræ deſit.
ad deciſionem, Pau. in d. l. 2. per illum tex. reſpondet dicens
in alleg. conſi. 179. col. 2. ad finem, diſtinguendo duos caſus.
primus eſt, an emptor acceptans poſſeſsionem rei uenditæ
ſine menſura, uideatur renunciare menſuræ ad effectum, ꝙ
6 ex ipſa menſura reſultat, † ſcilicet ut ex traditione periculũ
rei uenditæ trãſferatur in emptorem; & quantum ad iſtum
effectum cenſetur renunciare menſuræ, & in iſtis terminis
loquitur ille tex. & dictum Pau. Secundus caſus eſt, an per tra
ditionem dicatur remiſſa ipſa menſura, ita quod tacita
conditio menſurationis ſublata dicatur? & iſto caſu dicit
Dom. Philippus Dec. in allegato conſi. quod non, & in iſtis
terminis loquitur thema q. noſtræ. Vel aliter, poſito quod de
ciſio Pauli procederet etiam quantum ad ipſam menſurã,
tamen nihil faceret ad caſum, quia loquitur in uino, frumẽ
to, & alijs ſimilibus, quæ mobilia ſunt, & poſt traditionem
poſſunt conſumi & occultari: & ideo iuſtum thema eſt, ꝙ
is cui facta fuit traditio abſque menſura, modo poſſit am-
plius petere menſuram bonorum ſemel habitorum, cum
potuerit partem horum occultaſſe uel conſumpſiſſe nos lo-
quimur in immobilibus, quæ immutari non potuerunt, &
ideo non erit ratio ulla dictans quod iſto caſu dicatur renũ
ciatum menſurę. & quod ita ſit, hoc expreſsè uoluit Impera-
tor in d. l. 2. in fi. ibi, hæc omnia locum habent in uino, fru-
mento, & his ſimilia, id eſt alijs conſiſtentibus pondere, nu-
merõ, & menſura. ſecus in fundo, qui non eſt ſimilis his, l. 2.
in princ. ff. ſi cer. pet.
7 Circa tertiũ, † an per omiſſum actum requiſitæ menſuræ
ceciderint Io. Philippus & frater, à commodo laudi iurati?
videtur quod non, quia non conſtat quod diſpoſitio l. ſi quis
maior, C. de tranſact. puniens contrauenientem laudo iura
to, debet intelligi de contrauenientem cum effectu in præiu-
dicium alterius partis. contraria enim uerba legis exor-
diuntur, ut cum effectu probata intelligantur, l. 1. §. hæc uer-
ba, ff. quod quiſque iur. in propoſito licet ſit denegatus actus
menſuræ, tamen non apparet cum effectu, quod partes aſſi-
gnatæ non reperiantur ſecundum numerum deſignatum
in laudo. imo fortè reperiretur maior numerus, & ideo l. ſi
quis maior, in caſu noſtro uerificatur, quando Io. Philippus
& frater recuſaſſent implere numerum deficientem; nõ au
tem ſi recuſauerint ipſum actum menſuræ. Secundo diſpo
ſitio l. ſi quis maior, non procedit niſi in contrauenientе ex
malitia & dolo tantum, ſecundum Bal. in l. obſeruare, §. pro
ficiſci, ff. de offic. proconſ. col. 3. ſequitur Alex. conſi. 92. col.
pen. uol. 1. in propoſito, dato quod Io. Philippus & frater di-
cantur contrauenisse ex omiſſione & excuſatione menſuræ,
tamen non cõtrauenisſent ex dolo. quod ſic probatur ſecun
dum motiuantem, articulus iſte an teneantur Io. Philippus
& frater ad requiſitam menſuram eſt dubius & de apicibus
8 iuris, † in ijs autem, quę ſunt dubia, & de apicibus iuris,
error & imperitia habet excuſare errantes, ac ſi in facto erra
rent, c. cum dilectus, de conſue. per Bar. Alex. & alios, in l. cũ
prælatus, ff. de re iud. cum concordantijs adductis per Feli.
in c. de quarta, col. 7. de præſcrip. & in c. 1. col. 8. de re iud. &
quando ſumus circa apices iuris, ſemper error excuſat ſecũ
dum Bal. in l. uenditioni, C. de uſuca. pro empt. Secundo iu-
ris ingnorantia excuſat imperitum, qui conſuluit peritum,
licèt habuerit malum conſilium, ſecundum Bar. in l. bono-
rum, ff. de bono. poſſ. tit. generali. Ang. eleganter in l. ſed ſi,
§. ſcire, ff. de pet. hære. cum alijs auctoritatibus, quæ poſſent
adduci. Ex iſtis apparet, quod Io. Philippus, & frater, non fue
runt in dolo, cum habuerunt iuſtam cauſam credẽdi, quod
ad menſuram ipſam non tenerentur.
Præmiſſis non attentis arbitror poſſe contrarium ſuaderi
9 rationibus infraſcriptis. Prima ratio, † quia diſpoſitio l. ſi
quis maior, habet locum etiam ꝙ conuentio nõ lædat par-
tem ſecundum Ludo. Ro. conſil. 510. incipiente, quoad pri-
mum, colum. 4. ratio, quia deierans offendit Deum, & ra-
tione talis offenſionis, & contemptus cadit in pœnas d. l. ſi
quis maior. Ex hoc tollitur prima ratio, ſupra adducta in fa-
uorem Ioan. Philippi & fratris; Et dico, quod ex quo tene
bantur ad menſuram, ut in primo dubio probatum fuit, nõ
menſurando contrauenerint, contrauenіendo in pœnas in
curſi ſunt, dato quod ex tali contrauentione nullum damnũ
Hercules & frater paterentur.
Præterea hæc ratio ceſſat, quia Ioan. Philippus & frater li
tem conteſtati ſunt, etiam ſuper defectu menſuræ, aſſeren-
do ſe non teneri ad aliquid reſarciendum, & ſic per litis cõ-
teſtationem dicuntur incidiſſe in dictas pœnas, ut ibi eſt ex-
preſsè deciſum. Secunda ratio, diſpoſitio d. l. ſi quis maior,
habet etiam locum in contrahentibus abſque dolo, ſed ex
culpa tantum, ut firmat do. Iaſ. in d. l. ſi quis maior, colum. 1.
vbi retorquet fundamenta Bal. contra eum. Idem tenet Ale-
xan. ſibi contrarius, in l. fina. ff. qui ſatiſda. cog. dum dicit, ſi
qs maior, non hẽt locum, niſi dolus vel culpa interueniat.
Idem firmat Do. Thomas Parpalia in d. l. ſi quis maior. ubi
inducit legem illam hoc modo, ſi l. ſi quis maior, intellige-
retur ſolum quando dolus interuenit, non eſt veriſimile ꝙ
10 Imperator excepiſſet perſonã minoris, † quia minor aduer-
ſus dolum, nullum habet beneficium iuris, l. 1. C. ſi aduerſus
delic. Et quod aduerſus dolum non ſuccurratur minori, eſt
gl'n. approbata in l. ſi quis in tantam, C. unde vi. & pro iſta opi
nione facit deciſio Bal. approbata ibi per Alexan. in l. quod
ſi quis. §. quod prætor per illum text. ff. ne quis eum, qui. vbi
11 decidiтur. † ꝙ vbi lex imponit pœnam, & nullam facit de
dolo mentionem, intelligitur etiam de culpa, dummodo
non agatur de pœna corporali. ad idem facit deciſio Ale-
xan conſi. 52. viſo teſtamento, vol. 2. & ex iſtis tollitur ſecun-
da ratio adducta ſupra in fauorem Ioan. Philippi, & fratris.
Reſpondetur etiam, quod in caſu noſtro Ioan. Philippus &
frater, errauerint in his, quæ ſunt de apicibus iuris, uel iuris
12 ambigui, quod aſſumptum eſt falſum. Nam ea, † quæ bonã
fidem tangunt, de apicibus iuris non dicuntur, ſecundum
Bald. in ca. 1. colum. 2. de conſti. & d. meum in l. alienam, co
lum. 2. C. de procur. bona fides autem in caſu iſto luculen-
ter exigit, ꝙ aſſignatio fieri debeat cum integritate menſu-
ræ, cum fuerit formatum precium ab ipſa menſura: non etiã
13 poteſt dici erratum in iure ambiguo, quia † vbi caſus legis
eſt, uel communis Doctorum ſententia, nõ poteſt dici quod
ſit ius dubium ſecundum Bald. in l. inciuilẽ, C. de fur. tradi-
tur in l. cum prolatis, ff. de re iud. in caſu iſto, quod Ioan. Phi-
lippus & frater teneantur ad requiſitam menſuram, dato ꝙ
precium fuerit collectiuè factum pro omnibus perticis. eſt
caſus in d. l. quod ſæpè. §. pen. & eſt vniformis omniũ Doct.
ſententia vt ſupra probaui: qua ergo facie dicetur erratum
14 in iure ambiguo? † non etiam conſilium vnius excellentiſſ.
Doct. habet excuſare quando à pluribus conſilium haberi
poterit, vt determinant Bald. Rapha. Lud. & omnes Moder.
maximè Dom. Iaſ. in l. ignorantia. C. qui admi. & Felin. in
d. ca. in quarta, colum. 7. in fi. de præſcrip. Præterea dato quod
à princ. propter conſilium vnius Doct. potuerint Ioan. Phi-
lippus & frater, habere iuſtam cauſam erroris, tamen viſis
allegationibus duorum aliorum præſtantiſſimorum Doct.
qui veram iuris diſpoſitionem clariſſimè manifeſtarunt: cer
te perſeuerando in errore, recuſando ſemper iuſtam menſu-
ram facere, nõ poſſunt aliquo pacto excuſari à dolo, l. ſi quis
inficiatus, ff. depo. in verſ. nihil dolo malo facit. poſtea ſi co-

35 gnouit, non excuſauit. Item vt ſupra dixi, † diſpoſitio d. l. ſi
quis maior, habet locum, etiam quod contraueniens non
ſit in dolo.

Circa quartum, an potuerit agi executiuè per viam præce
36 pti, omiſſis non neceſſarijs puto quod ſic, quia hic agitur
de executione ſententiæ emologatæ. ergo executiuè agi po-
tuit, toto tit. C. de execut. rei iudi. Secundò, quia partes iura-
runt in instrumento ſententiam obſeruare, &c. quo caſu com
munis eſt Bar. & aliorum ſententia in l. 2. de iureiur. ff. quod.
instrumenta iurata, etiam de iure communi, habent execu-
tionem paratam. Ex hoc tollitur, quod dicitur in motiuis,
ꝙ præcepta executiua ſunt ipſo iure nulla, quando non habẽt
37 clauſulam iuſtificatam, † quia non procedit illa concluſio,
quando petitur executio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam, l. ea quæ, C. cõmi. uel epiſt. & l. executorem, C. de
executio. rei iud. Secundò reſpondetur, ꝙ præcepta execu-
tiua ſine clauſula iuſtificatiua valent, quando non agitur de
pleno præiudicio totius cauſæ, l. de pupillo, §. meminiſſe, &
ibi Pau. de Caſt. Ita regulam limitat, de qua in motiuis, ff. de
noui operis nunc. vbi valet præceptum prætoris prohibentis
procedere in opere abſq; clauſula iuſtificatiua, & firmat In-
nocen. in c. 2. de in integ. reſt. In propoſito primum præce-
ptum factum ad inſtantiam Herculis & fratris, ꝙ Ioan. Phi-
lippus, & frater debeant elegiſſe agrimenſorem &c. non pa-
rat plenum præiudiciũ in tota cauſa, nec in meritis, vbi mẽ-
ſura non fuit reperta, ergo &c. poſſem aliter reſpondere, ſed
puto non expedire.

SVMMARIVM.

1 *Venditio conſiſtit ex conſenſu, re, & precio.*
2 *Venditionis perfectio eſt triplex obligatiua, conuentionalis exe-
cutiua, ſeu acquiſitiua.*
3 *Venditio arguitur ex arra receptione, & nu. 19.*
4 *Vendendi promiſſione nullum ius acquiritur in re, cuius fru-
ctus non facit ſuos ille, cui facta eſt talis promiſſio, etiam ſi pre
cium exburſaſſet.*
5 *Contractus perfectus deſignatur ex perfectione inſtrumenti.*
6 *Communis vſus loquendi eſt attendendus, & prævalet propria
ſignificationi.*
7 *Contrahentium menti, vbi de ea conſtat, ſtatur & non verbis,
nec communi vſui loquendi.*
8 *Vox vnius, vox nullius.*
9 *Venditor pro emptore non poteſt eſſe teſtis, quando agitur de ſuo
intereſſe, quia tenetur de euictione, niſi pariter teneretur ei,
contra quem deponit.*
10 *Venditio nulla redditur ex incertitudine, puta ſi uendatur ius,
quod habet vendens in tali re.*
11 *Venditio ſcriptura perficitur, quando actum eſt ut redigatur
in ſcriptis, & num. 15.*
12 *Venditio collata in voluntatem vnius ex contrahentibus, non
valet, licèt valeat promiſſio de vendendo, ſi uoluerit emptor,
& num. 18.*
13 *Eligere nemo præſumitur uiam, per quam impugnatur eius cõ-
tractus.*
14 *Inſtrumento actus non perficitur, ſed perpetuò probatur.*
16 *Notarius non poteſt rogari, niſi de factis coram eo.*
17 *Teſtator dicens, quòd eius uoluntas, quam expreſſit, rediga-
tur in ſcriptis, ſi decedet ante ſcripturam, teſtamentum non
valet.*
18 *Promiſſio de vendendo, poteſt conferri in voluntatem ementis.*
19 *Precium ſoluens ſtipulator, cui eſt permiſſa venditio, non obli-
gatur emere.*

RESPONSVM V.

Qui ueritas eſt, me in uiam dirigat ueritatis,

PRo habenda faciliore reſolutione pri
mi dubij, præmitto quod
1 † contractus venditionis ex tribus conſiſtit, cõ-
ſenſu, re, & precio. glo. in l. pacta, ff. de contra-
hen. emp. declarat Bar. in l. ſingularia, ff. ſi cer. pe
ta. & Bald. in l. in ementis, C. de contrahen. emp. Secundò
2 præmitto, quòd † perfectio contractus vẽditionis eſt triplex.
Prima obligatiua ad effectum, vt venditor obligetur tradere
rem, & emptor precium: & iſta ſolo conſenſu inducitur ve-
rificaturq; ſi appareat quid, quantũ, qualeque, & pro quanto
precio pure emerit, l. neceſſario, in princ. ff. de pericu. & com
mo. rei vend. Secunda eſt perfectio conuentionalis, vt quan
do partes agunt quod contractus redigatur in ſcriptis, & ſic
quod perficiatur aliter quam ex iſtis tribus ſubſtantialibus,
l. contractus, C. de fi. inſtr. Tertia eſt perfectio executiua &
acquiſitiua, & iſta inducitur per ſolutionem precij, & tradi-
tionem rei uenditæ, l. ſi quis rem. ff. de actio. emp. prout la-
tius declarat Sali. poſt alios in l. 2. C. quando lic. ab emp. diſc.
ſi contractus ſit perfectus primis duabus perfectionibus, niſi
communi conſenſu ab eo non diſceditur: ſi ſit perfectus vl-
tima perfectione ultra communem conſenſum requiritur
actus retroſimilis, d. l. 1. & 2. C. quando lic. ab emp. diſce. ple
nè traditur in l. ab emptione, ff. de pact.

Iſtis ſic præmiſſis, uidetur ꝙ huiuſmodi contractus ſit per-
fectus, ſaltem prima perfectione, ita quod non licuerit Do-
mino de Farges ab eo diſcedere, quia ex cedula apparet de
re uẽdi. videlicet de caſtro Vadene. apparet etiam de precio
per illa verba, en deduction de huieb cent. eſcuz. apparet de
conſenſu ex ſolutione & receptione arrarum & partis precij
per illa uerba, Ie confeſſe de aber agent & realment. rece-
3 peut la ſomme de 50. eſcuz darrez. & pagas &c. † arræ enim
receptio eſt argumentum emptionis & venditionis iam con
tractæ. l. quod ſæpe, in princ. ff. de contrahen. empt. ſolutio. n.
partis precij probat venditionem fuiſſe perfectam, imo ope-
ratur quod ab ea diſcedi non poſſit ex ſolo communi con-
ſenſu, niſi interueniat actus retroſimilis, & eſt tex. in d. l. 2. C.
quando lic. ab emp. diſce. Ideo dicitur quod iſta verba, pro
arris & pagamento, habent tum clauſulæ, rato manente pa-
cto: licet enim arræ repeti poſſint, nihilominus uenditio fir-
ma remanet, ſecundum glo. & Ang. Inſt. de emp. & vend. in
prin. Bal & Sali. in d. l. contractus.

Præmiſſis & ſimilibus, quæ adduci poſſent, non attentis, in
facto propoſito contrarium arbitror de iure verius. Et pro
fundamento pondero illa uerba, luz permutet a ſa premie-
re Requeſte paſſa le contract de la vendition de vedents.
quæ verba nil aliud ſignificant quàm promiſſionem de ven-
dendo, & ſic ipſa verba declarant idem venditor & vnus te-
ſtis, qui interfuit, quando cedula fuit ſcripta. Hoc ſic præſup-
poſito, dico contractum venditionis non eſſe perfectũ, imo
nec inchoatum, quia aliud eſt venditio, aliud promiſſio de
vendendo. l. in bonæ fidei, ſecundum vnum intellectum, ff. de
eo, quod cer. loco. l. ſi fideiuſſor, §. fi. & l. ſi ſeruo, ff. de leg. 1. l. ſi
hæres, ff. de actio. emp. Bart. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. Fal. Bald.
4 in l. fi. §. emptor. C. communia de leg. cum ſimilibus. † Vnde
is, cui eſt facta talis promiſſio, et ſi exburſaſſet totum preciũ,
non faceret fructus ſuos, quia ex tali promiſſione de uenden
do nullum ius acquiritur in re, vt per Alexan. conſi. 73. uiſo
themate, vol. 2. & conſil. 119. per totum, vol. 4. Plus conſuluit
do. Alexan. conſil. 76. viſis dubitationibus, in 3. dubio, vol. 5.
quod promiſſio de vendendo recepta parte precij ex promiſ-
ſione de faciendo inſtrumentum venditionis facta integrali
ſolutione nõ eſt venditio, nec ex tali promiſſione naſcitur vl-
la actio ex empto, & ſtante iſto fundamento non eſſet ulte-
rius hæſitandum, nec diſputandum: tamen quia fortè aduer
ſantes dicent, quod illa verba, permittere de paſſa, habẽnt a-
lium ſenſum, videlicet quod important promiſſionem de fa
ciendo inſtrumentum uenditionis: quæ promiſſio ſtantibus
maximè fundamentis adductis primo loco, demonſtrãt uen
ditionem fuiſſe perfectam, de qua ad probationem haben-
da ſit conficiendum inſtrumentum iuxta l. contrahitur. ff. de
5 pigno. l. pactum, ff. de proba. Et † quod promiſſio de facien-
do inſtrumentum deſignet contractum fuiſſe perfectum, te-
net Pan. conſil. 76. tria ſuccintè, colum. fina. vol. 1. uidendum
eſt, an ita ſit quòd hæc verba habeant talem ſenſum. Secun-
dò poſito quod ita ſit, an verum ſit quod tunc contractus di-
catur perfectus? Circa primum, vt intelligo ſecundum com
munem uſum loquendi huius ciuitatis Aueuionenſis, alia
verba important promiſſionem de faciendo inſtrumẽtum,
6 & ſic de paſſando contractum per manum Notarij, † qui cõ-
munis vſus loquendi eſt attendendus, & præualet propriæ ſi-
gnificationi, l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fundo inſtru.
l. Labeo, ff. de ſup. lega. Nec aliquid facit interpretatio vendi
toris, quia ubi inter contrahentes eſt diſcordia de interpre-
tatione verbi, puta quia vnus vno modo intelligit, & alius
alio modo: tunc præfertur interpretatio illius, qui adhæret
communi vſui loquendi, ſecundum Imol. in c. inter corpo-
ralia.

ralia.§.ſed neque, de tranſl.præla.ſequitur Felin.in procemio
Grego.colum.3.Sed tamen in caſu occurrenti amplector cō
trariam ſententiam, quod talia verba ſignificant promiſſio-
nem de vendendo ex pluribus. Primo non conſtat de iſto
communi vſu, vnde aſſerenti incumbit onus probandi, l. ei
qui,ff.de proba. & in ſpecie Bald.in l. de quibus, colum.pen.
ff.de leg.Alexan.in l.5.in fi.princ.ff.de verb.oblig.cum ſimi-
7 libus. Secundò,quia † vbi conſtat de mente,non attenditur
vis verbi,nec communis vſus loquendi: non enim virtus ver
borum tãtum poteſt operari,quod melior ſenſus exiſtat, l.3.
C.de lib. præter. c.ſecundo requiris, de appella. conſiſtunt
enim verba ſub iugo mentis tanquam ſub ſuo originali, ſe-
cundum Bald.in ca.mandatum, de reſcrip. ſed in propoſito
conſtat,quod promiſit vendere,nō autem vendidit. Igit &c.
Quod autem apparet,conſtat ex dicto illius teſtis, qui inter-
fuit tempore promiſſionis. Nec obſtat ſi dicatur quòd eſt
8 vnicus & ſingularis, † & vox vnius, vox nullius, l. iuriſiuran-
dum,C.de teſti. quia reſpondetur primò quòd in cauſa inter
magnanimum do.Ioan.Paniciam ex una, & d.de Agſars ex
altera, non eſt ſingularis imo habet conteſtem d. de Fargis
9 venditorem. & ſi dicatur quòd † venditor non poteſt teſtifi-
cari pro emptore ſecundum Spec. tit. de teſte. §.1.verſ.quid
de emptore,glo.in l.nullus,C.de teſt.Inno. in c.3.de teſti.Re
ſpondetur,ꝙ verum eſt ubi tenetur de euictione,ita quòd de
poſitio reſultat principaliter in fauorem ipſius venditoris
teſtificantis, ſecus ſi ceſſaret ſuum intereſſe, puta quia tenea-
tur utrique,& ei pro quo deponit,& ei contra quem: nā tunc
par affectio,& paritas cauſæ facit ceſſare ſuſpitionem, l. non
ſolum, §.1.ff.de ritu nup. Vnde Panor. & Moder.in ca. inſu-
per,colum.fina. de teſti. dicunt venditorem & vendentē ſe-
cundum naturam cauſæ, & qualitatem perſonæ, poſſe teſti-
ficari pro emptore & ceſſionario. In caſu autem occurrenti
ipſe venditor utrique tenetur d. de Agſars. Tenetur ad inter-
eſſe actione ex ſtipulatu, quia non vendidit vti promiſerat,
l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verbor.obliga. l. ſi quis
vxori,de præſcrip.d.Paniciæ tenetur de euictione.ergo depo
ſitio venditoris omni caſu eſt ſibi damnoſa, ideo admittēda
per prædicta.Præterea cum agatur de interpretatione verbo-
rum,videtur quod vni ſoli credendum ſit, cum nullus alius
fuerit præſens,qui poſſit aliter interpretari,l.1.§.fi.ff.de verb.
obl. Tertio,quod iſta fuerit promiſſio de vendendo, & non
venditio, licet coniecturari ex alio, quia precium non erat
ſoluendum de præſenti, nec terminus ſolutioni præfixus,
nec res emptori tradenda de preſenti,nec terminus traditio-
ni aſſignatus: quæ omnia arguunt non fuiſſe venditionē per
fectam,vt per Panor.conſ.66.viſo quodam inſtrumento,col.
2.volu.1.

Vltimò ex alio non cenſetur contractus perfectus vendi-
tionis, quia deficit vnum ex tribus ſubſtantialibus, videli-
cet res. non enim conſtat ex iſtis verbis,la vendition de ven
dene,quid contrauentum, vel venditū fuerit.ſ. an totum ca-
ſtrum, an pars, an iuriſdictio, an cenſus, an prædia. & ideo
cum incertum ſit, quid & quãtum, contractus non poteſt
dici perfectus, d.l. neceſſario, in princ. & ſi dicatur,quod il
la verba, venditionem totius iuris, quod habet vendens. di
co iterum incertum eſſe, quid fuerit venditum, an omne
ius,quod habet in caſtro vendens, an omne ius,quod habet
10 in territorio? † Item venditio facta hoc modo,vendo omne
ius, quod habeo in tali re, nulla eſt ratione incertitudinis,vt
eſt text. melior de iure in l. quod ſi in venditione, ff. de her.
vel actio. vend. & in l.locus certus, ff. de acquit. poſs.ex qui
bus omnibus ſatis apparet huiuſmodi contractū non fuiſſe
perfectum ſecundum primam ſpeciem perfectionis, & mi-
nus ſecundum alias ſpecies.

Circa ſecundum, poſito quòd illa verba ſignificarent pro
miſſionem de faciendo inſtrumentum venditionis, nō au-
tem de vendendo; videndum eſt, an partes egerint, quod
contractus perficeretur ex confectione inſtrumenti.& ſic an
ſimus in caſu l. contractus, C. de fide inſtr.vel ne? & iſte pū
ctus mihi videtur in caſu præſenti non tranſire ſine magna
11 difficultate. licèt enim communis opinio ſit, † quòd ſi actū
ſit inter partes, quòd de contractu fiat ſcriptura,non dicatur
perfectus niſi abſoluta ſcriptura,ſeu perfecto inſtrumento ſe
cundum Azo. In ſumma, de fide inſtr. Cyn. Bar. Bal. Salic.
& communiter alios, in d.l. contractus, tamen in caſu iſto
non videtur actum, nec tractatum quòd fieret inſtrumētum
& ſeu non conſtat. Nec obſtat illa promiſſio de faciendo in
ſtrumentum ad primam requiſitionē d.Agſars. quia eſt im-
poſſibile quòd ex tali promiſſione dicatur fuiſſe actum, ꝙ
contractus perficiatur ad requiſitionem & uoluntatem alte-
12 rius contrahentium. † ſic enim commercium collatū fuiſ-
ſet in uolūtatem ementis, quo caſu contractus eſſet nullus,
ne ulla obligatio ex parte uenditoris nata fuiſſet, l.in emen
tis,C.de contra.empti. hoc autem non eſt dicendum, quia
13 † non præſumitur eligere uiam ad impugnandum ſuum cō
tractum,l.3.ff.de teſta.mil. dicamus ergo, ut contractus ua-
14 leat potius quàm pereat,l.quotiens,ff.de reb.dub.quod † uē
ditor promiſerit facere inſtrumentum ad effectum locuple
tioris teſtimonij,& ut fides perpetuo fieri poſſet, iuxta l.cum
res,C.de proba.non ut ex inſtrumento perficeretur actus, &
ita in ſpecie tenuit D. Fabi.de Monte, aduocatus Conſiſto-
rialis in tract. ſuo de emp. & uend.in 3.q.5. par. Sed iterum
15 his minimè refragantibus, contrarium puto uerius, † quod
ex talibus uerbis dicatur conſtare quod contractus non fue-
rit perfectus, ſed perficiendus ex confectione inſtrumenti.
ita in primis tenet Pau.de Caſt.in d. l. contractus. dicens ꝙ
ex talibus uerbis arguitur concludenter quod non fuerit vē
ditio,ſed ratiocinium de uendendo. ita etiam tenuit Specu
lator titu.de emp.& uend.§.1.uer.ſed ſi dictum. ubi dicit ꝙ
uenditor,qui promiſit emptori facere inſtrumentum uen-
ditionis ad ſenſum ſapientum, poteſt ante inſtrumentum
retrocedere, & alteri uendere, quia ante confectionem in-
ſtrumenti non dicitur contractus perfectus.idem tenuit So.
in conſ.169.circa primum,col.5.uol.1. idem tenuit Pau. de
Caſt.in l.cum res,col.2.C.de proba.& in l.qui bis idem.ff.de
uerb.oblig.ubi refert ſe ita conſuluiſſe cum Dom. Raphae.
Fulg.& quod ita fuit obtentum,& ſic conſuluit Fulgo.conſi.
200.incip.in q.quæ uertitur.Mouetur urgenti ratione, quia
in inſtrumento Notarius apponit diem inſtrumenti, & ideo
tacitè partes uidentur egiſſe quod contractus fiat illa die,
16 † cum Notarius non poſſit rogari, niſi de his, quæ fiunt in
eius præſentia.ſequitur Dec.conſi.11.col.2.in fi. & ex iſta ra-
tione conſuluit Ioan.de Ana.conſi.7. incip. viſis & conſide-
17 ratis, † quòd ſi teſtator expreſſit uoluntatem ſuam & dixit,
quod uolebat quod redigeretur in ſcriptis, ſi antequàm re-
digatur deceſſerit,teſtamentum non ualebit, quia contulit
voluntatem ſuā ad diem ſcripturæ, & illa declaratio potius
videtur quædam præparatio futuri teſtamenti, quàm teſta-
mentum: & ita etiam conſuluit Pau.de Caſt.conſi.365.inc.
iuſa facti narratione,& ante eos ita conſuluerat Old. conſi.
119.incip. Titius condidit teſtamētum.& ſequitur Io.Andr.
in additio.Spec.titu.de inſtr.edit.§.compendioſæ, car. pen.
Decius conſi.159.incip. caſus, qui proponitur.col.2. & ſeq.
Ex quibus apparet,quod iſta eſt communis opinio, à qua in
conſulendo & iudicando nullatenus eſt recedendum.
18 † Nec obſtat l. in ementis, quia procedit in uenditione de
præſenti,collata in uoluntatem ementis,quæ non ualet: ſe-
cus in promiſſione de uendendo, quia bene ualet ſecūdum
dictum Bar.& Sal.ibi,& communiter per Doct.in l.à Titio,
19 §.ſi.reprobata gl. ibi, ff.de uerb. oblig. † quinimò ſtipulator
cui alius promiſit uendere, etiam ſi ſoluerit partem precij,
non obligatur emere niſi uelit,l.in bonæfidei,§.ſi tamen,ff.
de eo,quod cer.loco.per quem ita determinat prædictus D.
Fabianus in 4.q.5.par.ſui tractatus. ergo cum iſta fuerit pro
miſſio potius de uendendo, ſeu ratiocinium de uendendo,
nihil confert in propoſito illa conſideratio, quod ſic partes
elegiſſent uiam ad impugnanda ſua iudicia. quia hoc
falſum eſt in tali promiſſione,ut patet ex prædictis.
20 Non obſtat,quod fuerint datæ arræ; & ſoluta pars precij,
quia intelligo quòd fuerint datæ arræ, & ſoluta pars precij
pro uenditione futura, quod fieri potuit, ut ſuprà per Alex.
in uarijs conſilijs concluſum fuit, & eſt caſus in d.§.ſi tamē,
in uer. condicturum, & alibi Spec. & ex hoc ſequitur quòd
nō erat uerum,quòd promiſſio de faciendo inſtrumentū vē
ditionis demonſtret contractum fuiſſe perfectum.

Nec obſtat deciſio Panor.in d.conſ.76.quia uenditor ibi
pro re uendita conſtituit ſe ſoluturum penſionem, & facere
inſtrumentum uenditionis, quæ duo bene arguunt uendi-
tionem fuiſſe perfectam, aliter non teneretur uenditor ad
aliquam penſionem. in caſu autem iſto ſolùm fuit promiſ-
ſum de faciendo inſtrumentum, igitur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſimulatio dignoſcitur ex coniecturis, puta ex pa-
cto de retrouendendo, ac ex modicitate precij, & pacto de
emendo rurſus.*
2 *Emptio rei propriæ fieri non poteſt.*

RESPONSVM VI.

VIſis duobus inſtrumentis uenditionum
unà cum inſtrumentis con-
tinentibus pactum de retrodando, ſeu retrouen-
dendo incontinenti ſubſequentib. viſo etiam
inſtrumento vno locationis cum pactis in eo ap
poſitis poſt allegatas uenditiones inter emptorem & uendi
torem celebrato, & omnibus rectè penſatis, cognoui allega
tos contractus uenditionis & emptionis factos fuiſſe in frau
dem uſurarum, & potius partes egiſſe facere contractus pi-
1 gnorum, quàm emptionis & uenditionis. † & quia ex con-
iecturis & præſumptionibus ſimulatio contractus ſolet ma-
nifeſtari, c. ad noſtram, de emp. & uend. & illo, ut ſupra. de pi
gno. demonſtrabo ex quàm pluribus coniecturis horum cō
tractuum ſimulationem, demum concludam ex expreſſa cō
feſſione partium detectam eſſe fraudem & ſimulationem.
Prima coniectura colligitur ex pacto de retrouendendo
incontinenti appoſita, quod ſolùm licèt non arguat plenam
ſimulationem, l. 2. C. de pact. inter emp. & uend. compo. ta-
men contractam cum alijs coniecturis plenè ſimulationē
oſtendit. & primo ſi coniungatur cū modicitate precij, quia
res uendita fuiſſet maiori precio quàm ualuiſſet, puta ſi do-
mus, de qua agitur, fuiſſet ualoris 150. & fuiſſet uendita pro
100. ita Alex. conſ.... & gl. Panor. & d. Aret. in d. c. ad noſtrā,
& ita conſuluit collegium Mediolanenſe, ut atteſtatur Cæ-
pol. in tractatu de ſimu. contract. in 6. caſu. & conſuluerunt
infiniti alij, quos nō refero, ne verbis ſolia implere videar.
Secunda coniectura elicitur ex pacto, quòd quotiens pla-
cuerit Dom. Petrinæ uendere bona, de quibus agitur, quod
ea teneatur uendere ipſi Magiſtro Ioanni precio quo ualēt,
uel ualebunt tempore, quo uoluerit condere. Iſtud enim eſt
pactum inſolitum, & contra naturam uenditionis, quæ pa-
cta inſolita inducunt legitimam præſumptionem ſimulatio
nis, ſecundum gl. in l. ſi quid ſub cōditione, ff. de cond. inſti.
Cæp. in ſuo tractatu de ſimul. cōtract. præſump.... ſi. n. fuiſſet
uera uenditio, nunquam poſſet uenditor obligari ad vendē
2 dum iterum eidem eandem rem; † nam rei emptæ ex parte
emptoris emptio nulla eſt, l. ſuæ rei, ff. de contrahen. empti.
nec etiam uériſimile eſt, quòd unus & idem emptor uelit
ab eodem eandem rem bis emere, argu. l. cum de indebito,
ff. de proba. item ſi uerum fuiſſet precium rei emptę, quomo
do idem emptor obligaſſet ſe empturum pro precio, quo
ualet, uel ualebit. Iſtud enim oſtendit ꝙ res ſub uocabulo
emptionis pro mutuo fuerit pignorata, & quòd precium ex-
burſatum erat ſumma mutui, non precium rei uenditæ.

SVMMARIVM.

1 Simulatio contractus ex quibus coniecturis colligitur. & nu. 3.6.9. 10.12.
2 Venditione cum conſtituto transfertur dominium & poſſeſſio.
4 Emptio rei propriæ eſt nulla.
5 Confeſſio partis ſupplet omnem probationem.
7 Locatione non transfertur dominium in locantem, niſi præſum ptiuè in præiudicium conductoris.
8 Locatio retinet poſſeſſionem per conductorem.
10 Simulatio cauſa præſumitur, quando effectus cum ſua cauſa non conſonat.
12 Pacto de retrouendendo iuncto cum alijs coniecturis, puta pre- cij modicitate, arguitur contractus ſimulatio.

RESPONSVM VII.

Qui ueritas eſt, mihi uiam ueritatis oſtendat.

VIſis inſtrumentis vēditionum & pactorum de
retrodando, ac inſtrumento uno locatio-
nis, cognoui emptiones pignoris cauſa factas in
fraudem uſurarum, & quod emptor ſine pericu-
lo poſſet fructus rerum ſemper lucrari. & quia
clariſſimè fraus & ſimulatio colligitur ex ore contrahentiū,
1 paucis concludam, † Dico igitur conſtare de ſimulatione
ex pacto, quod ipſa D. Petrina poſſit, & ualeat bona uendita
alienare. iſtud. n. pactum oſtendit rem non fuiſſe venditam
2 ipſi Io. qđ ſic deducitur. D. Petrina uenditrix per † uenditio
nem cum conſtituto factam tranſtuliſſe debuit dominium
& poſſeſſionem, in dictum Ioannem, l. ab emptione, C. de
pact. l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. ſed per pactum quod ip-
ſa uenditrix poſſit diſponere & alienare conſtat poſſeſſionē
& dominium remanſiſſe apud eam, quia alias non poſſet a-
3 lienare, l. 1. C. de reb. alie. nō alie. † Item conſtat de ſimula-
tione & fraude ex pacto quod ipſa D. Petrina teneatur ſi uo
luerit alienare bona, tam uendita dare & uendere ipſi Magi
ſtro Ioanni pro precio & mercato in laudem duorum ami-
corum communium. ſi enim ipſe magiſter Ioannes ſupradi
cta bona verè prius emiſſet, pactū huiuſmodi fuiſſet fruſtra-
4 torium, † quia rei ſuæ & rei prius emptæ ab eodem uendito-
re emptio nulla eſt, l. ſuæ rei, ff. de contrahen. empt. & ſi uera
fuiſſet prima uenditio, uerum conſtitutum, vera traditio,
quomodo ipſa Dom. Petrina potuiſſet ſe obligare iterum
dare, & ſic dominium quod non habebat transferre? cer-
tè hoc impoſſibile fuiſſet, l. traditio, ff. de acquir. rer. dom.
l. 3. C. de legi. & ſi precium expreſſum in inſtrumento fuiſſet
precium bonorum venditorum, quare ipſe magiſter Ioan-
nes ſe obligaſſet empturum eadem bona ſemel empta pro
precio in laudem duorū amicorū cōium? nō enim à precio
ſemel taxato licitum eſt diſcedere, l. in ementis, C. de contra
hen. emptio. & iſtam coniecturam in propoſito bene conſi-
derauit Panorm. conſi. 76. incip. tria ſunt. Item conſtat, quod
magiſter Ioannes non habebat animum emendi, nec Do.
Petrina uendendi, ſed ſolùm ipſe magiſter Ioannes mutua-
re & ex mutuo lucrum quærere. & quia non poterat licitè
tale lucrum conſequi, ſimularunt partes allegatum contra-
ctum uenditionis. hoc manifeſtè conſtat ex confeſſione
partium, qua confeſſione ſtante nulla alia ſimulationis
probatio; nec coniectura exigitur, ut per Cæpol. de ſimu.
5 contract. in prima, præſumptione. † eſt enim partis confeſ-
ſio omnium probationum ſuppletiua, c. per tuas, de pro-
6 ba. l. generaliter, C. de nō nu. pecu. † de confeſſione autē con
ſtat ex inſtrumento locationis incontinenti ſubſequutæ,
quo inſtrumenti ſpecie magiſter Ioannes conducit ab ipſa
Dom. Petrina eadem bona, quæ prius ſimulatè emerat. qui
enim conducit rem ab aliquo, ſe non etiam poſſeſſorem fa-
7 tetur. l. ſi aliquam, ff. de acquir. poſſeſ. † Item qui conducit
rem ab alio, licèt non transferat in locatorem dominium,
l. ad probationem, C. loca. attū præſumitur locatorem fo-
re dominum in præiudicium conductoris, adeo quod con-
ductor excipiens de dominio ſuo tenetur probare, ut decla-
rant Bartol. & alij in l. ſi quis conductionis titu. C. loca. Imò
ſunt qui uoluerunt quòd ſi conductor & locator ſciant rem
eſſe in dominio conductoris, quòd per locationem iſto ca-
ſu transferatur dominium in locatorem, ut per Alexand. &
Aret. in d. l. ſi aliquam rem. ſtante igitur hac concluſione,
quod Ioannes rem emptam incontinenti conducat, & ſic
uenditam poſſeſſionem, & dominium fateatur, quis nega-
8 bit uenditionem fuiſſe ſimulatam? † Accedat quod uendi-
tor locando emptori, dicitur in poſſeſſione remanere, l. ſi
9 colonus, ff. de acquiren. poſſeſ. Et † manifeſta fraudis & ſi-
mulationis præſumptio eſt, quando uenditor remanet in
poſſeſſione rei uenditæ, l. ſicuti, §. ſuperuacuum, ff. quibus
mo. pign. uel hyp. ſol. Cæp. in d. tracta. in 24. præſump. quam
præſum. conſiderant Doct. in uarijs locis, quos non refero,
ne uideat implere folia uerbis non neceſſarijs. ſi enim ue-
rè Ioannes emiſſet, ſine dubio rem emptam non conduxiſ-
ſet, cum non ſit uériſimile quod emptor uelit rem emptam
committere uenditori, argu. l. cum de indebito, ff. de pro-
10 bat. † vnde cum non conſonet effectus cum ſua cauſa, præ
ſumitur ſimulatio cauſæ, ut per Pau. de Caſt. conſ. 326. incip.
11 præſuppoſitis his. † conſtat etiam de ſimulatione ex pacto,
quod de penſione dictæ domus defalcari debeant lib. 31.
uigore precij exburſati ad rationem quinque pro cente-
nario. nam quando aliquid ſoluitur emptori non habito re
ſpectu ad rem emptam, nec ad fructus, qui percipiuntur ex
ea, ſed habito reſpectu ad precium exburſatum, colligi-
tur mentem contrahentium non fuiſſe emendi, nec uen-
dendi, ut per Cæp. in dict. tract. in 3. præſumpt. & ſatis iſtud
ſe confert ſenſui naturali, & rationabili. Liquet etiam de
12 ſimulatione & uſurarum fraude † ex pacto de retrouenden-
do, quod licet de per ſe non arguat prauitatem contractus, l.
2. C. de pact. inter emp. & uend. attū iunctum cum alijs cō-
iecturis operatur uehementiſſimè ad oſtendendum fraudē
& ſimulationem in tantum, quòd hodie cōmunis eſt Doc.
ſententia, quod pactum de retrouendendo cum modi-
citate precij facit præſumi contractum ſimulatum. quam o-
pinionem tenuit gl. in c. conqueſtus, de uſuris. & ſecundum
iſtam opinionem conſuluit collegium Mediolanenſe, &

propter

Papien.ut atteſtatur Cępo.in d.tract.in 6.caſu prin. & iſtam opinionem dicit communem Alexan. conſ.46. etiam præſentis conſilij materiam,col.1.uol.3.Barb.conſ.51.col.2. & ſequen.vol.1.& ideo cum in caſu iſto adfuit ultra pactũ de retrouendendo titulus, & tantæ coniecturæ quæ ex tenore inſtrumenti patent, concludo contractus prædictos fore ſimulatos,& in fraudem uſurarum confectos,& cõſequenter fructus perceptos imputandos in ſortem,iuxta text. in d.ca. ad noſtram,& de illo uos. Et hæc concluſio maxime procedit ſi probabitur modicitas precij domus uenditæ per ſupradicta. Vide etiam aliquas coniecturas per Decium conſil.123.colum.2.

Reſponſum octauum incip. do.Honoratus. eſt impreſſum ſub num.75.ſecundum Lugdunen. impreßionem 1564.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio rei alienæ ualet in præiudicium uendentis, ac eius hæredum.*

2 *Hæres contra factum defuncti uenire non poteſt pro ea parte, qua eſt hæres inſtitutus,niſi eſſet filius hæres quo ad legitimã tantum.*

3 *Læſio conſiderari non poteſt in uenditione rei ſub futuro euentu conſiſtentis.*

RESPONSVM IX.

1 RIchardus de Sinederio † potuit ieius ꝑ iudicium vendere rem alienam, l. rem alienã, ff.de contrahen. empt.licet non potuerit in præiudicium Ioannis eius filij,niſi ex cauſa,& ſeruata iuris ſolennitate iuxta l.lex, quæ tutores.C.de adminiſtr. tuto.& ff.de reb.eorum, uel niſi Ioannes maior factus alie-
2 nationem ratam habuerit,l.fi.C.ſi mi.ma.fac.alien. † vel niſi fuerit hæres patris,quia non poteſt ſubuertere, nec improbare factum defuncti, l. cum à matre, C. de rei vend.Cum igitur Ioannes fuerit hæres Richardi eius patris,concludendum reſtat quod pro ea parte,pro qua fuit hæres, non poterit contrauenire uenditioni. Nec obſtat deciſio Pau. de Ca. in d.l.cum à matre. quia ſanè eſt intelligenda, & prout ipſemet fatetur, remittendo ſe ad notata in l. 2. C. ſi quid in fraud.patro. quando filius fuiſſet hæres in ſua legitima tantum,tunc quia nihil à defuncto conſequitur, cum legitima ſit ẽt ſibi ut filio debita, poterit contrauenire, ut ipſe ait, & rem ſuam alienatam ſibi deficientem repetere: ſed ſi ultra legitimam fuerit aliquid conſequutus, tunc quia illud habet ut hæres, & in illo repræſentat perſonam defuncti, non poterit contrauenire alienationi factæ per patrem de re ipſius filij. Ita procedit diſpoſitio in d. l. cum matre. & ita ſe ipſum declarat Pau.de Caſt.in d.l.2.ubi idem firmat Sal. Vel aliter,deciſio Pau.poſſet procedere,niſi pater promiſiſſet de rato pro filio,nam tunc filius hæres patris non poterit ex perſona propria reuocare alienata per patrem,quia ſuccedẽdo ei,uidetur ratum habere,l.fi.in princ.ff.rem rat.hab.per quẽ iſtã quæſtionem noſtram determinet Bar. pater ueritatum, in l.cum uir,colum.fi.uer.quæro,quid ſi aliquis uendit rem nomine Titij.ff.de uſucap. & ex hoc apparet reſpõſio ad oĩa fundamenta aduerſantium. & primo, dum dicunt alienationem non ualuiſſe à principio, quia iſtud cõcedimus,ſed dicimus eam alienationem confirmatam fuiſſe, quia Ioannes dominus pro ſua rata ſucceſſit, & quia alienationẽ fecit nomine ipſius Ioannis, l.ſi ab eo, C. de libera. ca. maximè quantum ad exceptionem dandam emptori,ſecũdum Bart. in d.l.cum uir.Non etiam obſtat dum dicitur, quod contractus uenit reſcindendus ratione enormis læſionis cum fuerit læſus Ioannes citra dimidiam iuſti precij, propter quam læſionem potuiſſet Richardus reſcindere contractum & cõſequenter Ioannes eius hæres,iuxta l. 2.C. de reſcinden.vendi. quia reſpondetur quòd de tali læſione non conſtat, nec probata fuit. quinimo non uidetur poſſe probari, quia Richardus uendidit huiuſmodi ſeuda nomine Ioannis eius filij Magniſ.Do.Stephano Veſco.ſcienti Ioannem, cuius nomine fiebat uenditio,nullum ius habere in dictis ſeudis,niſi ſola ſpe conſiſtente in futura ſucceſſione matris tunc uiuẽtis,& cuius erant dicta feuda,quo fit ut Richardus cenſeatur uendidiſſe nomine Ioannis eius filij ius incertum, & quan-
3 dam ſpem,iuxta l.nec emptio,ff.de cõtrahen. emp. † In qua ſpe nulla poteſt conſiderari læſio ex parte uenditoris, cũ ſit talis quæ ſe habeat ad eſſe & non eſſe, l. de fideicommiſſo, C.de tranſact.poterat enim Ioannes præmori, & non ſuccedere matri,l.nam etſi parentibus,ff.de inoffi.teſtam.poterat etiam mater alios filios procreare, & diminuere partem Ioannis,diſponendo in uita,uel in morte de dictis feudis. Prætera ratione læſionis citra dimidiam iuſti precij nõ potuit actor preciſè agere ad reciſſionem contractus,cum ſit in facultate emptoris ſupplere iuſtum precium d.l.2.an autẽ exceptio rei iudicatę obſtet Dioniſio agenti,nõ diſcutio quia non uid' iudicatum,nec caſus iudicati.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor ſoluens intruſo, à quo ſcienter conduxit,non liberatur; & ita limitatur communis opinio contrarium diſponẽs. & nu.11.& 13.*

2 *Locatio regulatur eiſdem regulis,quibus emptio.*

3 *Depoſitarius reſtituens furi ſcienter rem depoſitam, non liberatur.*

4 *Eligentes ſcienter intruſum, puniuntur.*

5 *Intruſus malè adminiſtrare bona eccleſiæ præſumitur.*

6 *Debitor ſoluens pecuniam alteri, quando liberatur. & nu.24.*

7 *Soluens iuſſu Magiſtratus,præſumitur coactè ſoluere.*

8 *Periculum caſus fortuiti ſpectat ad debitorem quantitatis.*

9 *Præcepta pœnalia caſui fortuito æquiparantur.*

10 *Debitor quantitatis ſoluens hæredi putatiuo,non liberatur.*

11 *Soluens debitor quantitatis coactè priuato,non uero creditori, non liberatur etiamſi cedere actiones uero creditori obtulerit.*

14 *Debitor,cui poteſt imputari culpa,nõ excuſatur caſu fortuito.*

15 *Obediendum eſt potius ſpiritui,quàm carni.*

16 *Excommunicationis pœna cæteris maior, cum liget animã cum illis anteponendam.*

17 *Obediendum potius eſt Pontifici, quàm Regi.*

18 *Iudicis incompetentis præceptum,eſt ipſo iure nullum, & non excuſat à culpa,ſed ſolum à dolo.*

19 *Conductor bonorum eccleſiæ non poteſt conueniri coram laico.*

20 *Inferior non tollit legem ſuperioris.*

21 *Metus iudicis non excuſat,quando non fit debita reſiſtentia.*

22 *Impedimentum non excuſat, niſi conſtet eſſe tale,cui reſiſti non poßit.*

23 *Affectata non proſunt,quæ non affectata prodeſſent.*

25 *Debitori non nocet factum in contumaciam creditoris.*

26 *Metus carceris an excuſet.*

27 *Teſtes contrarij,ac de auditu producentes, & habentes ſimilẽ cauſam,inimici, negociorum geſtores, ſingulares, compatres, fideiuſſores in cauſa de qua deponunt, non probant.*

RESPONSVM X.

TItius ſciens Meuium verum & legitimũ Abbatẽ, & poſſeſſorem Abbatiæ de Crauenna, conduxit ad nouennium omnia bona prædictę Abbatiæ à Sempronio intruſo,quem fore intruſum ſciebat,uel ſcire poterat, & quem Sempronium intruſum fore declarauit Rota, iubendo eum amoueri à tenuta dictorum bonorum, interdicendo diuina celebrari in ipſa Abbatia,& in alia eccleſia collegiata ciuitatis Augdenanẽ. iubendo prædicto Titio ne ficta perſolueret ipſi intruſo,ſed ea omnia conſignare deberet in manibus executoris deputati, & hoc ſub cenſuris, & alijs pœnis in præcepto & ſequeſtro ipſi Titio facto ſerioſius expreſſis. Verum iſtis omnibus nõ attentis Titius prædicto intruſo in parte,& in parte Caio aſſeren. ſe procuratorem intruſi, licèt de mandato non conſtet,ficta perſoluit.

Inſuper uero hic Titius conductor iudicialiter cõuentus à Meuio uero Abbate proponit, ſe fore liberatum per ſolutiones factas prędicto intruſo & eius procuratori ex eo,ꝙ dicta bona ab eo conduxit, & ad præceptum & ſequeſtrum reſpondet ꝙ à tempore dicti ſequeſtri & præcepti fuit per uim coactus ſoluere & exhibere præceptum unum pęnale eiuſdem iudicis layci & quaſdam atteſtationes ad probandum minas & incarcerationes factas per dictum Caium aſſertum procuratorem militem & potentẽ, & hominẽ ſtrenuũ.

Modo conſilium petitur ſuper tribus. Primo,an Titius teneatur ad omnia ficta ſtante ſcientia & mala fide ipſius? Secundo, an ſaltem à tempore præcepti & ſequeſtri teneatur non obſtante allegato metu? Tertio,poſito ꝙ metus excuſe-

ret, an per reſtes & præceptum dicatur probatus legitimus
metus? Super tribus dubijs, de quibus conſilium quæritur,
breuiter & ſummarim me expediam: gaudent enim breui-
tate Moderni, ſecundum glo. in l. 1. ff. quod met. cau. & ueri-
tas conſiſtit in paucis, l. 1. C. ſi ſer. ſe ab hæred. abſtin. & quia
boni Conſultoris eſt reſecans ſuperfluis breuibus ueritatē
attingere. ſecundum Aret. conſ. 100. incip. longitudo, & uer
botū prolixitas in oſtendendo ueritatem non eſt neceſſaria.
Circa primum, prius inuocato diuini numinis ſuffragio
1 arbitror, Titium † conductorem ex allegatis ſolutionibus
factis intruſo, à quo ſciente conduxit, non eſſe liberatum,
quia deciſio communis Bar. & Scrib. in l. ſi urbana, ff. de cō-
di. indeb. Innoc. Panor. & aliorum in c. nihil, & in ca. per in-
quiſitiones, de elect. quæ uult q̄ ſoluens intruſo ex contra-
ctu locationis cum eo celebrato liberetur, nō procedit quā
do ſoluens ſciebat eum, cui ſoluit, intruſum eſſe ſecundum
Ang. Pau. de Caſt. & Doct. citari à d. Iaſ. in d. l. ſi urbana, per
tex. in l. ſi filiæ, ff. de ſolu. & ita etiam tenuit Bal. in l. 2. col. 12.
verſ. & iam de ſexto, C. de ſeruit. & aqua. & Innoc. in c. in lit-
teris, de reſti. ſpol. uerum cum in caſu iſto Titius nō ſolum
ſciret Sempronium fore intruſum tēpore ſolutionum, ſed
etiam tempore celebrati contractus locationis, & atue, quis
dubitabit eum non eſſe liberatum, ex quo ſcienter condu-
xit rem alterius? quo caſu propter malam fidem deberet te-
neri ad fructus non ſolum perceptos ſed etiam percipiēdos,
d. l. ſi fundum. C. de rei uend. l. ex diuerſo, ubi glo. & Bart. ff.
2 eo. quæ iura † licèt loquantur in emptore, qui ſcienter emit
rem alterius, tamen habent etiam locum in conductore, l.
1. & 2. ff. loca. ubi dicitur quod eiſdē regulis, quibus emptio
regulatur, eiſdem & locatio. unum tamen eſt quod difficul
tatem facere uidetur. quia ad hoc ut ſoluens non liberetur,
non ſufficit quòd ſciat eum, cui ſoluit intruſum, ſed etiam
uidetur neceſſarium quòd ſciat intruſum fraudaturum ec-
cleſiam tali pecunia ſecundum Pau. de Ca. in l. ſi pro patre,
§. uerſum ff. de in rem uer. quem refert & ſeq. d. meus in d. l.
ſi uerba. Vnde cum in caſu noſtro nō præſupponatur, quod
ſoluens ſciat intruſum fraudaturum eccleſiam, ſed tantùm
ſciret intruſionem, certe non debet talis ſcientia ſibi præiu-
dicare: nam ubi duo copulatiuè requiruntur, alterum tan-
tum non ſufficit, l. qui hæredi plures, ff. de cond. inſti. cū uul
garibus. Ad iſtam difficultatem reſpōdeo, q̄ qui ſcit aliquē
eſſe intruſum, eccleſiam iur. præſumptio etiam ſcire dicitur
intruſum eccleſiam fraudaturū, & licèt Pau. copulatiuè adij
ciat, & fraudaturum eccleſiam, adiecit ad maiorem expreſ-
ſionem. non q̄ unum poſſet ſciri ſine altero, ſaltem iuris præ
ſumptione. Probo illud iure & rōne. Primo p tex. in l. quod
3 ſeruus, ff. depoſi. ubi dicitur, q̄ † depoſitarius, qui ſcit ſeruum
furto ſurripuiſſe domino ſuo rem depoſitam, dicitur in cul
pa, ſi ſeruo deponēti depoſitum reſtituat & ideo nō liberat.
rō eſt quia ex quo ſcit ſeruū furtū feciſſe, debet præſumere &
arbitrari q̄ ſeruus velit fraudare dīm re depoſita. ſic ergo di
cendū eſt in intruſo, qui dicitur fur & latro, cum nō intraue-
rit per oſtium, vt habetur Ioan. 5. tranſumptiuè in c. tres per
ſonis. 23. q. 4. & in c. ſi propterea, & in ca. ſeq. de pen. diſt. 1.
Secundo adduco caſum c. per inquiſitionem, de elec. vbi
4 † eligentes ſcienter intruſum, puniuntur tāquam eligentes
5 ſcienter indignum hac ratione, quia eſt præſumptio † q̄ in-
truſus habeat prædari, & malè adminiſtrare bona eccleſiæ
ſm Panor. in 7. notab. & non alienando mentē à vero ſenſu
quis dixerit q̄ Titius poſſit prætendere ignorantiā, q̄ iſte in-
truſus nō eſſet fraudaturus eccleſiam, eo q̄ verū Abbatem à
dño vocatū violenter expulerit? Nam nō ſolū fraudat eccle-
ſiam, qui miniſtros & in dño laborantes expellit, verum ēt
dñm eius, & dñm noſtrum Redemptorē IESVM CHRISTVM
iterum dr̄ crucifigere c. nulli dubium. in fi. 1. q. 1. & qūo non
fraudauit eccleſiā, qui merce dē eccleſię ſeruinitis vſurpat, c.
cū apoſtolos, de præbē. & quis arbitrabitur lupū fidelē ouiū
cuſtodiā adhibere, c. ne pro defectu, de ele. c. ſit rector, 43. di.
& propterea reperio q̄ Inno. in d. c. in litteris, & Ang. in d. l. ſi
verba, & Bal. in d. l. 2. de ſciā huius fraudis verbū nō faciunt,
ſed ſimpliciter tenēt q̄ ſoluens ſcienter intruſo, non liberet.
6 Circa ſecundū vr̄ prima facie cōcludendū, q̄ † Titius, qui
ſoluit pp præceptum pęnale iudicis laici, & propter minas
& detruſionē in carcerē aſſerti procurat. potētis & ſtrenui, &
ſic pp iuſtum metum. debeat excuſari & liberari per illud,
quod notabiliter Bar. determinat in l. creditor. in fi. ff. de ſol.
ubi dicit quod debitor, qui ſoluit pecuniam alteri, cui non
debebat, puta cōitati vigore ordinamenti ciuitatis pœna-
lis & grauis liberatur. quia iuſto metu ductus fuit, l. fina. §. fi.
ff. quod met. cau. ſequitur Anch. conſi. 74. inci. in cauſa, quæ
vertitur. & Alex. in conſi. 57. col. fi. vol. 1 & dicit Ang. in l. li-
ber homo, ff. de acquir. re. dom. & in l. liber homo, ff. de he-
7 red. inſti. quod † ſoluens iuſſu magiſtratus, præſumitur coa-
ctus ſoluere, & idem qui ſoluit metu carceris, ſecūdum Bal.
in l. falſus, col. penul. C. de fur. & alibi fortius dicit Bald. in l.
nouiſſime, ff. quod falſo tut. quod non ſolum excuſatur, qui
coactus ſoluit, ſed etiam qui ſoluit metu, ne compelleret-
tur ſi ſciebat ſe poſſe compelli: & idem tenuit Ioan. Andr. in
reg. bona fides, de reg. iuris. cum alijs allegatis per Feli. in c.
cum M. Ferrarienſis. col. 10. de conſti.
Iſtis non attentis, concludendum exiſtimo Titium nō eſ-
ſe liberatum, ad quod clarius demōſtrandum ſubijcio quaſ-
dam concluſiones.
8 Prima concluſio, † periculum caſus fortuiti ſpectat ad de
bitorem quantitatis, l. incendium, C. ſi cer. petat. & ratio eſt,
quia quantitas perire non poteſt, l. ratione, §. diligenter, ff.
ad leg. falcid. Et ex hoc infero, quod Titius, etiam quod fue
9 rit coactus ſoluere intruſo † per præcepta pœnalia, quæ ca-
ſibus fortuitis enumerantur, l. cum duobus, §. fi. ff. pro ſocio,
l. 2. ff. de hær. vel act. uend. vel per aliam facti violētiam, quæ
etiam caſus fortuitus appellatur, §. item is, Inſtitut. quibus
mod. re contrahi. obligat. non debet dici liberatus, quia eſt
debitor quantitatis; ſed caſus huiuſmodi fortuiti debent
ipſi debitori obeſſe, & non uero Abbati, ut probat text. in d.
10 l. creditor. hinc eſt, † quod debitor quantitatis ſoluens hære-
di putatiuo poſſeſſori bona fide, non liberatur niſi pecunia
perueniat ad verum hæredem, l. Imper. §. fin. ff. de tranſact. &
ita ſignanter determinat glo. in l. ſi quis vxori, in §. apud La-
beonem, per illum tex. ff. de fur. dictum debitorem quanti-
tatis ſoluentem ei, quem ex iuſta cauſa credebat verum cre-
ditorem, non eſſe liberatum; & in terminis per illam gl. cō-
ſuluit ſubtilis Dom. Franc. de Aretio conſi. 35. quod incipit,
11 viſo themate, in primo dubio. † quod ſoluens intruſo in ca-
ſibus, in quibus habeat iuſtam cauſam ſoluendi, non libera
tur ſi erat debitor quantitatis, & ita etiam firmant Fulgo. &
Dominus meus, D. Iaſ. in d. l. ſi urbana.
12 Secunda concluſio, † coactus ſoluere priuato, cui non te
nebatur, non liberatur vigore talis ſolutionis, cum ſalua ſit
ſibi actio repetendi ſolutum ab ipſo priuato. ita Bar. expreſ-
sè concludit in d. l. creditor. & alij ſequuntur per rationes l.
2. & l. ſequen. ff. ſi quis cau. & in caſu præſenti fuiſſet coactus
ſoluere aſſerto procuratori priuatæ perſonæ nullam iuriſdi
ctionem habenti, ergo non debet dici liberatus. Et ſi dica-
tur ſaltem cedendo actiones contra eum, cui ſoluit, erit libe
ratus, vt dicit Bar. in d. l. 2. & per tex. in l. quod debetur, ff. de
pecu. Reſpondeo, quod deciſio Barto. procedit in debitore
ſpeciei, ſecus autē in debitore quantitatis, ſecundum gl. in
d. §. apud Labeonem, quam ſingularem dicūt ad hoc Alex.
& Dom. meus in l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens,
col. 4. ff. ſi cer. pet. aſſignātes hanc rationem differentiæ, quia
debitor ſpeciei ſoluendo ſpeciem tradidit id, quod erat in
obligatione, ideo cedendo liberatur; ſed debitor quanti-
tatis ſoluendo tradidit id, quod non erat præciſè in obliga
tione, & ideo non liberatur. Non etiam obſtat huic funda
mento, ſi dicatur quod procedit quando debitor ſoluit ei,
cui non tenebatur. in caſu autem noſtro Titius ex cōtractu
locationis tenebatur intruſo, à quo inueſtituram ſuſcepit.
13 ergo &c. Ad iſtud patet de ſe reſponſio, † nam à die ſeque
ſtri & intimationis ſententiæ latæ contra intruſum, nō debe
bat, nec amplius cogi poterat ſoluere ipſi intruſo, vt expreſ-
sè concludit Bal. in l. emptione, col. 2. C. loca. ubi decidit q̄
ſoluens prælato intruſo poſt inhibitionem, vel interdictam
adminiſtrationem, numquàm liberatur.
14 Tertia cōcluſio, † caſus fortuitus non excuſat debitorem,
cui poteſt culpa imputari, l. quod te, ff. ſi cer. pe. l. ſi nihil alie
num, ff. de ſol. l. cum filius, ff. de verb. obli. & generaliter vbi
culpa præcedit caſum, non excuſatur culpoſus à caſu, l. 1. §.
his vero, ff. de act. & obl. & ita in terminis decidit Bar. in d. l.
ſi creditor. vbi expreſsè concludit, q̄ debitor, cuius culpa pe
cunia exacta fuit, à non vero creditore non liberatur. in ca-
ſu aūt pñti Titius fuit in maxima culpa, vt ſtatim demōſtra-
bo. ergo ēt quod per vim, vel metum, & ſic per caſum fortui
tum fuerit coactus ſoluere, non erit liberatus. Quod autem
fuerit in culpa, probatˀ. Primo, quia tpē ſolutionis factæ erat
in mora: nam debebat ſoluere in feſto S. Martini, & reperitˀ
ſolutio facta de menſe Decembris, quo caſu ſi paruiſſet præ-
cepto Delegati Apoſtolici, in conſignando ficta in tempore
debito, non fuiſſet quid ſibi poſſet imputari. cum ergo fue-
rit in mora, & ſic in culpa, l. omne delictum, ff. de re milita. l.
ſi mora, cum gl. ff. ſol. ma. rectè mora hæc debet ſibi nocere,
l. mora,

l.mora,de reg.iur.in 6.l.in condemnatione,§.unicuique,ff.
de re iur. & ſi fortè dicatur,reſpectu carceris & violentiæ ha-
bitę per aſſertum procuratorem poteſt mora aſcribi,ſed nó
reſpectu præcepti pœnalis,vt videt allegari in proceſſu,an di
catur præceptum pœnale eſſe factum ante feſtum S.Martini:
adhuc inſiſto in fundamento ꝙ poſſit culpa aſcribi Titio, ꝙ
potius non paruerit præcepto iudicis Apoſtolici comminā-
ti ſeu infligenti cenſuram ꝙ̃ præcepto iudicis laici cōminānti
pœnam pecuniariā multis de cauſis.
15 Primo,† quia obediendum potius eſt ſpiritui, ꝙ̃ carni, c.
ſolitæ, de maior.& ob.
16 Secundo ratione maioritatis pœnæ.†nulla.n.maior pęna
reperitur ꝙ̃ excōicationis,c.corripiantur,24.q.4.eſt.n.excōi-
catio gladius Domi. penetrabilior unguib. accipitris, ſm
Pau.de Ca.& d.Iaſ.in l.ſi quis id,quod.in 6.col. ff. de iuriſd.
omn.iud. Titius.n. patiēdo ſe excōicationis vinculo ligari,
cur non debet dici in culpa,ſi à Deo aufugit, & ad diabolū
confugit,c.audi deniq.11.q.3.& ibi gl.& Panor.in c.ita quo
rundam,de iudi.
Tertio debuit potius timere cēſuras, ꝙ̃ cōminatā malitiā
ratione ſubiectæ dignitatis, in quo pœna inferebatur excōi-
cato. Vnde ligat animam,quæ cæteris reb. eſt anteponenda,
l.ſancimus,C.de ſacroſ.eccl.& c.præcipimus,13.q.1.& cum
infirmitas.de pœnis. & maiora onera ſuſtinenda ſint pro ſa-
lute animæ ꝙ̃ pro ſalute corporis,§.omnib. Auth. vt cum de
appell.cogno.fuit ergo Titius in culpa ſi non paruit potius
præcepto Delegati Apoſtolici,imo verius ſi non paruit man
dato Pontificis propter aſſertum præceptum pœnale iudicis
17 laici. & in terminis,† ꝙ potius debuerit parere Pontifici
quàm iudici layco,imò potius quàm Regi, firmat glo.in c.
reprehenſibile, 23.q.8.
Quartò fuit in culpa timendo aſſertum præceptum pœ-
18 nale iudicis layci,† quia erat ipſo iure nullum,tamquàm fa
ctum a iudice incompetenti, toto titu. C. ſi à non compe-
ten.iudi. fuc. Iudic. debuit ergo conſiderare Titius nullita-
tem talis præcepti,& contra illud ſe opponere, & non ita ti-
mere quod nullum erat. ita in ſpecie concludit Aret. in d.
conſi.350.vbi dicit,ꝙ licèt præceptum nullum excuſet à do
lo,non tamen à culpa,quia debuit ſolnens diligentius con-
ſiderare vtrum præceptum valeat. ꝙ autem laicus eſſet iu-
dex incompetens,oſtenditur pluribus modis.
19 Primò ratione ipſius perſonæ Titij conductoris,† nam cō
ductor ratione rerum,quas tenet ab eccleſia,non poteſt con
ueniri coram laico.dicitur enim de foro eccleſiæ, l.2. C.de
epiſcop.& cler.l.ſi quis,C.vbi cauſæ fiſca. glo. in c.iudicatū,
8.diſt.& in c.2.de foro competen.& Marian.Socin.in c.1.in
quinta declaratione.verſ.2.
Secundo erat incompetens ratione perſonæ veri Ab-
batis, in cuius præiudicium relaxabar ſequeſtrum & præci-
piebat ſolui debere intruſo,c.nulli iudicum,& c.ſignificaſti,
de foro competen.
20 Tertio erat incompetens per inferioritatem. † non.n.po-
teſt inferior legem ſuperioris tollere, clem. ne Romani, de
ele. c.cum inferior, de maiorit. & obe.non potuit ergo lai-
cus pręcipere ſolutionem fieri intruſo,non obſtante ſeque-
ſtro Apoſtoloci Delegati, & ſententia Auditoris Apoſtolici.
abſit.n.vt decreta Pontificū poſſint irritare,hi quos obſignā-
di mouet neceſſitas,non auctoritas imperandi, & bene qui-
dem & c.cum quid 96.diſt. cap.non placuit,16.q.8.c. cū lai-
cis.de reb.eccleſiæ non alie.
Quinto, fuit in culpa ſoluendo metu ſolius comminatio
nis.debuit.n.expectare mulctam & pręceptum ad allegandū
quare mulcta tranſmitti fiſco nō debere.imo debebat pati
aliquam violentiā pro executione mulctę. Iſtud ego probo
per illud,quod notanter decidit Bal.in d.l.ſaſſus,col.fi.C.de
fur.& ſer.corrup.vbi dicit,ꝙ debitor debet fidem & legalita
tem creditori obſeruare, & nō nihil pro eo pati,ut ſic paſſio
fidei ſit teſtimonium.
Sexto fuit in culpa, ex quo non conſtat quòd fecerit de-
bitam reſiſtentiam, & debitas defenſiones aduerſus iniqui-
tatem, & nullitatem dicti præcepti, & non reclamando ad
ſuperiorem ipſius iudicis laici. eſt enim veriſſimum in iure,
21 † ꝙ metus iudices non excuſat qn̄ allegans metum nō fecit
debitam reſiſtentiam.lex eſt,ꝙ̃ ibi notat Pau.de Caſt.in l.2.§.
1.in verſ.abſi.caſu.reſtitiſſet vicib.prætoris compulſus eſt.ff.
22 de iud.ſimile in allegante † impedimentum,qui non excu-
ſatur,niſi probet ſe non potuiſſe reſiſtere,nec reſeruare con-
tra tale impedimentum ſm Bart.in l. quib. dieb.in princ.ff.
de cond.& demon,& l.qui cum meritis, ff.de re mil. cū alijs
citatis per Feli.in c.plerumque.de reſcript. & in c.1.col.5.de
præſcrip. Vltimò euidentiſſimè de culpa apparet, quia con-
tra primum præceptum execuutoris Apoſtolici legitimum
& validum ſe Titius oppoſuit,& expectauit pręceptum ad al
legandum,& pariter contra illud ſe oppoſuit, & ab eo appel
lauit,adeo quod nunꝙ̃ parere voluit. cur ergo nō idē facit
contra præceptum iudicis laici nullum & notoriè iniuſtū?
certè nulla alia ratione fuit,niſi ꝙ affectauit & ꝓcurauit ta-
le præceptum ſibi fieri à laico, volens magis ſoluere intruſo
23 ꝙ̃ vero Abbati. vnde ſuccedit illud vulgatum, † ꝙ affectata
non proſunt,quæ non affectata prodeſſent,l.tria onera,ff.de
excuſ.tut. & in terminis, ꝙ præceptum affectatū nō excuſet,
eſt tex.in d.l.2.§.fi.ff.ſi quis caut.& ibi per Alex & Moder.
Et ex iſtis omnib.apparet ꝙ allegata in contrarium, nihil
24 obſtant, † quia non procedunt.qn̄ quis fuit coactus ſoluere
priuatæ perſonæ,ut in 2.concluſione, vel qn̄ præceſſit culpa
debitoris.vt in 3.vel procedūt, qn̄ fuiſſet coactus ſoluere ad
25 iniuriam creditoris.tunc. n. † quod in iniuriam creditoris
factum eſt.non debet obeſſe debitori,l.ſi merces, §.culpa, ff.
loca.l.Paulo Callimaco,in fi.ff.de leg.3. ſecus ſi fuit coactus
ſoluere ſine creditoris iniuria.vel culpa,vt in caſu præſenti.
ita ſe ipſum declarat Bart. in d.l.creditor,Bald.in d.l. ſaſſus,
Barb.conſi.42.col.4.vol.1.
Circa tertium,an teſtes probēt Titium feciſſe metu carce
26 ris,poſito ꝙ talis† metus carceris excuſaret,iuxta l.qui in car
cerem,ff.quod met.cau.qui tamen non excuſat ut ſupra pro
baui,dato ꝙ teſtes non concludunt,nec probāt Titium fuiſ
ſet incarceratum.ſunt.n.nouem teſtes producti Francif. pri-
27 mus teſtis non probat, † quia contrariatur ſexto & octauo te
ſtibus,c.cum tamen,de teſtib.cum vulgarib.Contrariauit ēt
ſexto dum dixit ꝙ eo tempore,quo erat detentus ipſe Titius
ſoluit procuratori quaſdam pecunias.ſextus aūt deponit, ꝙ
etiam Titius detentus dixit,ꝙ nullas pecunias ibidem habe
bat,ſed ſi habuiſſet terminum & ſpatiū, prout poſtea dictus
procurator ſpatium dedit,ꝙ ſolueret ipſi procuratori. Item
contrariatur octauo, quia deponit,ꝙ ipſe teſtis fuit ille,qui
alloquutus eſt Titium detentum parte cuiuſdā militis,quid
erat agendum.octauus verò deponit,ꝙ fuit ipſe qui alloqu
tus eſt ipſum Titium nomine d.militis.non autem fuit ipſe
Franciſcus,cum quo in ſocietate fuit ad dictum Titium de-
tentum. Præterea non concludit,quia deponit quod intel-
lexit & dici audiuit ab ipſo Titio,quod erat detentus.Vnde
perinde eſt, ac ſi ipſe Titius hoc deponeret, ſicut ipſo Ti-
tio aſſerenti ſe fuiſſe incarceratum non crederetur,niſi pro-
baret,l.ei qui,ff.de probatio.pari modo nec iſti teſti fundan
ti dictum ſuum ſuper auctoritate ipſius Titij. ita ſignanter,
Feli.in d.c.cum cauſam,colum.2.de proba.& licet deponat
quod aſſertus procurator dixit quod nolebat eſſe ſatisfactus,
& non uolebat aliud facere,non tamen ex iſtis uerbis infer
tur concludenter quod propter hoc Titius detineatur deten
tus ab aſſerto procuratore.
Secundus,tertius,quartus teſtes nihil de carcere depoſūt.
ſecundus teſtis Io.Ant.de carcere nihil deponit, ſed ſolū de
quibuſdam minis illatis ad diuerſum finem, videlicet ad fi-
nem vt reciperet ficta ab ipſo teſte & ipſi teſti confeſſionem
faceret.& ſic nihil ad propoſitum facit, quia eſt ſingularis, &
ſic non probat,l.iuriſiurandi,C.de teſti.item ipſe eſt habitu-
rus ſimilem cauſam,quia pariter ipſe & fictabilis & dicit ſe
ſoluiſſe metu præcepti ac impenſæ datæ,vnde non probat,c.
perſonas,de teſtib.c.cum cauſam colu 2.de iud. & utrobique
Panor.& Spec.in tit.de teſte.§.1.verſ.etiam quod habet con
ſimilem.videtur.n.aduerſarius etiam his, contra quem lis
mouēda ſperatur.§.omnium,Inſt.de pœna temerè liti.ꝑ quē
ita decidunt And.Barb.& Mo.in c.1.in 2 not. de iud.eſt etiā
alia ratio, quia ex ſententia lata ſuper eius dicto in ſimili
cauſa poſſet ſe fundare tamquam ſic fuerit obtentum in
contradictorio iudicio, vt per Federicum de Senis conſilio
62.& ratione ſimilis cauſæ arguitur affectio ipſius teſtis ad
ipſam cauſam ſecundum Bald. in l.dictantibus,C.de teſt.
Sextus teſtis, Ioannes de Moroges, eſt inimicus, ut
patet ex eius dicto, dum dicit ſe eſſe ſpoliatum pannis,
quibus erat indutus à famulis Domini Abbatis, ex quo
ſpolio oritur inimicitia ſufficiens ad repellendum aliquem
à teſtimonio, capitulo,repellantur, de accuſatio. capitu.
accuſatores, 3.quæſtio,5.l.3.in principio, ff. de teſtib. item
eſt contrarius primo teſti, ut ſuprà dixi. item ipſe exerce-
bat negocia intruſi, ergo non idoneus, ut Alexand. conſi.
13.colum.5.volum.1.& in conſilio 128.volumine ſecundo.
item eſt ſingularis dum dicit,quòd poſuit manum ad camiſ-
liam Titij & ad enſem qua erat cinctus. Item eſt expreſsè
contrarius omnibus alijs in eo, quod dicit quòd pecuniæ
fuerunt.

fuerunt numeratæ per intruſum, & omnes alij deponunt ꝙ non erat in loco, uno deponunt ꝙ erat abſens: quod etiam ſuadetur ex eo, quod aſſertus procurator erat ille, qui recipiebat pecunias, & cuius nomine impenſa dicitur intimata, & qui faciebat confeſſiones ipſi Titio. cum ergo ſit inimicus negociorum geſtor intruſi, ſingularis & contrarius, ſine dubio nullam fidem facit.

Septimus teſtis de carcere non concludit, ſed ſolum deponit ꝙ ipſe fuit coactus minis & uiſilm ab aſſerto procuratore ad ſoluendum, & ſic eſt in ſimili caſu, & habiturus eſt conſimilem cauſam. vnde laborat eodem morbo, quo laborat coniunctus teſtis, & ideo aliter non inſiſto.

Octauus teſtis eſt contrarius. Primò eſt cõpater Titij, & ſic ſuſpectus, ut traditur per Moder. in l. generaliter, ff. de in ius vocan. & dixit Arch. in c. relatum, 29. diſtin. ꝙ compater nõ eſt idoneus teſtis, & idem tenuit Flor. in l. teſtis idoneus, ff. de teſti. Item eſt fideiuſſor pro dicto Titio in præſenti cauſa, & ſic tractatur de eius intereſſe: unde non eſt ei credendum ſecundum Bar. & alios in l. ſi cui, in §. ſi Titio, in fi. de leg. 1. & in l. ſi quis ita, ff. de rebus dubijs. & Spec. in tit. de teſte. §. primo, quid ſi fideiuſſor. & iſtud procedit ſine dubio quando fideiuſſor renunciauit beneficio auth. præſenti, C. de fideiuſ. prout declarat Feli. in c. inſuper, col. pen. de teſta.

Nonus & ultimus teſtis nihil probat, quia deponit ꝙ audiuit ab ipſo Titio ꝙ erat detentus: vnde non probat ea rõne, quam adduxi contra primum. Præterea poſito millies quod probata eſſet detentio, tamen per eaſdem teſtes probatur ꝙ eo tempore non fuit coactus ſoluere, ſed fuit relaxatus, & data dilatio trium dierum, quo caſu per ſolutionem exinde factam remanet purgatus metus, l. 2. ubi caſus eſt expreſſus, C. quod metus cau. Etſi dicatur, durabat idem metus tẽpore ſolutionis, quia durabat potentia aſſerti procuratoris, ergo non poteſt dici purgatus metus, ut tradit Bal. in l. ob turpem, ff. de condi. ob turp. cau. per Alex. in conſ. 1. in 3. col. in 3. uol. Reſpondeo, ꝙ non eſt probatum quod aſſertus procurator eſſet tantæ potentię ꝙ poſſet iterum ipſum Titium incarcerare, & eidem iterum moleſtiam inferre, cum eſſet ſim-
28 plex miles, imo tantum armiger: † non eſt credendũ quod in ciuitate tam ampla, ubi iuſtitia exercebatur, ubi magna cognatorum, affinium, & amicorum copia aderat, ipſi Titio eidem uim ullam inferri poſſe, ut dicit Bart. in l. fina. in princ. ff. quod met. cauſa, per illum tex. & etiam probatur in l. 1. C. de his, qui per me. iud. non appel. & ibi Bal. ex quibus omnibus cenſeo de iure dictum Titium nullatenus liberatum eſſe. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Societas dicitur quædam fraternitas, & contractus fraternitatis ſecundum eius naturam regulantur.*
2 *Societas arguitur ex unione omnium bonorum.*
3 *Societatis ex contractu naſcitur actio pro ſocio, & ex ſtipulatu ſi interuenerit ſtipulatio.*
4 *Stipulationis actio regulatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo fuit facta ſtipulatio.*
5 *Actio tranſmißibilis ad hæredes, eſt etiam ceßibilis.*
6 *Qui vult vnum, cenſetur velle etiam neceſſarium ad illud.*
7 *Solo cedunt in eo ædificata & plantata.*
8 *Acquiſita à die ſocietatis, communia efficiuntur inter ſocios.*
9 *Exceptio firmat regulam in non exceptatis.*
10 *Socij ceſsionario quæ actio competat.*
11 *Societas morte diſſoluitur.*
12 *Libelli forma in actione pro ſocio, remiſsiuè.*

RESPONSVM XI.

Contractus, quem contrahentes appellant affrancamentum, effe-
1 ctualiter dicitur contractus ſocietatis: † habet
enim ſocietas in ſe ius quoddam fraternitatis,
l. uerum, ff. pro ſoc. & talis contractus regulari
debet ſecundum naturam contractus ſocietatis, ſecundum
Aret. & Mod. in l. 1, C. qui teſta. fac. poſſ. & illa uerba, de qui-
2 bus in inſtrumento, † vnionem faciunt de omnibus eorũ
bonis, &c. ſocietatem important, ut per Corn. conſ. 182. cir
3 ca primum, in 3. dubio, lib. 1. † Ex iſto itaque contractu ori
tur actio pro ſocio ut non communicata communicentur,
4 & ſucceſſiuè diuidantur, l. ſi actum, ff. pro ſocio. † vel oritur
actio ex ſtipulatu, quo regulabitur ſecundum naturã actionis pro ſocio, cum ſtipulatio fuerit ſuper communicatu ſocietatis interpoſita. l. ſi ſtipulatus, ff de uſu. cum concordantijs, de quibus per Moder. in rubr. ff. de uer. obl. Ex iſtis infertur reſolutio primi quæſiti, uidelicet quod ius competat D. Gasbari de Muris ceſſionario aduerſus Matthęũ de Muris: ei enim competit actio pro ſocio, ut non communicata cõmunicentur, & ſucceſſiuè communicata diuidundo actione diuidantur. Iſtę enim directæ actiones competunt Ant. d. l. ſi actum, & l. 1. ff. com. diuidundo. ergo utilis competit D. Gasbari ceſſionario. potuit enim Antonius has actiones alteri cedere, l. 1. C. de act. & obl. l. 1. & ferè per totum. ff.
5 de hęre. uel act. uen. † nam ex quo huiuſmodi actiones ſunt
traſmiſſibiles ad hæredes, etiã ceſſibiles reputantur, l. ex pluribus, ff. de adminiſtra. tut.

Circa ſecundam dubitationem, an reparationes & meliorameta communi impenſa facta in domo d. Ioannis de Muris ueniant in actione pro ſocio? Videretur fortaſſe dicẽdum ꝙ non, quia d. Ioannes in contractu ſocietatis reſerua-
6 uit, ergo etiam reparationẽ reſeruaſſe uidebitur: † quia qui
vult unum, cẽſetur uelle etiam neceſſarium ad illud, l. illud, ff. de acquir. hære. l. ad rem mobilem. ff. de procurato. Comprobatur, quia domus non uenit in actione pro ſocio, nec communi diuidundo, cum fuerit exceptuata, ergo nec re-
7 parationes factæ in ea, quia cedunt ipſi domui: † nam quic
quid plantatur, ſerit, uel ædificat, ſolo cedit, Inſt. de rer. diui.

Sed prædictis & ſimilibus non obſtantibus, prout uerè nõ obſtant, arbitror prædicta melioramenta & reparationes actione pro ſocio communicandas eſſe d. Gasbari ceſſionario. quod oſtenditur clariſſimè, quicquid acquiritur à ſocijs omnium bonorum, commune eſt inter ipſos, l. 3. ff. pro ſoc. Ioannes & Anton. contraxerunt ſocietatem omnium
8 bonorum, excepta domo prædicta, ergo † quicquid acquiſitum fuit a die cõtractæ ſocietatis inter eos, commune erit: ſed melioramenta & reparationes fuerunt facta poſt contractam ſocietatem, ergo utrique ſocio æſtimatio ipſorum meliorameatorum communis erit.

Secundò probatur ſic, tempore ſocietatis cõtractæ ſolùm exceptuata fuit domus, ergo omnia alia effecta fuerunt cõ-
9 munia: † exceptio enim firmat regulam in non exceptuatis, l. nam quod liquidè, §. fi. ff. de penu leg. c. qui ad agendũ, de procur. ſi omnia fuerunt effecta communia, ergo neceſſe eſt quod expenſæ reparationum ſint factæ de communi pecunia: ergo ſaltem pars expẽſarum factarum de pecunia ipſius Anto. cedentis reſtituenda eſt officio iudicis, aut iudicio communi diuidundo. l. 3. ff. communi diuid.

Non obſtat regula, quod qui uult unum uult etiam conſequens, & antecedens neceſſarium, quia non facit in propoſito, tum quia ſuper conſequenti facta eſt in caſu noſtro expreſſa diſpoſitio, quod reparationes debeãt eſſe communes, ut ſupra probaui: tum quia & ſi reparatio forte eſſet neceſſaria quantum ad domum ipſam, non tamen neceſſaria fuit reſeruatio melioramentorum, cum ipſa fieri potuerſit communi expenſa, prout facta fuerunt. Vnde argumẽtum cõtinet fallaciam accidentis, quia reparationes non fuerũt neceſſariæ quantum ad hoc, quod acquirerentur ipſi Ioanni inſolidum, ſed bene fuerunt fortè neceſſariæ ne domus ipſa corrueret.

Ad ſecundũ, quod melioramenta cedant ſolo, ſuper quo eſt domus quantum ad hoc, quod non poſſunt tolli, ſed tamen quod non debeat d. ſoli ſoluere partem conſocio, de cuius pecunia pro parte fuerunt facta. nec iuſtum, nec æquũ eſt l. in hoc iudicio, ff. de rei uen. l. in hoc iudicio, §. impendia. ff. com. diuid. cum ſimil.

10 Ad tertium quæſitum. qua actione experiri debeat dom. Gasbar ceſſionarius. Reſpondeo aduertendum eſt, an Ioannes & Anto. ſocij communiter uixerint, & omnia hincinde communicauerint, & tunc ceſſionarius agere debet utili actione communi diuidundo ſibi ceſſa ad diuiſionem omnium bonorum, quæ fuerant & erant in bonis dictorũ Ioan
11 nis & Anto. uſque ad tempus mortis dicti Ioannis, † quo tẽpore propter mortẽ diſſoluta fuit ſocietas. l. actione, §. morte, ff. pro ſocio. ſi uero non fuerunt bona hincinde communicata, agendum eſt actione pro ſocio, ut fiat collatio, & ex poſt diuiſio. Ita docet Bal. conſil. 74. caſus quæſtionis, lib. 3. ubi dicit ꝙ libellus, in quo petitur cõicatio & diuiſio ſimul, ita ꝙ ſimul procedatur, non tenet: ſecus ſi petatur cõicatio bonorum & diuiſio ſucceſſiuè, & quaſi executiuè, puta ſi dicatur peto bona cõmunicari, & facta cõicatione ea diuidi.
12 † qualiter autem libellãdum ſit in actione pro ſocio, docet Speculator in ti. de iud. §. ſecũdo. in prin. & per Pract. Papiẽ. in for. libel. quo agitur in cauſa ſocietatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Societas conſiderato effectu, dicitur contractus fraternitatis.*
2 *Cauſa nō expreſſa, præſumitur actus celebratus ex cauſa prius tractata & conuenta.*
3 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
4 *In claris non eſt opus coniecturis.*
5 *Præſumptio ſuper dubio et incerto ſolum cadit.*
6 *Ceſſante vna cauſa ex pluribus, non tamen ceſſat diſpoſitio.*
7 *Societas ſoluitur ex negociatione ſeparatim ad propriam utilitatem facta, & ex iudicio intentato, vbi non compatiatur cum ſocietate.*
8 *Socius ſpolians alium ſocium omnibus bonis, incidit in pœnam l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, & l. ſi quis maior, C. de tranſactio. ſi interuenerit iuramentum. & num. 9.*
10 *Lex debet intelligi ſecundum titulum, ſub quo eſt ſituata.*
11 *Pœna l. ſi quis maior, C. de tranſ. habet locum in quolibet contractu iurato.*
12 *Societas finitur alienatione omnium bonorum vnius ſocij.*
13 *Communis res, poteſt propria appellari.*
14 *Socius donando ſocio rem communem reſeruato ſibi vſufructu, diſſoluit ſocietatem.*
15 *Socius omnium bonorum quicquid acquirit, acquirit communioni.*
16 *Contrahentes non præſumuntur gerere contractum deriſorium.*
17 *Clericus beneficiatus dicitur uſuarius tantùm beneficij, cuius fructus deductis alimentis tenetur diſtribuere in pios vſus, aliàs committit ſacrilegium.*

RESPONSVM XII.

1 PRo reſolutione propoſitarum dubitationum præmitto, † ꝙ licèt iſte contractus à partibus & à Notario appelletur contractus affrancamenti, ſeu fraternitatis, tamen re uera eſt contractus ſocietatis conſiderato effectu potius quam verbis, l. inſulam, ff. de præſcript. verbis. traditur per Bar. in l. a. in princ. ff. ſi cer. peta. & etiam ſimiles contractus fraternitatis regulantur ſecundum naturam contractus ſocietatis, ut per Aret. & Moder. in l. 1. C. qui teſta. fac. poſſ. nec mirum, quia ſocietas ius quoddam fraternitatis in ſe habet, teſte Vlpiano in l. verum, ff. pro ſocio.

Iſtis ſic præmiſſis retento ordine dubiorū, ad primū, dico
2 ꝙ † ubi cauſa nō exprimitur, præſumatur actus celebratus ex
cauſa prius tractata & cōuenta, l. quædam mulier, & ibi not.
ff. de rei vend. & in l. 2. C. de acquir. poſſ. tractatus enim præcedentes
declarant qualis ſit diſpoſitio, l. 1. ff. de orig. iur. tradit
Rom. conſ. 328. col. 2. & alibi ſæpe habetur. tamen ubi
3 cauſa reperitur expreſſa, ceſſare debet præſumpta, † quia ex-
preſſum facit ceſſare præſumptum, l. cum filiæ, §. qui filiæ, ff.
4 de vulg. & pup. † ubi enim clarè conſtat de intentione, non
eſt locus coniecturis, l. continuus, §. 1. ff. de uerb. obl. l. ille
5 aut ille, §. cū in verbis, ff. de leg. 3. † cadit enim præſumptio
ſuper dubio, & incerto tantum, ſecundum gl. in l. unica, §. accedit,
C. de rei vxor. actio. & quanquam in caſu iſto præſumamus
fraternitatem fuiſſe contractam contemplatione futuri
matrimonij, tamen negare non poſſumus quando etiam
ex aliis cauſis, de quibus in præfationibus dictæ ſocietatis
non fuerit motus dominus Bertoni ad contrahendam dictam
ſocietatem. Vnde licèt matrimonium non fuerit ſecutum,
& ſic una ratio falſa ſit: tamen quia aliæ rationes
expreſſæ in ipſo contractu non ceſſant, non corruet ullo modo
contractus. eſt enim trita & uera iuris concluſio, quòd
6 † ubi ad ualiditatem actus concurrunt plures cauſæ, ſi una
uera ſit, licèt aliæ ceſſent, non tamen ceſſat diſpoſitio l. uentri,
§. in bonis, ubi Bar. ff. de priuil. credi. §. affinitatis, Inſti. de
nup. l. ſui, §. fi. ff. de mino. cum ſimilibus.
7 Ad ſecundum reſpondeo, † ſi dominus Bertoni & Dalmatius
ſeparatim negociati ſunt ad cuiuslibet propriam utilitatem,
ut in facto recitatur, diſſolutam fuiſſe ſocietatē, quāuis
ex cauſa contractam: Caſus eſt ad literam in l. itaq; cum
ſeparatim. ff. pro ſocio. & ita etiam conſuluit Alexan. conſil.
78, incip. diſcuſſis his, lib. 2. & conſ. 132. col. 4. lib. 5. Actione
etiam & iudicio inter ſocios intentam ſoluitur ſocietas, l. actione,
in princ. & l. verum, §. fina. ff. pro ſocio. ſed quia nō exprimitur in themate, quæ actio fuerit propoſita, & fortè poſſet ſe compati cum ſocietate eo modo, quo declarat Bart. in d. l. actione. ideo non poſſum dare certum reſponſum.

Ad tertium, duobus modis poteſt intelligi iſta tertia dubitatio. primo an Dalmatius, qui ſpoliauit Do. Bertoni poſſeſſione omnium bonorum ſuorum incident in pœnam l. ſi quis in tātam, C. vnde ui. Secundo, an incident in pœnā l. ſi quis maior, C. de tranſa. quia ꝯtrauenit ſocietati iuratæ.
8 Circa primum † uidebitur fortè prima facie dicendum
quod non, quia pœna l. ſi quis in tantam, non habet locum
contra ſocium non admittentem alium ſocium ad poſſeſſionem
rerum communium. ſolùm enim pœna illius l. habet
locum contra inuadentem, ut uerba ſonant, ſed ſocius
non admittendo ſocium non dicitur inuadere, ergo &c. ita
decidit Alex. conſi. 103. col. 5. & ſequen. uol. 1. & ego ad hoc
ponderaui tex. in c. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſſ. & propric.
& ibi ſcripſi, ut uideri poteſt in lectura mea impreſſa,
col. 25. ſed his non obſtantibus contrarium in caſu propoſito
uerius eſſe puto, quia regulariter etiam ſocius ſpolians
ſocium incidit in pœnam d. l. ſi quis in tantam, ſecundum
gl. Bar. Bal. Sali. & communiter Scrib. ibi. Non obſtat prædicta
ratio in caſu iſto, quia loquitur, quando ſocius non admittens
ſocium hoc facit pro iure ſuo tuendo, puta ſi aliqua
ratione prætendat ſe legitimo iure totum poſſidere, &
totum ad ſe ſpectare, ut in caſu d. c. cum eccleſia Sutrina. ſecus
ſi non uſurpando totum & ſpoliando alium ſua poſſeſſione,
& ſuo iure ſocium expellat, ſecundum Panor. ibi, pro
quo facit deciſio Gemi. in c. cum, qui. uerſ. quid de clerico
capellæ, de præben. lib. 6. & ita dixi in c. ſæpe, colum. penult.
de reſtitur. ſpoliat. & eſt de mente Barto. & aliorum in d. l. ſi
quis in tantam.

Circa ſecundam, an inciderit in pœnam l. ſi quis maior.
9 videretur quod non, † quia alia lex loquitur in tranſactione,
ut patet ex Rubr. ſub qua ſituata eſt, l. Imperatores, ff. de
in diem adiec. & eſt pœnalis ac odioſa, ergo reſtringenda,
ut non procedat in contractu ſocietatis, reg. odia, de reg. iu.
10 l. cum quædam, ff. de lib. & poſthu. † Sed iſtis & ſimilibus nō
attentis contrarium eſt de iure uerius. eſt enim communis
opi. Bar. & aliorum in dic. l. ſi quis maior, quod procedat in
quocunque contractu iurato, tum quia loquitur in pacto,
11 † & pacti appellatione continetur omnis contractus ſecundum
glo. in l. 1. in gl. magna, ff. de actio. & obligat. tum quia
agitur de ſalute animæ uidelicet de obſeruatione iuramenti,
& ubi agit de obſeruatione iuramenti, diſpoſitio dicitur
fauorabilis & extendenda. ſecundum gl. in l. 3. §. contrariū,
ff. de contraria & uti. actio. tute. & ita ſæpe conſuluit Alexan.
ut referunt ibi Moder. & in ſpecie in contractu ſocietatis ita
conſuluit Corn. conſi. 121. quamquàm, lib. 1.

Ad quartam, an Dalmatius acceptando donationem ſibi
factam à domino Berto. de certis rebus, ſuper quibus erat
contracta ſocietas, tacitè uideatur fateri diſſolutam fuiſſe ſocietatem,
ac ex ipſo contractu donationis de ſoluta præſumatur.
primo aſpectu quilibet inclinaret in ſententiam ne-
12 gatiuam, † quia ad hoc ut per alienationem bonorū unius
ſocij finiatur ſocietas, oportet quod ſit alienatio omnium
bonorum, l. actione, §. Publicianæ ff. pro ſocio. Secundo licèt
Dalmatius acceptauerit donationem dictorum bonorum,
& conſequenter tacitè fateatur illa eſſe donantis, §. ſic
itaque, Inſt. de actio. l. in ædibus, §. fi. ff. de dona. non tamen
ſequitur, ergo fatetur diſceſſum fuiſſe à ſocietate. & ſi dixeris
imo ſequitur. ſi enim acceptet illa bona tamquàm propria
ipſius d. Bertoni donantis, ergo fatetur quod non erant am-
13 plius communia, quia ſciendum eſt † quod ſocius rem communem
poteſt ſuam appellare, dicitur enim ſua quantum
ad diſpoſitionem partis ſuæ, l. ſerui electione, §. fi. ff. de leg. 1.
licèt ergo dominus Bertoni donet illa bona tamquàm ſua,
tunc ſolùm tantum ius quod habebat in eis, intelligitur donare,
& donatarius acceptando ipſa bona tamquàm propria
donantis, intelligitur fateri eſſe propria donantis pro portione
& iure quod habebat, dicto §. fina. & l. ſi domus, §. fina.
eodem tit.

Præmiſſis non obſtantibus, in contrariam ſententiam trahor
ex † ſupraſcriptis conſiderationibus. conſidero primo,
14 † quod do. Benoni reſeruauit ſibi uſumfructum bonorum
donatorum. quæ uerba reſeruauit ſibi, debēt intelligi, id eſt
ad eius utilitatem. datiuus enim per modum acquiſitionis
profertur, vt per Do. Iaſ. in l. cēturio. in ult. quæſt. Bar. ff. de vulga.
& pupil. & ibi Ang. & alij. ſed ſalua ſocietate talis reſeruatio
fieri non potuit, quia tunc eſſent ſocij omnium bonorū
etiam fructus, & debebant eſſe communes: ſed datiuus nihil
excludit

excludit communionem, d.l. itaque. verſ. ſibi negocientur,
ff. pro ſocio. ergo ſatis ex hoc cognoſcitur ꝙ uterque tacitè
ſocietati renunciaſſe uidetur.

Secundo conſidero, quod in demonſtrationibus & cohæ-
rentijs domus donatæ domino Bertoni dixit dictæ domui
ſuæ donatæ cohærere à parte ſolis domum dicti Dalmatij
donatarij præſentis & conſentientis, ꝙ falſum eſſet ſi duraſſet
ſocietas, quia cohæreret à parte ſolis domus communis utri
que, & non dicti Dalmatij. Nec obſtat ꝓ id, quod eſt cōmu-
ne, poſſet dici meum: quia & ſi meum dici poſſit, non enim
poteſt dici eſſe alterius, l. rectè dicimus, ff. de ver. ſign.

Tertiò conſidero, quod donatio eſſet deriſoria, ſi ſocietas
15 non fuiſſet diſſoluta, † quia ſtante ſocietate omnium bono-
rum, quicquid acquirit unus ex ſocijs, communioni acquiri
tur, l. 3. §. 1. ff. pro ſocio. & hoc modo donans ita donaſſet, ut
illico donata ad ſe reuerterentur, & ſic inutiliter, l. qui ſic, ff.
de ſolut. nam cum omnia bona Dalmatij iure ſocietatis ſint
communia, uel communicanda do. Bertoni, & omnia bona
ipſius Bertoni ſtatim ſint communicata & communicanda
ipſi Dalmatio, perinde diuidenda erant ac ſi donatio non
interueniſſet, & conſequenter deriſoria fuiſſet ipſa donatio,
quod non eſt credendum, quia non eſt præſumendū donantē
eius mentis fuiſſe, ut uellet donata ex liberalitate & munifi-
16 centia ad ſe reuerti, l. 1. ff. de donat. † nec credendum, quòd
contractum donationis deriſorium uoluerint contrahentes
facere, l. ſi domus, ff. de leg. 1. dicamus ergo, quod ſocietas fue
rit diſſoluta, aliàs neceſſario dicendum erit donationem fo-
re nullius effectus & momenti. Nec huic conſiderationi ob-
ſtat ſi dicatur, quod in contractu ſocietatis ſeu affrancamenti
do. Bertoni reſeruauit ſibi fructus beneficiorum, & ſic nō poſ
ſint dicti ſocij omnium bonorum, quia ſciendum eſt, quod
beneficiatus non poteſt de fructibus beneficij eccleſiaſtici di
17 ſponere, nec contrahere in ſui, nec ſuorum vtilitatem, † ſed
detractis alimentis reſtantes fructus tenetur diſpēſare in pios
uſus, §. fina. 12. q. 1. auth. quibuſcunq; modis, de ſacroſ. eccleſ.
canonizata 10. q. 2. ca. quibuſcunq; modis. & rō eſt, quia bene
ficiatus non pōt cōicare fructus beneficij ſocio ſuo, quia non
eſt uſufructuarius, ſed uſuarius tantum ſecundum glo. magi-
ſtram in l. præſenti, de offi. ord. li. 6. reſeruatio fructuum bene
ficij non habet operari, quòd non dicatur ſocietas omnium
bonorum, quia tales fructus non ſunt prælati, ſed eccleſiæ, 12.
q. 2. ca, epiſcopi. 10. q. 2. c. epiſcopus. 12. q. 3. c. 3. Panor. in c. cū
eſſet, de teſt. Soci. conſ. 23. ex his, quæ ſuperius, col. 2. lib. 1. me
ritò dicebat Arch. in c. 1. per illum tex. 44. diſtinct. quòd præ-
latus, qui malè adminiſtrat redditus eccleſiæ, tenetur ad reſti
tutionem tanquam fur. quod bene probatur in c. quòd ſicut,
in fi. de elect. de quo ſæpe Doctores faciunt mentionem. Præ
tereà quantum ad Dalmatium ex tenore inſtrumenti clarè
apparet, quod ipſe omnia præſentia & futura, & ſic etiam bo
na titulo donationis acquirenda communicauit, quod ſuffi-
cit quantum ad iſtam conſiderationem.

Circa quintum & ſextum dubium non inſiſto, quia ex præ
miſſis patet reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Precia rerum ex curſu decennij præſumuntur variari.*

2 *Frater maior non tenetur facere diuiſionem, & minor eli-
gere.*

3 *Societas non tranſit ad hæredes, etſi à principio ita ſit conuen-
tum, ac ſuccedant in emolumento acquiſitionis ante mortem.
& num. 5. & 10.*

4 *Societas morte ſoluitur, etiam ciuili.*

6 *Societas non poteſt contrahi cum incerta perſona.*

7 *Teſtandi facultatis impedimentum eſt contra bonos mores.*

8 *Acquiſita poſt ſolutam morte ſocietatē non communicantur hæ
redibus.*

9 *Societas & tacitè & expreſsè poteſt cum hæredibus renouari, &
quid ſi hæredes eſſent minores.*

11 *Societas ad hæredes tranſit tribus concurrentibus.*

RESPONSVM XIII.

CIrca quatuor quæſita, de quibus ſupra, re-
ſpondebo deciſiuè ad primum: quia agitur de
diuiſione fienda cum minoribus, puto tutius eſſe
quod fiat diuiſio bonorum immobilium iuxta
æſtimationem fiendam per amicos communes, & non ſe-
cundum æſtimationem antiquam, de qua in inſtrumentis
1 emptionum dictorum bonorum. & ratio eſt, † quia precia re
rum ex curſu decennij præſumuntur uariari ſecundum Bal.
in l. unica, col. pen. C. de ſententijs quæ pro eo, quod inter. pro
fer. Mod. in l. precia rerum, ff. ad leg. Falcid. Alex. conſil. 133.
uiſo proceſſu, col. fi. in primo lib.

Ad ſecundum, cui ſpectet electio, uidetur quòd Gabriel,
2 † & fratres, qui ſunt maiores, teneantur facere partes, & mi-
nores eligere, per tex. in c. 1. de patro. & ita ibi tenuerunt Ho-
ſtien. Abb. antiquus, & Card. idem tenet d. Iaſ. in §. quædam,
colum. 10. Inſti. de actio. In contrarium eſt ueritas, & com-
munis opinio, & contrarium tenet Panor. in d. c. 1. & ibi re-
ſpondet ad text. & iſtam dicit communiorē Ang. in d. §. quę
dam, & in tractatu malefic. in uer. dandis forte. igitur fienda
erit diuiſio, l. 2. C. quan. & quibus quar. pars deb. lib. 10. uel of
ficio Iudicis, §. ſi familiæ, & §. ſequen. Inſtit. de officio iud. &
ita conſuluit Roma. conſil. 471. incipiente, lucrum. & d. Phil.
Corn. 234. incipien. licet in hac, in primo uol. & hoc niſi con
ſuetudo eſſet in contrarium.

Ad tertium, an lucra facta poſt mortem Ponſeti ſint præ-
cipua ipſorum fratrum, an ueniant communicanda hære-
dibus dicti Ponſeti? Prima fronte uideretur dicendum, ꝙ
ſic per tex. in l. uerum, §. in hæredem, ff. pro ſocio, vbi expreſ
3 ſè dicitur, † ꝙ hæres ſocij eſt etiam emolumenti ſucceſſor.
& quia in inſtrumento tranſactionis arbitror Ponſetum fuiſ-
ſe ſtipulatum pro ſe & hæred. quo caſu ſi non ex natura ſocie
tatis, tamen ex natura conuentionis ſocietas uidetur ad hæ-
redes tranſire, iuxta gl. in §. & adeo, Inſti. de ſocie.

Præmiſſis & ſimilibus non attētis amplector contrariam
4 ſententiam, tamquàm de iure ueriorem. † quia morte dicti
Ponſeti ſoluta fuit ſocietas, §. ſoluitur, Inſt. pro ſocio. & non
ſolum ſoluitur morte naturali, ſed etiam ciuili, puta depor-
tatione, uel etiam media capitis diminutione, l. uerum, §. fi.
5 ff. eo. Et † adeo morte ſoluitur, quod nec ab initio paciſci
poteſt, quòd hæres etiam ſocius ſit, l. nemo poteſt, & l. adeo,
6 ff. pro ſocio. & ratio eſt, ſecundum Bald. † quia cum incerta
perſona non poteſt contrahi ſocietas, & ſi certa perſona hæ-
redis nominaretur ex pacto compelleretur illum hæredem
habere, uel ſi ille non placeret, cogeretur alium nominare,
7 & ſic ulteriorem cognitum proximiori præferre, † & ſic per
indirectum impediretur libera teſtandi facultas, quod eſt
cōtra bonos mores. iſtud eſt quod dixit Iuriſc. in l. cū duob.
§. idem reſpondet, ff. pro ſocio, & ibi gl. & Bartol. Concludo
8 igitur, † quod acquiſita poſt ſolutam ſocietatem non ſunt
communicanda hæredibus Ponſeti, niſi de nouo expreſsè,
uel tacitè fuiſſet renouata ſocietas cum dictis hæredibus, l.
9 planè, 2. ff. pro ſocio. † quæ ut dicitur expreſsè non fuit reno-
uata: tacitè etiam non præſumitur attenta qualitate ipſorū
hæredum, quia pupilli ſunt etiam inhabiles ad negociandū
& contrahendum ſocietatem, l. ut in conductionibus. ff. pro
ſocio. ita Bar. in l. patruus. C. communia utr. iud. & in l. Titiū
aut Meuium, §. altero, ff. de adminiſt. tuto. & ſi contrahi poſ-
ſunt ad utilitatem pupillorum ſi facti maiores ratificaue-
rint ſecundum Bal. in add. quas fecit ad tractatum Barto. de
duobus fratribus, requiritur tamen quod communi nomi-
ne etiam ipſorum pupillorum requiſitiones factę fuerint, ut
per Alex. conſ. 149 incip. maturè ponderatis, in 1. uol. & conſ.
37. in 4. uol. in caſu autem iſto nihil geſtum dicitur nomine
ipſorum minorum, igitur non poteſt de hoc fieri fundamē-
10 tum. † Non obſtat etiam tex. in d. §. in hæredem. quia loqui-
tur de emolumentis acquiſitis ante mortem ſocij, in quib.
hæres ſuccedit & non in acquiſitis poſt mortem, l. actiones,
§. morte, ff. pro ſoci. Non obſtat denique ſtipulatio facta pro
ſe & hæred. quia intelligitur facta pro hæredibus quantum
ad emolumenta, quæ durante ſocietate peruenient, & ſic an-
te mortem, non poſt; & eo maximè ēt, quia ſi intelligere-
tur contracta ſocietas in perſonam hæredum, non tamē ua-
leret ut ſuprà probaui. & dato quod ualeret à princi. tamen
intelligeretur ſi hæres ſit æquè idoneus ſecundum gl. Bar. &
11 omnes in d. l. adeo. † ubi tribus concurrentibus ſocietatem
durare in perſonam hæredum.

Primò, quod ſit ſocietas uectigalium.

Secundo, quod ſit ita conuentum in ſpecie.

Tertio, quod hæres ſit æquè idoneus. ſed in caſu noſtro
nullum ex iſtis tribus accidit, ergo &c. & reperio ita conſu-
luiſſe Curt. ſeniorem conſil. 53. incipien. ſuper articulo,
per totum.

Ad ultimum, ſi prædicti fratres de Bellis fecerunt expen-
ſas, & alimenta præſtiterunt iſtis minoribus de proprio pa-
trimonio,

trimonio,ſiue de proprijs pecuniis,ſine dubio eas recupera-
bũt ab ipſis minoribus,l.Neſennius.ff.de neg. geſt.cum uul-
garib.ſi uero de patrimonio ipſorum minorum, uel cõmu-
ni eas fecerunt, uenient poſtea in reddenda ratione reddi-
tuum ipſorum minorum computanda, l.fina. C.de alim.
pup.præſtan.

S V M M A R I V M.

1 *Societas morte diſſoluta poteſt cum hærede renouari,& tacitè.*
2 *Tutoris auctoritas in expreſſis ſolum uerbo poteſt imponi.*
3 *Societatis natura eſt,ut partes lucri & damni ſint æquales ad id,quod eſt poſitum in ſocietate tã quò ad operam,quam quò ad pecuniam.*
4 *Societatis expenſis ſunt ſiendæ operæ arbitrio iudicis, ubi non adeſt conſuetudo.*
5 *Operarum mercedem tutor,uel curator,uel negociorum geſtor, aut mandatarius,conſequitur contraria actione.*

RESPONSVM XIIII.

TRes fratres, videlicet Gerardus,Leonar
dus,& Ioannes de Gerrinis
ſimul mercabantur, & negociabantur, quorum
unus,Gerardus ſilicet, deceſſit condito teſta-
mento, in quo inſtituit ſibi hæredem Franciſcũ
eius filium.cui dedit tutricem matrem. Rectores autẽ mer-
cium uoluit eſſe Leonardum & Ioannem eius fratres, per
quos uoluit merces ipſius regi & gubernari prout ipſe teſta-
tor faciebat temporibus retroactis,quęritur.an prædicti Leo
nardus & Ioannes poſſint de pecunijs & mercibus mercari,
& negociari extra locum de Breſſia,& patriam Sabaudiæ,p-
ut conſueuerant? Item quæritur,an ęqualiter lucrum erit di
uidendum?

Circa primum refert.an prædicti fratres velint negociari
tamquàm ſocij Franciſci hæredis? Et certum eſt non poſſe,
1 niſi renouetur ſocietas cum ipſo Franciſco: † quia morte
Gerardi teſtatoris diſſoluta fuit eorum ſocietas,l.actione.§.
morte,ff.pro ſocio.poterit autem tacitè renouari ex actibus
ſocialibus geſtis,uel gerendis,ſciente matre tutrice,ſecundũ
Bal.in l.mandatum,in 2.col.C.mand.& Soci.conſi.160.col.
2 5.lib.2. † licèt enim tutor non poſſit auctorari, niſi uerbo,l.
1.in fi.ff.de auct.tuto.& traditur per Dynum in l.ubi non vo
ce,ff.de reg.iur.& per Bal. in l. ſine, C.ad Velle. tamen illud
non procedit in actibus tacitis,ſed tantum in expreſſis,ſecũ-
dum Bal.& Sali.in d.l.mandatum,arg.l.de quibus,ff.de leg.
ſi autem prædicti fratres uellent negociari de pecunijs &
mercibus Franciſci tamquam curatores:& clarum eſt quod
poterunt per tex.in l.qui negociationem,ff.de adminiſt.tut.
& cut.uel forte poterunt negociari tamquam procuratores,
& mandatarij conſtituti per Gerardum in eius ultima uolũ-
tate ut conſuluit Soci.conſ.87.in 1.dubio.

Ad ſecundum,ſi tamquàm ſocij negocientur, reſpondeo
3 lucrum diuidendum eſſe æqualiter, † quia ea eſt natura ſo-
cietatis, ut partes lucri damnique ſint æquales, l.ſi non fue-
rint,ff.pro ſocio.& Inſtit.eo.§.1. intelligo autem æqualiter,
id eſt proportionabiliter ad id quod in ſocietate poſitũ fuit:
nam ſi unus in ſocietate plus poſuit quàm alius, æquum eſt
quod etiam plus lucri conſequatur.l.ſi ſocietatem mecum.
& l.quid enim Nerua.ibi.ueluti ſi alter plus operę,induſtrię,
gratiæ pecuniæ in ſocietatem collaturus,ff.pro ſocio. Cum
igitur patrui in communi mercium ſocietate operas ponãt
& pecuniam: Franciſcus autem ſolam pecuniam, æquum
videtur vt vna pars lucri attribuatur operæ, & reliquum pecu
niæ,l.1.& ibi not. C.pro ſocio. & ſic plus lucri habebunt pa-
trui quia plus in ſocietate poſuerunt,cum omnem operam,
gratiam,induſtriamq; poſuerint.& ita ſignãter,& in proprijs
terminis noſtris de patruis & nepote conſuluit Angel.conſi.
60.fortè dicti filij.& Corn.conſi.213.ſatis clarè,lib.3.ſi nulla
lex eſſet, erit tale dicens nos ſatis edocet æquitas, quæ pro
lege recipitur.l.2.§.ſed Varus, ff. de aqua plu. arc.ſed & ra-
tio naturalis id nos fateor cogit:nam ſi partes damni æquas
eſſe portet, ſicut & lucri, etiam neceſſe eſt quod habeatur
ratio operarum,aliàs partes damni æquales non eſſent, vt
Soci.docet conſi.265.præſentis conſultationis lib.2.item id
dicitur lucrum quod ſupereſt deductis damnis & oneribus,
l.mutuis ff.pro ſocio.deducenda ergo prius eſt æſtimatio o-
perarum,& induſtriæ ſociorum,qui negociati ſunt,† quia ex
4 penſis ſocietatis operæ ſunt ſouendæ, l.cum duobus §. quæ-
dam figuræ,ff.eo.tit.l.2.§.1.ff.ad leg.Rod.de iac.ſed dubita-
ri ſolet. qualis operarum ratio habenda ſit. Bart. in l. cum
oportet.C.de bo.quæ libe.& in l.1.§. nec caſtrenſe, ff. de ca-
ſtren.pecul.pecuniæ dimidiam lucri, alteram dimidiam o-
peræ & induſtriæ. ſecundum conſuetudinem aſcribendam
eſſe uoluit,arg.dictæ l.1.C.pro ſocio.ſed Bald. in auth.ex te-
ſtamento,C.de colla.reprehendit Barto.dicens.quod ex ſuo
capite ſententiam protulit,ſed quod de iure arbitrio iudicis
ſtandum eſt, quantum lucri ſit induſtriæ & operæ attribuen.
quod uerius exiſtimo, ubi nulla conſuetudo ſuper hoc præ-
ſupponatur per tex.in d.l.ſi ſocietatem mecum, & d. l.quid
enim Nerua. ſed ſi patrui negocientur tamquam curatores
uel mandatarij, aut negociorum geſtores, integrum lucrũ
factum ex pecunia & mercib.pupilli debebitur pupillo.quia
5 ex re pupilli & eius nomine factum fuit, † licèt pro merce-
de operarum ſuccurratur contraria actione mandati uel cu
ræ,l.1.in princip. ff. de .contra. actio. tute. & l.idemque, §.
Idem Labeo,ff.mand.l.2. ff. de negoc. geſt. cum ſolitis con-
cordantijs.

S V M M A R I V M.

1 *Induſtria perſona electa non receditur à perſona,& quando dicatur induſtria electa uſque ad finem.*
2 *Mandatum non tranſit ad hæredem, ſed morte mandatarij extinguitur,quia videtur electa eius perſona induſtria.*
3 *Actus non migrat de ſubiecto in ſubiectum, quoties perſona eſt de eius forma.*
4 *Doctor electus ad legendum,non poteſt legere per ſubſtitutum, quia electa eſt eius perſona induſtria.*
5 *Iudicandi officium non tranſmittitur ad hæredes, nec per aliũ iudicis nomine eo uiuente poteſt exerceri.*
6 *Notarius banchi debet eſſe maioris conſcientia & diligentia quam alij,ut reprehendere ualeat officiales delinquentes.*
7 *Societas ſicut morte unius ſocij extinguitur,ita quò ad omnes etiam ſi aliter pactum ſit.*
8 *Societas uectigalium quando tranſit ad hæredes,intelligitur ſi hæres ſocij ſit æquè idoneus.*
9 *Pupillus non poteſt eſſe Tabellio.*
10 *Socius non poteſt ceſſionem facere, nec ſubrogationem in ſui locum.*
11 *Scholares conducentes domum, uidentur contrahere ſocietatem.*
12 *Pactum conforme iuri communi,operatur quòd ubi de iure communi eſſet caſus ſpecialis, in contrarium quòd talis caſus deci ſio non haberet locum.*

RESPONSVM XV.

PRæſens conſultatio modicam habet dubi-
tationem, ideo breuibus demon-
ſtrabo finitam eſſe ſocietatem contractam inter
circunſpectiuos virum Dom.Ioan. Auguſtinum
de Lege, & quondam Do.Dionyſium de Bina-
ſco ſuper officio banchi Reſſ.exercendo, & conſequenter quod
hæredes dicti Dionyſij non poſſint per ſe, nec per alium de
dicto officio ſe impedire.

1 Primo † induſtria perſonæ eſt electa.à perſona non rece-
2 ditur.l.inter artifices,ff.de ſolu.c.fi.de offi. deleg. † Præterea
mandatum non tranſit ad hæredes.quia electa induſtria mã
datarij.l.mandatum diſtrahendorum ff.mand c.gratum. &
3 c.relatum.de offic.deleg. † Item quotiens perſona eſt de for
ma actus,tunc talis actus non migrat de ſubiecto in ſubie-
ctum l.vnica §.nc autem,C. de cadu. tollen. ubi not. Bal. in
præſenti autem caſu electa erat induſtria perſonæ dicti Dio-
nyſii. prædictus enim Do. Ioan. Auguſtinus eum aſſumpſit
in ſocium ad exercendum officium banchi Reſſe. quia ipſe
Dionyſius erat optimus Notarius & expertus in ſimili offi-
cio,vt pote qui illud anteà digne exercuerat. Præterea cum
aliud ſit exercitium,ſeu operæ unius Notarij, & aliud ſint o-
peræ alterius,l.ſi non ſortem,§.libertus,ff.de condi.indeb.&
placuerit Do. Ioan. Auguſt.aſſumere in ſocium ipſum Dio
nyſium,certè negari non poteſt quod induſtria Dionyſij non
fuerit præconſideranda & electa. ſicut etiam dicitur de Prin
4 cipe,qui elegit Doctorem ad legendum,quod † talis Doctor
non

non poſſit legere per alium, tanquam electa ſit induſtria ip
ſius, cum aliæ ſint lectiones vnius, aliæ alterius. & propterea
non poteſt tale officium legendi ſibi conceſſum de perſona
ſua ad aliam tranſire, ſecundum Barto. in l. nemo eſt, qui ne-
ſciat. ff. de duobus reis. Panor. & Feli. in c. 1. de ſum. Trinit. &
ſi. cat. per Bar. conſi. 6. 1. col. & conſi. 5. colum. 10. volum. 1.
5 Et magis in ſpecie illud probatur, † quia officium iudican-
di non modo non tranſmittitur ad hæredes, ſed nec per aliũ
iudicis nomine eo uiuente poteſt expediri, §. ad hoc prohi-
bemus, in Authen. de colla. quia induſtria habentis iudica-
re videtur electa, & eius conſcientia conſiderata. ſed Nota-
6 rius dicitur iudex, ſecundum Bar. poſt gl. in l. 1. ff. de iud. † &
maximè in Notario banchi, in quo maior conſcientia & di-
ligentia requiritur: propterea dicitur, quod Notarius ad bã-
chum debet eſſe iuſtiſſimæ conſcientiæ, & tenetur reprehen
dere officiales delinquentes, & non participare cum eis in
peccato, clem. 1. §. Notarij, de hęre. vnde Dom. Ioan. Auguſt.
confiſus de diligentia & conſcientia dicti Dom. Dionyſij,
eum recipit in ſocium. ſed ubi habetur reſpectus ad conſciẽ
tiam, ibi dicitur ſemper electa induſtria perſonę ſecundum
Bal. in c. ſi pro debilitate, col. 2. de offic. del. in l. nulli, C. de e-
piſcop. & cle. & in l. & in epiſtola. in fi. C. de fideic. Imo. poſt
Inno. in d. cap. fi. vbi dicunt, quòd clauſula, de tua prouiden
tia & circunſpectione cõfidentes, impedit ſubrogationem.
7 ſed quid tantum eſt elaborandum, † cum habemus caſum le
gis cum morte unius ſocij extinguitur ſocietas quo ad om-
nes. §. ſoluitur, Inſtit. pro ſocio † vbi dicitur ſoluitur ſocietas
etiam morte ſocij, quia qui ſocietatem contraxit, certam ſi-
bi perſonam elegit. quaſi dicat, quòd propter induſtriã perſo
næ ſocietatem contraxit. le. actione, §. morte, ff. eo. & adeo
morte ſoluitur ſocietas, ut nec ab initio paciſci poſſit, vt hæ-
res etiam ſuccedat ſocietati, l. adeo, ff. pro ſocio. l. verũ, l. hæ
res, ff. eo. & non ſolum ſoluitur morte naturali, ſed etiam ci-
uili, & ſic deportatione, & qualibet media capitis diminu-
8 tione, l. verum, §. fi. ff. eo. † & dato millies, quod eſſemus in
caſu, in quo ſocietas tranſit ad hæredes, vt in ſocietate vecti-
galium, d. l. adeo, §. 1. tamẽ intelligitur, ſi hæres ſocij ſit æquè
idoneus in adminiſtranda ſocietate, d. §. 1. l. & denique, ff. e.
& l. parabolani, & ibi Bal. C. de epiſc. & cle. cum ergo nõ poſ
ſit exerceri officium banchi, niſi per Notarium, & hæres Dio
nyſij non ſit Notarius nec eſſe poſſit: quia ut mihi relatum
9 fuit eſt pupillus, † & pupillus non poteſt eſſe Tabellio ſecun
dum Barto. in l. impubere, ff. de ſal. & in l. 1. §. ſi impubes, ff.
ad Syllania. & ita conſuluit in terminis Curt. conſil. 53.
Et tunc in ſpecie dicit gl. ſingularis in §. fina. Inſtitut. loca.
10 † quòd in ſocietate non eſt lucrum ceſſioni, nec ſubrogatio
11 ni, quia eligitur induſtria ſocij. propterea inſert, quod † ſi plu
res ſcholares conduxerint domum, quod ibi non ſolum in-
teruenit locatio, ſed ſocietas, non poterit vnus ſocius rece-
dere, & alium loco ſui ponere, & ibi ſequitur Ang. Aret. qui
dicit illam gl. eſſe ſingularem & ſignandam, & per illam gl.
dicit eleganter Bal. in l. 1. §. fi. C. qui teſta. facere poſſ. quod ſi
ſint plures ſocij in emptione lacus Peruſij, & unus infirma-
tus velit cedere locum ſuum tertio, & illum aggregare ſocie
tati loco ſui, alijs ſocijs recuſantibus non poterit. Et moue-
tur alia ratione, quia ſocietas eſt ius actiuum & paſſiuum, &
iura paſſiua cedi non poſſunt, & quia ſocietas conſenſu con-
trahitur, l. ex conſenſu, ff. de act. & oblig. vnde ille, in quem
ſocij non conſenſerunt, non poteſt dici ſocius, licèt ab uno
ex ſocijs admittatur, l. qui admittitur, ff. pro ſocio. & non ſo-
lum de iure, ſed & ex forma pacti in huiuſmodi contractu
12 ſocietatis appoſiti prohibita eſt omnis ceſſio, † quo caſu ta-
le pactum iuri communi conforme debet operari, quòd ſi
aliquo caſu ſpeciali a iure permitteretur ceſſio, quòd tunc
ſtante pacto etiam in tali ſpeciali caſu fieri non poſſit, ſecun
dum magiſtralem doctrinam Bar. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff.
de uerb. oblig. & Bal. & Doct. in l. ea lege, C. de condictio. ob
cau. & ita tenet Bertachin. in tract. de Gabel. in 13. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Socius non poteſt de parte ſocij diſponere, & volens inhabitare domum communem præfertur conſocio volenti eam locare.*
2 *Socius volens uti re communi ſecundum uſum deſtinatum, præfertur ſocio aliter uti volenti.*
3 *Pignorare eſt iuriſdictionis.*
4 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*
5 *Domino utili & non directo pertinet æſtimatio damni.*
6 *Silua cadua dicitur terra fructifera.*
7 *Communia quò ad partem dicuntur propria.*
8 *Communia populo primo occupanti ſolent concedi.*
9 *Domicilium incolas facit, & quilibet illud mutare poteſt ſuo arbitrio, niſi ex iuſta cauſa prohibeatur.*
10 *Liuellarius contractus quis ſit, & ſæpe emphyteuticus appellatur.*
11 *Dominus directi non poteſt in præiudicium utilis diſponere de re emphyteutica.*

RESPONSVM XVI.

SI ius depaſcendi & noualia facien-
di ſit commune
inter uniuerſitatem & homines Toraminis ſupe
rioris, & uniuerſitatem & homines, caſtri de Col
le Sancti Michaelis, non video quo iure homi-
nes Toraminis potuerint facere deſenſum venden. exterius
pro occurrentibus neceſſitatibus vniuerſitatis, ſuæ inuitis
1 vniuerſitate & hominib. Caſtri de Colle. † non enim po-
teſt aliquis habens cum alio rem communem diſponere de
parte ſocij, leg. 1. & per totum, C. de commun. re. alie. &
cum uſus paſcuorum ſit communis, potior debet eſſe condi
tio eius, qui uult vti paſcuis, le. Sabinus, ff. communi diui.
maximè cum velit vti ad vſum deſtinatum, l. ædes, ff. eo. tit.
l. in tantum, §. in commune ſepulchrum, ff. de rerum diui. nã
ſi vnus velit habitare domum communem, & alter velit lo-
care, præferendus eſt is, qui vult inhabitare, ſecundum Do.
2 Iaſ. in l. 1. col. pen. C. qui teſta. fac. poſſ. ſic dicimus, † quòd prę
ferẽdus ſit is, qui vult vti paſcuis pro ſuis animalib. ei, q vult
paſcua locare, vel vendere. & licèt eſſemus in aliquo caſu in
quo ſocius poſſet locare inuito ſocio, ut traditur per Bald. in
d. l. 1. & per Soci. conſi. 58. lib. 4. per totum. tamen emolumẽ-
tum locationis debet eſſe commune, & locatio facienda eſt
nomine omnium ſociorum, l. 1. C. de vend. re. fiſca. lib. 10.
ſed tamen præſenti caſu uniuerſitas Toraminis fecit deſen-
ſum, ſeu paſcua uendidit, ſuo nomine tantum, & ad ſuum
commodum tantum: vnde neſcio cogitare, quo iure po-
tuerit.

Ad ſecundum dubium, quo quæritur an vniuerſitas To-
raminis poſſit pignorare damnum dantes in deſenſis ipſius
3 uniuerſitatis? De iure videretur quod non, † quia pignora-
re eſt iuriſdictionis, l. Senatus communium, ff. de offic. præſi.
not. in l. imperium, ff. de iuriſd. omni. iud. vniuerſitas autem
Toraminis iuriſdictione caret, ergo pignorare non poterit,
l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iud. & maximè in cauſa pro
pria, l. qui iuriſdictionem, ff. eo. tit. & l. 1. & per totum, C. ut
quis in cauſa ſua. & ita etiam in terminis noſtris concludit
Alb. Gandi. in trac. maleſ. ſub rub. de pœnis, col. 3. & eſt tex.
in l. quamuis, ff. ad leg. Aquiliam.

Verum quia in themate præſupponitur conſuetudinẽ eſ-
ſe in contrarium, dico ſtante dicta conſuetudine uniuerſita
4 tem iuridicè poſſe pignorare, † quia conſuetudo dat iuriſdi
ctionem non habenti, l. uiros, C. de diuer. offic. lib. 12. l. præ-
tor, ff. de iud. c. cum contingat, & ibi not. Panor. de foro cõ-
pe. gl. & Scrib. in l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. nulli,
C. quod cuiuſque vniuer. no. & in cã propria, vt eſt text. in
c. 1. de pœn. lib. 6. cum gl. ibi in uerbo, punire. gl. & Scrib. in
d. c. cum contingat. Alex. & Do. Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni.

Ad tertium, an æſtimatio damni dari ſpectet ad dominũ
loci dominum directum, an ad vniuerſitatem & homi-
5 nes dominos vtiliter? † Reſpondeo ſpectare ad vniuerſita-
tem, ad quam ſpectat emolumentum paſcuorum, l. ſi quis
vxori, §. ſi ſulphurariæ, & l. ſi apes, ff. de fur. l. cum in plures. §.
meſſes, ff. loca. & ibi not.

Circa quartum plura dici poſſent, ſed perſtringendo tem
& inhærendo verbis tranſactionis, non videtur quod homi-
nes Toraminis poſſint vendere ligna inciſa in ſiluis cæduis.
Et pro fundamento præſuppono quòd homines dicti loci
nullum ius habeant in ſiluis cæduis, niſi ius quod ibi com-
petit vigore tranſactionis mihi exhibitæ: ſed uirtute tranſa-
ctionis ſibi iſtud ius vendendi ligna inciſa in ſiluis cæduis
nõ videtur competere ipſis hominibus, ergo &c. licèt enim
titulo tranſactionis ſibi competat ius faciendi noualia, & ad
uſum prædictum competat ſibi facultas appropriandi terrã
guaſtam, non tamen ex hoc poſſunt ſibi appropriare ſiluas
cæduas, & ligna ipſarum ſiluarum vendere, quia ex ſepara-
tis non rectè infertur, l. Papinianus, exuli, ff. de mino. differt
enim ſilua cædua à terra guaſta, quia altera ſterilis eſt. l. pen.
& ferè

6 & ferè per totum, C. de communi agro deſer. † altera fructi
fera, l. ſilua cędua, ff. de verb. ſign. l. diuortio, §. quod ſi in an-
no, ff. ſolu. matri. ſed hoc non obſtante, contrarium uerius
eſt: quia licet ex inſtrumento tranſactionis territorium quã
tum ad ius terrendi, iuxta l. pupillus, §. territorium, ff. de uer
bor. ſign. reſeruetur domino inſolidum: tamen quantum
ad alia omnia emolumenta dicitur in inſtrumento, quod
eſt commune. potuerunt ergo homines dicti loci incide-
re ſiluas cæduas, & ligna vendere pro eorum dimidia eius
7 arbitrio, l. in re communi, ff. communi diui. † nam quod cõ
mune eſt, ſuum eſt, quantum ad diſpoſitionem partis ſuæ, l.
ſerui electione, §. 1. ff. de leg. 1. l. dominus. §. dominus, ff. de
pecul. leg. & forte dici probabiliter poteſt quod ſiluæ cæduæ
ſint communes domino loci & populo eo modo, quo terra
guaſta, quæ ut ex tenore tranſactionis legitur, primo occupã
8 ti & illam ad culturam reducere uolenti conceditur. † ea
enim quæ communia ſunt populo, ſolent primo occupanti
concedi, Inſti. de rerum diui. §. 1. & §. flumina. dicamus er-
go terram guaſtam & ſiluas cæduas ex conuentione factas
fuiſſe publicas, & tamquàm publicas, eſſe communes domi
no & populo. In ijs autem, quæ tamquàm publica ſunt cõ-
munia, præferuntur qui prius occupant, l. 2. §. 1. ff. ne quid.
in loco publi. declarat Bar. in l. quominus, in 5. q. ff. de flum.

Circa ultimum, an dominus poſſit extraneos accaſare, &
extraneis habitationem cõcedere in loco Toraninis, & an
accaſati per dominum uti poſſint beneficio tranſactionis?
Iſtud dubium habet duo capita. Primum eſt, an dominus
poſſit recipere extraneos ad incolatum? & in hoc nulla eſt
9 difficultas, † quia domicilium incolas facit, l. ciues, C. de in-
co. & domicilium mutare quilibet poteſt ſuo arbitrio, l. non
utique, & l. domicilium, ff. ad munic. neque dominus, neq;
populus poſſet ſine cauſa prohibere, l. mercatores, C. de cõ-
mer. & merc. §. omnes peregrini, in Auth. de ſtatu. & conſue.

Secundum caput eſt, an dominus poſſit concedere extra-
neis, qui ueniunt ad habitandum in loco, ius & facultatem
depaſcendi, & ligna incidendi, & noualia faciẽdi? Et in hoc
recurrendum eſt ad uerba tranſactionis, quæ mihi clara ui-
dentur, in quantum dominus concedit paſcua & noualia
hominibus dicti loci, & eorum poſteritati pacto expreſſo, ꝙ
ipſe dominus non poſſit terram guaſtam, neque paſcua ex-
traneis dare, uendere donare, uel aliter alienare. Ponderan-
da primo ſunt illa uerba, hominibus & eorum poſteritati,
nõ. n. poſſunt extranei incolæ dici de poſteritate hominum,
qui tranſegerunt, l. 1. ff. de iure immuni. Secundo ponde-
randum eſt pactum quod dominus non poſſit paſcua, neq;
terram guaſtam extraneis concedere: ergo neque directè,
neque per indirectum reg. cum quid una uia, de reg. iur. l. ſi.
C. ſi manci. ita ueniẽ. & ſic neque accaſando extraneos pote
rit illis cõcedere dicta paſcua & noualia in iuris poſteris eo-
rum, qui tranſegerunt. Tertio aduertẽdum eſt, ꝙ dominus
in titulo tranſactionis tranſtulit ius ſuum in homines tranſi-
gentes & eorum poſteros, ſalua tantum & reſeruata ſibi fa-
cultate præoccupandi terram guaſtam pro uſu ſuo, & ſaluo
uſu paſcuorum pro ſe tantum. Quod tranſtulerit patet, quia
dicti homines pro terra guaſta, & paſcuis ex pacto tenẽtur
10 ad annuam penſionem. † quando autem uaſallus alteri cõ-
cedit aliquas terras pro annua penſione, in perpetuum tranſ
fert utile ius in illum ex contractu, qui liuellarius appella-
tur propriè, licèt contractus emphyteuticus paſſim nomine-
tur, ſecundum Bal. in rubr. C. de iure emph. Bar. & Scrib. in
11 l. 1. & ibi latè Iaſ. col. 7. C. eo. tit. clarum autem eſt, † quod do
minus non poteſt diſponere de prædijs in emphyteuſim al-
teri conceſſis in præiudicium emphyteutæ, niſi emphyteuta
cecidit à iure ſuo, l. 2. ff. ſi ager, uel emphy. peta. c. potuit,
de loca. ergo &c. Laus Deo.

*Reſponſum decimumſeptimum eſt ut ſupra impreſſum ſub nu.
116. incipit uidetur prima facie.*

S V M M A R I V M.

1 *Contractus talis in ſui eſſentia præſumitur, qualis in ſui ſigu
ra apparet.*

2 *Fœnerator nemo præſumitur.*

3 *Simulationem contractus allegans, non auditur niſi ſpeciem ſi-
mulationis alleget, quæ in dubio non præſumitur.*

4 *Pactum de retrouendendo omni iure licitum.*

5 *Locatio omni iure licita.*

6 *Simulatio contractus non arguitur ex illis duabus coniecturis
tantùm, ueluti ex pacto de retrouendendo, & ex locatione: ſe-
cus ſi interueniat quoque læſio. & 14. coniectura recitantur
ad dignoſcendam ſimulationem. & nu. 13.*

7 *Contrahentibus infra dimidiam iuſti precij licitum eſt ſe inui-
cem decipere, etiam de iure canonico, modo abſit dolus.*

8 *Scienti non fit dolus, neque fraus.*

9 *Pactum redimendi eſt pars precij.*

10 *Fraus quando præſumatur in contractu ex retentione poſſeſſio
nis per uenditorem. & nu. 25.*

11 *Conductor non poßidet.*

12 *Confeſſio eſt ſuperlatiua omnium probationum, & ſola ſufficit
ad probandum ſimulationem.*

14 *Penſio iuſta dicitur, quæ in XX. annis non excedit ſortem prin-
cipalem.*

15 *Pactum de retrouendendo unà cum modicitate precij arguunt
contractus ſimulationem.*

16 *Opinio fauens animæ, in dubio eſt ſequenda.*

17 *Gloſſa ab opinione comprobata per aliquem Doctorem, non eſt
in dubio iudicando recedendum.*

18 *Glo. nauis tutiſſima, per quam nauigatur iuris pelagus, & du-
cit in portum ueritatis.*

19 *Opinionibus hincinde exiſtentibus, eſt præſumendum pro illa,
pro qua conſuluit unum Collegium.*

20 *Vſurarius contractus, quando præſumatur*

21 *Pactum de reddendo plus quam receptum fuit, facit contractũ
uſurarium.*

22 *Malus ſemel, ſemper præſumitur malus.*

23 *Vſurarium manifeſtum fama iuncta aliquibus coniecturis, ac
tendens ad eundem effectum, probat aliquem fore.*

24 *Paupertate præcedente infertur ſiniſtra ſuſpitio.*

26 *Conſtituto transfertur ficta traditio.*

27 *Dominium & poſſeſſio non transfertur ex contractu ſimulato,
licèt res tradatur.*

28 *Simulationis contractus coniectura.*

29 *Pactis inſolitis oſtenditur contractus ſimulatus.*

30 *Fructus rei hypothecatæ pertinent ad dominum.*

31 *Fructus rei ſimulatæ uenditæ computantur ipſo iure in ſortem
principalem.*

32 *Obligationis diuerſitas præſumitur ex temporum diuerſitate
ac inſtrumentorum & ſummarum, niſi de prima fiat mẽtio.
& num. 34.*

35 *Nouatio præſumitur, ubi poſt liberationem ſtatim ſequitur obli
gatio.*

RESPONSVM XVIII.

Qui ueritas eſt, me in uiam dirigat ueritatis.

VIſis inſtrumentis articulis & libello in cauſa uſuraria
mota per Titium cõtra Raphaelem uiſum fuit
prima facie dicendũ, ꝙ omnes tres contractus,
uidelicet primus contractus uenditionis dicti
ſediminis, & ſecundus contractus inſolutum dationis eiuſ-
dem ſediminis, & tertius contractus uenditionis dictarum
proprietatum, non fuerint, nec ſint ſimulati, nec in fraudem
1 uſurarum celebrati, quia † talis præſumitur cõtractus in ſui
eſſentia, qualis apparet in ſui figura, l. cũ precibus. C. de pro-
ba. l. Labeo, ff. de ſupel. lega. not. Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi, in
2 fi. ff. ſi cer. pet. in c. 1. §. ſi inſtrumentum, de not. feud. † nemo
enim præſumitur fœnerator, ſecundum Bald. conſ. 39. in 3.
lib. quia in dubio quilibet præſumitur bonus, l. merito, ff. p
ſocio. in dubio enim ſtandum eſt uerbis contractus, l. ſi fide
iuſſores magiſtratuum ff. de fideiuſ. & in tãtum præſumitur
pro ueritate cõtractus, ꝙ oportet, ꝙ is qui allegat contractũ
fore ſimulatum, probet ꝙ a principio fuerit actum ꝙ eſſet
ſimulatus ſecundum Bald. in l. 1. C. ſi ſeruus exte. in tantum
3 ꝙ † allegans contractus ſimulationem, non auditur, niſi al-
leget ſpeciẽ ſimulationis, ſm Bal. in l. ab Anaſtaſio, C. mãd.
ad fi. numquàm. n. ſimulatio præſumitur ſm Bald. in c. 1. de
feud. da. in uic. leg. cõmiſſ. Soc. cõſ. 204. uiſis, col. 1. li. 2. Barb.
conſ. 67. illud in medium, col. 1. lib. 3. Nec obſtare uidentur
quædam coniecturæ, quæ in libello deducuntur. Prima con-
iectura elicita ex pacto de retrouendendo incontinenti ap-
4 poſita, non vr̃ ſufficiens, nec iuridica, quia † pactum de retro-
uendendo oĩ iure eſt licitum, & de iure diuino conceditur,
ut legitur Leuitici c. 20. de iure humano in l. 2. C. de pact. in
ter emp. & vend. compoſit. cum ſimilib. Secunda coniectura

elicita ex locatione incontinenti ſubſequuta, non etiam ui
5 denur iuridica, † quia omni iure licita eſt locatio, ff.& C. ae
6 extra,de loca.per totum. † Nec etiam iſtæ duæ conie‍cturæ ſi
mul iunctę ſuſſiciunt,ſecundum Bar.Veron.in tractatu de ſi
mul.contract.in a.car.uet.2.caſu.
Tertia coniectura ex læſione,quæ interuenit in uenditio-
ne,& in locatione,& in pacto, non etiam uidetur legitima,
quia talis læſio non contingit ultra dimidiam iuſti precij,
7 quo caſu † deceptio inter contrahentes ſi modo ſit ultra di-
midiam, conceſſa uidetur,l.2.C.de reſcin.uen. l.in cauſæ,§.
pen.ff.de minor.& in l.item ſi in precio,§.quemadmodum,
ff.loca.vbi dicitur,quemadmodum in emẽdo,& uendẽdo,
naturaliter cõceſſum eſt ꝙ pluris ſit minoris emere,& ꝙ mi-
noris ſit pluris vendere,& inuicem ſe circumuenire:ita in lo
cationibus & cõductionibus quoque idem iuris eſt.Nec di-
catur ꝙ illa iura procedunt de iure ciuili tãtùm , quia idem
eſt de iure canonico.ſecundum glo. & Scrib.in c.cum dile-
cti,de emp.& vend.per illum tex.& in c. in ciuitate,de uſur.
& in c.cum cauſam,2.de teſti.And.Sicu.conſ.67. illud affe-
ram,col.4.li.4.tenuit mirabiliter,ꝙ etiam in foro conſcien
tiæ licet contrahentibus ſe decipere citra dimidiam iuſti
precij, & probat ſic, forus conſcientiæ adaptatur iuri natu-
rali ſecundum omnes in c.nouit,de iud.de iure naturali cõ
ceditur deceptio infra dimidiam, d.§.quemadmodum.er-
go & de iure Theologico licebit. Et ſi dicatur,uerum eſſe ſi
ſine dolo interueniat deceptio,ſecundum glo. in d.ca.dile-
cti,& in d.§.quemadmodum. ſecus ſi cum dolo, qui præſu-
mitur interueniſſe, ex quo eſt tanta læſio. Quia reſpõdetur,
quòd ſciens ualorem rei & precium , non poteſt dici dolo
8 circumuentus,quia † ſcienti nõ poteſt fieri dolus,neq; fraus,
reg.ſcienti,de reg.iur. li.6. hic autem Titius uenditor ſagax
fuiſſe proponitur,& in rebus agendis multum expertus, ha-
bens notitiam ualoris cuiuſcumque predij exiſtentis in illo
loco. ſibi ergo eſt imputandum , ſi minori precio uendit &
maiori precio conduxit . lex enim permittit emptori quòd
faciat facta ſua melius quàm poſſit , & quilibet contrahens
debet hoc cogitare, & ſi nõ cogitet ſibi imputetur:alioquin
omnia mercimonia mundi deſtruerentur, dicit Bal.in ca.ſi
proponente. extra de reſcript. & hoc expreſſè decidit d. An
ro.de Butr.& Moder in c.quia plerique.de immu.eccle. ubi
concludunt ꝙ emptor , qui emit rem minori precio quàm
ualeret ab habente notitiam ualoris,& ſagace, poterit ſalua
cõſcientia eam retinere,ſequitur Bal. in authen. ad hoc, C.
de uſur.Corn.in repet.l.ſi paſcenda,car.5.C.de pac.Preterea
non concludenter probatur modicitas precij,quia licèt ſim
pliciter res uenditæ ſint ualoris ultra quartam partem , non
tamen conſiderato pacto de retrouendendo poſſunt dici tã
9 ti ualoris, quia † res ſolet minus ualere ratione oneris de re
trouendendo ſecundum Panor. in c.ad noſtram,de emptio,
& uend.arg.l.fundi partem,ff.de contrahen.emptio.
10 Quarta cõiectura, † ꝙ uenditor ſemper remanſerit in poſ
ſeſſione , nihil etiam ſuffragatur ad arguendum ſimulatio-
nem,quia talis coniectura ſolet ponderari , quando uendi-
tor de fructibus nihil reſpondit emptori : ſecus ſi reſpondit,
& ſoluerit penſionem pro re uendita,quia tunc talis ſolutio
facit ceſſare præſumptionẽ fraudis,arg.l.litibus,C.de agric.
& cenſi.lib. 10.ita Bar.in l.ſicut,§.ſi per uiam unum,ff.quib.mo.
pig.uel hypo.ſol.in l.poſt contractum,ff.de dona.Item quan
do conſtat de donatione ex eo, quod uenditor non tradide
rit poſſeſſionẽ.non præſumitur fraus,l.ſi creditoribus, C.de
ſeruo pig. da. manu. Item ex retentione poſſeſſionis præſu-
mitur fraus contra tertium , non cõtra ipſum remanentem
in poſſeſſione. ita declarat Panor.conſ.49.videtur primò,ad
fi.lib.1. Item non procedit quando uenditor conduxit rem
11 uenditam ab emptore , † quia tunc emptor dicitur poſſide
re & non conductor,l.ſi colonus,ff. de acqui.poſſ.ita Roma.
conſ.304.plura ſunt.
Verùm præmiſſis non obſtantibus,arbitror prædictos cõ-
tractus fuiſſe ſimulatos , & in fraudem uſurarũ celebratos.
& licèt ſoleant cõiter ex coniecturis qui conſulunt in hac
materia,demõſtrare ſimulationes & fraudes,quia ueriſimi-
liter non poſſunt alio modo detegi propter aſtutiam fœne-
rantium,qui dimiſſis contractibus mutui & pignoris, uolũt
ſibi fieri purum inſtrumentum uẽditionis ſecundum Hoſt.
in ſumma de vſur.§.qualiter.Io.And.& Hoſt. in c.ad noſtrã,
de emp.& uend.& bene ibi probatur,& in c.illo uos,de pig.
tamen in caſu iſto non arbitror opus deuenire ad aliquas
coniecturas,quia de ſimulatione & fraude primi & ſecundi
contractus dicti ſediminis cõſtat per confeſſionẽ ipſius Ra
12 phaelis,† quæ confeſſio eſt ſuperlatiua oĩum probationum,
c.tuas,de proba.l.gñaliter,C.de non nu.pec.& quæ ſola ſuffi
cit ad probandũ ſimulationẽ,ut in terminis cõſuluit Bal.cõ
ſi.299.in quæſt.uertente,li.4.& ſi ſit cõfeſſio facta in abſentia
partis ſm Bal.conſ.438.an poſſeſſio,li.5.Raph.Com.ↄſ.155.
Ant.Philibertũ.Corn.conſ.135.viſis articulis,col.pen.lib.1.
Cępo. in tractatu de ſimul. contract. in uarijs locis,maximè
in 10.præſump.circa medium.
De confeſſione uerò dicti Raphaelis cõſtat euidenter ex
inſtrõ rogato ꝑ Io.de Barbanijs de anno 1501. in quo dictus
Raphael confitet ſe mutuaſſe ꝓdicto Titio ſaccos 40.frumẽ
ti, & pro ſpeciali pignore pro dicto frumẽto ſibi fuiſſe hypo-
thecatũ dictum ſedimen. Itẽ conſtat de confeſſione ſecudi
ↄtus,uidelicet in ſolutũ dationis dicti ſediminis ꝙ fuit pi-
gnus & hypotheca per inſtrum rogatũ per ſcriptum Notarij
de anno 1502.quæ inſtrã conſtat pleniſſimè probare,c.2. de
fide inſtru.l.cum res,C.de proba.cum ſimilibus.
Si tñ ſoli ↄfeſſioni inhærere quis non uellet,arbitror ẽt ꝙ
ex ↄiecturis poſſit demonſtrari hmõi tres ↄctus fuiſſe oẽs ſi-
mulatos,& in fraudem uſurarũ cõfectos.& quia duo ultimi
ↄtus originantur à primo,& ab exordio tituli poſterior for
mat euentus,l.fi.C.de impo.lucr. deſcrip.li.10.diſcutiamus
coniecturas primi ↄtus vẽditionis dicti ſediminis celebra
ti de anno 1490.
Prima ↄiectura,quæ reddit ipſum ↄtum ſuſpectũ , eſt læ-
ſio in precio uenditionis. fuit.n. uenditum ſedimen ꝑ Flor.
150. & erat tunc tpis ualoris Flor. 300. uel circa,& ſic læſio
fuit citra dimidiam iuſti precij,quæ eſt maxima coniectura
13 fraudis,d.c.ad nrãm.& c.illo uos.† & licèt ſola læſio non ſit
ſufficiens ad probandum ſimulationem,tñ iuncta cũ duab.
alijs ↄiecturis ꝓbat ↄcludẽter,ſm gl.in l.dolus, C.de reſcin.
uend.per l.cũ hi,§.modus,C.de tranſa. Cępo.in dicto tracta
tu in a.præſum.& probatur in d.c.illo uos, cum ſimilibus .
Secunda coniectura elicitur ex lęſione, quæ interuenit in
locatione tam habito reſpectu ad precium exburſatũ quàm
habito reſpectu ad fructus,qui percipi poſſunt ex dicto ſedi
mine : nam pro ueritate ſolùm mutuauit dictos ſaccos 40.
frumenti,ut ex confeſſione ſuprascripta apparet. pro quibus
noluit ſaccos quinque conſequi loco uſurarum . ſed poſito
ꝙ non appareret de dicta confeſſione, tñ ex ſerie alterius in
ſtri eadem hora & teſtibus celebrati conſtat , ꝙ dictus Ra-
phael ſolum exburſaſſet Flor. centum, quorũ reſpectu pẽſio
ſaccorum quinq; frumẽti eſt ſatis exceſſiua : nam ſm cõem
uſum precium cuiuslibet ſacci a tẽpe dicti ↄtus citra,cõiter
& cõi curſu fuit & eſt valoris ſaltẽ ducati unius pro ſacco , &
14 ſic penſio aſcẽderet ad 13.pro cẽtenario.ergo iniuſta,† quia
illa dr iuſta, quæ in xx. annis non excedit ualorẽ precij exbur
ſati,§.ſi uero Leonis, in Auth. de ali.& emphi.& profecto ſi
conſideratẽ precium frumenti a tpe dicti ↄtus,uno anno cũ
alio computato,certè in quatuor annis trãſcendit ualorem
precij exburſati. Eſt etiã iniuſta habito reſpectu ad redditus
ipſius ſediminis,quia licèt ſit ualoris Flor. 300.non tñ repe-
riuntur,qui ex eo uellent ſoluere ſaccos quinque frumenti,
ergo ex hoc datur intelligi ꝙ Raphael non habuit animũ emẽ
di ut pulchrè deducit Cępol.in dicto trac.in 3.præſump.
Tertia coniectura , quia interuenit pactum de retrouen-
dendo,ut conſtat ex tenore alterius inſtri incontinenti ſub-
ſequuti. & licèt ſolum pactum de retrouendendo non fa-
ciat contractum præſumi uſurarium, tñ cum alijs coniectu
ris operatur uehementiſſimè:imo, ſm magis cõem opinio
15 nem,† pactum de retrouendendo una cum modicitate pre
cij ſufficienter probat ſimulationem . & omiſſis auctorita-
tibus iſtam dicit eſſe cõem Alex.conſ.46.ecce præſentis cõ-
ſilij materiam. Et licèt ſint plures, qui tenẽt quod iſta duo
non ſufficiant, ſed requiranir ꝙ ẽt ſit emptor ſolitus fœnera
ri,quos refert & ſequitur Cępo.in d. trac. car. antep.adeo ꝙ
dubitari uideat,quæ ſit cõis,ut per Deciũ ↄſi.167.in cã, quæ
coram dño.tñ in dubio tenenda eſt opinio,ꝙ illa duo ſuffi-
16 ciãt,quia magis ſecura pro aĩabus ; † & in dubio illa opinio
ſequenda eſt,quæ fauet animæ,ſm glo. in c.1. de ſetut.& eſt
tex.in c.iuuenis,de ſponſa. in clem. exiui de paradiſo, §.itẽ
quia.vbi Card.de ver.ſig. & quia iſtam opinionem ſequitur
17 glo.in ca. conqueſtus de uſur. † & in dubio ab opinione gl.
comprobata ab aliquo Doctore non eſt in iudicando rece-
18 dendũ,†quia gl.nauis eſt tutiſſima,per quã nauigat uaſtũ iu
ris pelagus,& quę nos in portum ueritatis clarè deducit,ſm
Sali.in l.1.C.de pac.cum alijs auctoritatibus in laudẽ gl.re-
ductis per Coſetũ in fine ſui Repertorij , & quia ita ↄſulue-
rũt collegiũ Papiẽ.& collegiũ Mediolanẽſe, ut atteſtat Cęp.
loco ꝓalle.vñ ſuccedit dictũ Pan.in c.prudentiam, in princ.
19 de offic.deleg. † ꝙ vbi ſunt opiniones hincinde, præſumen
dum

dum eſt pro illa opinione , pro qua conſuluit unum colle-
20 gium . † Præterea daro quod illa duo ſola non ſufficerent,
tamen ſi cum illis duobus concurrat aliqua alia coniectura,
veriſimilis , etiam quod emptor non ſit ſolitus fœnerari , tñ
iudicabitur uſurarius ſecundum Cęp. in dicto tractatu , in
6. caſu, car.antepenul.uer.3.concluſio.& uer.10. concluſio.
& Ancha.conſi.ſuo 8.plurimæ coniecturæ. ubi in propoſito
pulchrè loquitur,& Corn.in conſi.4.multum diffuſè , lib. 1.
vbi concordat opiniones hoc modo,ut conſiderata qualita
te perſonarum & negocij modo una,modo alia opinio præ
ualeat. At in caſu noſtro,ut ſtatim probabo, cõcurrunt pluſ
quam decem , igitur &c. ſed quid moror ? etiam concurrit
iſta,quod Rapha.eſt ſolitus fœnerari,uel ſaltem ſolitus ſimi
les contractus facere,quod ſufficit ſecundum Bal. in termi-
nis,conſi.464.uideamus, lib.3.& Corn.d.conſ 4.

Quarta coniectura,quia in pacto de retrouendendo ſtrin
git ex parte uenditoris læſio: nam,ut ex cõfeſſione dicti Ra-
phaelis conſtat,ipſe non dedit dicto Titio niſi ſaccos 40. fru
menti,& tamen in pacto uult ſibi reddi 50. & iſtam conie-
cturam conſiderat tex.in d.c.illo uos. ibi, & quod ultra ſum
mam receptam 60.ſolidi deberentur, de pigno. & efficaciſ-
ſimam eam eſſe atteſtatur Inn.in c.in ciuitate, in fi. de uſur.
21 Card.in clem.ex grandi.in §.cæterum.q.3 . eo. tit. † Imo ip-
ſa ſola ſufficit,& probat contractum fore uſurarium, ſecun-
dum Cęp.in d tract.in 4.coniectura: quia quicquid accedit
ſorti,uſura eſt,c.plerique,& ca.uſura,14.quæſtio.3.l.rogaſti ,
§. ſi tibi ,ff.ſi cer.pet.Item contingit læſio ex parte Raphaelis
emptoris,quia ſedimen erat,& eſt maioris ualoris,quàm ſac
corum 50.frumenti.unde non eſt ueriſimile,quod ſi uerè e-
miſſet,ſeu animum emendi habuiſſet,quod feciſſet dictum
pactum.Item non eſt uerisimile quod ſi emiſſet & exburſaſ
ſet precium Flor. 150.quod in pacto fuiſſet contentus habe-
re ſaccos 50.frumenti,ſorte minoris ualoris . ſed quia ipſe
mutuauerat ſaccos 40.frumenti , tamen ut apparet ex dicta
confeſſione, fuit contentus addere ſaccos decem ſorti.

Quinta coniectura elicitur ex genere penſionis , ſcilicet
frumenti , pro ſedimine & cortili, ex quo ſolet ſolui pẽſio
in denarijs, & non in frumento , & iſta eſt etiam urgens ſe-
cundum Cępo.in d.tract.in 9.præſump.

Sexta coniectura præſumitur ex forma pacti,quia dicitur
quod totiens quotiens infra quatuor annos Titius reſtitue-
ret ſaccos 50. frumenti, quòd dictus Raphael teneretur re-
ſtituere ſedimen.pondera uerbum,reſtituere ex parte uendi
toris.ergo habuerat frumentum mutuo,aliàs non diceretur
reſtituere,ut traditur in rubr.ff.ſolu.mat.& uerbum, reſtitue
re ex parte emptoris, ergo ſedimen erit pignoratum . nam
ſi uenditum fuiſſet, non teneretur reſtituere,ſed tradere,l.ex
empto,ff.de actio.emp.l.emptorem , ff.de contrahen.emp.
& iſtam coniecturam uehementiſſimam eſſe , atteſtatur Pau.
de Ca.conſi.325.in Christi nomine. Cępo.in d.tracta.in 13.
præſumptione.Corn.in d.conſi.4.vbi uult, quod non requi
ratur iſto caſu,quod emptor ſit ſolitus fœnerari.

Septima cõiectura elicitur ex qualitate rei uenditæ , uide
licet ex ſedimine & caſſina , quæ fuit maiorum dicti uendi-
toris, qui nullam aliam arcam habebat pro reponendis di
ctis fructibus : & tamen habebat uaria , & diuerſa prædia
tam cultiua quàm pratiua,& etiam penſiones & ficta multo
vtiliora . ex hoc elicitur quod uenditor ueriſimiliter non
uendidiſſet,l.lex,quæ tutores,C.de admini. tuto. l.ſi empto-
rem,ff.de minor. & hanc coniecturam multum operari cõ-
probat Cępo.in d.tract.in 15.præſumpti.nec dictus emptor
emiſſet,ſed potius fructuoſiora uoluiſſet habere . ſed quia
habebat animum exercendi uſuras , & ſciebat uenditorem
potius omni tempore ſoluturum uſuras, aut daturum decẽ
ſaccos frumenti ultra ſortem iuxta pactum luendi,procura-
uit ſimulatam uenditionem dicti ſediminis,& non alterius
prædij .

Octaua coniectura elicitur ex eo , quòd dictus uenditor
noluit habere integrum precium dicti ſediminis,ſed ita de
mum ſi contingeret caſus,quod non lueret,ut conſtat inſtru
mento rogato per dictum Ioannem, & etiam ex alio inſtru
mento incontinenti poſt venditionem dicti ſediminis ſub
ſequuto. ergo bene ſequitur,quod non aderat animus ven-
dendi. Et quantæ ſit efficaciæ hæc coniectura , quis non vi-
det? & oſtendit Pau.de Caſt.conſi.333. uiſa petitione,ſecun-
dum antiquam impreſſionem,& Cępo.in d.tract.in 16.præ-
ſumpt.

Nona cõiectura elicitur ex qualitate perſonæ ipſius empto
22 ris , qui fuit & eſt ſolitus ſimiles contractus facere: † ſemel
enim malus ſemper malus præſumitur,vt in reg. ſemel ma-
lus, de reg. iur. & ratione malæ conſuetudinis mala ſubori-
tur ſuſpicio,l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re mil. l.2.C.de
epiſc. audien. cum ſimilibus.& faciunt quæ ſupra dixi,imo
dictus venditor fuit totiens de uſuraria prauitate accuſatus,
23 & eſt fama pub. quod eſt ſolitus fœnerari , quæ † fama iun-
ctis aliquibus adminiculis , non ſolum probat ſimpliciter
aliquem eſſe uſurarium, ſed etiam probat eſſe manifeſtum
ſi ad eundem effectum fama tendat ſecundum Rodul. in
tract.de vſur.q.88.& de hoc eſt glo. in c.cum in diœceſi , de
vſur. & Gem.in terminis,conſi.59.dubium tale eſt,per totu.

Decima coniectura etiam colligitur ex qualitate eiuſdẽ
emptoris , quia ruſticus eſt forenſis, & pauper erat , quando
24 venit ad habitandum in d.loco,& nunc diues admodu,Vn
de ex præcedenti paupertate infertur ſiniſtra ſuſpicio, quod
per viam contractuum ſimulatorum , & per ſas,& per neſas
diuitias congeſſerit, l.cum hæres , ff. de ſtatu liber.& in ſpe-
cie hanc coniecturã cõſiderat Bal. in d.conſ.399. li. 5.col. 1.
25 Vndecima coniectura, † quia venditor remanſit ſemper
in poſſeſſione. & licet iſta coniectura ſola non ſit ſufficiens,
tamen cõiuncta cum alijs multum prodeſt ſecundum Pau.
de Caſt.conſil.331.ſuppoſitis ijs. Nec obſtant,quæ ſupra con
tra iſtam præſumptionem deducta fuerunt,quia ſtantibus a-
lijs coniecturis illa non obſtant,maxime ſi numquam inter
26 ueuent vera & corporalis traditio , † licèt ficta per conſtitu-
tum vel conductorem. Ita reſpondet Cępo. in d. trac.in 24.
præſump. quando enim ad oſtendendam ſimulationem cõ
currunt aliæ cõiecturæ,etiam ſi interueniſſet corporalis tra-
27 ditio,tamen ſimulata præſumeretur, † nec per eam transfer
tur dominium,l.emptione,C.plus val.quod agi. Bald.conſ.
322.vtrum põt, in prima parte. Roma.conſ.246.clariſſime.
Alleſſot.Nec per talem traditionem transfertur poſſeſſio , l.
emptor,ff.de aqua plu.arcen.Barba.conſi.6.col.14.lib.4.

Duodecima coniectura ex natura contractus : qñ enim
eſt talis contractus,qui communiter non ſolet fieri apud ho
neſtos & graues uiros , ſed ĩter fœneratores,veriſimiliter tãc
talis contractus præſumitur fœnerantius & ſimulatus,ſecun
28 dum Bal.conſ.387.apparet,lib.1. Sed † pro Deo quis unquã
vir mediocris conſcientiæ feciſſet huiuſmodi contractum?
certe nemo . dare enim ſaccos 40.& poſtea ſimulata emere,
nec precium conuentum, & valorem expreſſum ſoluere cũ
pacto de retrouendendo , cum additione ſortis, cum ficto
ſaccorum quinque frumenti pro ſaccis 40. cum modicita-
te precij , cũ pacto ꝙ non teneatur exburſare precium inte-
graliter niſi ceſſatum fuerit a redimendo & à pacto luendi :
quis negabit hæc eſſe pacta inſolita? Quis nõ affirmabit bo-
no viro non conuenire? ergo &c. Dicam igitur cum Bal. in
d.conſ.talem contractũ biſurcatum,totum eſſe leproſum le
29 pra peccati vſurarum: † pacta enim inſolita demõſtrant ini
quitatem & maculam contractuũ,ut not.in l.ſi quis ſub cõ-
ditione,cũ ſimi.lib.ff.de condi.inſti.& in d.c.illo vos.

Decimam tertiam coniecturam colligo ex multiplicita
te contractuum . ſi enim d. Raphael primo loco emiſſet di-
ctum ſedimen,quare in fine locationis facto calculo iterũ
idem ſedimen inſolutum accepiſſet? & quia iterum eadem
in ſolutũ dationis appellaſſet pignus , quare anno ſequenti
ab eadem in ſolutum datione receſſiſſet , & aliam diuerſo-
rum prædiorum poſteà fieri uoluiſſet? Vnde hic reſultat ma
niſeſta probatio , ꝙ dicta conditio & in ſolutum datio fue-
runt ſimulatæ,vt probatur in l.eum fidem, C. de non nu.pe-
cu.& in l.ſi mulier,C.ad Velleia. per quæ iura ita conſuluit
Bal.conſ.464.videamus.lib.3.ſed quid fortius? ipſe Raphael
confitetur ſimulationem,vt ſupra dixi.

Decimamquartam coniecturam in medium adducam .
quia ſi vera fuiſſet uenditio,uera inſolutum datio , ipſe em-
ptor feciſſet poni in cataſtro dictum ſedimen , & ſucceſſiuè
dictas proprietates,& ſoluiſſet æſtimationem: quod cũ non
fecerit,ſed ipſe uenditor ſemper retinuerit in cataſtro , licet
coniecturari quod fuerunt omnes contractus ſimulati & fi
cti . ita per iſtam coniecturam iunctis quibuſdam alijs,
non ita euidentibus,nec tot ſicut in caſu iſto, conſuluit Cor
ne.conſi.135.viſis articulis,col.pen.li.1. & hæc quantum ad
primum, & ſecundum contractum dicti ſediminis.

Circa tertiũ ꝯctum in ſolutũ dationis dictarũ proprieta-
tum,rñdeo talem inſolutũ dationem ſimulatã & pro nõ de-
bito factam.Simulatam,& in fraudẽ uſurarũ confectã dico,
quia ꝯ eã obſtant prima,2.3.7.9.10.11.13.& 14. coniectura,
quæ ſufficiunt ad probandam ſimulationem,ut patet ex præ
dictis. Pro non debito factã dico, quia facta fuit pro precio
ſaccorum decem frumenti pro fictis retentis dicti ſedimi-
nis, quos conſtat non deberi : quia vt ſupra probatum fuit,

dictum ſedimen re vera fuit hypothecatum , & nō uendi-
tum , licèt in fraudem uſurarum venditio fuerit ſimulata ,
90 † fructus autem rei hypothecatæ ſunt domini ipſius rei , &
non creditoris,l.ſi domo, C. de pig. l.1. C. de diſtra.pigno.
cum ſimilibus. non ergo pro dictis fictis & fructibus dicti
ſediminis , tenebatur Titius in aliquo dicto Raphaeli . er-
go, &c.Fuit inſuper facta pro dictis ſaccis 40. frumenti mu-
91 tuatis,qui amplius non debebantur, † quia fructus percepti
pro ficto dicti ſediminis hypothecati extenuauerūt ſortem
& obligationem principalem dictorum ſaccorum 40. fru-
menti ipſo iure,d.l.1.& l.2. C.de pac.pigno. & d.ca.illo uos.
de pigno.& ſi negetur, quòd inſolutum datio dictarum pro
prietatum facta fuerit pro obligatione dictorum ſaccorum
92 40.frumenti fundetur; iſta negatiua ea ratione, † quia ex
diuerſitate temporum præſumitur diuerſitas obligationū,
l.ne caſu,C.de diſcu.lib.10.ubi Bald. cum concordantijs al
legatis per Moder.in l.triticum,ff.de uer.obl.& per Soci.cō-
ſil.24.colum.9.lib.1.Alexan.conſ.3.colum.2.lib.2.Vel quia
ex diuerſitate inſtrumentorum præſumitur diuerſitas obli-
gationum ſecundum Bar.in l.ſtipulatio iſta,§.cum qui.ff.de
uerb. obl. & eo maximè , quia obligatio,ad quam ſe refert
inſolutum datio,erat de ſaccis 44. & ex diuerſitate ſumma-
rum præſumitur diuerſitas obligationum ſecundum Bar.in
l.cum centum.per illum tex.ff.de adim.leg. Quia prædicta
omnia poſſent procedere ubi non præceſſiſſet liberatio ab
obligatione dictorum ſaccorum 40. frumenti mutuatorū,
& dictorum ſaccorum 10.frumenti pro fictis & incontinen
ti non fuiſſet ſequuta obligatio dictorum ſaccorum decē,
& ſaccorum 44. eo quia ubi poſt liberationem ſequitur in-
continenti obligatio ex conceſſione,tunc liberatio,quæ ob
uenit ex prima cauſa,cadit illico in cauſam ſequentis obli-
gationis,l.ſi ſponſalibus.§.1.ff.de iu. dot.Bar.& alij in l.ſin-
93 gularia,colum.pen ff.ſi cer.pet. † & quia vbi præcedit libera
tio,& ſtatim ſequitur obligatio. tunc etiam de iure nouiſſi-
mo præſumitur ſequens obligatio facta animo nouādi pri-
mam,ſecundum Cur.conſ.6.primo aſpectu,col.1. nam etiā
hodie ex coniecturis præſumitur nouatio ſecundum Bald.
in l.reſcriptum,§.fi.ff. de pact. Alexan. conſi.10.uiſis,col.5.
lib.2.& iſta eſt ſufficiens coniectura , quod quis non debeat
ſoluere & incontinenti cōfiteri ſe obligatū, l. nam ad ea. ff.
de condi.& demon.ubi Bar.ex hoc elicit præſumptionē no-
uationis,& oſtendit pulchrè Socin. conſi.179. circa præſen-
tem, colum.fi. lib.2. quod præcedens liberatio præſumitur
facta ratione promiſſionis,quæ incontinenti ſubſequitur,vt
ibi uidetur decidere caſum noſtrum , & rationes eiuſdē con
tractus ambo hi actus , unus ſunt , & ita de his,ſicut de actu
uno diſponere debemus,l.cum antiquitas, C.de teſta.ita in
propoſito dicit notabiliter Ludo.Roma.conſi.445. conſul-
tatio præſens,colum.1. Tertio , quia eſto quod aliàs ex di-
uerſitate ſummarum & temporum præſumatur diuerſitas
94 obligationum, † tamen ubi in ſecunda obligatione fit men
tio de prima,ſemper eadem reputatur, ſeq.Imol. poſt Bald.
in l.qui bis idem,ff.de uerb.oblig.ſed in caſu occurrenti in
obligatione ſubſequuta incontinenti fit mentio de dictis
ſaccis decem frumenti pro fictis dicti ſediminis,& de ſaccis
44. frumenti mutuo conceſſis . ergo neceſſariò de dictis
ſaccis 44. quia illico præceſſerat generalis liberatio omniū
hincinde . merito reſtat concludendum quòd obligatio di
ctorum ſaccorum 44. intelligitur de illis ſaccis 40. & addi-
tio ſaccorum quatuor ſit facta pro uſura anni ſequētis, cum
non poſſit referri niſi ad obligationes præcedentes,à quibus
fuerat illico liberatus Titius,& de alia frumenti obligatio-
ne præcedenti non conſtat , niſi de obligatione dictorū ſac-
corum 40. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 Actio perſonalis ex pacto non tranſitoria ad heredes , an fiat
tranſitoria ex ſola libelli oblatione , an uerò requiratur litis
1 conteſtatio.& nu.7.
2 Inoſſicioſi querela tranſit ad heredes per ſolam denunciatio-
nem, vel libelli oblationem .
3 Litis conteſtatio quando dicitur impedita culpa actoris , vel
rei .
4 Actiones ſuas remittentibus,non datur ad eas regreſſus.
5 Vſusfructus ſemel amiſſus volente uſufructuario non reacqui
ritur per retroceſſionem .
6 Ceſſiones factæ inchoato iudicio præſumuntur ſimulatæ .

RESPONSVM XIX.

Qui ueritas eſt,me dirigat in uiam ueritatis.

IAcobus Iauelli emptor pmiſit Bertrando Iauelli uen-
ditori retrouēdere uineam ſibi ſoli , & duntaxat
poſtea idem Bertran.ceſſit & donauit omnia bo
na ſua,iura,& actiones præſentes,& futuras Spiri
tui,ſiue Ioanni Rebolli,qua donatione non obſtante idem
Bertran.cœpit agere actione ex empto,ſiue ex ſtipulatu ad re-
trouendendum contra dictum Iacobum . qui videns di-
ctas ceſſiones,retroceſſit eidē Bertrando ius luendi & emen
di dictam uineam: qua ceſſione rehabita idem Bertran. de
nouo cœpit agere,& libellum porrexit,& ante litis conteſta-
tionem mortuus eſt, quæritur an ad hæredes ſit actio redi-
mendi tranſmiſſa ?

1 Punctus præſentis conſultationis ſtat in hoc,† an actio ex
ſtipulatu quæ perſonalis eſt,& ex pacto non tranſitura ad hę
redes,iuxta l.ſi ubi,ff.de pact. per ſolam citationem & obla-
tionem libelli abſque litis conteſtatione dicatur præparata
& effecta tranſmiſſibilis ad hæredes ? Videtur quòd ſic , per
2 tex.in l.quemadmodum.ff.de inoſſicioſo teſtam. ubi † que
rela inoſſicioſi dicitur præparata per denunciationem , uel
libelli dationem . In contrarium facit , quia ſpeciale eſt in
querela inoſſicioſi teſtamenti: in alijs autem actionibus nō
tranſitorijs numquam inducitur præparatio,niſi per litis cō
teſtationem ſecundum Pau. de Caſt.in l.1. C. de ann.excep.
l.fi.C.de pręſcrip.30.vel 40.anno.& Inſtit.de perpet.& temp.
act.§.non omnes.

Quod dicendum vr̄ qn̄ huiuſmodi actio fuerit præpa-
rata quantum ad effectum tranſmiſſionis per reum factum
ſit, ne lis conteſtaretur,quo caſu pro cōteſtata habetur quā-
tum ad effectum præmiſſum,l.conteſtationibus, ff.de act.&
3 obl. † videndum ergo eſt,an propter moram rei lis non fue
rit conteſtata,uel nec Alex.in l.ſi eum,§.qui iniuriarum,co-
lum.2. ff. ſi quis caut. reſpondet, aut lis non fuit conteſtata
propter calumnias & ſubterfugia rei, & tūc perinde eſt ac ſi
fuiſſet conteſtata in odium moræ & calumniæ : aut facto a-
ctoris,& abſque calumnia rei,& tunc non efficitur tranſmiſ
ſibilis ſecundum Bal. & alios ibi . In caſu præſenti reus non
mihi videtur unquam diſtuliſſe litem conteſtari per calum
niam: non quidem prima vice , ſeu in prima petitione, cui
oppoſuit exceptionem ceſſionis & remiſſionis,nam per ceſ-
ſionem deſierat habere exercitium actionis parte opponen
te,l.3. C.de nouat. & ſic iuſtè diſtulit tunc litē conteſtari per
iuſtitiam,non per calumniam,ca.fi.de litis conteſt. li.6. l.2.
ff. de excep. in 2. petitione facta poſt retroceſſionem ſibi fa-
ctam, nam etiam idem Iac. poteſt dici in calumnia triplici
ratione . Primo, quia ipſe Bertran. actor eadem die, uel ſe-
quenti,mortuus eſt,& ſic nō tanta interfuit mora,quòd reus
potuerit litem conteſtari cum matura deliberatione , quo
caſu non dicitur per eum ſtetiſſe ſecundum Iacob. de Are.
Pau.Alex.& alios in d.l.fi. Secundo, quia per ceſſionem fa-
ctā p Bertran.dicto Robelli ipſe Bertran.non habebat actio
4 nem amplius , † quia remittentibus actiones ſuas nō datur
amplius regreſſus, l.quærimus,§.ſi venditor, ff.de ędi.edic.cū
igitur actionem ſuam perdiderit,dico quod non propterea
eā reaſſumpſit ſeu reacquiſiuit per retroceſſionem ſibi factā
per dictum Rebolli: quia cum talis actio ſit perſonalis, non
fuit acquiſita ipſi Rebolli . vnde non potuit retrocedendo
transferri in Bertrandum , cum non poſſit Rebolli cedere
plus iuris quàm quod haberet,l.traditio,ff.de acquir.rerum
dom.cum vulgaribus. vel vbi ex retroceſſione eſſet reacqui
ſita actio , non tamen eſſet efficax ad redimendum vineam
virtute pacti: quia quantum ad ipſum Bertran.finitum & ex
tinctum erat ius ſuum, ſi modo fuit ſibi remiſſa actio , iam
illā non habet ex pacto,ſed ex noua cauſa , ex qua nō poteſt
ius acquiri . ergo non dicitur integra & ſalua actio ſemel
extincta,l.fina.C.de remiſſ.pig.per quam dicit Bar.in l.ſicut,
§.ſuperuacuum,colum.fi.ff.quibus mo.pig. vel hypo ſolui .
5 quòd † vſusfructus ſemel amiſſus voluntate vſufructuarij ex
retroceſſione non reacquiritur ſibi,quia eſt perſonalis: etiā
ſi eſſet ſibi legatus ea lege quod toties cenſeretur legatus,
quotiens foret amiſſus,l.ſicut,ff.quibus mo.pign. uel hypo.
ſolui . ſic ius luendi ſemel amiſſum ex retroceſſione , non
dicitur reuiuiſcere , quia tale ius in caſu noſtro eſt perſo-
nale,nec ex noua cauſa poteſt reacquiri ſine facto & uolun-
tate emptoris . & reſpondetur,quod ex prima ceſſione & do
natione dicti pacti facta per Bertrā. ex paupertate eiuſdē nō
habentis

habentis modum redimendi ex retroceſſione facta poſt
iudicium inchoatum, arguitur talis retroceſſio fraudulēta
& ſimulata, iuxta tradita in l. ab Anaſtaſio, C. mand. quo ſtā-
te non poteſt dici, quod emptor fuerit in calūnia ſi noluit
litem conteſtari, & ideo nō poteſt in eius odium haberi pro
conteſtata, ſecundum Alex. & alios in d. l. fi.
Cæterum vbi eſſemus in caſu, quòd facto & culpa rei nō
fuiſſet lis conteſtata, non tamen poteſt dici perpetuata actio
7 ad effectum tranſmiſſionis, † quia in his tantùm caſibus hu
iuſmodi quaſi litis conteſtatio operatur tranſmiſſionem in
odium moroſi, quando non eſt ſuccurſum actori ad intereſ
ſe, niſi actio tranſmittetur. ſed quando actione extincta cō-
petit actio ad intereſſe, tunc nō perpetuatur niſi verè lis fue
rit conteſtata. Ita concludit concordando opiniones Dom.
Alex. in d. l. fi. col. 3. ſequitur ibi Do. Iaſ. ſed in caſu noſtro ſal
ua eſt actio hæredi ad intereſſe, ſi conſtiterit per diffugia ip-
ſius rei in non conteſtando litem actionem ex ſtipulatu ad
redimendum fuiſſe extinctam, l. a. ff. qui ſatiſ. cog. & hoc de
ſe patet, ergo &c. Ita iuris eſſe reſpondeo, ego Ioan. Franci-
ſcus Sancto Nazarij ſaluo iudicio potiori. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

*1 Contractus an, & quando tenet ſi in voluntate alterius ex con
trahentibus conferatur. & nu. 4. 12. & 14.*
*2 Conditio reſolutiua, quando poteſt in alterius uoluntate com-
mitti. & nu. 5.*
3 Conditio reſolutiua qua dicatur, & qua inductiua.
6 Obligatio poteſtatiua non neceſſitatiua, dicitur fruſtratoria.
*7 Emere nomine alterius quis ſine mandato non poteſt, ubi uerba
in perſonam alterius conferantur, & nu. 15.*
*8 Pactum nudum non parit actionem. Fallit inter mercatores,
& in contractibus iuriſgentium, qui ſolo perficiuntur conſen
ſu, & num. 17.*
*9 Obligatus ille dicitur, in cuius perſona collata ſunt uerba obli-
gatiua, & executiua.*
10 Negociorum geſtor obligatur erga ſe, non contrahentem.
11 Actio ex empto datur adimplenti contractum pro parte ſua.
*13 Emens ad tertij utilitatem, ſi tertio placuerit, curare tenetur
habere tertij approbationem: aliàs ipſe tenetur ſtare contra-
ctui ſi venditori placuerit.*
*16 Stipulatio in alterius utilitatem fieri poteſt, ſi fiat in perſona
ſtipulantis ad alterius utilitatem.*

RESPONSVM XX.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

VIdetur, quòd duabus rationibus licuerit
uenditoribus à contractu uenditio
1 nis diſcedere. Primo, † quia conditio compa-
randi videtur collata in perſonam nobilium de
Bonuiſis emptorum, ergo obligatio nulla eſt,
quæ contrahentes non aſtringit, l. in uendentis, C. de contra
hen. emp. & l. hæc uenditio, §. fi. ff. eo. l. ſub hac, ff. de actio. &
oblig. nec huic rationi obſtare videtur ſi dicatur quod hæc
conditio, ſi Bonuiſi non erunt contenti, venditio ſit nullius
2 efficaciæ, ſit † reſolutiua. quæ reſolutio in alterius voluntate
cōmitti poteſt ſecundum glo. & alios in l. 1. ff. de reſcin. uen
di. quia videtur ꝙ hæc venditio poſſit dici reſolutiua, cum
reſpectu dictorum de Bonuiſis reſolui non poſſit antequàm
fuerit cōtracta, l. decem, ff. de ver. obl. c. ad reſoluendum. de
3 deſpo. impub. † illa enim dicitur conditio reſolutiua, quæ
priuat: inductiua verò, quæ inducit ſecundum gl. in l. 1. ff. de
4 dona. vt probatur in l. a. ff. de in diem adiect. † Præterea ſicut
à principio ſubſtantia obligationis non poteſt poni in uo-
luntate vnius, puta vendo Bonuiſis ſi voluerint. ita non etiā
5 adiecta poteſt poni. † Item nec in voluntaria reſolutione,
puta vendo tibi ita, quòd non tenearis ſtare emptioni ſi no-
lueris, ſecundum Cyn. Bal. & Salì. in d. l. in vendentis. quia
6 fruſtratoria videtur † obligatio, quæ eſt poteſtatiua & nō ne-
7 ceſſitatiua. Secundò, quia non † potuit Nicolaus Agaſeni
emere nomine dictorum de Bonuiſis abſque mādato, quia
alteri per liberam perſonam non acquirit abſque mandato,
l. 1. C. per quas perſonas nob. acquir. & quia alteri ſtipulari
non poteſt, §. ei qui, Inſt. de inut. ſtipu. l. ſtipulatio, §. alteri, ff.
de verb. obl. & vbi poſſet, non tamen ex tenore dictę apochę
8 apparet, ꝙ fuerit ſtipulatus, ſed † videtur pacto nudo conuē
tum, quod pactum nudum actionem non parit, l. iuriſgen-
tium, §. igitur nuda, ff. de pact.
Sed præmiſſis non obſtantibus amplector contrariā ſen-
tentiam, & pro fundamento præſuppono quod verba obli-
gatiua & executiua collata & concepta fuerunt in perſo-
nam Nicolai Agaſeni non in perſonam dictorū de Bonui-
ſis, quia ipſe eſt qui emit, qui promittit ſoluturum precium,
ſeu ſolui facere Lugduni, uel Auenione: ipſe eſt, cui vendi
tores promittunt rem tradere. Quo præſuppoſito reſpōdeo,
quod ipſe ſolus dicitur emiſſe, & ſolus contraxiſſe, & in eius
perſona ſubſtantiatur & formatur contractus, non in perſo-
na dictorum de Bonuiſis, licèt eorum nomine & ad eorum
9 vtilitatem dicatur emptio facta, † quia is dicitur obligatus,
in cuius perſonam conferuntur verba obligatiua, & execu-
tiua, vt eſt doctrina Bar. communiter recepta in l. ſtipulatio
iſta, habere licere. §. ſi ſtipulet, ver. ſextus modus. ff. de ver. o-
bliga. & fuit ſententia glo. in l. quicunque, ff. de act. & ob. &
10 in l. huiuſmodi, in princ. ff. de leg. 1. & † cenſetur Nicolaus
emiſſe tanquam negociorum geſtor dictorū de Bonuiſis,
quo caſu ipſe dicitur obligatus, l. ſi negocia, ff. de neg. geſt.
& l. penul. ff. eo. declarat d. Iaſ. in d. §. alteri, col. 4. Nihil ergo
proponi poteſt, quòd venditores non teneantur bonā fidem
præſtare, & contractum adimplere ipſi Agaſeno emptori, cū
ipſe adimpleuerit cōtractum pro parte ſua, & adimplere pa-
ratus ſit. curauit enim & operam cum effectu dedit, vt dicti
de Bonuiſis contractum approbarent. prout tenebatur, l. prę
toriæ, §. incertam, ff. de præto. ſtip. defecitq; conditio reſolu-
tiua, quia ipſi Bonuiſi approbarunt, & ratum habuerunt cō
tractum, paratumq; ſe obtulit ſoluturum precium, eſtq; de
11 nouo paratus: † ergo ſibi vel dictis Bonuiſis, competit actio
ex empto, l. ex empto, & l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp.
& hæc noſtra reſponſio verior apparebit, ſi contraria de me-
dio tollantur. Non obſtat itaque, dum dicitur ꝙ obligatio
nulla eſt, quia conditio comparandi collata fuit in arbitriū
dictorum de Bonuiſis emptorum. & iſtud apertè falſum eſſe
conſtat, quia dicti Bonuiſi non dicuntur emptores, ſed ipſe
Nicolaus dicitur emptor, & in eius perſona obligatio purè
fuit reſoluenda in euentum conditionis, quòd dicti Bonui
12 ſi nolent ratum habere contractum. † valet. n. venditio purè
reſoluenda arbitrio tertij, l. 2. & per totū, ff. de in diē adiect.
ex quo conſtat, quod cōditio huiuſmodi reſolutiua, nō red
dit obligationē inæqualem, vt ex aduerſo prætenditur, quia
ita obligatus eſt Agaſenus ad precium ſi contractus non diſ
ſoluatē, ſicut venditor ad rem tradendā, & ita diſſoluto con-
tractu per conditionis euentum, diſſoluitur obligatio Aga-
ſeni. Imò magis conditio, ſi Bonuiſi non conſentirent, & ap-
probarent cōtractum, reſolutiua obligabat Agaſenū quàm
13 ipſos venditores, † quia ipſe tenebatur curare & debitas di-
ligentias facere ꝙ Bonuiſi approbarent, ꝙ ſi non curaſſet, ip
ſe obligatus fuiſſet ſtare contractui, ſi vēditoribus placuiſſet,
d. l. ſtipulatio iſta, in princ. Non ēt obſtat, dum dr̄ ꝙ ſubſtātia
obligationis, non poteſt poni in voluntate reſolutiua ipſius
emptoris, quia iſtud non ēt ſeruit in propoſito, quia in volū-
tate Agaſeni emptoris nihil poſitum fuit ſed in volūtate re-
ſolutiua dictorum de Bonuiſis, qui non ſunt emptores, ſed
tertij. Præterea gl. & Scrib. in l. 1. ff. de reſcin. vend. & in l. Iu-
lianus, §. ſi quis à pupillo, & in d. l. in vendentis, ſecundū in-
14 tellectum Io. tenuerunt † ꝙ licèt non poſſit à princ. ſubſtātia
obligationis conferri in ementis vel vendentis voluntate in
ductiua, tamen poteſt conferri in voluntate reſolutiua,
per tex. in §. emptio, Inſti. de emp. & vend. ꝙ nō diſcutio ad
præſens, quia non eſt punctus huius controuerſiæ, vt ex prædi-
15 ctis patet. † Non obſtat dum dr̄ ꝙ Agaſenus nō potuit eme-
re à dictis de Bonuiſis abſq; mādato, quia verū ſi verba obli-
gatiua eſſent collata in perſonam dictorum de Bōuiſis, ſed
bene potuit ſine mandato emere ſibi, & ſe obligare ad vtili
tatem dictorum de Bonuiſis, d. l. ſi negocia, ff. de neg. geſt.
16 † nam hoc modo etiam valet ſtipulatio alteri, ideſt ad utili-
tatem alterius facta in perſona tamen ſtipulantis ſecundum
17 Bar. in d. §. ſi ſtipulet. † Non obſtat ꝙ de pacto nudo dictum
eſt, quia emptio eſt contractus iuriſgentium, l. ex hoc iure,
ff. de iuſt. & iure. Ideo ſolo conſenſu abſque ſtipulatione pro
ficiſcitur, l. iuriſgentium, in princ. ff. de pact. & in curia mer-
catorum, in qua ſeruatur æquitas, non ſolet fieri differen-
tia inter pactum nudum & ſtipulationem, ut traditur per Fe
li. poſt alios in l. 1. de pact. cætera, quæ ex tenore actorum op
poni ſentio, non proſequor, quia leuia ſunt, & ex facti ueri-
tate remoueri poſſunt.

SVMMARIVM.

1 Penſionis annua emptio eſt permiſſa, dummodo animo emendi, & ſecundum iura fiat.
2 Contractus talis in ſui eſſentia præſumitur, qualis in ſui figura apparet.
3 Teſtes mille ſingulares non pluſquàm vnus probant.
4 Confeſſio rei eſt probationum ſuperlatiua.
5 Verba prolata per modum cauſæ enunciatiua plenè probant cõtra enunciantem ſuper eis ſe fundantem.
6 Vſura probantur ex indicijs & coniecturis, & quandoque ſufficit ſemiplena probatio, & num. 9.
7 Confeſſio abſente parte facta, an plenè probet.
8 Teſtium ſingularitas adminiculatiua pluſquàm ſemiplenè probat.
10 Vſura ex quibus præſumatur.
11 Cauſa finalis ex præfatione colligitur.
12 Coniecturis non eſt opus in claris.
13 Ratio magis quàm lex attenditur, cum ipſa diſponat, & legem uiuificet.
14 Oppoſitorum eadem eſt cenſura.

RESPONSVM XXI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

1 LIcèt à Pontificibus † emptio annuæ penſionis non improbetur, ut in extrauagan. 1. & 2. de
empt. & uend. id tamen ſanè intelligendum eſt,
modò animo emendi & ſecundum ſacras conſtitutiones facta ſit, non ſi in fraudē vſurarum emptio ſimuletur, uel contra prohibitiones iuris facta legatur, ca. ad noſtram, de emp. & vend. reg. qui contra iura mercatur, de reg. iu. cum concord.

Id ergo in hac cauſa reſciſſionis contractus uenditionis
annuæ penſionis mota per Do. Franciſcum Anſelmi uenditorem contra d. Thomam & fratres ceſſionar. D. Dominici
de Cambijs emptoris, indagandum eſt an ex deductis & productis cõtractus ueniat reſcindendus, ſeu ſimulatus & fœne
2 ratitius iudicandus? Nam prima facie talis præſumitur † cõ
tractus in ſui eſſentia, qualis apparet in ſui figura, l. cum precibus, C. de proba. not. Bal. in l. rogaſti, §. ſi ubi, in fi. ff. ſi cert.
pet. & in c. 1. §. ſi inſtrumentum, de not. feud. in uſibus feud.
nec præſumitur ſimulatio, niſi probetur ſecundum Bald. in
c. 1. de feu. da. in uicem leg. commiſ. & Soci. conſi. 264. uiſis,
colum. 1. lib. 2. Nec uidentur obſtare reuelationes, ſeu depoſitiones quorumdam teſtium, quorum unus aſſeuerat quod
dictus D. Dominicus uolebat exonerare conſcientiam erga dictum Do. Franciſcum, alius quòd dictus Do. Dominicus remiſit ipſi teſti poteſtatem remittendi dictam penſionem in annales ſolutiones, uel aliter concordan. cum ipſo
Franc. alius quod dictus Do. Dominicus promiſit dicto Anſelmo conquerenti quod eidem faceret debitum & ordinaret rationes, & computa taliter, quod omnia bene ſtarent,
3 quia iſti teſtes in corũ dicto ſunt † ſingulares: ergo nõ plus
probant quam unus, etiam ſi eſſent mille, l. iuriſiurandi, ubi
Bald. C. de teſtib. ca. licèt cauſam, de proba. c. licèt ex quadã,
de teſtibus.

Sed prædictis non obſtantibus mihi uidetur talem contractum uti illicitum, & in fraudem uſurarum confectum,
fore reſcindendum, & ſoluta in ſortem computanda pluri-
4 mis rationibus. † Primo ex confeſſione Rei, quæ eſt ſuperlatiua omnium probationum, l. generaliter, C. de non nume.
pecu. ca. per tuas, de proba. quæ ſola ſufficit ad probandum
contractum fuiſſe & eſſe ſimulatum ſecundum Bald. conſil.
299. in quæſtione uertente, lib. 4. confitetur enim quòd eius
auctor D. Dominicus Cambij ſibi remiſit facultatem reducendi ſortem in ſolutiones annuas, & aliter extinguen. prout
ſibi uideretur, eo quia dictus Anſel. dicebat non recepiſſe
integram ſummam. quæ uerba licèt ſint appiccicatoria, &
aſtu quodam prolata, attamen probant quod Do. Anſelm.
non habuit nec recepit ſummam precij, pro quo fuit facta
venditio, ſaltem integraliter. ad quod demonſtrandum premitto, quòd illa uerba, empour que francoijs Anſelmi dijt
que nou ha pas loa lucutue la principal ineres lucij de fons
5 a bella paies & faijdes tut auſi che uouldres. † uerba autem
prolata per modum cauſæ etiam enunciatiuè, plene probãt,
l. Lucius, §. ſocer. ff. ſolu. mat. c. ſi. ubi Cano. de ſucceſſ. ab inteſt. docet Bar. in l. ex hac ſcriptura, ff. de donat. & ſi dicatur, licèt referantur per modum cauſæ, non tamen neque D. Dominicus cadens, neque do. Thomas ceſſionarius fatentur illam cauſam eſſe ueram. quia reſpondetur ꝙ quando enunciata ſunt præiudicialia enunciati, ſi ſuper illis enuncians
ſe fundet enuncians, dicitur approbare illa enunciata fore
uera, ut probat Gemi. conſ. 103. pro reſponſione in dubio. &
ſi talia probant in alia materia, quanto magis probabunt in
6 cauſa uſurariæ prauitatis, † in qua admittitur probatio ex indicijs & coniecturis, d. ca. ad noſtram, in c. illo uos, de pign.
& ratio eſt, quia propter aſtutias fœnerãtium, qui omiſſis cõtractibus mutui uolunt ſibi fieri inſtrumentum uẽditionis:
non aliter poſſunt detegi fraudes & ſimulationes, niſi per cõiecturas & indicia, ideo iura uoluerunt probationes ueriſimiles cõiecturatas & perſuaſiuas in hac materia plenè probare, ſecundum Hoſt. in ſumma, de uſu. §. qualiter. & eadem
Hoſt. & Ioan. And. in d. ca. ad noſtram. Cepo. in tracta. de ſi-
7 mul. contract. per totum. Et ſi dicatur, † quod talis cõfeſſio
Do. Dominici cedentis fuit facta abſente parte, quæ nõ probat plenè, Marſ. ſing. 202. l. certum, §. ſi quis me abſente, ff. de
confeſſ. Reſpondetur dupliciter. Primo, quod hic non agitur principaliter de confeſſione Do. Dominici, ſed de confeſſione ipſius domini Thomæ in hac cauſa Rei & ceſſionarij, qui iudicialiter fuit confeſſus ſcire quod D. Dominicus
cedens confeſſus fuit ea, quæ ſupra dicta ſunt, quæ confeſſio
in præiudicium ipſius confitentis plenè probat. Secundo reſpondetur, quòd etiam confeſſio Do. Dominici in ſui præiudicium facta abſente parte, probat ſimulationem & fraudẽ
uſurarum ſecundum Bal. conſ. 438. an poſſeſſio. lib. 5. Raph.
Com. conſi. 155. Antigonum. Corn. conſ. 135. uiſis articulis,
colum. pen. lib. 1. Cepo. in dicto tract. in uarijs locis, maximè in 8. præſum. circa medium. Tertio, quia ex depoſitionibus aliorum duorum teſtium conſtat de confeſſione
dicti Dominici facta parte præſente confitentis, quod ipſe
habebat conſcientiam læſam ex cauſa dictæ annuæ penſionis, & ob id promiſit ante eius mortem exonerare grauatã
animam. quibus uerbis probat huiuſmodi contractum fore in fraudem uſurarum confectũ, aliàs non oporteret exonerare conſcientiam ad cauſam dictæ annuæ penſionis, c. fi.
de præſcrip. ubi not. Bal. in clem. exiui de paradiſo, de uerb.
ſignif. Non obſtat dum dicitur, ꝙ iſti teſtes ſint ſingulares,
quia reſpondetur dupliciter. Primò negatur quòd ſint ſingulares, cum non uarient in fine, ſed concordant in unum
eundemq; effectum, uidelicet ad probandũ confeſſionẽ D.
Dominici, & ambo idem in effectu deponunt, quia vnus
deponit dixiſſe ꝙ volebat ante mortem exonerare conſciẽtiam, alter quod faceret debitum, quod idem ſonat: nam ſi
fatetur ſe facturum debitum ad cauſam dictæ penſionis, ergo eidem Anſelmo in aliquo tenetur, l. qui ſe debere, ff. de
condi. cau. da. cau. non ſecu. l. 1. ff. ſi cer. pet. ergo nõ ſunt ſingulares, imò conteſtes, l. qui ſententiã. ibi, in vnum eundẽq;
conſpirat finem. per quem ita docet Bal. in l. 1. colum. 2. C. ſi
vnus ex plur. & in l. 1. 8. q. C. de teſti. Secundo reſpondetur, ꝙ
licèt eſſent ſingulares in tẽpore, uel loco, aut in uerbis: iſta
8 nõ eſſet ſingularitas obſtatiua, † ſed adminiculatiua, ex quo
per diuerſa media idem concludunt ſecundum Bald. ca. licèt cauſam, col. 6. de proba. & ideo pluſquàm ſemiplenè probarent in tantum ꝙ ex alijs coniecturis poteſt probatio perfici vel iuramentum in ſupplementum deferri, ſecundum
Bald. in rubr. de controu. inueſt. & Feli. in d. c. licèt ex quadã,
colum. 3. uer. modò aduerte, de teſt. Imò ſecundum Gul. de
Monte Lau. quem ſequitur Gemi. in conſ. 16. infra allegan-
9 do, † in tali cauſa ſufficere uidetur ſemiplena probatio, maximè ſi coadiuuetur probabilibus cõiecturis, ca. 2. de renuncia. lib. 6. in caſu autem noſtro huiuſmodi teſtationes coadiuuantur cõfeſſione ipſius Rei, & ex plurimis coniecturis,
de quibus infra. ergo &c.

10 Prima coniectura † ex exceſſiua penſione, quæ in 20. annis excedit ſortem, ergo iniuſta, §. ſi verò Leonis, in Auth. de
ali. & emphi. hæc enim etiam ſi integrum precium uenditionis fuiſſet ſolutum in annis 13. excedit ſortem, ergo exceſſiua & immoderata, propter quem exceſſum præſumitur talis emptio ſimulata, vt probat Cep. in dicto tract. in 3. præſumptione.

Secunda coniectura ex qualitate perſonæ ipſius Dominici,

ci,ut præſupponitur ſoliti fœnerari, præſumitur contractus in fraudem vſurarum celebratus,d.c.ad noſtram, & d. c.illo vos.ex qua ſola coniectura emptio annuæ penſionis probatur illicita,licet enim ius canonicum toleret talem emptionem cõtra plurimorum Theologorum Decretiſtarũq; ſententias.Id tamen verum eſt in homine probatæ uitę,qui pręſumitur habere animum emendi, non in ſolito fœnerari, qui præſumitur ſemper in fraudem vſurarum ſimiles contractus celebrare, ſecundum Lud.Ro. conſi.423.col.fi.Pau.de Ca.conſ.19.quædam communitas,& latè probat Dec. conſ. 123.perlectis,col.2.

Tertia coniectura, quia dictus Dominicus dubitans ne detegeretur ſimulatio & fraus, voluit adigere iureiurando dictum Anſelmum ad ſe obligandum de non petendo reſtitutionem,nec relaxationem a iuramento, nec de ueniendo aduerſus contractum occaſione alicuius læſionis. ex tali.n. iuramento,& pacto præſumitur fraus, ſecundum Domin. Gemin. ſupremum Decretiſtam,conſil.16. Geminianus de Mutina, &c.

Quarta coniectura, quia voluit id ſibi donari, in quo dictus Anſelmus reperietur læſus:nam talis donatio pluris valentiæ inducit fraudis euidens argumentum ſecundum eũdem Gem.conſ.152.Titius,& eius vxor.

Quinta coniectura & inconuincibilis, quia Domi. Dominicus temerè contraxit emendo hanc annuam penſionẽ ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario contra edictum & conſtitutionem Reuerendiſſimi Domi. Legati,ne quis auderet emere,petere, vel exigere penſiones aſcendentes ſeptem pro centenario. ex hac ſola coniectura conſtat contractum huiuſmodi eſſe reprobum & illicitum ac in fraudem vſurarum factum,l.quemadmodum,vbi glo. & alij not.C.de agri.& cenſi.& reg.qui contra iura,de re. iur. lib.6.cum itaque ſit contra ius, conſequitur ut talis contractus ſit nullius momenti,l.pacta quæ contra. C.de pac.l.iur. gentium,§.pacta,quæ contra, ff.eo.tit. conſequitur etiam ꝙ ſit uſurarius & illicitus,quia ea ratione legitur prohibitus. Illud oſtendit præfatio conſtitutionis & edicti prohibitiui,
11 † ex qua colligitur cauſa finalis,l.Titiæ,§.1.ff.de uer.obl.l.fi. ubi Scriben.not.ff.de hær.inſti. inquit enim auctor conſtitutionis.Quia inoleuit abuſus quarundam perſonarum diuinæ & humanæ legis præcepta minus debite penſantium uarios contractus etiam cum pacto de retrouendendo & ueriſimiliter in fraudem vſurarum confectos facientium uolentes quantũ cum domino poſſumus,ꝑmiſſis abuſib. & prauiſſimis cupiditatibus ſalubriter prouidere edicimus & determinamus, quod nulla perſona, &c. clariſſimam legem, quæ tales contractus appellat abuſus, quæ illos in fraudem
12 vſurarum celebratos pronunciat. † vnde cum in uerbis nulla ſit ambiguitas,non eſt alia interpretatio quærenda, l. ille, aut ille. §.cum in uerbis,ff.de leg.3.l.continuus. ff.de verbo. oblig.nam ut ſuprà dictum eſt, verba legis prolata per modum cauſæ,& rationis plenè diſponunt,l.fi.§.1. ff.de excepti.
13 doli. † Ratio enim legis magis obſeruanda quàm lex, quia ipſa eſt,quæ diſponit & legem uiuificat ſecundum gl. in l.2. C.quæ ſit longa conſuet.l.non dubium,ubi Bal. C. de legib. hinc dicitur,quòd ubi in lege eſt ſcripta ratio,nõ dicitur fieri extenſio ex identitate rationis,ſed ipſa ratio dicitur loqui, & diſponere idem in quocũque caſu,l.milites agrũ,ff. de re milit. Alex.conſi.50.col.3.lib.2.Cur.conſi.9.col.6. & ſeq.traditur per Mod.in l.fi.C.de ſacroſ.eccle. Non obſtat ſi dicatur,quod conſtitutio & edictum Iuliani loquitur io emptore annuę penſionis conſiſtentis in pecunia, in frumento, uino,& alijs fructibus, quorũ valor excedit 7. pro centenario. ergo non extendenda ad emptionem annuæ penſionis conſiſtentis,l.quod vero contra,ff.de legibus in reg.quæ a iure,de reg.iur.lib.6.quia reſpondetur tripliciter.

Primo quòd prohibitio exactionis vltra ſeptem pro centenario in fructib.fit,habita conſideratione ad ęſtimationem, quæ conſiſtit in pecunia.ergo magis cenſetur prohibita exactio ipſius pecuniæ per quam fructus ęſtimantur,l.1.ff. de cõtra.emp.Secũdò,qa prohibita exactione pecuniæ numeratæ cenſetur prohibita exactio frumenti,olei,& ſimilium, quando per talium fructuum exactionem poteſt lex fraudari, l. ſed & Iulianus.§.mutui,ff.ad Maced. ergo idem dicendum in caſu contrario,ut prohibita exactione fructuum cẽſeatur prohibita exactio pecuniæ, † nam oppoſitorum eadem eſt cenſura,l.fi.§.ſi filius,ff.de leg.2.ca. cognoſcentes, de conſti. nam eadem & facilior fraus legis poteſt fieri per exactionẽ pecuniæ qua comparantur fructus,quàm econtra.ergo, &c.

Præterea illa ratio expreſſa in conſtitutione, ne patrimonia egentium breui tempore deuorentur,ne ue animarum pericula damnabiliter incurrantur,militat etiam in annua penſione conſiſtente in pecunia numerata. ergo etiam debet militare diſpoſitio,l.illud, ff. ad leg. Aquil. l. adigere,§. quamuis, ff. de iure patro.cum ſimilibus. & illud certiſſimi iuris eſt,ut dixi Reſponſ.lib.1.cap.19.ideo latius non proſequor. Ex quibus mihi intrepidè videtur pronunciãdum huiuſmodi contractum fore pronunciandum illicitum, fructuſque in ſortem imputandos,quia ex prædictis conſtat illum eſſe fœnerantium & in fraudẽ uſurarum celebratum. & ubi eſſemus in dubio,prout tamen non ſumus, debet iudex in tali dubio potius pronunciare contractum reſcindẽdum, vel reprobare quàm illum approbare fauore animæ, cui in dubio conſulendum eſt potiuſquam corpori ſecundum Gul. de Mon. Lau. in clemen. ex graui,§.cæterum, de vſur. Hoſt.in d.c.ad noſtram,Io.And.in d.c.illo uos.Gem.in d.conſ.16.col.5.

SVMMARIVM.

1 Vſura eſt lucrum mutui.
2 Contractus quilibet licitus præſumitur, niſi probetur vſurarius.
3 Pro ſententia ſemper præſumitur.
4 Tranſactio an infringatur ex læſione.
5 Verba, ſponte, & ex certa ſcientia, excludunt præſumptionem fraudis & ſimulationis.
6 Penſio conſtituitur etiam ſuper ſpiritualibus ceſſis.
7 Tranſactio fit aliquo dato.
8 Penſio iuſta dicitur, quæ in xx annis non excedit ſortem.
9 Cauſa à cauſato non regulatur, nec ſpiritum recipit.
10 Tranſactionis & emptionis differentia.
11 Tranſactione liberantur litigantes à paupertate.
12 Vſurarum ſimulatio non præſumitur in inſolutum datione propter pactum redimendi & precij modicitatem. & nu.15.
13 L.Curabit,C.de actio.emp.habet locum de iure canonico.
14 Pactum de certa quantitate ſoluenda pro intereſſe, eſt licitũ in contractu tranſactionis non mutui,niſi probetur tantum eſſe intereſſe, quantum eſt promiſſio.
16 Pactum redimendi lapſis quibuſdam annis abſque alia coniectura non dicitur vſurarium, ſed requiritur læſio ſaltem in tertia parte.

RESPONSVM XXII.

CVm in rebus, quæ põdere,numero,aut mẽſura,nõ cõſtãt ex parte
1 dantis non poſſit conſiſtere † uſura,quæ eſt lucrũ mutui ex pacto debitum,uel conuentum,ut docet Panor.poſt alios in rub.de uſur.non ſatis perſpicere poſſum ullam dubitandi rationem,quare dici poſſit quod penſio 30. ſextariorum frumenti ex cauſa tranſactionis conſtituta ſuper molendino litigioſo & iam Ludouico Chabaſſi per ſententiam adiudicata ſit uſuraria, ſeu in fraudem uſurarum promiſſa,cum pro Domino dicti molendini per dictum Lud.ceſſa fuerit conſtituta, & non pro aliqua rę conſiſtente in pondere,numero,uel menſura. Et pro fun-
2 damento præmittendum eſt,† quòd quilibet contractus pręſumitur licitus,niſi probetur vſurarius,ſecundum Bald. in l. rogaſti,§.ſi tibi,ff.ſi cer.pet.& in l.quamuis, per illum tex.l.ſi quis alteri,vel ſibi.& in c.1.de feu. da. in uicem leg.comm. Alexan.conſi.220.col.2.lib.2.Item præſupponendum eſt. ꝙ huiuſmodi penſio non fuit cõſtituta habito reſpectu ad aliquam pecuniæ quantitatem, ſed ad iura quæ habebat & habere prætendebat Ludouic.in d.molendino. ut cantant verba inſtrumenti.Item ſciendum eſt,quòd redditus dicti molendini quotannis eſt centum nonaginta Flor.ut conſtat inſtrumento locationis eiuſdem molendini in actis regiſtraro,quibus apparet,quòd penſio 30. ſextariorum non aſcẽdit ad ſextam partem redditum dicti molendini. Ex his infertur quod Iacobus Bouerij nõ poteſt dici læſus in cauſa, propter quam conſtituit,nec in quantitate penſionis conſtitutę cum fuerit conſtituta propter dubium litis euentum, & pro iuribus ſibi ceſſis,cuius litis euentus maximè ſtante ſenten-
3 tia iam lata in fauorem cedentis, † pro qua præſumitur, l. Herennius, §.Caia, ff.de euict.& c.in præſentia,de proba.& quorum iurium ceſſorũ æſtimatio iure potuit taxari ad 30.

ſextaria

ſextarla: quia etiam retenta opinione Barto. in l. ſi quis cum
aliter, ff. de verb. obli. quam m dicit communiter damnatã
4 D. Alex. conſi. 42. ſuper pmiſſo, col. 5. lib. 1. † quod in tranſa-
ctione contingat læſio, tamen requiritur quod ſit ultra di-
midiam habito reſpectu, ſecundum Bar. ad dubium euentũ
litis; vel ſecũdum alios ad uerum ualorem rei, ut tradit Dec.
conſ. 60. uiſo themate, colu. 3. quod dici non poteſt in caſu
iſto ſiue ad unum, ſiue ad alterum reſpectus habeatur. quo
præſuppoſito non uideo quo fundamẽto argui poſſit quod
huiuſmodi tranſactio dici poſſit ſimulata in fraudem uſura
rum confecta, cum ex uera cauſa, & ſine ulla fraude, dolo, &
deceptione legatur, & ſit facta, quod & inſtrumentum expri-
5 mit, & in hoc proceſſu Iacob. non negat. illa etiam † uerba,
ex certa ſcientia, ſponte, &c. excludunt preſumptionẽ fraudis
& ſimulationis, ſecundum Bar. in l. ſi. §. idem quæſijt, de con
dict. indeb. & probatur in l. ſed & ſi quis, §. ſi. & ibi not. Bald.
ff. ſi quis caut. & cum huiuſmodi penſio ſit conſtituta & per-
ſoluatur pro iuribus & redditibus dicti molendini ceſſis, nõ
poteſt dici vſuraria nec fraudulenta, c. conſtitutus, de relig.
6 domi. † ubi Papa promittit retentionem penſionis pro iuri-
bus etiam ſpiritualibus ceſſis. & c. cum uenerabilis, de cen-
7 ſib. † & hæc eſt tranſact. propria natura & eſſentia, ut fiat da-
to aliquo, uel retento, l. tranſactio, C. de tranſact. ca. ſuper eo.
de tranſact. & huiuſmodi concluſio ueriſſima apparebit, ſi
certæ coniecturæ in contrarium allegatæ de medio tollan-
tur. Non obſtat itaque, dum dicitur quod huiuſmodi pẽſio
eſt exceſſiua habito reſpectu ad ſummam ducentorum au-
reorum, pro quibus fuit conceſſa ipſi Iacobo facultas redi-
8 mendi ipſam penſionem. illa enim dicitur iuſta penſio, quæ
in uiginti annis ſortem non excedit, §. ſi uerò Leonis, in Au
then. de ali. & empt. & decreto Dalfinali etiam prohibita eſt
emptio penſionis excedentis ſummam quatuor pro quoli-
bet centenario. ideo tanquam exceſſiua & contra decretũ
patriæ facta, nulla & inualida videtur, l. non dubium, C. de le
gib. quia ad iſtud, in quo conſiſtit totum fundamentum di-
cti Iacobi, reſpondetur multis modis. & primò dicitur, quod
penſio fuit cõſtituta habito reſpectu ad iura & redditus mo-
lendini, ceſſa & ceſſos ipſi Iacobo, & non ad pactum redimẽ.
pro ducentis aureis, ut clarè ſonant uerba ipſius penſionis,
à quibus non eſt recedendum, l. quicquid aſtringendæ. ff. de
uerb. obl. l. non aliter, ff. de leg. 3. pactum enim redimẽdi ex
poſt interiectum de gratia & liberalitate Lud. eſt ſequela &
accessorium, & quid ſeparatum à conſtitutione ipſius pẽſio-
9 nis. † vnde non debet conſtitutio penſionis & tranſatio, quæ
eſt contractus principalis, regulari & reſtringi ab acceſſorio,
l. ſi cui ſerui, in princ. & ibi d. Iaſ. not. ff. de leg. 1. nec a cauſa-
to recipere poteſt ſpiritum ipſa cauſa, l. manumiſſiones, ff.
de iuſt. & iur. l. licèt, §. ea obligatio. ff. de procur. non ergo cõ
ſtitutio penſionis, quæ fuit in eſſe producta ante pactum, &
propter quam cauſatum fuit ipſum pactum, recipiet uitam
& eſſentiam ab ipſo pacto, vt dicatur conſtituta & in eſſe pro
ducta habito reſpectu ad ſummam deductam in pacto po-
ſteà ſubſecuto. Cum igitur fuerit ipſa penſio conſtituta ha-
bito reſpectu ad iura redditus molendini ceſſos, uel ad du-
bium litis euentum, non poteſt vlla ratione dici quod ſit ex-
ceſſiua, ut ſuprà probatum eſt.
Secundo reſpondetur, quod cõſtitutio patriæ loquitur in
emptione & uenditione pẽſionis: nos vero loquimur in trã-
10 ſactione, in qua eſt longa lataque ratio diuerſitatis. † nam
emptio fit mediante pecunia, & ad illam habetur conſide-
ratio, l. 1. ff. de contrahen. emptio. §. precium, Inſti. eo. in tran
ſactione habetur conſideratio ad rem, de qua agitur, l. ſi ſu-
per, l. ſi pro fundo, C. de tranſac. uel ad dubium litis euentũ,
l. 1. ff. de tranſ. vt docet Bar. in d. l. non aliter, & in l. 2. C. de re-
ſcind. uend. libera enim debet eſſe facultas tranſigendi fauo
11 re publico, ut ſit litium finis. † quo mediante ſubditi releuã
tur a paupertate, c. finem litibus, de dolo & contu. non ſic e-
mendi & vendendi penſiones exceſſiuas, quia talibus uendi-
tionib. non releuantur, ſed depauperantur agentes, ut dici-
tur in decreto, ſeu municipali lege. Cum igitur nec ratio,
nec mens, nec verba decreti conueniant tranſactioni, non etiã
conueniet diſpoſitio, l. 4. §. totiens, ff. de da. infecto. & l. quod
conſtitutum, ff. de teſtam. milit. & hac ratione cõſuluit Fulg.
12 conſi. 134. in quæſtione uerſa. † quòd lex diſponens contra-
ctum emptionis propter modicitatem precij & pactum de
retrouendendo præſtimi factum in fraudem vſurarum, iux.
tex. in d. c. ad noſtram, de empt. & uend. & in c. illo uos, de pi
gno. non habere locum in inſolutum datione, quia emptio
eſt contractus voluntarius, & fit precij & pecuniæ numera-
tione: ſed inſolutum datio fit ex neceſſitate præcedentis ob
ligationis, & abſque ulla numeratione pecuniæ: unde non
poteſt videri ſimulata loco mutui, ſicut emptio. & iſtud pũ-
ctualiter decidit hanc noſtram difficultatem, quia trãſactio
eſt ex neceſſitate litis euitandæ reique amittendæ, & abſque
vllo precio, vlla ve numeratione pecuniæ. vnde licèt interue
niat pactum de retrouendendo, & modicitas precij, non po
teſt dici ſimulata loco mutui, nec in fraudem uſurarum cõ-
cepta. & ita etiam conſuluit Decius conſi. 161. in cauſa, quę
coram. per totum.
Tertio reſpondetur, quòd ſi intereſſe paſſum propter ceſ-
ſionem iurium poteſt aſcendere ad 30. ſextaria bladi ſingu
lis annis, quod ipſa 30. ſextaria licitè peti, & exigi poſſunt tã
lege ciuili, quàm canonica, abſque vllo ſcrupulo conſcien-
13 tiæ. † l. curabit, C. de act. empti. qui tex. locum habet de iure
canonico ſecundum gl. & Do. ibi, & in c. conqueſtus, de vſu.
& in c. peruenit, de fideiuſſ. qua ratione dicebat Bald. quod
emptor, qui non ſoluit precium, tenetur ex æquitate ad inte
reſſe precij non ſoluti propter fructus ab eo perceptos, per
tex. in d. l. curabit. & eadem ratione conſuluit Panor. conſi.
66. ad claram deciſionem licitam eſſe penſionem, quam vẽ
ditor retinet quouſque ſibi fuerit precium perſolutũ, quia
retinetur loco fructuum emptori remiſſorum, & idem uo-
luit d. Alexan. conſi. 125. viſis & ponderatis, lib. 5. per text. in
l. ſicut emptio, §. fi. cum l. ſeq. ff. loca. ſic ergo dicamus, quod
Lod. potuit retinere penſionem 30. ſextariorum bladi ſuper
dicto molẽdino pro iurib. ceſſis & fructib. dicti molẽdini.
Non obſtat, ſi dicatur quod licèt poſſit peti intereſſe paſ-
14 ſum, † non tamen licita eſt pactio de certa quantitate ſoluẽ-
da, niſi probetur tantum intereſſe, quanta eſt quantitas pro-
miſſa ſecundum Io. And. in c. ſalubriter, de vſur. in prin. Pet.
de Anch. conſi. 148. in quæſtione, col. 3. quia verum in con-
tractu mutui, in quo non ſtatur aſſertioni partium ſuper in-
tereſſe, ſecus in contractu tranſactionis, & in ſolutum datio.
ſecundum Dec. in d. conſ. 167. col. fin. & habito reſpectu ad
iura ceſſa, & redditus molendini ſatis conſtat tantum inter-
reſſe, & plus quàm ſit penſio 30. ſextariorum. Non denique
obſtat pactum de retrouẽdendo elapſis prius decem annis
ex quo videtur elici coniectura, quod Lud. voluerit interim
lucrari fructus dictæ penſionis, vt traditur per Cæpo. de ſimu
lat. contract. in 10. præſum. & Laurent. de Rodul. in tracta-
tu de vſur. q. 62. quia ad iſtud etiam reſpondetur multifariã,
multiſque modis.
15 Primo, † quod procedit in contractu emptionis, in quo
interuẽit numeratio pecunię, & qui loco mutui ſimulari po
teſt: ſecus in contractu trãſactionis, in quo nulla poteſt mu-
tui ſimulatio figurari, quia ibi nulla numeratio, nullum
precium.
16 Secundò reſpondetur, † quòd ſola coniectura elicitur ex
huiuſmodi pacto de retrouẽdẽdo elapſis prius certis annis,
non facit aliquam præſumptionem vſurariæ prauitatis, etiã
in contractu emptionis, niſi concurrãt aliæ præſumptiones,
videlicet niſi venditor ſit lęſus in precio rei uenditæ, ſaltem
in tertia, & etiam ſit læſus in pacto, ut quia vltra ſummam re
ceptam aliquid dandum ſit pro luitione, & quòd emptor ſit
ſolitus fœnerari. ut dicitur in d. c. ad noſtram, & in d. ca. illo
uos, & declarat Bal. in d. c. 1. de feu. da. in uic. leg. & Cæpo. in
d. 10. pręſumptione. ubi concludit, quòd hæc ſola coniectu-
ra nihil operatur, & in caſu noſtro nulla lęſio in tranſatione
ut ſuprà oſtenſum fuit. nulla in pacto, eſtque d. Lud. uir opti
morum morum. & probatæ vitæ, non ſolitus fœnerari. ergo
contra eum nihil obſtabit aſſerta friuola coniectura, ex qui
bus puto malè fore dictũ Iacobum appellatum, & bene iu-
dicatum per iudicem a quo, &c. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari alteri poteſt mediante iuramento, non tamen ei ab-
ſenti acquiritur ante ratificationem. & nu. 11.*
2 *Iuramentum cenſetur præſtitum Deo, cuius præſentia ſupplet
partis abſentiam.*
3 *Societatem an poſſit ſocius pro libito renunciare. & nu. 6.*
4 *Actus facilius fieri impeditur, quàm quod factus tollatur.*
5 *Iuramentum excludit pœnitentiam in contractib. nominatis,
& ſocietatis renunciationem.*
6 *Agere quis non poteſt ex contractu ultro citroque obligatorio, ni
ſi ſequuto prius ex eius latere adimplemento. & nu. 18.*
7 *Depoſitum iudiciale uim ſolutionis habet, nec requiritur ante
aliqua denunciatio, niſi ex urbanitate, uel quando agitur de
intereſſe*

intereſſe creditoris, ut alibi, & ei ſoluatur.
8 *Depoſitum debiti non liquidi quomodo fieri debet. & nu. 20.*
9 *Verbum, poteſt, eſt liberæ uoluntatis.*
10 *Obligatus ad reddendum rationes, tenetur incipere à facto, & non à uerbis, ubi creditor dicat ſe paratum eas audire.*
11 *Ratificari facere abſque interpellatione, & certiorare tenetur quàm primum promittens cum iuramento.*
13 *Iuramentum habet uim interpellationis.*
14 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, cum ſanguinis proximitas non patiatur ignorantiam.*
15 *Habitatione continua præſumitur ſcientia.*
16 *Conſenſus ſimultaneus in omnibus contractibus requiritur.*
17 *Ratificari non poteſt ſemel improbatum, niſi parte uolente.*
19 *Depoſitum non dicitur durare, quando retrahitur pecunia depoſita.*
21 *Depoſitum, & fideiuſſio, debent fieri & præſtari intra tempus ſolutionis.*
22 *Pactum l. commiſſoria ualet.*

RESPONSVM XXIII.

FIlius, cuius nomine mater ſocietatem cum Milano contraxerat, cōtractū improbauit; pertæſus poſteà Milano obtulit & conuentam depoſuit ſummam, quam mater promiſſerat, & pro expenſis in emolumentis non liquidis, ad quas lege ſocietatis tenebatur, depoſuit Flor. 8. & ſi plures eſſent, fideiuſſorem dedit: deinde depoſitam pecuniam reuocauit. dubitatum fuit, an pro ſocio Milanus teneatur. Vel ſic, Socius pecuniā, quam ſocio promiſſerat, obtulit & depoſuit, & poſteà reuocauit. quærebatur, an legem contractus adimpleuiſſet? Reſpondi quæſtionem dubitatione carere. nec enim facta uidetur obſignatio, quæ non durauit.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

VIſo conſilio edito in fauore Milani Ritij Notarij Aquen. contra Bertrandū Bernardi, prima cōſideratione uiſum fuit minus iuridicè fuiſſe cōſultum: uidetur enim quod ipſe Milanus teneatur conuenta ſeruare, cum nihil magis conueniat fidei humanæ quàm adimplere promiſſa, l. 1. ff. de pac. & maximè cum idē Milanus contemplatione ipſius Bertrandi habuerit, & conſecutus fuerit prædictum officium, ut deponunt quàmplures teſtes, & cum artem & peritiam exercēdi dictū officium à patre dicti Bertrandi didicerit, argu. Aquilius Regulus, ff. de donat. Nec obſtare uidentur, quæ contra conuēta deducuntur per præfatum d. Conſultorem, quia ad ea uidetur poſſe facilimè reſponderi. Ad primum dum dicitur,
1 † quod mater non potuit filio ſtipulari, ut eſt tex. loquens de matre, in l. debitor, in fi. ff. ad Treb. & tradit Bar. in l. quod dicitur, ff. de uerb. oblig. & Mod. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. eo. Reſpondetur, quod iſtud non procedit, ubi interuenit,
2 † iuramentum, quod cenſetur præſtitum Deo, cuius præſentia ſupplet partis abſentiam, l. properandum, §. ſinautē reus, C. de iud. ita concludit glo. in c. quotiens cordi. q. 7. Bar. in l. ſi quis pro eo, in 6. membro, ff. de fideiuſſo. & Bal. in l. nam & poſtea, §. iuſiurandum, ff. de iureiu. d. Ant. & Imo. in ca. cum contingat, de iureiur. Alex. & Mod. alias authoritates allegātes in d. §. alteri.

Secundo loco dicitur licuiſſe Milano à conuentis diſcedere, quia huiuſmodi conuentio uel eſt ſocietas, uel contractus innominatus, facio, ideſt promitto de aſſociādo, ut des ſummam cōuentam, & vtroque caſu licita uidetur pœnitē-
3 tia. de primo cōſtat, † quòd quilibet poteſt pro arbitrio renunciare ſocietati, l. uerum, §. fi. ff. pro ſocio. de ſecundo eſt tex. in l. pecuniam, & in l. fi. ff. de cond. ob. cauſam. & ſi licet à ſocietate in contractu diſcedere, multo magis, uidetur licitum di-
4 ſcedere à pacto de contrahendo ſocietatem, † quia facilius tollatur, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, uel al. iur. & turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes, c. quemadmodū, de iureiur. quia ad iſtud reſpondetur tripliciter.
5 Primò quòd præmiſſa non procedunt, ubi interuenit iuramentum quod in contractibus innominatis excludat pœnitentiam ſecundum glo. communiter approbatam in d. l. ſi pecuniam, & ibi Alex. & alij ſequuntur, & atteſtantur hanc eſſe communem Doct. ſententiam.

De ſecundo, quòd iuramentū impediat ne ante tempus poſſit ſocius renunciare ſocietati, patet: quia iuramentum ſemper eſt ſeruandum, niſi vergat in diſpendium ſalutis æternæ, c. & ſi Chriſtus, c. cum contingat, cum ſimilibus, de iure
6 iu. † Item cum ſocius renunciat ſocietati eo tempore, quo ſocij intereſſet ſocietatem non dirimi, legem ſocietatis offendit tenetur que pro ſocio actione l. actione, §. ſi renunciauerit, ff. pro ſocio, & quando ad unam negociationem contrahitur ſocietas, non niſi negociatione finita uidetur licita renunciatio, d. l. actione. §. item ſi ſocietatē, & §. itē ſi alias. Itē & tertiò reſpondetur, quod Milanus non ſolum acceptauit Bertrandum in ſocium reſpectu exercitij & emolumentorum, vt clarè cantant uerba contractus, uerum etiam promiſit cum iuramento ſibi reſignare, ſeu uetius tanti uendere dimidiam partem dicti tabularij, illam emit unà cum expenſis ea de cauſa factis: quare promiſſionem conſtat eſſe efficacem, & actiones præſcrip. uerbis, vel ex uendito, ſecūdum naturam contractus parere, l. ſi ſterilis, §. ſi tibi fundum, & l. ſi hæres, ff. de acti. empt. & tradit Aret. conſi. 6. in 1. dubio, & in hac promiſſione de uendendo, quia eſt præambula contractus nominati, non eſt licita pœnitētia, l. Labeo ſcribit, ſi mihi Bibliothecā, ff. de contrahen. emp. per quem ita tenet Bal. in d. l. quamuis, ad fi. C. de tranſact. & in dic. l. ſi pecuniam, col. fi. & ibi Alex. & d. Iaſ. ff. de cond. ob cauſam.
7 Tertiò dicitur, † Bertrandum non adimpleuiſſe conuenta, quia in termino non ſoluit preciū, quo fit vt agere nō poſſit ex cōtractu vltro citroque obligatorio, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. l. cum proponas, C. de pac. cum vulgaribus. Ad iſtud quoq; reſpōdetur, quòd oppoſitum uidetur deſtruere propoſitum, nam Bertran. in termino obtulit ſe ſoluturum ꝯuentū precium, & illud auctoritate Vene. Curiæ depo-
8 ſuit in contumaciam ipſius Milani, † quæ oblatio & depoſitio vim ſolutionis noſcit obtinere, l. obſignatione, C. de ſol.

Nec obſtant quæ contra oblationem & obſignationē opponuntur. & Primo non obſtat, dum dicitur quod prius debuit Bertrandus extraiudicialiter offerre ipſi Milano precium & proteſtari per ſe non ſtare antequàm iudicialiter offerret & obſignaret, iuxta tradita per Petr. de Anch. conſ. 86. pro facilion. Quia reſpondeo, quod iſtud procedit de honeſtate, ſed non de neceſſitate, l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. urb. prædi. vel procedit, quando intereſt creditoris quod pecunia debita ſoluatur alibi quàm in iudicio, tunc oblatio facta in iudicio diceretur incongruo loco facta propter intereſſe creditoris. ita loquitur Anch. ibi enim mulier creditrix allegabat ſua intereſſe, quia cum eſſet pudica & honeſta, conueniebat ſuo pudori & honori nō accedere ad iudicium, & cætibus hominum ſe immiſcere, c. mulieres, de iud. in 6. ſecus ubi creditoris non intereſt, tunc cum locus iudicij ſit cōgruus, non uideo rationem, quare uitiari debuit oblatio. turpe enim eſſet ipſi Milano dicere ſe non teneri accedere ad forum in quo & quotidie verſatur, & pro debito officij verſari tenetur, l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur.

Secundo non obſtat, dum dicitur oblationem nullā, quia non fuit petitum quod eligerentur calculatores, qui uiderent quantum debetur, iuxta l. ſi reſiduum, C. de diſtra. pig.
9 † per quam ita faciendum docuit Bar. quando debitum nō eſt liquidum, in l. creditor, ff. de diſtract. pign. & Aret. conſi. 142. colum. fina.

Quia reſpondetur, quòd ſufficit offerre ſe paratum rationes reddere & reliqua præſtare, aliqua ſumma oblata & depoſita, abſque eo quod offerens petat calculatores deputari, & abſque eo quod fideiubeat, quando debitor offerēs eſt ſoluendo ſecundum D. Alex. in l. 4. §. an prætor, ff. de re iud. & licèt ego tenuerim ibi opinionē D. Alex. procedere, quando offerens per oblationem vult ſolum ſe excuſare à mora, ſecus quando vult propter oblationem acquirere ſibi actionem, quia tunc opus eſt fideiubere, per tex. in l. ſtatuliber rationem, & l. ſi ſeruus, §. fi. ff. de ſtatu lib. prout in ſimili diſtinguit Aret. con. 163. verum eſt quòd Comicus. attamen nihil facit ad rem noſtram, quia Bertran. fideiuſſit, &c. Nec Bar. dicit quod debitor teneatur petere calculatores deputari,
10 ſed † quod poteſt petere, quod eſt verbum liberę poteſtatis, ut not. in l. ſæpe audiui, ff. de offi. procon.

Tertio dum dicitur, is qui tenetur rationes reddere debet incipere à facto, non à verbis, l. cum ſeruus, ff. de cond. & demonſt. Reſpondetur verum, ſi creditor dicat ſe paratum audire rationes & reliqua ſuſcipere. ſed ad conſtituendum creditorem

ditorem in contumacia ſufficit debitori offerre ſe paratum
rationes reddere,& reliqua præſtare cum fideiuſſore, ut ſu-
pra dixi,l.ſeruus ſi hæredi,§.fi.ff.de ſtatu.lib.

Sed præmiſſis non attentis ſecundum ea, quæ proponun-
tur,arbitror reſponſum prædicti d.Conſultoris eſſe iuridicũ,
videlicet Bertran.ſine actione experiri,quia contractum ſuo
nomine delebratum legitimè non approbauit, imo impro-
12 bauit.:nam etiam in caſib.quib. alteri per alterum acquiri-
tur,opus eſt quod is,cui per alterum aquiritur, ratificet con-
tractum ſuo nomine factum in omnibus rebus, l.quęcunque
gerimus ff.de act.& obli.l.ſi abſentis,C.ſi cer.pet.& l.ea,quæ
ciuiliter.ff.de acquir.rer.do.etiam ſi ſit perſona pub.quæ po
teſt alteri ſtipulari,non tamen ante approbationem abſenti
acquiritur actio ex ſtipulatu ſecundum Gul. de Cu. & Abb.
in l.non enim,ff.de adop.& Ang.conſ.73.quod dict.Pau. de
Caſt.conſ.195.viſis his,col.4.lib.2.ſoci. l.1.§.ſi iuſſum, ff.de
acquir.poſſ.& conſi.53.col.pen.lib.4.& Dec.conſ.226. magi
ſter Ioannes.& in l.contractus,ff.de reg.iu.& iſta eſt commu-
nis.& vera ſententia, quicquid dixerit D. Guido Papæ deciſ.
49.& dec.222.

Quæ ratificatio ab abſente facienda eſt,cum primum de
contractu ſcientiam habet.l.ratum,ff.de ſolu.& not.per Bal.
in l.ſi tutor C.in quibus c uſis reſt.in integ. non eſt neceſſ.

Non obſtat autem,quod dictus Bertran. approbauerit cõ
tractum infra modicum tempus à die ſcientiæ.ergo &c. & ſi
dicatur non conſtare quod habuerit ſcientiam contractus
13 ante factam oblationem . Reſpondetur, † quod mater, quæ
promiſerat cum iur.quod ipſe Bertrandus ratificaret,tenebatur
quamprimum poterat eum certiorare,& operari, quod
ratificaret abſque aliqua interpellatione facienda per ipſum
Milanum ſecundum Bal.in c.1.§.ad hæc.hic finit lex Feder.
&c.quem ſequitur d.Alex.in l.quod te,ff.ſi cer.pet.& d.Fran.
de Aret.in l.ſi ex legati cauſa,ff.de verb.obliga.& conſi.142.
ex facto.col.4.& Feli.in c.ex teſcripto, col.pen.de iureiur. &
iſta eſt communis ſententia quicquid dixerit Decius conſi.
2.qui tamen non videtur ab hac ſententia diſcedere in pro-
miſſione de rato pura & ſimplici.& communis hæc ſententia
abſque dubio uera eſt,quando promiſſio de rato eſt iuramẽ
14 to uallata prout in præſenti caſu, † quia iuramentum habet
uim interpellationis,vt per Spec.tit.de adiio.§.1. uerſic. ſed
nunquid is.& per Corſ.in rep.Rubr.de iurei.priuileg.8.col.
9.ex hoc ſequitur quod præſumitur Bertrand. certioratus à
matre,quæ iurauerat eum certiorare cum primũ poterat : a-
lioquin mater non obſerua ſſet legem contractus,& incurſa
fuiſſet periurium quod non eſt præſumendum , l. merito,ff.
pro ſocio.& ſi legem contractus uiolauit,utique licuit Mila
no a contractu diſcedere,l.cum proponas, C.de pac.l.ſi quis
maior,C.de tranſact.& quia Bertrandus præſumitur à matre
15 certioratus:† tum quia coniunctus præſumitur ſcire facta cõ
iuncti,l.octaui. ff. unde cogna. tum quia pietas materna,
& ſanguinis proximitas,non patitur,quod mater celauerit fi
lio contractum,quem nomine filij celebrauerat, leg.de tu-
16 tela.C.de in integ.reſt.mino.tũ quia † ſimul habitabat.ſimul
comedebant : nam continua conuerſatio habita cum ma-
tre arguit Bertran.fuiſſe certioratum , l.ædiles , §.Pedius,de
æd.edic.l.ſi plures,ff.de adm.tut.c.poſtquã,de elect.& huiuſ
modi præſumptiones transferunt onus probandi contrariũ
in aduerſarium,ut in propoſito conſuluit Guido Papæ coſ.
23.verſ.13.& ſic ex eo quod Bertran. contractum non ratifi
cauit,cum primum ſciuit,non videtur poſſe ex illo contra-
ctu agere.ſed cum proponatur quod idem Bertrandus habi
ta ſcientia contractus illum impugnauerit, non uideo qua
ratione vti poſſit beneficio ipſius contractus: nam ut dixi in
omnibus contractib.oportet quod cõcurrat conſenſus utri-
uſque partis,alias nihil agitur,d.l.in omnibus rebus.nec ſuf
fragatur eidem Bertrando quod modo uelit cõtractum ap-
probare.quia in omnibus cotractibus oportet , quod inter-
ueniat ſimultaneus conſenſus,l.conſenſus.l.conſenſu , & ibi
glo.ff.de act.& ob.& poſtquam alter diſſenſit non niſi ex no-
uo utriuſque ſimultaneo conſenſu, idem contractus poteſt
ad effectum produci.ut latè tradunt Mod. in l 1. §.qui præ-
ſens,ff.de uerbor.obligat.& in l.ſi ſtipuler.eodem titulo.Præ
terea ratificari non poteſt , quod ſemel fuit improbatum , l.
Pomponius , ubi Bartol.ff.de nego.geſt.& l. diſpenſatorem,
ff.de ſolut.

Secundo vbi Bertrando competeret actio, cõtra illum ob
ſtaret exceptio adimplementi nõ ſecuti pro parte ipſius,l.cũ
17 proponas C.de pact.c. peruenit . de iureiur. † is enim qui
vult agere ex contractu ultro citroque obligatorio , debet
prius adimplere contractum pro parte ſua,l.Iulianus,§.offer
ri,ff.de act. emp.cum ſolitis concor.Bertrandus autem ſol-
uit ſummam 154. & & medietatem impenſarum , quas per-
ſoluere debuit ipſi Milano , ſi officii partem conſequi uole-
bat.ergo &c.nec huic iuramento obſtat prætenſa oblatio &
aſſignatio,quia nullius eſt roboris & momẽti duplici ratio-
18 ne : vel † quia idem Bertrandus retraxit pecuniam oblatam
& depoſitam,& ſic perinde eſt ac ſi facta non foret,cum non
durauerit facta,l.acceptã.in fi.vbi caſus iſte deciditur , & ibi
glo.Bal.& alij not C.de vſu.& l.debitor vſurarius,vbi & gl.ff.
eo.& l.ſi priuſquam & ibi Bal.C.de diſt. pigno. & bene facit
20 tex.in l.ſed reuocata pecunia,ff.de iure fiſci. Vel † quia non
fideiuſſit pro ſumma impenſarum & emolumentorum nõ-
dum liquidata. prout fideiubere tenebatur,cum per oblatio
nem intenderet ſibi actionem acquirere, dic. l. ſtatu liber
actionem,& d.l.ſi ſeruus,§.fi.

Nec obſtat,dum dicitur eum fideiuſſiſſe . quia reſponde-
tur quod talis fideiuſſio fuit incongruo tempore præſtita cũ
fuerit præſtita poſt lapſum duorum annorum,intra quos de
21 bebat fieri ſolutio. † vnde cum oblatio iuncta fideiuſſione
ſuccedat loco ſolutionis,d.l.obſignatione.fieri debuit eo tẽ
pore , quo facienda erat ſolutio,l.ſi iudex certa tempora, ff.
de iud.vbi probatur , quod ſubrogatio intelligitur facta cũ
eiſdem terminis,& qualitatibus,& latè probat Dec.conſilio
190.col.3.& ſeq. Nec huic reſpõſioni obſtat,ſi dicatur quod
dies legitur adiecta ſolutioni . quia & ſi non adiecta fuerit
ſolutioni,fuit tamen adiecta facultati periuendi & recedẽ
di à conuentis.cantat enim inſtrumentum quod Milanus à
præmiſſis diſcedere poſſit,ſi infra duos annos non fuerit ſibi
ſolutum & ſatisfactum de omnibus prædictis ſcutis & expen
22 ſis. † valet enim huiuſmodi conuentio,l.2.ff.de lege cõmiſ.
l.2.ff.de in diẽ adiect.fruſtra ergo fuit præſtita fideiuſſio eo
tempore, quo licuit Milano à contractu diſcedere,& legem
dictam exercere,l.de lege,§.poſt diem,& l.ſequen.ff.de lege
commiſſ.

SVMMARIVM.

*1 In ſolutum datio actionis poteſt fieri, non obſtante l. per diuer-
ſas, cum ſeq. C.mand.& nu 9.*
*2 Debitorum nomina habere minus eſt quàm rem , cum ſoleant
minus uendi propter dubium litis euentum .*
3 Confeßio eſt omnium probationum ſuperlatiua .
*4 Hypothecati fundi melioramenta pariter ſubijciuntur ipſi hy-
potheca .*
*5 Hypothecaria actio præſcribitur ſolum xxx.annis , niſi compe-
tat ad rem mobilem , uel niſi adſit titulus , & bona fides : &
numero 11.*
*6 Hypothecatæ actionis præſcriptio an currat non facta excußio
ne.& nu. 12.*
*7 Reus ex pluribus correis conuentus non poteſt excipere, quòd a-
lij correi non fuerint conuenti.*
8 Oblatio ſine depoſitione non releuat , uel ſi non eſt integralis .
*10 Actione hypothecaria conuentus liberatur offerens ualorem rei
detractis melioramentis , quæ imò donec ſibi ſoluantur poteſt
uti retentione .*
*13 Præſcriptio non currit non valenti agere,niſi ſit in eius facul-
tate facere,ut poßit agere .*

RESPONSVM XXIIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

EXceptiones oppoſitæ per Do. Gabrie-
lem & conſortes cõtra ceſ-
ſionem factã Claudio Rodere per Vitalẽ & Lu-
douicum Auen.friuolæ prima conſideratione,
& non militantes mihi viſę fuerunt. Prima ex-
ceptio quòd ceſſio præſumatur ſimulata , ſaltẽ pro ſumma,
quæ excedit centum ſcutos,pro quibus facta fuit ceſſio 470.
Flo.iuxta l.per diuerſas,& l.ab Anaſtaſio,C.mand.non vide
1 tur iuridica, † quia diſpoſitio illorum iurium nõ procedit ,
quando debitor in ſolutum dat nomen debitoris ſuo credi
tori,vt ibi dicitur in ver.exceptos.& ibi glo.Bart. & alij Scri.
quia creditor recipiens in ſolutum nomen debitoris,nõ po-
teſt uideri redemptor litis,cum illud nomen recipiat ut ſuũ
conſe-

conſequatur. Præterea diſpoſitio d.l.per diuerſas,procedit
quãdo fuit facta ceſſio actionis magnæ quãtitatis pro modi
co precio,tunc ex paruitate precij reſultat præſumptio ſimu
lationis: ſed in caſu occurenti non poteſt dici, quod ceſſio
fuerit facta pro modico precio non computatis laborib. &
expenſis faciendis in proſecutione litis pro recuperatione
nominis ceſſi,nõ poteſt dici facta ceſſio pro modico precio,
cum centum quadragintam Flo.excedentes ſummam cen-
tum ſcutorum non ſint ſufficientes pro laboribus & expen-
ſis. ergo non poteſt argui ſimulatio ſecundum glo. Barto.&
2 alios communiter in d.l.per diuerſas. † Nec etiam nomen
debitoris tanti eſt, quantum in actione continetur, cum mi
nus ſit habere actionem quàm rem,l.minus, ff.de reg.iur. &
propter dubium litis euentum ſoleant nomina debitorum
minus vendi,l.Lucius,ff.ad Treb.& not.per Bar. & alios in l.
2.C.de reſcind. venditi. & in l.ſi quis cum aliter, ff.de verbo
rum obligat.

Secunda exceptio,quòd ceſſio dicatur ſimulata ex eo, q
non conſtet de debito ſcutorum centum, pro quo facta fuit
ceſſio,non etiam videtur vera: quia ſatis conſtat de debito
3 ex confeſſione debitorum cedentium, † quæ confeſſio debi
toris videtur ſuperlatiua omnium probationum, l.generali
ter,C.de non nu.pec.c.tuas,de proba.

Tertia exceptio melioramentorum,quòd non intelligan
4 tur hypothecata, non videtur iuridica: † quia cum ſolum
domus ſit hypothecatum,& melioramenta ſolo cedãt, Inſti.
de rerum diuiſ. §. ex diuerſo. ſequitur dicendum quod me-
lioramenta eſſe debeant ſubiecta oneri ipſius hypothecæ, &
de hoc videtur tex.clarus in l.ſi fundus,§.ſi res, ff.de pigno.

Quarta exceptio præſcriptioni x.annorum inter præſen-
5 tes non etiam admittenda videtur, † quia actio hypotheca-
ria viuit per 30.annos nec citius præſcribitur, l.cum notiſſi-
mi,C.de præſcrip.30.vel 40.anno.

Nec obſtat doctrina Bar.in l.1.§.cum pretium, ff.de pign.
quia loquitur in actione hypothecaria, quæ competit ad rẽ
6 mobilem. Præterea † nunquam incipit currere pręſcriptio
contra actionem hypothecariam,niſi a die factę excuſſionis
ſecundum Alex.conſ.58.viſo,col.fi.lib.5.

Quinta exceptio,quod Claudius debuerit prius experiri,
& intentare actionem hypothecariam contra eos,in quos fa
cta fuit vltima alienatio, eſt contra text.in l.creditores, ff.de
diſtract.pig.vbi conceditur facultas creditori agendi contra
vnum ex pluribus extraneis poſſeſſoribus,contra quem ma-
7 lit creditor agere. † nec poteſt tertius poſſeſſor cõuentus ex-
cipere,quod alij tertij poſſeſſores conueniantur pro rata, ſe-
cundum Bar.in l.Moſchis,ff.de iure fiſci.

Sexta exceptio ſolutionis factæ cedentibus ante ceſſionẽ
non fuit verificata,ſaltem in totum: vnde pro reliquo ſtat fir
ma & illęſa actio hypothecaria.

Septima exceptio oblationis xx. ſcutorum pro reſto non
8 iuuat reos offerentes: † tum quia oblatio ſine depoſitione
non releuat,l.2.& l.ſi priuſquam,C.de diſt. pigno. tum quia
non fuit integraliter facta pro integro debito, le. 2.C.debi.
vend.pig.imped.non poſſe.

Sed præmiſſis non obſtantibus,videtur de iure concludẽ-
dum prædictas exceptiones,aut ſaltem aliquas fuiſſe & eſſe
iuridicas,& conſequenter abſoluendos eſſe reos, & Claudiũ
actorem condemnandum eſſe in expenſis.

Nam prima & ſecunda exceptiones quòd Claudio ceſſio-
nario non competat actio ex ceſſione prætẽſa iuridicæ ſunt,
& æquę, quia ceſſio fuit & eſt ſimulata, vt eſt caſus in d.l.ab
9 Anaſtaſio,& l.per diuerſas. Nec obſtat dum dicitur, † quod
illa iura nõ habent locum in inſolutum datione, quia uerũ
vbi conſtat de debito per legitimos teſtes, vel per inſtrumen
ta,ſecus ſi conſtet per ſolam ceſſionem cedentis: nam tunc,
quia non conſtat de vera numeratione,ceſſio præſumitur ſi-
mulata ſecundum gl.Bar.Bald. Sali. & alios,in d.l.per diuer
ſas,per tex.in d.l.ab Anaſtaſio,ver.nihil plus ceſſionarij acci
piant quàm quod vero contractu re ipſa perſoluent. & Pan.
qui clarius loquitur in c.ſi.col.pen.de ali.iud.mut. cauſa fa-
cta.ſequitur Lud.Rom.conſ.86.viſo prępoſitæ q.col. pen. &
Soci.conſ.18.proſequendo.col.4. lib. 1. & iſta eſt communis
opinio contra Bal.in l.2.C.ne li.poten.& Fulgoſi.conſi.205.
Raynaldus.cum igitur non conſtet de debito, pro quo facta
fuit præſens ceſſio niſi per confeſſionem cedentis, reſtat di-
cendum quod Claudio nulla competat actio,dicta lege, ab
Anaſtaſio.

10 Secunda etiam exceptio iuſtiſſima eſt, † quia conuentus
in actione hypothecaria liberatur offerendo creditori agen
ti tantum,quantum res valet detractis melioramentis,ſecũ-
dum Bar. Ang.& Io.de Phi.in l.in his, per illũ text.C.de prę-
dijs,& alijs rebus,lib.11.ſequitur, & putat notandum Pa.de
Caſt.in l.ſi cõuenerit,§.ſi fundus. ff.de pig. acti. & Do. Alex.
in d.l.ſi fundus,§.ſi res,in add.ad Bart. vnde ſi ceſſio valeret,
ſufficeret reis conuentis offerre æſtimationem domus dedu
ctis melioramentis: imo ſi non vult offerre, poteſt per exce-
ptionem retentionis excludere agentem, donec ſibi fuerint
perſoluta melioramẽta,vt eſt tex.in l.Paulus,§.domus, ff.de
pign.& ibi Iureconſu. reſpondet ad argumentũ, quod ſupra
dixi pro contraria parte.

Quarta quoque præſcriptionis exceptio obſtat Claudio,
11 † quia actio hypothecaria cum titulo, & bona fide præſcribi
tur ſpatio decem annorum inter præſentes,& 20.inter abſen
tes,l.1.& 2.C.ſi aduerſus credit.lib.12.not.Spec.in tit.de prę
ſcrip.col.fi.

Nec obſtat ſi dicatur quòd mala fides debitoris ſcienter
alienantis rem hypothecatam debet nocere emptori, auth.
malæfidei,C.de præſcrip.longi temporis,quia reſpõdet Spe.
vbi ſupra,quod diſpoſitio d.auth.malæfidei,non procedit in
præſcriptione actionis hypothecariæ,eo quia debitor eſt do-
minus rei hypothecatę,& quantum ad alienationẽ dominij
non poteſt dici in mala fide.ſequuntur Alex.& Mod.in l.Põ
ponius §.cum quis,ff.de aquir.poſſ.& Franc.Balbus in tracta
tu præſcrip.in 11.q.3.partis principalis.Ad text. cum gl.in l.
cum notiſſimi,C.de præſcrip.30.uel 40.& alia iura in contra
rium allegata reſpondetur, quod loquuntur in præſcriptio-
ne actionis hypothecariæ abſque tit.tunc requiruntur 30.an
ni.ita Spec.ubi ſupra Balbus in d.tract.in 3.q.4.particulæ 4.
partis princip.

12 Non obſtat conſilium Alex.quòd præſcriptio actionis hy
pothecariæ non incipiat ante factam excuſſionem.quia Ale
xan.non mouetur bona ratione, & reprehenditur per Balbũ
loco præallegato,& iuſtè quidem: quia & ſi ante excuſſionẽ
Claudius creditor agere non potuerit, d. auth. præſente. ta-
men hoc proceſſit culpa ſui,qui potuit obtinere excuſſionẽ
fieri ſi voluiſſet. Non enim dicitur impeditus, qui poteſt
quando uult,remouere impedimentum,l.qui poteſt,ff.de re
13 gul.iu. † & quòd non volenti agere currat præſcriptio, quan
do erat in facultate eius,contra quem fuit præſcriptum face
re.vt poſſet agere.conſuluit Lud.Rom.conſi.9.quod pars. &
conſi.84.circa id. & late comprobat Feli. in c. ex tranſmiſſis.
D.ci.cit reſiduum,videlicet 5.6.& 7.exceptiones reſolut.

SVMMARIVM.

*1 Fructus hypothecæ percepti ſortem extenuant,niſi eſſet hypo-
thecæ pro dote facta marito,& non vxori repetenti dotem.*

RESPONSVM XXI.

EX illis verbis, quos quidem quatuor
& viginti Flo.ſaluos pre
cipuos, & ſecuros eſſe voluit dictus Aug.eidem
Clarę in & ſuper bonis ſuis præſentibus & futu-
ris,& ſpecialiter ſuper medietate cuiuſdam ba-
ſtitæ ſitæ in territorio Caſtellionis ſolum & duntaxat fuit di
cta baſtita,medietas ſpecialiter hypothecata ſecundum Bar.
in l.fundus,ff.de annu.leg.& in l.codicillis,§.inſtituto, ff.de
leg.2.& Io.Fab.in §.item Seruiana,col.fi.Inſt. de act. & bene
1 facit tex.in l.fi.§.1.ff.de contrahen.empt. fructus autem † rei
hypothecatę percepti per creditorem,ſortem extenuant, l.2.
C.de pac.pig.l.1.C.de diſt.pig.l.ſi domum.C.de pign.l.ſi is,
qui,§.1.ff.eo.ex his infertur.quòd Clara,quæ hactenus perce
pit fructus dictæ baſtitæ,debet illos computare in ſortem.

Nec obſtat quòd maritus non computet ſibi fructus per-
ceptos ex re ſibi pro dote hypothecata in ſortem,ca. ſalubri-
ter,de uſur.quia iſtud ſpeciale eſt in marito, qui licitè perci-
pit tales fructus pro oneribus matrimonij, & ſic loco legiti-
mi intereſſe,quę ratio ceſſat in uxore agente ad repetendam
dotem ſoluto matrim.ſecundum Bar.in l.in inſulam,§.vſu-
ras. ff.ſolu. matr.ubi concludit. quod ſoluto matr. per mor
tem mariti vxor non poteſt aliquid licitè exigere ab hæredi
bus mariti etiam ratione alimentorum. & ſi aliquid perci-
piat,ut ſupra eſt.& idem firmat Io.And.Domin.Ant.& Flor.
in d.c.ſalubriter.& Hoſt.in ſumma.de vſu.§.an aliquo.verſi.
econuerſo.& ita conſuluit Bar.conſ.128.Franciſc. habuit.&
Pet.de Anch.conſ.163.in quæſtionẽ. vertitur. & hæc ſenten-
tia eſt cõmuniter recepta.ut patet ex adductis per d.Alex. in
l.diuortio.in princ.col.7.& ſeq.ff.ſolu. mat.

Et

Et licèt promiſſum fuiſſet ex pacto, vel aliàs propria auctori tare apprehdere poſſeſſionē dictæ baſtitæ ſpecialiter hypothecatæ, iuxta l. creditores, cū materia. C. de pig. & in l. iuſtè poſſ. det, ff. de acquir. poſſ. non tamen ſequitur, quòd fructus rei hypothecatæ debeant cedere commodo ipſius vxoris, imo iure cautum eſt quod debeant cedere commodo domini ipſius rei hypothecatæ, & non commodo crediroris, d. l. 1. C. de diſt. pig. & d. l. ſi is, à quo, §. 1. & in alijs iuribus ſupra allegatis, vbi tex. ſunt clariſſimi. Quare ſi tot fructus percipiũtur, qui extenuent ſortem inſolidum, vel ſi non extenuant niſi pro parte facta reali oblatione de reſiduo. Reſpondeo ipſos cogendos eſſe ad relaxationem dictæ baſtitæ, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conductori quæ deductio mercedis ſit facienda tempore belli, quo non potuit uti frui.*
2 *Fructus conſiſtunt in exemplatione actorum, & inſtrumentorum.*
3 *Conductori ſit remiſſio non ſolum, quando propter bellum non poteſt uti frui, ſed etiam propter belli rumorem.*

RESPONSVM XXVI.

INdubitanti iuris eſt, quòd Ioannes Foſſani, locator iurium Tabularij loci Caſtellanæ, tenetur deductionem mercedis facere magiſtro Raymundo Ruluſelli, qui Tabulario uti frui non potuit ob guerram, quæ viguit in prouincia conductionis tempore.

Quia non diſceptatur de deductione mercedis, quam faciendam eſſe conſtat conductori pro tempore, quo propter bellum vti frui nequiuit re conducta, l. habitatores, & l. item quæritur, §. exercitu ff. loca. maximè hoc loco, quo ita conuentum extitit, l. ſi quis fundum, in prin. ff. eo. ſed † pro quota parte ſit faciēda, quid ſentiam paucis abſoluam. Videretur pro tertia parte anni deductionem duntaxat fieri debere, quia pro tertia tantum videtur impeditus conductor uti frui; cum bellum non niſi quatuor menſium ſpatio fuerit in prouincia. nec enim eius temporis, quo conductori frui licuit, merces detrahenda eſt, l. ſi fundus. ibi, ut mercedem quam præſtiterunt, mihi reſtituas eius. ſ. temporis, quo fructus non fuerit. verum ſecundum ea, quæ proponuntur, totius temporis mercedem remittendam exiſtimo. licèt enim exercitus non ſteterit in prouincia niſi menſibus quatuor: quia tamē inſtrumenta & acta Tabularij in genere cōbuſta & manib. diſiecta dicuntur, ſatis conſtat conductorem Tabularij non potuiſſe a die exuſtionis & cōſumptionis actorum & inſtrō-
2 rum uti frui. Tabulario, cuius † fructus conſiſtunt in exemplatione actorum & inſtrumentorum, vt de ſe patet, & traditur per Bar. in l. diuortio, §. ſi vir in fundo, ff. ſolu. matrimon. peremptis autem actis & inſtrumentis conſtat conductorē non poſſe uti frui, cum actorum & inſtrumentorum non extantium nulla fieri poſſit exemplatio, l. in teſtamento, ff. de condi. & demonſt. cum igitur ui militum acta & inſtrumenta locata intercepta diſiectaque ſint, id damno locatoris, qui ea conductori amplius præſtare nequit cedere debet, l. ex cōducto, §. ſi uis, & §. ſed & ſi agri, ff. loca. & ſi dicant, quod ex actis nouiter conficiendis aliqui fructus colliguntur, iſtud non negauerim: attamen quia in actis combuſtis & dilaceratis maior pars uſus Tabularij conſiſtit, etiam maior mercedis pars remittenda uenit, d. l. habitatores, & d. l. ex conducto, in princ. Nec refert, quod quatuor tantum menſib. exercitus prouinciā occupauerit, quia non petitur remiſſio ea ſola ratione quia præſente exercitu conductor vti frui fuerit impeditus, ſed etiam ea ratione quia exercitus acta Tabulatij penitus deleuit, & quia ſæpe uno rumore belli totius anni fructus amittitur, vt eleganter ſcripſit Cicero in oratio-
3 ne pro Pompeio. † & ideo remiſſio non ſolum fieri debet cōductori damnum paſſo propter bellum, ſed etiam propter ſuſpicionem belli. vt conſuluit Petr. de Anchar. conſi. 88. præmiſſa facti ſerie. Imola conſi. 7. in caſu præmiſſo. Decius cōſilio 312. licèt hactenus recuſauerim, &c. Concludo itaque pro quatuor menſibus integram fieri debere remiſſionem, quia conſtat quòd eo tempore conductor fuerit in totũ impeditus vti frui Tabulario. pro alijs vero octo menſibus habendam eſſe rationem damnorum paſſorum per conductorem, ob id non potuerit uti frui actis & inſtrumentis à militibus exuſtis & laceratis.

S V M M A R I V M.

1 *Societas ualet vt unus ſit director ſocietatis, alter uerò directioni ſtare habeat.*
2 *Minor contraueniens ſocietati, non excuſatur à pœna, cum eius dolo commiſſa dicatur.*
3 *Socius tenetur ad damnum per ſocium paſſum, quando ſocietatis negociatio eſt cauſa proxima damni, ſecus ſi remota.*
4 *Expenſarum uictoria dependet à victoria cauſæ.*
5 *Clauſula generalis quando includat maiora expreſſis.*
6 *Socius conuictus de negligentia tenetur ad damna lucraq́; ceſſantia.*
7 *Matrimonij contrahendi promiſſio ſub pœna ſi non ſeruetur, eſt locus pœnæ exactioni.*
8 *Sponſa iocalia data, quando non ſecuto matrimonio repeti poſſint.*
9 *Legitima non comprehenditur ſub generali renunciatione bonorum paternorum, ſecus ſi in ſpecie eam renunciauit filius.*

RESPONSVM XXVII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

NOn ſine fidei, conuentorumque violatione potuit Gaſpar Curtaglia impedire merces rationumq; libros transferri ad ciuitatem Neapolitanam iuxta directionem Iacobi Curtaglia ſtantibus pactis & conuē-
1 tionibus, de quibus in inſtrumento ſocietatis. † ita enim coiri potuit ſocietas, ut Iacob. director eſſet, & Gaſpar directioni Iacobi acquieſcere teneretur, l. ſi non fuerint, §. ita coiri, ff. pro ſocio. & l. cum duobus, §. in coeunda, ff. eo. tit. Quare ſi facto Gaſparis factum eſt quominus Iacobus merces & libros ad ciuitatem Neapolitanam transferret, & ob id damnum ſocietati illatum probatur. Reſpondeo commiſſam eſſe ſtipulationem pœnalem. & ſi quid ultra pœnam intereſt pro ſocio actione reſarciēdum eſſe, l. ſi ſocius ſocio, & l. ſeq.
2 ff. pro ſocio. † Nec hoc loco minor ætas Gaſparis auxilio ei eſſe poteſt, quia minor aduerſus dolum ſuum non reſtituitur, l. ſi ex cauſa, §. nunc uidendum. & l. auxilium, ff. de mino. dolo autem Gaſpar fecit ſi conuenta non ſeruauit, l. iuſgentium. §. ſi eleganter Labeo, ff. de pact. & vbi actio pro ſocio, uel ex ſtipulatu non competerent Iacobo ad intereſſe, quas tamen eidem competere certum eſt, ſuccurſum eſſet ſibi ſaltem actione in factum ad intereſſe paſſum propter ſequeſtrum librorum & rationum, l. rei, quam. ff. de dolo. nā ratione turbationis datæ ipſi Iacobo in quaſi poſſeſſione adminiſtrationis & directionis mercium & bonorum prædictæ ſocietatis tenetur Gaſpar ad damna & intereſſe, l. ſi duo, §. finali, cum glo. ff. vti poſſidetis. per quæ iura ita in propoſito noſtro conſuluit Bald. conſilio 249. quidam mercatur,
3 lib. 3. ſed dubitabile † videtur, an Gaſpar teneatur ad intereſſe paſſum per dictum Iacobum ex cauſa carcerationis & capturæ de eo factæ in ciuitate Lugduni mandato Regis Chriſtianiſſimi. & videretur, q non, tum quia culpa Gaſparis, qui noluit merces & libros exiſtentes Lugduni transferri Neapolim, non fuit ordinata ad hunc caſum, ergo non facit eum teneri de tali caſu, l. non omni ff. de ſtatu lib. l. vnũ, 2. ff. de furt. & in ſimili propoſito firmat Bartol. in l. ſecunda, §. finali, ff. ſi quis caut. tum quia Iacobus tale damnum & intereſſe paſſus fuiſſet non ex cauſa ſocietatis, licèt propter ſocietatem, quo caſu ſocius non tenetur ſocio, l. ſocium, §. ſocius. & ibi ad hoc illum tex. not. Bartol. ff. pro ſocio. In contrarium facit tex. in l. cum duobus, §. quidam ſagariam, ff. eo. ti. ubi deciditur damnum à latronib. illatum ſocio eũti ad merces comparandas commune eſſe debere.

Pro reſolutione reſpondeo animaduertendum eſſe an negociatio fuerit cauſa remota, ſi Iacobus propter aliquod facinus fuiſſet detentus, quia cum non aliter fuiſſet iturus Lugdu. niſi negociatio eum illuc ire compuliſſet tunc negociatio eſſet cauſa remota carcerationis, & delictum foret cauſa proxima, idcirco damnum hoc caſu

non

non debet eſſe commune, ſed Iacobo foret imputandum & ita procedunt quæ tradit Bar. in d. l. ſocium. § ſocius. aut negociano fuit cauſa proxima detentionis, ut quia fuit detentus ea ratione, quia erat mercator Catalanus, & hoc caſu cũ tale damnum obuenerit ex cauſa negociationis, ſocietati tale damnum foret imputandum. §. quidam ſagariam. & quia idem Gaſpar fuiſſet immediata cauſa damni ex eo, ꝙ propter eius culpam, qui noluit pati ꝙ prædictæ merces exportarentur, ſibi totum damnum aſcribendum uenit. l. non ob eam rem, & l. ſeq. & d. l. cum duobus, §. venit, ff. pro ſocio.

Quæritur etiam, an Gaſpar teneatur ad impenſas litis agitatæ coram Reuerendiſs. Legato. & quia imperfectus e-
4 proceſſus, non videtur poſſe dari certum reſponſum: † nam victoria expenſarum dependet à uictoria cauſæ principalis, l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. l. properandum, §. ſiue autem, C. de iud. Super illo tamen articulo, an Gaſpar teneretur ire Neapolim, videtur abſque hæſitatione reſpondendũ ipſum Gaſparem nullam habuiſſe, nec habere iuſtam cauſam litigandi, quia lege ſocietatis tenebatur, teneturq; facere omnia, quæ pro commodo ſocietatis idem Iacobus ſibi iniunxerit, ac ire tam ad nundinas Lugduni, quàm alio, ſeu ad alias partes, tunc & quando dictus Iacobus ita facere iubebit. Nec iuuat illa interpretatio, quam Aduocati ipſius Gaſparis dant ad illa uerba, ſeu ad alias partes, ſcilicet non remotiores à loco initæ ſocietatis quàm ſit ciuitas Lugduni. arg. c. ſedes, de reſcrip. & eorũ, quæ traduntur per Panor. & alios in c. 1. de iud. & in l. ſi conuenerit, ff. de iur. omnium
5 iud. quia † illa omnia procedunt, quando ratio ſubiectę materiæ ſuadet, quòd clauſula generalis non includat maiora expreſſis. nam in c. ſedes, illa clauſula, & quoſdam alios, reſtringitur ad debitores ſimilis conditionis ex natura reſcriptorum, quæ eſt vt non cenſeantur conceſſa ea, quæ difficillimè Princeps conceſſiſſet, ſi fuiſſent expreſſa, c. poſtulaſti, in verſ. non ita de leui, de reſcript. ſed in caſu noſtro ratio ſocietatis dictat, ut teneat Gaſpar eò ire, quo merces fuerint deſtinatæ, & ſocietati expedierit: nam interdum nauigare, peregrinari, mille ſubire pericula oportet pro communi ſo
6 cietatis utilitate, d. l. ſi non fuerit. §. 1. † alioquin ſi de negligentia ſocius conuincatur, ad damna lucraq; ceſſantia iuſte conuenitur, l. & ideo, ff. eo. tradit Alexan. conſ. 102. ſuper primo, lib. 2. vnde conſtat quod tex. in d. c. ſedes, facit pro Iacobo, non contra: quia ſicut ibi ratio ſubiectæ materiæ operatur ꝙ clauſula generalis reſtringatur contra naturam generalitatis, ita & multo magis operabitur quod clauſula generalis intelligatur generaliter ſecundum ſuam propriam naturam, l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præſtan. Nec notata per Panor. & alios in d. c. 1. aliquid faciunt. tum quia illa concluſio pactum de conueniendo debitorem Romæ, & vbiq; locorum, intelligatur de locis non remotioribus quàm ſit Roma, non eſt bene nota, ut ibi dixi poſt Decium: tum quia nõ quadrat in propoſito, nam illa generalitas, & ubiq; locorum, ſubiectum non habet, à quo poſſit determinari generaliter, non ſi inſpirauit contractus, à quo cauſatur obligatio, quia eos natura ſuadet, ut extra locum contractus non poſſit obligatus conueniri, c. Romana. § contrahentes, de fo. compe. lib. 6. l. hæres abſens, ff. de iud. ſi locus expreſſus contemplatur, ad illum uidetur generalitas reſtringẽda, ut euitetur infinitas. c. cum in multis, de reſcrip. lib. 6. l. qui bona, §. fi. ff. de dam. inſe. at in caſu noſtro clauſula illa generalis habet ſubiectum, ſcilicet ſocietatem & directionẽ mercium, à qua directione determinationem recipit. & ideo quia directio mercium, & ſocietatis utilitas, eſt ſubiectum generale. clauſula illa generalis intelligẽda eſt generaliter de omnibus locis, ad quæ contingat merces deſtinari, ut tradit Bar. in l. quæſitum, §. pen. ff. de fun. inſtr. inſtrumentoque leg. & Feli. in d. c. ſedes, in 4. declaratione poſt Pan. ibi, de reſcrip.

7 Quæritur ſucceſſiuè, † an ſit cõmiſſa ſtipulatio pœnalis, quia Gaſpar aliam duxit in uxorem relicta Maria quam deſponſare conuenerat. ad quod reſpondetur non fore commiſſam, quia huiuſmodi ſtipulatio cõtra bonos mores nullius eſt momenti, & ubi commiſſa foret Mariæ agenti ad pęnam obſtaret doli exceptio, quia inhoneſtum uiſum eſt vinculo pœnæ matrimonia aſtringi, l. Titia, in princ. ff. de verb. obl. c. gemma de ſponſa.

Vlterius quæritur. an ſaltem teneatur Gaſpar ad intereſſe ipſi Mariæ, ſeu Iacobo eius patri. Bar. & alii Doct. communiter in d. l. Titia. & Canon. in d. c. gemma, Cyn. & alii in l. 1. & l. fi. C. de ſponſ. reſpondent non poſſe agi ad intereſſe. tũ quia ſtipulatio eſt ipſo iure nulla, tum quia iura indiſtinctè dicunt non poſſe agi ad pœnam, quod falſum eſſet, ſi diſcedens à ſponſalibus teneretur ad intereſſe, quia poſſet ſaltem ad pœnam quatenus intereſſet, & quia matrimonium liberum non eſſet ſi ſponſus cogi poſſet ad intereſſe. & quia lege permittente ſponſus poteſt à ſponſalibus diſcedere, d. l. 1. vnde non debet pati aliquod detrimentum, l. Gracchus, C. de adult. eſt verum quòd Bar. & alii plures in d. l. Titia, & Panor. in d. c. gemma, dicunt quod ſi ſponſus, qui uolebat diſcedere à ſponſalibus ſcienter & doloſè paſſus fuerit patrẽ ſponſæ facere impenſas, quod ad illas tenetur actione de dolo, quorum ſententia eſt admodum æqua, & humana, & ſequitur Sal. in d. l. 1. in fi. C. de ſponſ.

8 Inſuper quæritur, † an Gaſpar poſſit repetere iocalia data Mariæ ſponſæ futuræ? & uideretur reſpondendum quod ſic, quaſi dederit contemplatione futuri matrimonii, quo non ſecuto uidetur locus eſſe repetitioni. l. ſi donaturus, ff. de cõd. ob cauſam. cum ſimilibus. Vnde pro reſolutione huius quæſiti, quia clarè non proponitur, reſpondeo diſtinguẽdo tres caſus: aut cõſtat iocalia fuiſſe data Mariæ ad uſum duntaxat, & repeti poſſe certum eſt ut per Lud. Ro. conſ. 146. iſta quæſtio. aut conſtat, quod data fuerint animo donandi, & tunc certiſſimi iuris eſt, quod non poſſunt repeti per ſponſum, cum per ipſum ſteterit quominus matrimonium contraheretur, l. cum ueterũ ubi caſus, C. de dona. ante nup. aut dubitatur quo animo data ſint. & ad uſum data præſumuntur, ſecundum Lud. Ro. in d. conſ. 146. uel ut ornatior appareret ſecundum Bal. in l. cum te. C. de dona. ante nup. & firmaut Cyn. & Ang. in l. 2. C. eo. tit.

Vltimo quæritur, an Iacobo competat ius agendi ad ſupplementum legitimæ in bonis eius patris? & quia nulla proponitur dubitandi ratio, reſpondeo eidem Iacobo integrã
9 eſſe actionem. l. ſcimus, C. de inoff. teſtam. † etiam ſi accepto legato renunciauerit bonis paternis in genere, ſecus ſi expreſsè renunciaſſet legitimæ, l. ſi quando, §. & generaliter, C. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 Dotis confeſsio facta ex præambulo contractu dotis non dicitur ſimulata, niſi in fraudem anteriorum creditorum non futurorum, ubi non adſint ſigna in contrarium, & quid de inſolutum datione eiuſdem dotis.

RESPONSVM XXVIII.

QVia domus, quę ſubhaſtari petitur, fuit pro debito dotis confeſſatæ conſtante matrimonio inſolutum data uxori poſt obligationem, & hypothecam Treſques Iudæi agentis, & pro longe minori ſumma quàm ſit valor dictæ domus: quæritur, an iuſta ſit petitio dicti Iudæi.

Aut Iudæus agit quòd reuocetur in ſolutum datio tãquàm ſimulata, aut tanquàm facta in fraudem ipſius creditoris, aut tamquàm facta pro minori precio quam res ipſa ualeat.

Primo caſu eum non iure agere exiſtimo, quia in ſolutũ datio facta fuit pro dote confeſſata poſt conſtitutionem de-
1 tis, † quo caſu confeſſio non præſumitur ſimulata nec factá ſpe futuræ numerationis, attento quòd ante confeſſionem maritus habebat uxorem obligatam ad dandum dotem. ita procedit deciſio Io. And. in addi. ad Spec. tit. de dona. inter virum & vxo. ad fi. & Bal. & aliorum in l. in contractibus, §. 1. ff. de non nu. pec. & Alexan. in l. pen. §. fi. ff. ſoluto matr.

Secundo caſu, an retractari poſſit tãquàm facta in fraudẽ creditorum. conſiderandos puto plures caſus: primus eſt reſpectu creditorum anteriorum, & prȩſumitur facta in fraudem, auth. ſed iam neceſſe, C. de dona. ante nup. & ibi no. per glo. & alios. & iſte non videtur caſus noſter, quia confeſſio dotis receptæ facta fuit ante obligationem huius Iudæi, & licèt in ſolutum datio ſit facta poſt, videtur tamen attendenda cauſa obligationis, propter quam fit in ſolutum datio, & non ipſe contractus in ſolutum dationis, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iu. & uoluit Bar. in l. poſt cõtractum, col. fi. de dona. Ego autem diſtinguẽdum puto, utrum quęritur an in ſolutum datio dicatur facta in fraudem reſpectu cauſæ dotis confeſſatæ, an verò reſpectu precii, ſcilicet ad cauſam dotis confeſſatæ reſpectus habeatur, quia iſta confeſſio præcedit obligationem Iudæi poſterioris creditoris, uidendum eſt an confeſſio receptæ dotis facta conſtante ma-

trimonio cenſeatur facta in fraudem futurorum creditorũ
& ad hunc articulum tendunt allegata hincinde per D.Cõ-
ſultores. ſuper quo articulo datur à dicta regula, quod in du
bio confeſſio nõ præſumatur facta in fraudem creditorum
futurorum per tex. in l. fi. C. de iu. fiſci lib. 10. & in l. ait præ-
tor. §. ita demum, ubi Bart. ff. de his, quæ in fraud. cred. niſi
adſint probabilia ſigna fraudis, ut per Bar. in d. §. ita demũ,
& Sali. in d. auth. ſed iam neceſſe. ſigna autẽ traduntur in l. ſi
priuatis, ff. qui, & à quibus. in caſu iſto reducantur aliqua
ſigna quæ leuia ſunt, & ex conſtitutione dotis omnium bo-
norum, quæ confeſſionem dotis præceſſit, apertè tolluntur.
vnde non credo ꝙ talis confeſſio fuerit facta in fraudem fu
turorum creditorũ, & maximè dicti Hæbrei creditoris mo-
dicæ quantitatis, ſm glo. & Bal in d. auth. ſed iam neceſſe. Si
vero ad precium & valorem domus, quæ pluris eſt quàm ſit
debitum dotis confeſſatæ, reſpectus habeatur putn inſolutũ
dationem factam poſt obligationem Iudęi, fore fraudulen-
tam: nam cum rem valoris ſexcentum maritus dederit uxo
ri inſolutũ pro quadringentis, in ducentis fraudem facit cre
ditoribus, l. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in fraudem pa-
tro. & ibid expreſsè decidit Bart. & poſt eum clarius Imola
in l. ſi conſtante, in 4. q. ff. ſolu. mat. inquit enim Imola, col.
pen. verſ. circa quartam. poteſt maritus conſtante matrimo
nio confiteri ſe vergere ad inopiam, prout confeſſus fuit hic
maritus, & dotem reſtituere, dummodo non excedatur mo
dus circa precium rerum, & ſic quantum ad exceſſum puto
inſolutum dationem non carere fraude. Tertio caſu an in-
ſolutum datio ſit nulla, vel annullanda. quia facta pro ui-
non precio quàm res valeat? dico quod vxore, cui fuit in-
ſolutum data, uolente exburſare quod pluris eſt ipſi Iudæo
creditori, firma erit inſolutum datio: alioquin ſubhaſtanda
domus eſt, & vtriq; de precio ſatisfaciendum, l. fina. & ibi
expreſsè not. Bal. C. de iure dom. impetran. & firmant Aret.
& Soci. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi cer. per. Pau. Ale
xan. & Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condi. indeb.

S V M M A R I V M.

1 *Locationi an teneatur ſtare emptor, ſi iuramentum interue-*
nerit. & num. 4.
2 *Iuramentum obligat preciſè ad factum, niſi ſit alienum. &*
num 6.
3 *Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
4 *Locata res vendi poteſt, niſi in contrarium adſit pactum cum*
ſpeciali hypotheca.
5 *Facti alieni promiſſio etiam cum iuramento non obligat pro-*
mittentem.
7 *Conductor non poteſt retinere rem conductam iure pignoris, ſi*
ei offeratur ab emptore intereſſe.
8 *Habens conductor anteriorem hypothecam poteſt expelli à cre-*
ditore habente poſteriorem, ſi ei offeratur intereſſe.
9 *Pignus poteſt extingui à quolibet habente ius in rem, offerendo*
creditori debitum.
10 *Iuramentum obligat præciſè locatorem, quamuis adſit hypo-*
theca.
11 *Conductor poteſt ſemper inuito locatore inſiſtere rei locatæ.*
12 *Conductor non poteſt niſi pacto initio inter emptorem & locato-*
rem, quòd non expellatur niſi ſibi ius pacti cedatur.

RESPONSVM XXIX.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

1 EMptorem nõ teneri ſtare colono Diuus
Alexander Fuſco reſcripſit ut
habetur in l. emptorem, C. loca. & idem prior re
ſponderat Caius in l. ſi merces, §. 1. ff. eo. ubi
conſulit locatori ſi nolit teneri ad intereſſe co-
lono, vt rem locatam vendat ſaluo iure coloni. idem reſpõ
dit Iulianus in l. qui fundum, ff. eo. ſed an idem dicendum
ſi locator, qui rem locatam vendidit, promiſit facere condu
ctorem habere tenere ſub hypotheca & obligatione bono-
rum ſuorum? Bar. in d. l. emptorem, quem Imo. Lu. Ro. Pau.
Alex. & alij communiter ſequuntur, cauſatiuè eum teneri
colono ſtare putat, ſi nolit intereſſe ſoluere. Bartholom. aũt
Socin. acutiſſimi ingenij uir, eum præciſè teneri reſpondit,
maximè eo caſu, quo locator iurauerit promiſſa obſeruare.
2 Ita Soci. conſ. 90. viſis quibuſdam actis, li. 4. † quia locator
tenetur ad præciſam patientiam, l. æ dem. C. locati. maximè
propter iuramentum, quod obligat præciſè ad factum ſecũ
dũ gl. à Doc. receptã. in l. ſi pecuniam, ff. de cõdi. ob. cauſ. Cũ
igitur res locata ſit pro præciſa patiẽtia hypothecata, poterit
conductor pignori incumbere, donec præciſa præſtetur pa-
tientia; nec liberatur locator etiam ꝙ emptor uelit intereſ-
ſe ſoluere, quia non præſtatur quod principaliter debetur,
& hanc dicit eſſe communem mẽtem Doctorum maximè
Bat. in d. §. ſi vir, & Ang. conſi. 2.

Ego autem credo emptorem nunquàm præciſè cogi poſ-
ſe ſtare colono, & hanc eſſe omnium Doct. ſententiam, & ip
ſum D. Bar. in hoc decipi, & allucinari. ad quod demonſtrã-
dum præmitto, quod locator ſolum eſt obligatus colono,
vel inquilino, ad patientiam ex contractu locationis, ex quo
oritur contra eum duntaxat actio perſonalis, quæ ex condu-
cto nominatur, Inſt. de act. §. in perſonam. verſ. item commo
3 dati, &c. & l. 1. & per totum. ff. & C. locati. † & quod actio per
ſonalis non trãſit in ſingularẽ ſucceſſorem, l. 1. §. ſi hæres per-
cepto fundo ff. ad Treb. ſtatuit Diuus Alex. quod emptor nõ
teneretur ad patientiam colono, vel inquilino, vt dicitur in
4 d. l. emptorem. Item præmitto, † quod locator non reperitur
prohibitus rem locatam diſtrahere, d. l. emptorem. etiam ꝙ
fuerit pro obſeruatione contractus obligata, niſi conuentũ
ſit quod durante locatione non poſſit alienari, & pro obſer-
uatione pacti res ipſa ſpecialiter fuerit hypothecata, ut eſt
tex. ualde ſingularis in l. ſi creditor. ibi, nullam uenditionẽ,
ff. de diſtract. pign. Quibus ſic præmiſſis oſtendo emptorem
data ualiditate emptionis non poſſe cogi ad patientiã præ-
ſtandam colono, ſeu inquilino; non quidem actione perſo-
nali ex conducto, quia in eum non tranſiuit, d. §. ſi hæres. nõ
ẽt per retentionem pignoris, quia aut conductor uult pigno
ri inhærere quouſque locator, qui vendit, præſtet patiẽtiam;
aut donec locator faciat quod emptor ipſe patiatur eum
uti frui.

Primo caſu conſtat conductorem fruſtra requirere patiẽ-
tiam locatoris, quia poſt uenditionem, qua dominium fuit
tranſlatum in emptorem, non amplius eſt agendum de uen
ditoris patientia, ſed patientia emptoris, qui uult uti re ſua,
& ipſum colonum deijcere.

Secundo caſu ſi uult pignori incumbere donec locator
fecerit quod emptor præſtiterit patientiam ipſi colono uten
di fruendi, quod eſt id totum, quod poteſt colonus, dicere:
tunc reſpondeo quod ad iſtud non poteſt locator idemque
uenditor, & minus emptor præciſe cogi. & ideo ſoluendo in
tereſſe, debet liberari, l. 1. ff. de act. empti. l. ſtipulationes non
5 diuiduntur, §. Celſus, ff. de uerb. obli. † Quod autem locator
non poſſit præciſè cogi facere quod emptor patiatur patet,
quia ad factum alienum nemo tenetur, l. iſta ſtipulatio. in
princ. ff. de uerbo. oblig. §. ſi quis alij, Inſt. de inut. ſtip. etiam
6 ſi iurauerit ſe facturum quod emptor pateretur, † quia iu-
ramentum in obligationibus facti alieni non obligat præci
sè iuran. ad faciendum, quod aliud faciet, ut traditur per
gl. & Panorm. in c. ex reſcripto, de iureiur. & in c. ex litteris,
de ſponſa. & Iaſ. poſt alios in d. l. ſtipulatio iſta, in 5. fallen. ex
iſtis patet quòd Soc. decipitur in fundamento. quod clarius
apparebit ex reſolutione eiuſdem. Sed antequam ad ip-
ſam reſolutionem accedam, liber demonſtrare quod com-
munis Docto. ſententia aduerſatur ſingulari opinioni ip-
7 ſius Soci. In primis contra Soc. † quod colonus non poſſit
pignoris iure retinere rem conductam, ſi emptor offerat in
tereſſe, uel pœnam ſi quæ fuit adiecta, firmant Bar. Bal Sali.
& Pau. de Caſt. in d. l. emptorem, & idem tenet Sali. in l. mã-
cipia, per illum tex. C. de reb. alie. non alien. & in d. l. qui fun
dum. idem tenent Io. de Imo. Lud. Roma. Pau. de Caſt. & d.
8 Alex. in d. §. ſi uir. adducentes rationem, † quia ſi poſteriori
creditori habenti pariter hypothecam, licet expellere con-
ductorem habentem anteriorem hypothecam. offerendo ſi
bi intereſſe, l. cum fundus ff. de diſtrac. pig. multo magis de-
bet licere emptori habenti rei dominium & poſſeſſionem,
9 † nam & ipſi, & cuilibet habenti ius in re competit facultas
offerendi ad extinguendum ius pignoris ſecundum Pau. in
l. ſi res obligata, ff. de leg. 1. & cuilibet poſſeſſori etiam iniu-
ſto ſecundum Bal. in l. Paulus, §. fi. ff. quib. mo. pig. uel hypo.
ſol. Bar. l. ſi mulier, ff. eo. & quia obligatio principalis ex con
tractu locationis competit ad intereſſe, ſi locator non patia-
tur conductorem uti frui, d. l. qui fundum. ergo hypotheca.
quæ

quæ eſt acceſſoria ad obligationem principalem, regulatur
ſecundum naturam ipſius principalis obligationis, l. eos, C.
de uſu. & ſublata principali actione, reſoluitur hypotheca, l.
ſi tibi, §. de pignore, ff. de pact. & l. ſoluitur, in princ. & §. 1. ff.
quib. mod. pig. uel hypo. ſol.
10 Non obſtant mô adducta per Soc. † ꝙ locator, q locauit, &
iurauit, obligetur præciſè ad patientiam, quia iſtud côcedo
ſi de patientia propria ipſius locatoris ageretur: nam con-
ductor exiſtens in tenuta poteſt rei inſiſtere inuito locatore,
etiam quod res ipſa nô ſit hypothecata, d. l. ædem, & l. ſi duo,
§. cum inquilinus, ff. uti poſſid. & ibi not. ſed locator non
poteſt cogi preciſè facere quod emptor patiatur, d. l. ſtipula-
tio. in princip. hoc autem loco agitur, vt emptor patiatur ut
ſupra oſtendi, ergo &c. & quod ita ſit, probatur in d. l. ſi mer-
ces, §. 1. vbi ad litteram dicitur locatorem teneri ſolum ad
intereſſe de patientia emptoris, non autem locatoris: nam ſi
de ſua ageretur, ſemper & indiſtinctè teneretur emptor ſtare
11 colono, † quia quantum ad locatorem ſemper conductor
poteſt eo inuito rei inſiſtere. d. l. ædem, cuius contrarium de
ciditur quo ad emptorem in d. l. emptorem, & in d. l. ſi mer-
ces, §. 1. & in d. l. qui fundum. ex hoc etiam apparet non be-
ne ad rem facere aliud, quod adducitur per Soci. dum dicit
quòd reg. illa quòd obligatio facti tollitur per ſolutionem
intereſſe, non procedit excipiendo, arg. l. res hypothecæ, ff. de
pig. quia verum ſi exceptio proponatur contra obligatum
ad factum, vt ſi exceptio retentionis proponatur contra loca
torem nolentem expellere conductorem, ut dicitur in d. l.
ædem. ſecus ſi proponatur contra tertium ſingularem ſuc-
ceſſorem, d. l. emptorem. nam huiuſmodi exceptio retentio-
nis eſt perſonalis ſecundum Cy. Abb. Bal. & alios in d. l. em-
12 ptorem, poſt gl. in uer. emit. dicunt, † quòd conductor non
poteſt uti pacto inito inter locatorem & venditorem de nô
expellendo ipſum conductorem, niſi ſibi cedatur ius pacti.
Non denique obſtat dum dicitur, quòd Bart. in d. §. ſi uir, te-
net quòd emptor tenetur ſtare colono habenti ius hypothe-
cæ in re locata, quod etiam expreſſè dixit Raph. Com. in d. l.
qui fundum, & d. Ant. & Panorm. in c. fi. ne præla. uices ſuas.
quia verum dicunt, ſi de obligatione cauſatiua intelligâtur,
ideſt ſi nolunt ſoluere intereſſe. & ita ſe ipſum declarat Bar.
in d. l. emptorem, & ibi clarius Sal. & Pau. de Caſt. & Bar. in l.
uectigalia, & ibi no. Imola, ff. de publ. & d. Alex. in d. §. ſi uir.
& ita firmat idem Soc. ſibi contrarius, conſi. 29. viſis duabus
locationibus, ad fi. co. lib. 4. & d. Io. Cro. de Monte Ferra. in l.
filiusfam. §. diui, car. 11. ff. de leg. 1. & illatio, quam facit Bar.
in d. §. ſi uir, de habente dominium utile ad habentem hypo
thecam, procedit quantum ad ſimplicem facultatem retinê
di, ſed quantum ad effectum retentionis Bar. ibi nullam fa-
cit illationem nec æquiparationem. Laus Deo.

Reſponſum primum eſt impreßum ſub nu. 215. ſecundum impreßionê Lugduni anni 1564. inc. in cauſa beneficiali.

SVMMARIVM.

1 *Dominium an probetur per inſtrumenta recognitionum. & numero 4.*
2 *Dominium ſine traditione ſolo titulo transfertur fauore eccleſiæ.*
3 *Confeßione licèt non transferatur dominium, probatur tamen.*
5 *Confeßio unius etiam iurata, alteri non nocet.*
6 *Recognitio probat contra recognoſcentem, non contra tertium, ſi agatur actione perſonali: ſecus ſi reali. & nu. 8.*
7 *Inueſtitura etiam antiqua, non probat dominium contra tertios poſſeſſores, ac nec poſſeßionê, niſi tertius habuerit cauſam ab inueſtito, & nu. 9.*

DE PROBATIONIBVS.

RESPONSVM II.

AGit Capellanus capellæ decê Martyrum
eccleſiæ Grauiſonis rei vêdicatione côtra
Capitulum eccleſiæ S. Pet. Auenionis, ad
25. ſalmatas terræ ſitas in territorio Graui
ſonis loco dicto in Caſolen. confinatas ab
oriente & occidente cum itineribus pu-
blicis à meridie cum uallato diuidente territoria Maglianę
& Grauiſonis. nunc quæritur, an ſint probata duo extrema
neceſſaria ad uictoriam actoris. ſ. dominium in agente, &
poſſeſſionem in conuento, iuxta text. in l. 1. C. de alie. iud.
mut. ca. fac. & Inſt. de act. §. ſed iſtæ. & in c. examinata, de iud.
& in c. Abbate, de re iud. lib. 6.

Prima fronte uideretur dicendum, quòd ſic: quia exhibi-
ta fuere quamplura inſtrumenta recognitionum, & inter cę
tera duo, videlicet inſtrumentû recognitionis factæ per Ioâ-
nem de Fangeria, qui recognouit 25. ſalmatas deſignatas in
libellos & aliud inſtrumentum recognitionis factæ per Ioâ-
nem de Luperijs, ſucceſſorem dicti Ioannis Fangerię regi-
1 ſtratæ in proceſſu fol. 70. & fol. 328. Per † inſtrumenta aût re
cognitionum probatur dominium rei recognitæ in fauorê
eius, à quo recognoſcitur, l. cenſualis, C. de donat. & ibi ex-
preſſè not. Bal. quod ſtatim quod recognoſcitur res ab eccle
ſia, illico efficitur cenſualis. & licèt ſit dubium, an per ſimpli
2 cem recognitionem transferatur dominium, † quia ſine tra
ditione, vel quaſi, non transferuntur rerum dominia, l. num-
quam nuda, ff. de acq. rer. dom. l. traditionibus, C. de pact. ta-
men fauore eccleſiæ ſolo titulo acquiritur dominium, l. fin.
C. de ſacroſanct. eccleſ. item non procedit, quando recogno
ſcens ſe tenere rem ſub cênſu & ſeruitio addit, & ſub directo
dominio & maiori ſignoria. tunc per talem recognitionem
probatur dominium in fauorem eius, à quo recognoſcitur,
ſecundum Bal. in l. cum falſa, col. 3. C. de iu. & facti ign. & d.
Iacob. de S. Georgio in tract. feud. in verſ. dictique uaſalli, in
3 fi. Nec obſtat, quòd ſola confeſſione non transferatur domi
nium, l. ſi quis vi, §. differentia. ff. de acquir poſſ. quia etſi cô-
feſſio non habeat effectum transferendi dominium, habet
tamen effectum probandi, l. Publia, cum ſimilib. ff. depo. ad
quid enim inuentæ eſſent huiuſmodi recognitiones, ſi nihil
operarentur, Auth. ſi quas ruinas & ibi not. C. de ſacroſanct.
eccleſ. ita in propoſito dixit Bal. in c. 1. uerſi. item Oldra. quę
rit. de Capit. qui Cur. vend. dicamus igitur per inſtrumen-
ta recognitionum probari dominiû in fauorem eius, a quo
fuit res recognita. & ſi dicatur, quòd recognitio probat con-
tra recognoſcentem, non contra tertium. Reſpondetur, ꝙ
D. Guido Papæ deciſ. 272. exordiente, vtrum dominium. te-
net quòd etiam probet contra tertium poſſeſſorem, quem
ut intelligo D. Aduocatus actoris adducit pro ſuo principa
li fundamento.

Præmiſſis minimè attentis non intrando illam difficulta-
tê, an recognitio probet contra recognoſcentem, quæ eſt ad
modum ambigua, & habet multos nodos. Reſpondeo intre
4 pide, † quod recognitio non probat in præiudicium tertij
poſſeſſoris. caueat Guido quantum poſſit, quia patet veritatê
eſſe in contrarium, In primis côtra ipſum ſe offert magiſtra-
lis regula, res inter alios acta alijs non obeſſe, toto ti. C. res
inter alios acta. reg. non debet alteri, de regu. iur. & l. ſi unus,
§. ante omnia. ff. de pact.
5 Secundo in contrarium facit, † quia confeſſio unius etiâ
iurata, alteri non nocet, l. nam & poſteà. §. fin. cum l. ſeq. ff. de
iureiu. l. fi. C. de accuſ. c. 1. de confeſſ. c. ſignificaſti, de adult.
c. quam ſit graue, de exceſſ. prælat.

Tertiò côtra ipſum eſt tex. in proprijs terminis in l. ſi fun-
ctionis, C. de don. per quem ita concludit Bal. in d. l. cenſua-
6 lis, limitando quod ibi dicitur, vt. ſ. † recognitio probet con
tra recognoſcentem, non contra tertium.
7 Quarto facit, † quia inueſtitura, quę plus iuris tribuit inue
ſtienti, quàm ſimplex recognitio, ſecundum Bal. in d. c. 1. de
Cap. qui Cur. uend. non probat dñium ꝯ tertios poſſeſſores,
ſm Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 57. gl. Panor. & alios
in c. inter dilectos, per illum tex. de fide inſtru. & in l. ad pro-
bationem. C. loca. Non obſtant adducta pro contraria par
8 te, quia multipliciter rñdetur. † & primo, quod recognitio &
Inueſtitura probat ꝯ recognoſcentem & inueſtitum, ſi aga-
tur ad cenſum, vel ſeruitium actione perſonali: ſecus ſi agat
actione reali, & principaliter diſceptet de dominio ſm glo.
& côiter Can. in d. c. inter dilectos, & Bar. in l. legata inutili-
ter, ff. de adim. leg. Alex. conſ. 12. viſo proceſſu. lib. 4. & conſi.
43. uiſis & ponderatis eo. lib. Secundo reſpondetur, ꝙ præ-
dicta procedere poſſunt, qñ agitur ꝯ recognoſcentem & em-
phyteutam, ſecus ſi agatur ꝯ tertiû poſſeſſorê, d. l. ſi functio-
nis, cum alijs ſupra allegatis. & ita etiam tenet Soc. côſi. 266.
9 In cauſa, quæ uertitur. col. 5. lib. 2. † vbi ampliat, ut etiam in
antiquis inueſtitura non probet dominium contra tertium.
imò non etiam probat contra poſſeſſorem, qñ tertius reperi
tur poſſidere ſecundum Corn. conſ. 24. licèt in themate col.
pen. lib. 4. & ita conſuluit Bal. conſ. 377. Otto pretendens. lib.
1. Non obſtat auctoritas D. Guid. quia, pace ſua dixerim, nô

rectè ſentit, nec ſuam opinionem iuſtificat aliqua lege, uel
ratione, & contra ipſum eſt cõis opinio iuſtificata iuribus &
rationib. ut patet ex præmiſſis. & ſi quis vellet ſaluare ſentẽ-
tiam D. Guid. qui fuit ſolennis Doctor; poſſet dicere, ꝙ ſua
opinio procedit, quando conſtat ꝙ tertius poſſeſſor, contra
quem agitur, habuiſſet cauſam a recognoſcente, vel emphy-
theuta, auth. qui res iam dictas, C. de ſacroſanc. eccleſijs. per
quem tex. ita tenet Sal. in l. fi. col. fi. C. de iure emphy. nã tunc
ceſſat ratio, ꝙ res dicatur inter alios acta, cum tertius ſit re-
cognoſcentis ſucceſſor, & ideo in caſib. in quibus recogni-
tio, ſeu inueſtitura probat contra cognoſcentem, in eiſdem
probat contra ſucceſſores, etiam ſingulares ſecundum Iaco.
Butri. in l. ſcripturas, C. qui potio. in pign. hab. quem refert &
ſequitur Soc. conſi. 50. ſubtiliter & copioſè, col. 2. lib. 4. & la-
tius conſi. 68. uiſa & diligenter conſiderata, col. 3. eo. li. cum
igitur Capitulum non habeat cauſam à recognoſcẽtib. ſed
à Vinſono Arnandi, non uideo quomodo dici poſſit, quòd
recognitiones probent contra Capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij in ſpiritualibus auctoritas probari poteſt per duos teſtes inſtrumentarios, etſi in inſtrumento Vicariatus non ſit expreſſa.*

2 *Mandatum Vicarij poteſt probari non ſolum per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes.*

3 *Scriptura in quibus caſibus requiratur.*

4 *Teſtes tot ſufficiunt ad probandum errorem Notarij, quot ſufficiunt ad ſubſtantiam actus per errorem facti, uel omiſſi.*

5 *Acta ab eo, qui communiter reputabatur Vicarius, tenent.*

RESPONSVM III.

Præmiſſa Reſponſa Clariſſimi Doctoris D.
Io. Lopis, dudum Auditoris mei acutiſſimi, iuri
dica exiſtimo.
1 Primum enim Reſponſum, † quòd per duos te
ſtes inſtrumentarios probatur generalis poteſtas Vicarij in
ſpiritualib. licèt in inſtrõ Vicariatus hoc non reperiatur ſcri
2 ptum, ueriſſimum puto: † quia mandatum Vicarij non ſolũ
poteſt probari per inſtrm, ſed etiam per teſtes, cum nõ ſit de
3 caſibus requirentib. † ſcripturam, de quib. per gl. in c. 1. de cẽ
ſi. lib. 6. Ita in ſpecie reſpondet Dec. conſ. 169. col. 2. ſicut er-
go poſſet per duos teſtes probari poteſtas Vicarij, ubi nullũ
foret confectũ inſtrm, pari ratione probari poterit per duos
teſtes, ꝙ omiſſum fuit per Notariũ, maximè ꝑ duos teſtes in-
ſtrumentarios, quibus nullus contradicit ſecundum glo. &
4 Bar. in l. eum proponebatur, ff. de leg. 2. † tot. n. teſtes ſufficiũt
ad probandum errorem Notarij, quot ſufficiunt ad ſubſtan-
tiam actus per errorem facti, vel omiſſi, ut ibi per Bar. & Sa-
lic. in l. in exercendis, in 6. q. C. de fi. inſtru. & Ange. in l. quo-
niens, ff. de hæred. inſt. & plenè traditur per Scrib. in l. errore,
C. de teſt. per Alexa. conſi. 143. ſuper teſtamento, lib. 1. Dec.
conſi. 105. in 2. dubio, cum ſimilibus. Secundũ etiã Reſpon
5 ſum iuri conſonum arbitror, † quòd acta ualeant, & ſi per lit-
teras non probetur Vicarij poteſtas, ſi à partibus non nege-
tur: ſi uero negetur, ſufficit probare habitionem, nominatio
nem, & reputationem, per l. Barbarius, ff. de offi. prætoris, ſe-
cundum Innoc. in c. nihil. de elec. & ita in terminis determi
nant Domini de Rota, deciſ. 47. ſub rub. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an probetur per oſcula & tactus mãmillarum, ac per publicam famam.*

2 *Fama ſola non eſt ſufficiens ad probandum ea, quæ ſunt grauis præiudicij.*

3 *Sponſalia de futuro per oſcula & amplexus non tranſeunt in matrimonium.*

4 *Conſuetudo, qua fœminæ admittunt uiros ad oſcula & amplexus, prout eſt in Gallia, ualet & remouet omnem ſuſpitionem.*

5 *Dotem an amittat mulier propter oſculum, remiſſiuè.*

6 *Matrimonium de iure canonico non probatur ex ſola cohabitatione, niſi fauore filiorum, ut præſumantur legitimi.*

7 *Filij nati ex matrimonio putatiuo, habentur pro verè legitimis.*

8 *Probatio præſumptiua non admittitur, ubi agitur de pœna priuationis iuris ſui.*

9 *Matrimonium antiquum quod dicatur, relinquitur iudicis arbitrio, conſiderata qualitate facti & temporis.*

10 *Matrimonium difficilius probatur inter ſuperſtites cum agatur de impediendo alio matrimonio, quàm inter mortuos.*

RESPONSVM IIII.

Aliona ſubſtituta contendit exclu-
dere matrem à lu
ctuoſa hæreditate filiæ prætextu quod tranſiuerit
ad ſecunda uota, ſic diſponente ſtatuto prouin-
1 ciali. Ideò quæritur, † an per publicam famam
oſcula & tactus mãmillarum probetur matrimonium?
Prima fronte reſpondendum uidetur, quod ſic, quia hic prin-
cipaliter agitur de ſucceſſione, & incidẽter quæritur de ma-
trimonio: quo caſu per publ. famam videtur concludenter
probari matrimonium ſecundum Ioan. And. in c. peruenit,
qui filij ſint leg. vbi inquit, ſi de patris vel matris hæreditate
diſceptetur, & negetur filium eſſe legitimum, tunc ſola fa-
ma pub. ſufficit ad probandum matrimonium. ſequitur Ge-
min. conſi. 27. ſuper dubijs. col. 2. per tex. in c. cauſam. qui fi-
lij ſint legitimi, & ibi gl. Panorm. & alij idem concludunt.
Verum his, & ſimilibus non attentis contrarium uerius eſſe
reſpondeo, quod per publicam famam, oſcula, & tactus mã
millarum non ſufficienter probetur matrimonium. conſtat
2 enim quod ſingula diuiſa non probant, † nam ſola fama nõ
ſufficit ad probandum ea, quæ ſunt grauis præiudicij, cap.
ueniens. de teſti. l. 3. §. eiuſdem, ff. eod. tit. & ita in propoſito
noſtro Hoſt. Panor. Dom. Ant. & alij in c. illud, de præſump.
quod per oſcula & tactus mãmillarum non probetur matri
3 monium etiam præſumptiuè: ex eo patet, † quod per oſcula
& amplexus ſponſalia de futuro non tranſeunt in matrimo-
nium, c. fi. ubi Dom. Anto. & Panorm. de ſponſa. & conſuluit
Calde. conſi. 2. ſub rubr. de ſponſ. & Corn. conſi. 116. decre-
4 ueram. col. 2. lib. 3. † Quod maximè procedere debet in pro
uincia Prouinciæ & totius Ciſalpinæ Galliæ, ubi fœminæ
paſſim uiros admittunt ad oſcula, & amplexus, quæ conſue-
tudo ualet & omnem ſuſpicionem remouet, ſecundum Io.
5 de Plat. in l. 1. C. de dom. & protect. lib. 12. Hinc eſt, † quod
vxor, quæ ſecundum aliquos propter oſculum perdit do-
tem, ut tenet Bald. in capitulo iux. de procu. tamen propter
talem conſuetudinẽ excuſatur ab huiuſmodi pœna, ut pro-
baui in Rubr. extra de iud. colum. 4. per ea, quæ tradit glo. in
capitulo, denique, quarta diſtinctione. Non etiam fama
iunctis oſculis & amplexibus probat matrimonium etiam
præſumptiuè. tum quia tales actus etiam ueneri proportio-
nantur, tum quia ubi agitur de probando matrimonio de
recenti fama & tractatus ſimul non probant concludenter
ſecundum Hoſtien. Dom. Anton. & Panorm. in dicto capi-
tulo illud, per illum tex. quorum opinio communiter reci-
pitur ſecundum Soci. conſi. 39. viſis & inſpect. colum. ſecun-
da lib. 1. & Dec. cõſ. 100. viſis diligẽter. col. fi. lib. 2. vbi cõſuluit,
ꝙ ad ꝓbãdũ matrimoniũ de recẽti nõ ſufficit ꝓbare ꝙ uir &
fœmina in eodem lecto ſimul iacuerunt, in eadẽ menſa ſi-
mul comederunt, & ita tenendum eſt alioquin iſtis in regio
nibus, ubi uiget huiuſmodi oſculandi & colludendi con-
ſuetudo, uolentes excludere matrem à luctuoſa ſucceſſio-
ne filij, uel affectantes impedire matrimonium legitimè
cum altero contrahendum, facilimè poterunt ſupponere lo
quacem perſonam, quæ rumorem matrimonij inter ſe coo-
ſculantes, vel colludentes ſeminabit: & hoc modo malignũ
conſequeretur intentum, quod eſt abſonum & crudele di-
ctu, ac bonis moribus penitus alienum. & ita etiam con-
cludit Domi. Alexander conſilio 150. in cauſa & lite, lib.
quinto.

Non obſtant contraria ſupra deducta, tum quia non pro-
cedunt ſine periculo, & contrarium conſuluit Socin. in d.
conſi. 39. cuius rationes non tranſcribo, quia uideri poſſunt:
tum ẽt ꝙ iure ſubſiſterẽt, nihil cõferũt ad caſum nr̃æ qõnis,
quia

quia ibi quæritur de probatione legitimitatis filiorum uolentium ſuccedere parentibus, pro qua legitimitate probanda fauore filiationis admittitur probatio, quæ non eſt admittenda aliis 10 caſibus, etiam ubi agitur de pro-
6 bando matrimonio. † Nam ex ſola cohabitatione de iure Canonico nõ probatur matrimonium etiam præſumptiuè ſed magis præſumitur fornicatio, c. aliter, 3. q. 5. not. per gl. & Panor. in d. c. illud. & tamen fauore filiorum, vt cenſeatur legitimi, ex ſola cohabitatione præſumitur matrimo-
7 nium ſecundum gl. & Panor. in d. c. lator. † nam etiam nati ex matrimonio putatiuo habentur pro verè legitimis, c. 2. c. ex tenore, qui filii ſint legitimi. & ita formaliter reſpondet Decius cõſ. 153. in effectu quæritur, col. 2. In caſu autem noſtro ceſſat huiuſmodi ratio, quia hic agitur de pœna priuationis hæreditatis debitæ matri, iuxta tex. in l. nam & ſi parẽ-
8 tibus, ff. de inoffi. teſtam. † ubi autem agitur de pœna priuationis iuris ſui, non eſt admittenda præſumptiua probatio, §. ſi de adulterio. ibi, ſi verax eſſe oſtendatur. in Auth. ut lic. matri, & auiæ. per quem ita dixit Bal. conſi. 221. nam quandoque. in prima parte. & Pet. de Anch. conſi. 48. probata tanti uiri ſæuitia. Præterea ubi agitur de probando matrimonio iam diſſoluto, dicitur agi de matrimonio antiquo. omne enim matrimonium diſſolutum poteſt dici antiquum,
9 † cum ſit arbitrarium iudici, quod dicatur antiquum matrimonium conſiderata qualitate facti & temporis ſecundum
20 Imol. in d. c. illud. & Alex. in conſi. 150. Inſuper, † quando agitur de probando matrimonio diſſoluto per mortem, non impeditur per talem probationem aliud matrimoniũ poſſe liberè contrahi: ſecus quando agitur de probando matrimonio inter ſuperſtites. tunc enim poſſet impediri aliud matrimonium, & agitur de præiudicio vtriuſque. Ideo requiritur plenior probatio ſecundum Panor. in d. c. lator. ubi formaliter inquit, quod reſpectu uiuentium ex cohabitatione, oſculis, & amplexibus canones potius præſumunt ſtuprũ quàm matrimonium, d. c. illud.

SVMMARIVM.

1 *Titulo dotis nullus alius titulus iuſtior & efficacior reperitur ad præſcribendum.*
2 *Præſcribuntur immobilia cum titulo & bona fide, ſpatio decem annorum inter præſentes, & xx. inter abſentes.*
3 *Reſtitutio Principis eſt reſtringenda.*
4 *Præſcriptio titulata difficilius tollitur, quàm nõ titulata, quia ſecunda eſt odioſa, prima autem mixta.*
5 *Reſtitutio in integrum prætextu minoris ætatis non conceditur aduerſus præſcriptionem inchoatam contra defunctum maiorem, & completam contra effectum maiorem, nec tempora aliqua ſunt ſubducenda de medio.*
6 *Inſtrumentum ad ſe extrahens, præſumitur ſcire in eo contenta.*
7 *Teſtamenti ſcientiam, ſiue notitiam, præſumitur habere habitans in domo teſtatoris.*
8 *Inſtrumenti contenta fatetur quis, illud exhibendo; ac legiſſe præſumitur, ſi penes ſe repertum fuerit.*
9 *Supplicans fatetur omnia in precibus contenta.*
10 *Falſa cauſa uitiat quamlibet gratiam.*
11 *Præſcriptio quare ſit introducta.*
12 *Confeßio partis eſt omnium probationum ſuperlatiua.*
13 *Scriptura priuata recognita plenè probat contra ſcribentem, qui eam recognouit & nu. 17.*
14 *Verbum, fuiſſe, ueritatem deſignat.*
15 *Proteſtatio contraria facta præcedenti, vel contemporaneo, non releuat proteſtantem, minus & fraudulenta. & nu. 18.*
16 *Interpretatio non admittitur, ubi uerba non ſunt ambigua, vel quando ex coniecturis diſcerni poteſt intentio loquentis.*
19 *Exceptio non veriſimilis, quando admittatur.*
20 *Stultus quæ ignorat, aſſeuerat.*
21 *Sapiens non utitur cautionibus inutilibus, nec ſcribit ſibi nocitura.*
22 *Iurans ſponte, ſe ſuſpectum facit, nec dolo caret iuſiurandum.*
23 *Inſtrumentum publicum facit euidentißimam probationem, & dicitur probatio probata, & ex eo reſultant tres præſumptiones.*
24 *Inſtrumentum originale an ſit ſubſignandum, ſeu ſubſcribendum manu Notarij, qui illud recipit.*
25 *Conſuetudo eſt probanda, cum ſit facti, & non extenditur de loco ad locum, cum ſit localis.*
26 *Conſuetudo poteſt facere, quòd inſtrumentum non ſolenne ſit ſolenne, & ualet contra ius poſitiuum; & quòd credatur priuata ſcriptura, ſicuti publica. & nu. 32.*
27 *Notarij ſtylus eſt attendendus.*
28 *Inſtrumentum uitiatur ob omißionem indictionis, niſi aliter ex conſuetudine obſeruetur.*
29 *Conſuetudo in remittendis ſolennitatibus habet uim ſupremi Principis.*
30 *Inſtrumento ex originali ſcripto manu Notarij de eo rogati, poteſt exemplar extrahi, etſi de per ſe originale repertum fuerit.*
31 *Scriptura manu Notarij ſcripta, dicitur publica & authentica quamuis nõ reperiatur protocollum, ſi Notarius ſit legalis & approbatus.*
33 *Solennitas non neceſſaria minus ſolenniter adhibita, non uitiat actum.*
34 *Sigilli non neceſſarij amißio, vel corruptio, non uitiat inſtrumentum.*
35 *Conſuetudo remouet ſuſpitionem falſitatis.*
36 *Notarius debet eſſe rogatus de inſtrumento, & in dubio præſumitur rogatus, ſi atteſtatur ſe publicaſſe inſtrumentum.*
37 *Inſtrumentorum contrariorum tollitur inuicem eorum fides.*
38 *Illatio non fit ex ſeparatis.*
39 *Inſtrumenti pars falſa non uitiat alias partes, ſi non ſit ſubſtantialis, nec formalis.*
40 *Inſtrumenta ſi reduci poſſunt ad concordiam, tollitur omnis ſuſpitio falſitatis.*
41 *Verbum, factum, poteſt exponi id eſt fieri promiſſum.*
42 *Actus multiplicabilis poteſt præſumi bis factus, ſi contentio ſit de tempore.*
43 *Error circa circumſtantias negocij, non ſubſtantiales, ac circa non neceſſarias demonſtrationes, non uitiat inſtrumentum, nec actum.*
44 *Singula quæ non proſunt, multa iuuant.*
45 *Priuata inſtrumenta iunctis aliquibus adminiculis probant.*
46 *Acta ſolenniter præſumuntur ex antiquitate temporis, etiam ſi non appareret.*
47 *Probationes leuiores ſufficiunt ob antiquitatem.*
48 *Inſtrumenta confecta minus ſolenniter per Notarios defunctos, faciunt ſemiplenam probationem.*
49 *Arbitrorum ſubſcriptio ſi non eſt neceſſaria, minus eſt teſtium.*
50 *Inſtrumentum ſubſcriptione teſtium firmius robur ac maiorem auctoritatem & fidem ſuſcipit.*
51 *Sententia retractatur per confeßionem victoris, licèt in iudicatum tranſierit.*
52 *Probatio per partis confeßionem admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*
53 *Filij non hæredes, an ſuccedant in feudis.*
54 *Feuda in Delphinatu redacta ſunt ad inſtar patrimonialium. idem ferè in tota Gallia.*
55 *Agens ſine actione, repellitur.*

RESPONSVM XXIIII.

SI vnquàm diuina inſpiratione opus fuit, in hac cauſa maximè neceſſaria uidetur, in qua tam facti longinquitate, quàm colligantium aſtutia veritas ipſa obumbratur. Ego pro ingenioli mei tenuitate nitar oſtendere nullum ius cõpetere Dño

de Muris in caſtro & iuriſdictione Riglianetæ, & conſequē
ter retractandum eſſe arreſtum in eius fauorem latum, rein
tegrandumque & reſtituendum fore Dominum de Redo-
lis. Secundo demonſtrabo Dominum de Muris non fuiſſe,
nec eſſe reſtituendum aduerſus præſcriptionem, Tertio o-
ſtendam ex deductis & productis per D. de Redolis eliſam
& penitus ſublatam eſſe actionem D. de Muris.

Ad primum reſpondeo fundatam eſſe intentionem D. de
1 Redolis † ex titulo dotis, quo nullus iuſtior & ad præſcriben
dum efficacior, l. 1. ff. pro dote. cum igitur titulo dotis D. de
Redolis poſſederit caſtrum annis quinquaginta, hæſitandū
2 non eſt, quin decurſa ſit & completa præſcriptio. † nam inter
præſentes cum titulo & bona fide pręſcribuntur immobilia
ſpatio annorū x. Inter abſentes ſpatio 20. l. 1. & per totum, in
l. fi. C. de præſcrip. longi temporis.

Ad ſecundum quod d. de Muris non fuerit nec ſit reſtituē
dus aduerſus præſcriptionem virtute Regij reſcripti, oſten-
ditur pluribus rationibus.

3 Primo, † quia reſtitutio Principis eſt reſtringenda, non
amplianda, l. fi. C. de ſententiam paſ. c. quamuis, de reſcrip.
lib. 6. ex hoc apparet reſcriptum Regis, quo mandatur reſti-
tuendum eſſe d. de Muris aduerſus præſcriptionem cauſa-
tam ex ſolo curſu temporis non eſſe extendendam ad præ-
ſcriptionem cauſatam cum titulo, bona fide, & curſu longiſ-
ſimi temporis, tum quia reſtitutionis gratia non eſt am-
pliāda ut iam dixi, tum quia nulla ſubeſt hoc caſu ratio am-
4 pliandi; † nam præſcriptio titulata non ita faciliter tollitur,
ſicut præſcriptio non titulata, ſecundum Bar. in l. fi. ff. de eo,
per quem fa. ent. quia præſcriptio non titulata, quæ ſolo cur
ſu temporis perficitur, eſt merè odioſa, præſcriptio vero cau
ſata cum titulo, eſt mixta, partim, ſ. fauorabilis, partim odio
ſa ſecundum glo. in l. fi. C. de edi. di. Adr. toll. & probatur
in c. placuit, §. præſcriptionum, 16. q. 3. Intelligamus igitur
illa verba reſcripti, Non obſtant quæ dit in laijs du. temps
de la detention, de præſcriptione cauſata ex ſolo curſu tem-
poris, prout ſonant, non de præſcriptione cauſata mediante
titulo dotis ad præſcribendū iuſtiſſima, d. l. 1. ibi, iuſtiſſimus
titulus eſt, qui pro dote appellatur.

Secundo, quia per reſcriptum Dom. de Muris mandatur
reſtitui aduerſus præſcriptionem ex cauſa minoris ætatis, &
ignorantię, ut patet ex illis verbis, durant le temps de la mi-
norite, & ignorace ſubſęcutiua, ſi modo oſtendatur quod mi
norętas, vel ignorantia, non fuerunt cauſa læſionis, firma
ſtabit noſtra concluſio quod non eſt reſtitutio concedenda,
l. prima. C. ſi aduer. uſucap. l. non eſt incognitum, C. quibus
non obijcit long. temp. præſcrip. hoc autem ſic oſtenditur,
Caſtrum Riglianetæ titulo dotis traditum fuit Dominæ V.
de anno 1466. Ponſetus autem, pater Domini de Muris o-
bijt anno 1477. & ſic in uita patris erat completa pręſcriptio
decem annorum inter præſentes. non ergo dici poteſt, quòd
minor ætas Dom. de Muris fuerit cauſa lęſionis, l. Emilius
Largianus, ff. de mino. ſed & ſi completa non fuiſſet in uita
patris, ſaltem erat inchoata, cum iam effluxio eſſent anni xi.
& poſt completa fuit contra Dom. de Muris effectum maio
5 rem, cum tempore litis motę eſſet annorum 43. & vltra. † Ad
uerſus autem præſcriptionem inchoatam cōtra defunctum
maiorem, & completā contra effectum maiorem, nulla cō-
petit reſtitutio prætextu minoris ætatis, nec aliqua tempora
ſunt de medio ſubducenda ſecundum Pau. de Caſt. in l. fin.
ante fi. verſ. pone exemplum, C. in quib. ca. non ceſſat lon-
gi temp. præſcrip. & idem tenent gl. & ſcrib. in l. 1. in verſ. iu-
dicij, C. ſi aduer. rem iud. & Docto. in l. quod tempore, C. de
reſtit. mili. Quod etiam ignorantia non fuerit cauſa pręſcri-
ptionis, apparet ex actis. conſtat enim quod Ponſetus pater
habebat notitiam legati, tum quia recuperauerat inſtrumē-
tum codicillorum à Notario, tum quia erat continuus fami
6 liaris, & domeſticus teſtatoris: † nam qui retraxit ad ſe
inſtrumentum, præſumitur habere ſcientiam contentorum
in eo, ſecundum Bal. in auth. qui ſemel, C. de proba. per tex.
7 in l. non eſt ferendus, ff. de tranſ. † & quia habitat in domo
teſtatoris, præſumitur habere notitiam teſtamenti, & codi-
cillorum, ſecundum Bald. conſ. 392. incipiente, anno 1371.
per tex. in l. conſenſu §. ſeruus, C. de repud. & ibi limitat tra-
dita per Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 3. q. ff. de verbo.
oblig. & ſequitur Aret. in d. §. duo fratres. Nec dicatur non
conſtare quod Ponſetus pater recuperauerit inſtrumentum
à Notario, quia ex lectura eiuſdem contrarium apparet, nec
8 Dn. de Muris poteſt contradicere, † quia per exhibitionem
ipſius tacitè confeſſus fuit omnia in eo contenta fore uera
ſecundum Bar. in l. poſt legatum, ff. de his, quibus ut indign.

Conſtat etiam quod D. de muris habuit ſcientiam codicil-
lorum ex eo, quod inſtrumentum extractum per patrem pe
nes ipſum filium repertum fuit. Nam qui habuit inſtrumen
tum penes ſe, non eſt prætextu ignorantiæ reſtituendus ad-
uerſus præſcriptionem, quia præſumptio eſt quòd legent &
intellexerit contenta in ipſo inſtrumento ſecundum Aret.
conſi. 15. Reuerendiſſ. pater, in fi. quem refert & ſequitur Fel.
in c. uigilanti, col. 2. de præſcrip. & idem tenet Panor. conſi.
19. facti contingentia, in fi. & conſ. 54. factum, ſuper quo. in
fi. lib. 2. & clarius Deci. conſ. 267. non excedit e memoria,
ad fi. Conſtat etiam ex diſpoſitionibus teſtium, quòd idē de
Muris annis ſupra 20. ante litem motam ſe iactauit ius ha-
bere in dicto Caſtro. Conſtat denique ex ſupplicatione re-
gi ſecundo loco porrecta, quod idem de Muris habebat no
titiam codicillorum ante litem inſtitutam per nouē annos.
9 † ſupplicans. n. fatetur omnia contenta in precibus vera eſſe,
l. precium. cum gl. C. de lib. cau. & conſequenter ex ſua pro-
pria confeſſione apparet decurſam fuiſſe præſcriptionem &
20. annorum tempore ſcientiæ, ſi quidem in uita patris de-
fluxi eſſent anni 11. & poſt eius mortem anni nouem tēpo-
re, quo D. de Muris erat ætate maior & codicillorum ſciēs.
Ex præmiſſis liquet reſtitutionem cōceſſam per Regem ſeu
Ven. Sen. Dalfinalē non debere ſuffragari Domino de Mu-
10 ris, vt pote conceſſam † ex falſa cauſa, quæ uitiat quamcun-
que gratiam c. quod ſuper his. & ibi latè Feli. de fi. inſtrum.
c. quia circa, de conſang. & affi. quod maximè procedit quā-
do falſitas fuit Principi ſuggeſta pre partem, c. ſuper litteris,
c. poſtulaſti, de reſcri. nam ſi Chriſtianiſſ. Rex ſciuiſſet titulo
dotis bona fide contra maiorem habentem notitiam iuris
ſui decurſam fuiſſe præſcriptionē, proculdubio nō cōceſſiſ-
11 ſet, vel ſaltem non ita de leui. igitur &c. † Nam ſi contra eos,
qui cum titulo & bona fide pręſcripſerunt, paſſim cōcedere
tur reſtitutio, innumeræ exorirentur lites, l. fi. ff. pro ſuo. & le-
gitimi dñi & poſſeſſores antiquarum rerum ignari faciliter
opprimi poſſent, nec quiſque tuto aſſerere poſſet, hoc meū
eſt. quib. omnib. ſanctiſſima iuris prudentia præſcriptionis
ſuffragio ſtatuit obuiandum, vt per Io. And. & Anch. in reg.
poſſeſ. de reg. iur. lib. 6.

Ad tertium reſpondemus, penitus eliſam intentionē dñi
de Muris per ſententiam arbitramentalem, emologatā per
partes, cuius uigore pronunciatum fuit legatum Caſtri Ri-
glianetæ eſſe nullius roboris & efficaciæ. ſed quia D. de Mu
ris prætendit non conſtare de huiuſmodi ſententia nixuſq;
fuit de falſo arguere inſtrumentum exhibitum, ego clariſſi-
mè demonſtrabo factam fuiſſe legitimam fidem de ſenten-
tia tam ex confeſſione eiuſdē de Muris, quàm ex inſtrumēto
exhibito, quod ab obiectis facillimè defendatur. dico igitur
12 conſtare de compromiſſo, & ſententia arbitramentali † ex
confeſſione aduerſarij, quæ eſt ſuperlatiua omnium proba-
tionum, l. generaliter, C. de non nu. pec. c. per tuas, de proba.
Nam D. de Muris confitetur factum fuiſſe compromiſſum
per Ponſetum eius patrem, & D. Folcherū de Agonto d. ſal-
tus in nob. Petrum Garmandi & Sepronum de Brachio, exin
deq; fuiſſe lectū laudū annullatiuū prædicti legati, vt patet
13 ex epiſtola eiuſdem de Muris directa ſuis aduocatis. † Et li-
cèt priuata ſcriptura ſit, quia tamen recognita fuit plenè, pro
bat contra ſcribentem, qui eam recognoſcit, l. Publia, in fi.
ff. de po. firmat Bar. in l. nuda, ff. de dona. & in l. admonendi,
col. 5. verſ. de tertio genere, & ibi late Mod. ff. de iureiu. Non
etiam obſtat in quantum D. de Muris proteſtatur ꝙ & ſi epi-
ſtolam ſcripſerit, non tamen intendit approbare cōtenta in
ea, cum ita ſcripſit: quia aduerſarius publicauerat in varijs
locis ſe habere quandam arbitramentalem ſententiam, &
compromiſſum, de quib. in ipſa epiſtola, propter quod uo-
luit ſuos Aduocatos conſulere, quia hæc proteſtatio reijciē
da eſt multis rationib. Primo, quia in ſe retinet repugnan-
tiam: nam epiſtola, quæ ſemper loquitur, l. Arriani, C. de hæ-
ret. cantat factum fuiſſe compromiſſum tenoris ibidē recita
14 ti. † Verbum. n. fuiſſe, veritatem deſignat, vt not. per Bar. in l.
ſi maritus §. ſi legis Iuliæ, ff. de adult. & in l. meteis, ff. de uer
bo. ſig. proteſtatio autem contrarium aſtruit, ergo non exau-
15 dienda, l. 1. C. de furt. † proteſtatio. n. contraria facto præce-
denti, vel contemporaneo, in nihilo releuat proteſtantem,
l. vbi ita donatarum, ff. de dona. cauſa mort. Secundo, quia
d. proteſtatio nihil aliud eſt, quàm interpretatio dictę epiſto
16 læ, † quæ interpretatio nō eſt admittenda, ubi uerba nō ſunt
ambigua, l. ille aut ille, §. cū in uerbis, ff. de leg. 3. l. cōtinuus,
§. cum quis, ff. de ver. ob. Amplius dixit Bar. in l. naturaliter,
§. nihil cōe, in fi. 5. lecturæ, ff. de acqui. poſſ. & ibi ſocij ualde
commendant non eſſe admittendam interpretationē, quæ ex
conie-

17 picturis pōt diſcerni intentio loquentis,ſiue ſcribētis:† alio
quin nulla uerborū conceptio,nullaue ſcriptura præiudiciū
afferre poſſet. ſemper enim diceret ſcribens,uel loquens,nō
approbare contenta,quod eſt abſonum dictu, & contra tex.
in d.l.Publia.& in l.comparationes, C. de fide inſtru.& alia
iura ſimilia,& contra omnem rationem. Cum igitur uerba
epiſtolæ clariſſima ſint, & ſenſus lucidiſſimus, & cum ex in-
ſtrumento in actis regiſtrato coadiuuetur epiſtola & ex
longinquitate temporis roboretur, non videtur vllo mo-
do recipiēda aſſerta interpretatio. Tertio,quia idem de Mu
ris ex lectura proteſtationis factæ ad umbrādam ueritatem
conuincitur de mendacio & contrarietate, nam primum aſ
ſerit ſe uidiſſe annum, diem,& cętera alia,in epiſtola deſcri
pta in quadam copia habita à magiſtro Boicelli Notario,
& poſtea ſe illam formam compromiſſi fabricaſſe ex ſuo ca
pite,& ſomniaſſe cauſas diſcordiæ expreſſas in epiſtola. non
igitur clara epiſtola offuſcabitur proteſtatione mendoſa, &
in ſe ipſa repugnante,l.cum falſa, C. de iu, & fac. igno. l.aſ-
18 ſumptio,ff.ad municip. † Nec fraudulenta proteſtatio rele-
uabit proteſtantē,l.quæro, ff.de act. emp.l.ſi quis mancipijs,
ff.de inſt.act.Quarta ratione reijciēda eſt huiuſmodi palea-
ta proteſtatio,quia continet non veriſimilia, ſecundum Pa-
19 nor.in c.2.col.fi.de reſt.ſpol.ubi amplius dicit, † ꝙ exceptio
non veriſimilis, etiam concludens ſi uera eſſet,repellenda
eſt donec fuerit purgata præſumptio non ueriſimilitudinis,
c.quia ueriſimile,de præſump.l.non eſt veriſimile, ff. quod
met.cau.Aduertant,quæſo,ſapientiſſimi Senatores, an hæc
veriſimilia uideantur.Inquit D.de Muris ſe ſabricaſſe ex ſuo
capite tenorem compromiſſi ad faciendam rem ſemper du
bitabilem. uellem is mihi reſponderet, an ad reddendam
rem dubitabilem ſatis fuiſſet præſupponere cōpromiſſum
abſque eo,quod falsò (vt aſſerit)ſabricaſſet totum compro-
miſſi tenorem, an ſat erat ei dicere, quod eius aduerſarius
aſſerebat penes ſe habere compromiſſum, & ſententiam
abſque eo,quod diceret uerè factum fuiſſe compromiſſum,
& ſubſecutum laudum? Exiſtimabimus ne D. de Muris, ui-
rum aſtutiſſimum, hoc loco amentem quòd noluerit aſſe-
uerare,quæ ignorabat,præſupponere quæ non expediebant,
& ea ſcribere quæ ſuam ſubuertebāt intentionem? Si ad ma
nus aduerſarij quandoque perueniſſent, prout peruenerūt,
neſcio quo facto niſi ut ueritas, quæ diu latere nō poteſt,tan
dem prodiret in lucē. abſit ut de tanto uiro talia credamus,
quæ ſi præſumere uoluerimus, ſtultitiæ notam incurrere ne
20 ceſſe erit,† cum ſtulti ſtultus aſſeueraret quæ ignorat,l.Iulianus,
21 §.quod autem,ff.de act. emp. † Nec ullus ſapiens inutilibus
utitur cautionibus,l.ſtipulatio,§.diuus,ff.vt leg.nomine ca-
ue. Nec prudens ea ſcribit, quæ ſibi nocitura potiuſquàm
profutura cognoſcit.l.fi.C.arb.tut.incredibile enim eſt dili-
gentem ſtudioſumq; patremfamilias in aliquo facilè erraſ-
ſe,l.cum de indebito,ff.de proba.Addidit Do.de Muris hu-
iuſmodi edidiſſe compromiſſum, vt haberet conſiliū ſi con
tingeret illud compromiſſum reperiri, quod aduerſarius ſe
iactabat habere. O quàm ſtrenua ueritas, quàm potenter ſe
ipſam tuetur,c.ad ſuccidendos,de ſchiſma. lib.6. Non dixit
D.de Muris edidiſſe compromiſſum,ſi aduerſarius illud ha
beret,ſed ſi contingeret reperiri,at aſſèrit aduerſarium alle-
gare ſe illud habere,cur ergo non facit notam compromiſ-
ſi,ſi contingeret quod aduerſarius haberet? ſcio reſponde-
bit, non credidi aduerſarium inueniſſe,ſed dubitaui ne in-
ueniret. ſed quia magis dubitaſti ne reperiret, quàm non
reddidiſti inuentum,plura hic ſcriberemus dubitaueris,niſi
liquidiſſime cognoſcerem perſpicaciſſimos Senatores ſuo
prudentiſſimo iudicio & melius prǣuidere quàm ipſe expri
mere valeam. Sed prætereamus, quare dominus de Muris
hanc compromiſſi notam fecerit,inquiramus quomodo fe
cerit adeo Latinè, ornatè, peritè, ac ſi annis centum Tabel-
lionatus artem exercuiſſet: ſed nobilis Scuifer unde hanc
peritiam didicit? Si reſpondeat,in caſtro de Miris: ſubijciat,
quæſo, à quo. Si ſubijciat,ſupplebo eius uices ab inſtrumen-
to eiuſdem tenoris. At intelligo eum reſpondere, ſe habe-
re in caſtro plura compromiſſorum documenta, à quibus
hanc formam excerpſit. Libet parumper in hoc ſubſiſtere,
te nunc interpello,uir ſagaciſſime, utrum in inſtrumentis,
quæ penes te habes, ſcriptas legeris cauſas controuerſiæ à te
deſcriptas in tuo ſomniato compromiſſo, uidelicet quod
D.Folchettus de Agonio prætenderet patris codicillum nul
lum eſſe, uel quia pater compulſus codicillaris fuerit, uel
quia iam loquelam fermè perdidiſſet,uel quia clauſis oſtijs
cameræ,in qua iacebat afflictus, & in agonia mortis à Ponſe
to prætenſo legatario ſeductus fuiſſet. Si affirmabis,accedā
tibi, tunc exiſtimem ita eſſe: Si negabis te vnquam uidiſſe
inſtrumentum,uel memoriale eiuſdem tenoris,ut aperte iā
negaſti,tunc à te ſcire uellem,à quo oraculo,aruſpice,Ange
loue huiuſmodi geſta antequàm naſcereris, tibi fuerint re-
uelata? Non uidiſti, neque legiſti aliquod memoriale eiuſ-
dem tenoris, & tamen tu inexpertus, & horum indoctus
tàm apertum,tàm bene ſtillatum, tàm eleganter compoſitū
edidiſti inſtrumentum,vt cuiuslibet peritiſſimi Notarij ſciē
tiam exupetare uidearis. ego, qui mille compromiſſorum
inſtrumenta perlegi, ingenue fateor quod notam tàm bene
diſpoſitam ordinare neſciuiſſem. Nollem ulterius hac in re
commorari, ſed ipſa mihi ueritas manum iniecit, ut id po-
ſtremo à te exquiram, cur interrogatus ſub iuramento ſim-
plici vltro reſponderis, uelle perdere corpus & animam, ſi
ante latum arreſtum, ſcires quicquam de contentis in epi-
ſtola. ſatis certè tibi erat ſub ueritatis uerbo reſpondere, &
alterum tantum uelle perdere. Cur ergo vis vtroque carere?
Cur te maiori grauas ſarcina? Cur ultro te ingeris? Puto re-
ſpondebis,ut ultroneo iureiurando à ſuſpitione me exime-
rem:bene eſt.habeo propoſitum. hæc tua excuſatio non pe-
22 tita eſt condemnatio manifeſta. † hoc iuſiurandum non ex
petitum.dolo non caret,teſte Calo,in l.ſi legatarius,ff.de do
lo.te,inquā,ſponte iurando ſuſpectum feciſti,l.3,in princ. &
ibi Mod.ff.de iureiu.l.quæ omnia,ff.de procur.

Dico inſuper conſtare de ſententia arbitramentali per in
23 ſtrumentum publicum, quod euidentiſſimā facit probatio
nem,c.licèt cauſam,cum glo.in verbo,euidētiſſime, de pro-
ba.& c.cū olim,& ibi Panor.de cauſa poſſe.& prop. & quod
reddit rem certam,c.cum olim, de uerb. ſig. & manifeſtam
facit.l.fi.cum glo.C.de rebus credi. imo & notoriam,ſecun-
dum Bal.in l.generali,C.de ſacroſan.eccl.& not.in ca. fi. de
coha.cleri.& mulie.& inſtrumentum dicitur probatio pro-
bata,& non probanda,ſecundum Bald. in l.Imperator,ff.de
ſta.homi.& in l.quotiens,C.de iudi.& ex inſtrumento reſul-
tant tres præſumptiones. Primo quòd ſit uerum, & non fal
ſum: Secundò quod ſit ſolenne & perfectum: Tertiò, quod
omnia in eo ſcripta ſint prolata à partibus,ſi ſit inſtrumentū
alicuius contractus:uel à Iudice,aut Arbitratoribus,ſi ſit in-
ſtrumentum ſententiæ,uel arbitramenti,ſecundum Bald.in
l.2.C.de reſcin.uen.& in ca.1. de not. feud. & latè compro-
bant Papien. Mod. In rep. l. admonendi, col.4.ff.de iur.iu.
Sed quia d.de Muris plura deduxit ad demonſtrandū,quòd
iſtud non poteſt dici inſtrumentum, ſuccinte probabo op-
poſita per ipſum in aliquo huius veri inſtrumenti fidem nō
24 diminuere. Opponitur primò † originale non eſſe ſignatū,
ſiue ſubſcriptum manu Notarij,qui illud recepit, & ideo fi-
dem facere §.ſed ſi inſtrumentum,cum glo. in uerbo,opor-
tet. in Auth.de inſtru.cau.& fi.cum glo.in §.item lex Corne
lia,de publi.iud.cum concor.adductis per Feli.in c.1.col.3.
in fi.de fi.inſtru.& Ang.conſi.220.ad hoc ut ſcriptura.Petrus
de Ancha.conſi.43 a.præmiſſa.Corne.conſi.94.conſuluit D.
Bal.li.4.& conſi.226. licèt, lib.3. Ad iſtud reſpondeo dupli-
citer. Primò quod de iure communi nō reperitur quòd No
tarius ſubſignet inſtrumentum ſecundum Ioan. And.in ad-
di.Spe.in ti.de inſtru.edi.§.breuiter.uerſ.in fi.auth.& Bar.in
procem. ff.col.2.Imo,in ca.primo,de fide inſtru.ubi dicit ꝙ
communis opinio eſt, quòd ſignum non ſit de ſubſtantia
inſtrumenti. ſequitur do.Alex.in Rubr.ff.de noui ope.nun-
cia,Corne.conſi.70.duo ueniunt.& conſi.118. placet mihi,
lib. 4. vbi dicit quòd licèt in multis partibus ſit conſuetudo
25 quòd apponatur ſignum: † tamen qui dicit ita eſſe de con-
ſuetudine, debet probare,quia conſuetudo eſt facti, c. 1. de
conſti.lib.6.ſed D. de Muris non probauit hanc conſuetudi
nem,ergo &c.& licèt fortè probauerit,quòd æquis ſextis No
tarij ſolent ſuas notas inſtrumentorum ſubſignare, tamen
talis probatio non releuat, quia debuit probare ꝙ talis con-
ſuetudo eſt in loco Pertuſij, ſeu in loco confecti inſtrumen-
ti,quia conſuetudo localis eſt. nec extenditur de loco ad lo
cum,§.ex non ſcripto,Inſt.de iu. na. gen. & ciui. & traditur
per Bar.in l.cunctos populos,C.de ſum. Trini.& fi.catho.

Secundo reſpondeo,quòd licèt ſignatio de iure,ſubſigna-
tio eſſet de ſubſtantia: tamen conſuetudo contraria facit ꝙ
inſtrumenta abſque aliquo ſigno valeant & fidem faciant,
ſecundum Bar.in l.ad teſtamentum, §.ſi quis ex his, ff.de te
26 ſta.† Nam conſuetudo poteſt facere quod inſtrumentū nō
ſolenne ſit ſolenne,ſecundum Feli.in d.c.1.col.2.de fide in-
ſtru. Et ratio eſt, quia iſta, quæ ſunt de ſolennitate,ſunt iuris
poſitiui.quod arbitrio utētium tollitur,l.de quibus,ff.de le-
gi.omnis enim conſuetudo contra ius poſitiuum mero iu-
re ualet,ut not.in c. 1. de conſuetu. & adduco in noſtra ma-
teria

regia tex. clarum in c. cum dilectus, in ult. reſpon. de proba.
& not. in c. 2. ubi late Mod. eo. tit. ſed pro parte Domini de
Redolis probatum fuit quod Notarij in loco Pertuſij non
ſolent ſubſignare notas inſtrumentorum, ergo &c. & maxi-
me ex diſpoſitione prothocollorum Notarij, qui fuit de in-
27 ſtrumento ſententiæ rogatus, probatus fuit † ſtylus eiuſdem
Notarij, qui attendendus eſt, ſecundum Do. Anto. de Butr.
in c. ſi. de conſuetu. cum ſimilibus. Et quod conſuetudo ſit
attendenda in talibus ſolennitatibus, patet ex his, quæ ſcri-
bit Spec. in titu. de inſtrumento. editio. §. 1. uerſ. 6. in fi. ubi
28 concludit, † inſtrumentum non uitiari propter omiſſionem
Indictionis, ſi conſuetudo ſit ꝙ non apponat Indictio. ſequi
tur Feli. in c. inter dilectos, col. 6. de fi. inſtru. Et dicit Spe. eo.
29 tit. §. compendioſe. uer. ſed nunquid. † quod conſuetudo in
remittendis ſolennitatib. inſtrumentorum habet uim ſupre
mi Principis.

Secundo opponitur, quod originale eſt ſuſpectum de fal-
ſo, quia ſecundum relationem expertorum, fuit nouiter in
ſertum in libro extenſorum Notarij defuncti. Iſtud, ſuper
quo aduerſarius ſe maximè fundat, nihil obſtat ex duobus.
30 Primo. † quia etiam ſi extra librum extenſorum etiam ſepa
ratum & per ſe in uno, uel duobus folijs repertum fuiſſet:
quia tamen conſtat, ꝙ eſt ſcriptum manu eiuſdem Notarij,
ex eo potuiſſet, & poteſt exemplari, & extrahi publicum in-
ſtrumentum, ut ſignanter, & in fortioribus terminis conſul-
uit Pau. de Caſt. conſi. 230. dubitatur. in nono dubio, ſecun-
dum antiquam impreſſionem. quod maxime uerum eſt,
quando non reperitur liber originalis illius anni, ut in caſu
noſtro, l. teſtium, C. de teſti. & facit quod no. glo. in l. emanci
pationibus, C. de emancipa. lib. & dicit Bal. conſ. 464. dubi-
31 tatur in 4. lib. quod † ſcriptura manu Notarij ſcripta, dicitur
publica & authentica, & ſi non reperiatur baſtardellum, ſeu
prothocollum, etiam ſi ſit erratum in nomine Pontificis, ſi
perſona defuncti Notarij erat legalis, & approbata, prout e-
rat Iões de Mari Notarius rogatus de hac ſententia arbitra-
mentali, & eius perſonam legalem dicit D. de Muris produ
cendo inſtrumentum donationis caſtri de Muris, de qua ro
gatus extitit idem de Mari, & non ſolum de iure, ſed ex con-
ſuetudine de qua conſtat in actis, ex tali ſcriptura exemplari
32 poteſt publicum inſtrumentum. † quæ conſuetudo poteſt fa
cere quod priuata ſcriptura redigatur in publicã, & ei ſicut
publicæ credatur, d. c. cum dilectus. & traditur per Card. Flo
renti. conſi. 73. dicti quod domina. vnde ex hac allegatione
ſcripturæ, quæ minorem fidem non præſtat quàm ſi eſſet ſe-
33 parata, non ſuboritur ulla ſuſpitio. † nam actus non inuali-
datur, nec redarguitur ex non neceſſaria ſolennitate minus
legitimè adhibita, l. 1. C. de rei uxo. act. l. 4. de teſt. mili. & ad
propoſitum dicit Innoc. in c. inter dilectos, de fi. inſtrum. ꝙ
34 † inſtrumentum non uitiatur ex corruptione, uel amiſſione
ſigilli non neceſſarij. facit tex. in l. damus. & quod ibi nota-
tur, C. de fal.

Secundo non obſtat, quia probata eſt cõſuetudo ꝙ Nota
rij, quibus in loco Pertuſij commiſſa fuerunt originalia al-
terius Notarij defuncti, ſolent alligare ſchedas & originales
ſcripturas repertas ſeorſum à prothocollis in uno folio cũ
35 alijs ſuis ſcripturis. † quę conſuetudo tollit & remouet oẽm
ſuſpitionem falſitatis, ſecundum Bald. in c. 2. de feu. cog. &
in l. 1. col. 10. C. de confeſſ. Hoſtien. & dn. Anto. c. 2. de fi. in-
ſtru. Alexan. conſi. 132. viſa facti narratione, col. pen. lib. 1. &
conſ. 39. uiſis, lib. 3.

Tertio opponitur ꝙ non conſtat Ioannẽ de Mari Nota-
36 rium, qui dicitur ſcripſiſſe originale, fuiſſe rogatum, † prout
eſt neceſſe, §. nos vero, in Authen. de Tabellio. Alexan. conſ.
110. circa dubitationem, lib. 2. Sed ad iſtud etiam patet cla-
ra reſponſio, quod in dubio Notarius præſumitur rogatus
ſecundum glo. in d. §. nos uerò. quam ſequitur Aret. & do.
Iaſ. & plures alij, in l. ſciendum, ff. de uer. oblig. & licet Bart.
& alij magis communiter, uideantur uelle quod ſolennita-
tes rogitus in dubio non præſumantur, ut etiam firmat Feli.
poſt alios per eum relatos, in c. 1. colum. pen. de fi. inſtru. ta-
men Bar. & omnes indifferenter conſentiunt, quòd ſi Nota-
rius atteſtetur ſe publicaſſe inſtrumentum, quod tunc præſu
mitur rogatus: quia niſi fuiſſet rogatus non publicaſſet. In
propoſito autem noſtro Notarius in illis verbis, groſſatum
eſt pro aſtoandi. ſecundum cõmunem ſenſum horum uer-
borum groſſatum eſt, ut probatur ex atteſtationibus Nota-
riorum de quibus in actis non ſolum Notarius atteſtari vi-
detur ſe publicaſſe, ſed etiam explicuiſſe. Ergo nulli dubiũ
eſt quod præſumitur rogatus, & in hoc nullus diſſentit, teſte
Iaſ. in d. l. ſciendum, & Feli. in d. c. 1.

Quartò opponitur, quod conſtat de falſitate dictæ ſchedu
læ, ſiue originalis, quia poſt ſententiam & emologationem
eſt deſcripta quædam quitantia, quæ incipit, anno & die præ
dicti, referendo ſe ad diem ſententiæ latæ anno 1462. & die
23. Septembris, in qua quitantia dicitur, quod Ponſetus pa-
ter Domini de Muris, conſiderans quandam donationem
ſibi factam de caſtro de Muris per Magnificum Do. Fulgue-
tum de Agunto cõſtante nota, hodie per me Notarium &c.
& tamen donatio facta de caſtro de Muris reperitur poſtea
facta die ſequenti, videlicet 24. Septembris, & ſic ex contra-
rietate diei videtur apparere de falſitate inſtrumenti dictæ
ſententiæ, ca. imputari, de fi. inſtru. propter quod Spec. in-
ſtruit practicantes, quod bene perlegant inſtrumenta, atque
37 eam producant: † quia ſi ſint cõtraria ſibi, fidem mutuo tol-
lunt, ita Spec. tit. de inſtr. edi. §. reſtat uidendum, circa princi
pium.

Ad iſtud, quod aduerſantes tanti faciunt, reſpõdeo tripli-
citer. Primo quod inſtrumentum quitantiæ eſt penitus ſe-
paratum ab inſtrumento ſententiæ & emologationis. vnde
etſi conſtaret de errore unius, non tñ talis error, quicquid
38 in alterum influeret. † Nam ex ſeparatis non rectè infertur,
l. Papinianus exuli, ff. de minori, l. fi. ff. de calum. & ideo in
propoſito noſtro conſuluit Cęp. conſil. 22. conſultationis ca
39 ſus, col. fi. † quod ſi pars inſtrumenti falſa non eſt pars ſubſtã
tialis, nec formalis, utile per inutile non uitiatur, ut no. Bal.
in l. nec exemplum, C. de fal. & in l. quamuis, C. de fideicom.
liber. uerum illa uerba, conſiderans donationem ſibi hodie
factam, poſita in quitantia, non contingũt ſententiam arbi-
tramentalem in aliquo, ergo &c.
40 Secundo reſpondetur, † quod ſi inſtrumenta poſſunt redu
ci ad concordiam aliqua interpretatione, uel diſtinctione,
tunc tollitur omnis ſuſpitio falſitatis, c. inter dilectos, §. cæte
rum, de fi. inſtru. & ſolet etiam allegari gl. in l. iuriſgentium,
§. qui ferè, ff. de pact. & ibi Bal. & ita notat And. in c. imputa
ri, de fi. inſtru. in c. cum tu, de teſti. & ibi Fel. col. 1. ſed huiuſ-
modi contrarietas, ex qua elicitur falſitatis coniectura, po-
41 teſt multipliciter concordari. Primò, ut dicamus † ꝙ illa
verba, conſiderans donationem ſibi hodie factam, intelli-
gantur de donatione promiſſa & ſic exponemus, factã, ideſt
ſicut promiſſam, & hoc modo nulla erit contrarietas. ita in
ſimili conſuluit Cępo. in d. cõſ. 22. ubi exponit ſigillata ſunt,
ideſt ſigillare promiſerunt, per tex. in c. ponderaſti, 50. diſtin.
& ibi glo. in uerbo, docuit. quæ exponit ideſt doctorum pro-
miſit, & conſonat quod dictus Folguetus ante ſententiam
promiſerat donare, & ex poſt die ſequenti donauerit. non
enim intentionis ſuæ erat quod utrumque caſtrum in recõ-
penſationem meritorum haberet, & ideo uoluit expectare
exitum ſententiæ. & ad hoc pondero bene facere tex. in ca.
poſt uenditionem, iuncta glo. in uerbo, actum ſit. ideſt agen
dum ſit, ff. de aqua plu. arcen. & in l. 1. iuncta glo. in uerbo,
interpoſitam, quę exponit. i. interponẽdã. C. de leg. Secũdo,
42 † cum iſte actus ſit multiplicabilis, poteſt concordari, intel-
ligendo quod bis facta fuerit donatio, c. cum m. & ibi Feli.
colum. 3. de teſti. c. periculoſa. & ibi glo. de pœniten. diſt. 1.
& hanc concordiam elicio ex epiſtola domini de Muris,
qui in ea dicit, quod Ponſetus eius pater fecit quitantiam
eo quod uenerat ad notitiam, quod Fulguetus de Agunto ſi
bi fecerat quãdam donationem, & ſic intelligo quod fuerit
ſententia ſecunda, donatio una ſcilicet facta Ponſeto abſen
ti: altera uero facta ipſi Ponſeto præſenti, & iſta etiam con-
cordia conſonat, ut in actu præſtationis homagij fuerit rei-
terata donatio, ut omnia eodem contextu clauderentur.
43 Tertio reſpõdetur, † quod error circa circumſtantias nego
cij non ſubſtantiales, non reddit ſuſpectum inſtrumentum
ſecundum Innoc. in c. fraternitatis de hære. & in ca. cum in
iure, de offi. dele. Verum quantum ad inſtrumentum ſenten
tiæ, etiam ſi falſum eſſet quod eo die non fuerit facta dona-
tio, tamen in aliquo non alteraretur ſubſtantia ſentẽtiæ, nec
emologationis. ergo talis error non debet nocere, ut etiam
conſuluit Gem. conſ. 76. ſuper dubio. Hinc eſt ꝙ error circa
non neceſſarias demonſtrationes non uitiat actum, ſecun-
dum Bar. in l. demonſtratio falſa, in 7. q. ff. de condi. & de-
monſtra. hinc autem error non tangit inſtrumentum ſentẽ-
tiæ, nec illi contrariatur, ergo &c. & licet aliqualiter uidea-
tur contrariari inſtrumento donationis poſtea ſubſecutæ ta
men talis error non noceret D. de Muris, nec alteri cum fue
rit per ſubſequentem donationem ſecutus effectus, propter
quem facta fuit quitantia. vnde ſequitur, quod talis error
non eſt habendus in conſideratione.

Vltimo & ſi huiuſmodi inſtrumentum ſentẽtiæ in aliqua
ſolennitate

ſolennitate deficeret, tamen iunctis tot adminiculis & con-
iecturis, quibus iuuatur, abſque dubio plenam fidem faciet.
44 † Nam quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. l. cũ ſcimus,
in princ. C. de agri. & cenſi. c. cum dilectus, de ſucceſ. ab inte
ſta. & dixit Spec. tit. inſtru. edi. §. nunc uidendum, uerſ. regu-
45 lariter, † quod licèt inſtrumenta priuata ſola non probent: ta-
men iunctis aliquibus adminiculis fidem faciunt, l. inſtru-
menta. C. de probationibus. At huiuſmodi inſtrumenti ueritas
coadiuuatur confeſſione D. de Muris, cui ſoli ſtãdum eſſet,
46 c. 1. de confeſſ. l. perinde, ff. ad leg. Aquil. † Corroboratur an-
tiquitate temporis propter quam oĩa præſumuntur ſolenni
ter acta, & ſi non apparerent, ut in ſententia dixit Bald. in l. e-
47 mancipadone, uerſ. ulterius quæro, de fide inſtru. † & ratio-
ne antiquitatis longè leuiores probationes ſufficiunt ut no.
in c. illud, de præſump. & per Mod. in l. ſciendum, ff. de uerbi
obli. cũ concordan. adductis per Decij conſ. 42. col. 2. confir
48 matur Notarij morte, † nam inſtrumenta confecta per No-
tarios defunctos carentia debitis ſolennitatibus, ſaltem fa-
ciunt ſemiplenam probationem ſecundum Bar. in l. admo-
nendi, col. 2. uerſ. quæro, quid ſi in inſtrumento, ff. de iureiu.
& D. Ant. c. fi. eo. tit. Alex. conſ. 39. uiſo proceſſu, col. 3. lib. 2.
Coadiuuatur ſubſcriptionibus arbitrorum à teſtibus reco-
49 gnitis. † Nam etſi ſubſcriptio arbitrorum non ſit neceſſaria
ſecundum Spec. tit. de inſtru. edi. §. 1. uerſ. & in ſententiis. Nec
50 etiam ſubſcriptio teſtium, † tamen ſi ſubſcripſerint, ex tali-
bus ſubſcriptionibus inſtrumentum firmius robur maioremq;
authoritatem, & fidem ſuſcipit, l. hac conſultiſſima, C. de te-
ſta. notatur in c. 1. de fi. inſtr. Ex quibus omnibus ſaltẽ ſimul
iunctis puto intrepidè dandam fidem huic inſtrõ.

Cæterùm cum per arreſtũ curiæ fuerit dictum caſtrũ Re-
gilianetæ adiudicandum D. de Muris uti hæredi Ponſeti præ
tenſi legatarij, & modo idẽ d. de Muris in præſenti iudicio,
aſſerat ſe hæredem non eſſe, fueritque talis confeſſio ac-
ceptata per Do. de Credolis, reliquum eſt, ut eadem cu-
51 ria debeat ſuum arreſtum retractare; nam † ubi conſtat de
iniuſtitia ſententiæ propter confeſſionem uictoris, tunc ad-
mittitur retractationis adiudicatæ ſecundum Inno. c. pleri-
que, de immu. eccle. Panor. in c. nouit, col. 6. de iud. & Bald.
52 in l. 1. C. ſen. reſcin. non poſ. † quia contra præſumptio-
nem iuris & de iure admittitur probatio per confeſſionem
partis, ſecundum glo. ſing. in authen. ſed iam neceſſe. C. de
dona. ante nup. & in corpore, unde ſumitur. & ſi dicatur, ar-
reſtum reformandum & caſtrum adiudicandũ prædicto D.
53 de Muris uti filio ea ratione, † quod in feudis ſuccedunt,
etiam quod non ſint hæredes, c. 1. de ſucceſ. feu. Reſponde-
tur uerum eſſe, ſi feudum fuiſſet legatum Ponſeto & filijs
ſimpliciter, ſed in caſu noſtro legatum fuit Ponſeto & hære
dibus ſuis ex ſuo corpore legitimè procreandis, quo caſu nõ
ſuccedunt filij niſi ſint hæredes ſecundum Iaco. de Belui. in
c. 1. de eo qui ſibi. & hæredibus ſuis maſculis inueſt. ſuſce. &
ibi firmant Do. Alexan. & alij Mod. & ſequitur Do. Alexan.
conſi. 10. ponderatis his, lib. 3. & Bar. in l. ut iuſiurandum, §. ſi
liberi, ff. de ope. lib. Bal. & Iaco. de Belui. in c. 1. an agna. uel
fil. & in l. 2. C. de lib. & eorum libe. Alex. in l. ſi mihi & Titio,
col. pen. ff. de uerb. obl. & conſ. 13. perſpect. his. col. 3. lib. 5. &
Petrus de Ancha. conſi. 133. plenè & ſubtiliter, col. 2. quod
54 maximè procedere debet † in patria Delphinatus, in qua
feuda redacta ſunt ad inſtar patrimonialium, in quibus filij
non ſuccedunt niſi ſint hæredes ſecundum D. Guido. Pa. cõ
ſil. 176. pro diffinitione. & eadem conſuetudo eſt ferè per
totam Galliam, ut atteſtatur Ioan. Fabri in proœ. Inſt. & de
emp. & uend. circa princ. & in authen. ingreſſi. C. de ſacr. ſ.
eccle. & Pet. Iaco. in tract. feudorum, & idem D. Guido con-
ſil. 18. & alibi ſæpe. Cum igitur D. de Muris nõ ſit hæres Pon
ſeti, reſtat concludendum quod nulla ſibi competat actio,
55 † & conſequenter repellendus eſt, utpote ſine actione expe-
riens, l. ſi pupilli, §. uideamus, ff. de nego. geſt. Sancto Naza-
rius Auenione.

Reſponſum ſextum eſt ut ſupra impreſſum ſub nu. 216. incip. hoc elapſis. ſeptimũ ſub nu. 71. incip. in cauſa matrimoniali. octauum ſub nu. 73. incip. in dubijs cauſis. nonum ſub nu. 94. incip. ne clarum. decimum ſub nu. 153. incip. agit Dominus de Garbo.

S V M M A R I V M.

1 Agens remedio can. reintegrandæ, duo probare habet, uidelicet ſpoliũ ſeu turbationem ac poſſeſſionem tempore turbationis.

2 Teſtes ſubditi deponẽtes pro eorum domino, ſunt ſuſpecti, ac cõtra eum deponentes, contra quem habent litem ſuper re non modica, & eſt hoc arbitrarium iudicis, & nu. 7.

3 Conductor non poſſidet, ſed locator, contra quem non poteſt quæſtionem dominij refricare, neque poſſeſſionis.

4 Teſtes ſubditi ratione iuriſdictionis tantum, ſunt idonei, niſi eis dominus eſſet terribilis, ut præſumatur ipſis inferre uiolentiam, ubi ſuo modo non deponant.

5 Teſtium numerus ſupplet deficiente aliquo de fide.

6 Teſtis ſuſpectus confirmatur ex dictis non ſuſpectorum.

8 Iuriſdictio condomini, an poſſit ab altero cõdomino impediri.

9 Poſſidere quis dicitur ex titulo præcedenti.

RESPONSVM XI.

AGit Magnificus Do. Gaucherius de Branchanzijs, Do-
minus de Ceſariſta de Robione, & cõdominus
de Taglıatis contra Do. Ludouicum Valládeli,
Dominum Vacharitio, turbantem ipſum Gau-
cherium in ſua quaſi poſſeſſione depaſcẽdi animalia in ter-
ritorio de Taglıans, & in ſua quaſi poſſeſſione præconizatio
nes facien. in dicto loco, & in ſua quaſi poſſeſſione exigendi
ſuam debitam partem mulctarum, cõdemnationum & cõ-
fiſcationum ad effectum, ut prædicto domino Valladeli in-
hibeatis ne ipſum D. Gaucherium turbet & moleſtet, donec
ſit cognitum de pleno poſſeſſorio, ſeu petitorio, iuxta tex. in
c. cum uenisſent. vbi Innoc. de inſt. & iux. conſ. Pau. de Caſt.
1 conſ. 5. ſecundum antiquam impreſſionem. † & quia huiuſ
modi iudicio agens tenetur duo probare, uidelicet ſe fuiſſe
turbatum, & ſe tẽpore turbationis poſſidere, ac ſi ageret in-
terdicto retinendæ, l. 1. §. hoc interdictum. & §. fi. ubi Bart. ff.
uo poſ. & per Alex. conſi. 136. col. 2. lib. 2.

Vidẽdum eſt, primò an pro parte actoris ſint hæc duo ne-
ceſſaria ad uictoriam ſufficienter probata? Et prima facie ui
deretur dicendum quod non, quia teſtes ferè omnes ſunt ſubdi
2 ti prædicti Domini Gaucherij. † conſtat autem ſubditos de
ponentes pro domino ſuo eſſe ſuſpectos, l. idonei. ubi glo. ff.
de teſti. glo. ubi Panor. & alij, in c. accedens. 1. ut li. non con
teſt. Bar. in l. lege, ff. de teſti. cũ ſimilib. & d. Helias de Podio,
alius teſtis, non ſubditus & ſuſpectus eſt nec ei fides uidetur
adhibenda, quia habet litem cum domino Ludouico, con-
tra quem depoſuit. §. ſi uero aliter, in Authen. de teſti. Præte-
rea & ſi teſtes omnes idonei forent, tamen eorum depoſitio
non noceret Do. Ludouico, eo quia ex inſtrumento arren-
damenti, ſiue locationis producto per ipſum Do. Ludoui-
cum declarantur depoſitiones teſtiũ, ut intelligamur actor
& eius auctores, uidelicet eius pater, & D. Iac. de Folcherio,
qui conduxit iuriſdictionem & emolumenta dicti loci de
Tagliatis à D. Carolo Vaſſádeli de paſci feciſſe animalia in
dicto territorio feciſſeq; proclamationes & mulctas exegiſſe,
3 tit. conductionis, & arrendamenti. † Conſtat autem quod
conductores non poſſident, ſed poſſeſſio dicitur penes d. lo
catorem, cuius nomine poſſidetur, l. quamuis, §. ſi cõductor,
ff. de acq. poſ. & conductor non põt contra locatorẽ refrica
re quæſtionem dominij, neque poſſeſſionis, l. ſi quis condu-
ctionis titulo, C. loca. Verum præmiſſis nequaquam annentis
cenſeo cõtrarium eſſe uerius, uidelicet probata eſſe omnia
neceſſaria, & conſequenter inhibendum eſſe per ueſtram
ſententiam D. Ludouico, ne moleſtet prædictum Do. Gau-
cherium in ſua quaſi poſſeſſione &c. probat enim turbatio-
nem non ſolum per teſtes productos ab ipſo d. actore, ſed ẽt
per teſtes productos à Do. Ludouico, nec eam diffitetur ipſe
Do. Ludouicus. probata etiam fuit poſſeſſio ipſius d. actoris
tàm per teſtes, quàm per inſtrumenta. Nec obſtant adducta
ſupra in contrarium. In primis uõ obſtat, dum dicitur quòd
teſtes ſunt ſubditi prædicto Do. Gaucherio. quia reſponde-
4 tur quatuor modis. Primo † quod ſubditi ratione iuriſdi-
ctionis tantum ſunt idonei teſtes pro domino ſecundũ Spe.
tit. de teſte. §. 1. uerſ. quid ſi uaſſallus. & in tit. de ſta. mon. §. 1.
uer. 12. Ioan. And. Inno. & Feli. in c. in literis. de teſti. Nec ob
ſtant allegata in contrarium, quia procedunt quando perſo
na eſſet terribilis ſuis ſubditis taliter, quòd præſumi poſſit
eum inferre uiolentiam teſtibus, niſi ſuo modo deponant,
aliàs ſecus ſecundum Io. And. & Panor. in c. accedens. & Fe-
li. in d. c. in literis col. 2. Non conſtat autem, quod Gaucherius
ſit talis perſona. quæ uelit uiolentiã ullam inferre ſubditis,
nec hoc fuit deductum, neq; probatum, ergo &c.

Secundò reſpondeo, quòd licèt aliàs unus teſtis ſubditus
poſſet dici aliqualiter ſuſpectus, tamen multitudo teſtium
5 tollit omnem ſuſpitionem: † quia ubi deficit aliquid de fi-
de, ſupplet numerus, ſecundum glo. & Iaco. Butri. in l. 3. §. 1.
ff. de teſti. per illum tex. & Imol. in l. qui teſtamento, col. 1. ff.
de teſta. & Alex. conſi. 5. col. 3. & conſi. 93. lib. 1.

Tertio reſpondetur quod depoſitiones teſtium ſubdito-
rum coadiuuantur ex depoſitionibus aliorum non ſubdito
rum, & ex inſtrumentis productis in eam, de quibus infra
6 dicam. unde ſufficienter probant, † quia dictum teſtis ali-
qualiter ſuſpecti ſtabilitur, & confirmatur ex dictis aliorum
non ſuſpectorum. l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ubi Bald. & alij,
ff. de eden. & ita etiam tenet Ang. conſi. 1. Pau. de Caſt. conſ.
91. circa finem.

Quarto reſpondetur, quòd etiam detractis teſtibus ſubdi
tis per alios non ſubditos probatur intentio actoris. vnde
nihil habet conſtare, quod aliqui ſint ſuſpecti, ut per Bart. in
l. 1. §. ſi quis neget, poſt glo. ibi. ff. quemadmo. teſta. ape. tra-
7 ditur per Iaſ. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. col. 2. † Nooob
ſtat quod Do. Helias de Podio, unus ex teſtibus non ſubdi-
tus, habuerit litem cum Do. Ludouico ſuper quadam pigno
ratione: quia reſpondeo quod eſt lis ſuper re modica: vnde
non propterea redditur eius teſtimonium ſuſpectum ſecun
dum Panor. & alios in c. 1. de iud. obi etiam ſcripſi, & in c. in
quiſitionis, de accu. vbi dicit Panor. quod eſt arbitratium
Iudici credere tali teſtimonio conſiderata lite, & perſonarū
qualitate. Nooobſtat dum dicitur quod ipſe Do. Gauche-
rius, & pater ac D. Iacobus de paſci eorum animalia in ter-
ritorio, & proclamata fieri fecerint, uti conductores & non
iureproprio, quia oppoſitum deſtruit propoſitum. Et pro
clatiori reſponſione accommodanda præmitto quod d. Ca
rolus tamquàm condominus loci de Tagliatis, locauit red-
ditus, & emolumenta ad ſe ſpectantia in d. loco prædicto,
etiam Do. Iacobo condomino dicti loci uſque ad tres an-
nos. ita cantat inſtrumentum locationis, ſiue arrendamen-
ti. Hoc præmiſſo retorqueo fundamentum Do. Ludouici
ſe fundantis in d. inſtrumento contra ipſum: nam ſi uerum
ſit prout eſt, quod d. Gaucherius ſit cōditionibus, ut dicitur
in dicto inſtrumento, & confitetur Do. Ludouicus per pro-
ductionem ipſius inſtrumenti ſecundum glo. l. fi. C. de libe.
cau. bene ſequitur quod ratione ſui condomini dicitur in
quaſi poſſeſſione depaſci facien. animalia in territorio: quia
aut paſcua ſunt condominorum territorij, aut publica, ſi cō
dominorum, & tunc etiam licuit prædicto Gaucherio & an
teceſſoribus ſuis vti dictis paſcuis, ut not. Paul. de Caſt. & So-
ci. in l. 1. in prin. ff. de acq. poſſe. & Pau. de Caſt. conſi. 127. vi
ſis capitulis &c. aut ſunt publica, ſiue uniuerſitatis, & tunc
etiam ipſi Ludouico licuit, liceteq; uti ipſis paſcuis, §. flu-
mina, & §. uniuerſitatis, Inſti. de re. diui. & ſi cōdominus eſt
dominus Gaucherius cum ipſo d. Ludouico, ut ipſe profite
tur, & conſtat ex inſtrumentis compluribus in actis exhibi-
tos, bene ſequitur quod eo iure, quo ipſe Do. Ludouicus tā-
q̄ condominus fieri fecit proclamata, & mulctas exegit, eo-
dem iure prædicta exercuerit, & exercere potuerit idem D.
8 Gaucherius: † quia condominus nō poteſt turbare, uel im-
pedire exercitium iuriſdictionis alterius condomini, ut
per Bar. in l. inter tutores, in fi. ff. de admi. tuto. cum cōcord.
adductis per Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 1. op-
po. ff. de uer. obl. & per Feli. in ca. quæ in eccleſiarum, col. pe
nul. de cōſti. niſi ſit diuiſum territorium, & iuriſdictio, quia
tunc unus non poteſt exercere iuriſdictionem, nec anima-
lia imminere in partem alterius, ut not. in c. 1. §. præterea du
catus, de prohibi. feu. alie. per Fede. ex his ſatis euidenter pa
ret. ꝙ Dominus Iacobus & ſucceſſiuè pater domini Gau-
cherij, & D. Gaucherius iure ſuo, & non alieno immiſerunt
animalia in territorio, & proclamata fieri fecerunt, & alia
iuriſdictionalia exercuerunt. Præterea & ſecūdo in d. inſtru-
mento locationis D. Carolus, uti condominus locauit par-
tem ſuæ iuriſdictionis & emolumentorum, & non totum.
Vnde rectè infertur ad portionē ipſius Do. Iacobi & condo-
mini, quia locatio eſt limitata ad partem ipſius D. Caroli.
ergo limitatum effectum producet quo ad illam partem tā-
tum. l. in agris, ff. de acqui. re. dom. l. age, C. de tranſact. cum
ſimilibus.

Tertiò ex actis folio 222. conſtat de titulo condominij
prædicti domini Gaucherij, & dicti domini Iacobi auctoris
ſui. ergo bene ſequitur, quod virtute illius tituli dicitur eſſe
etiam retro fuiſſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictionem exer-
cendi pro ſua portione, & animalia ſua depaſci faciendi in
9 dicto territorio: † quia exiſtēs in poſſeſſione præſumitur poſ
ſidere ex titulo proprio præcedenti ſecūdum gl. Bar. & alios
in l. quædam mulier, ff. de rei uendi. & Bar. poſt glo. in l. 2. C.
de acquir. poſſ.

Quarto ex actis fol. 213. & pluribus ſeq. conſtat, qualiter
paſtorgagium fuit cōi nomine do. Ludouici Vaſſadeli, &
auctorū dn̄i Gaucherij condominorū loci de Tagliatis ub-
dirum. Item conſtat, quod dominus Ludouicus & Do. Gau
cherius tamquam condomini cōi nomine conſtituerunt
Iudices in dicto loco de Tagliatis, & conſequenter conſtat
quod D. Gaucherius & ſui auctores iure proprio fuerunt,
& ſunt in quaſi poſſeſſione paſtorgagij, & iuriſdictionis pro
ſua debita portione.

Vltimò eſto, quod pro parte domini Ludouici probatum
fuiſſet ſe aliquando turbaſſe prædictum Do. Gaucherium &
ſuos, & ſe aliquando exercuiſſe iuriſdictionem inſolidum,
quod tamen probatum non fuit, attamen in hoc iudicio,
in quo agitur ne prædictus Do. Gaucherius turbetur ad ſi-
militudinem interdicti retinēdæ debet ipſe D. Gaucherius
obtinere, quia per plures teſtes probauit ſuam poſſeſſionē,
vel quaſi, l. ob carmen, in fi. ff. de teſti. & profecto noo uideo
probabilem rationem dubitandi, quare non ſit inhibēdum
Do. Ludouico ne moleſtet ipſum Do. Gaucherium in ſua
quaſi poſſeſſione, donec aliud fuerit in petitorio, uel pleno
poſſeſſorio ordinatum.

Reſponſum duodecimum eſt ut ſupra impreſſum ſub nu. 114. incip. in cauſa vertente.

S V M M A R I V M.

1 *Actore non probante quemadmodum reus abſoluitur, ita econtra actore probante reus, ſi ſuas non probauerit exceptiones, condemnatur.*
2 *Oppoſitorum oppoſita eſt reſolutio.*
3 *Teſtis integer non dicitur, qui litem habuit, contra quem depoſuit ſuper non modica ſumma, etiam ſi lis eſſet finita.*
4 *Inimicitia, ſeu odium contractum propter litem, etiam lite finita præſumitur durare.*
5 *Teſtis idoneus non eſt inimicus reconciliatus.*
6 *Inimicus reconciliatus poteſt vt ſuſpectus iudex recuſari.*
7 *Capitula, ſeu articuli impertinentes cenſentur reiecti, quando fuere admiſſi, ſaluo iure impertinentium.*
8 *Teſtes examinati ſuper articulis non admiſſis, nihil probant.*
9 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputare debet.*
10 *Probatio incerta non releuat probantem.*
11 *Teſtium depoſitio intelligitur ſecundum articulum.*
12 *Teſtis de ſingulari, non communi affectione & æſtimatione deponens, non probat.*
13 *Teſtis unicus non probat.*
14 *Verbum plurale in duabus uicibus poteſt intelligi.*

R E S P O N S V M XIII.

1 SIcut † actore non probante reus abſoluendus
eſt, l. qui accuſare, C. de eden. c. unico, ut
eccleſiaſtica bene. ita econtra actore probante,
reus ſi non probauerit exceptiones ſuas eſt con-
2 demnandus. † oppoſitorum enim oppoſita eſt re
ſolutio, l. fi. §. pen. ff. de leg. 2. c. cognoſcentes, de conſti. Cum
igitur Nob. Franciſcus de S. Paulo actor probauerit inten-
tionem ſuam per apocham recognitam, iuxta tex. in l. Pu-
blia, in fi. ff. depo. & Rolandus de Grignano reus non proba
uerit ſuas exceptiones, reſtat concludendum quod ſit con-
demnandus. Nec obſtant depoſitiones teſtium in hac cau-
3 ſa productorum, quia non probant pluribus rationibus. † &
primo nob. Ioannes de Gialaſio, & Accurſius de Podio nō
ſunt integri teſtes in hac cauſa, quia litem habuerunt con-
tra dictum Franc. ſuper magna ſumma, & maiori parte bo-
norum ipſius Franc. §. ſi uero aliter, in Auth. de teſti. Nec di-
4 catur ꝙ ille tex. loquitur lite pendente, † quia ratio deciſio-
nis procedit etiam lite finita, quia odium contractum pro
pter litem præſumitur durare, niſi probetur extinctum, l. in
ipſius, C. famil. ercif. & ibi Bal. & idem Bal. in autent. ſi dica-
tur, C. de teſti. & Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato, uerſ. quid
5 ſi mandaui, ff. de iniur. † Imò inimicus reconciliatus nō eſt
idoneus teſtis, c. accuſatores, 3. q. 5. & firmat gl. in c. per tuas,
6 de ſimo. & ſimiliter † inimicus reconciliatus poteſt, ut ſu-
ſpectus

ſpectus iudex recuſari ſecundum Io. And.in addi. Specu. tit. de delegato,§.ſupereſt.

7 Secundo conſidero, † quòd articuli pro parte rei fuerunt admiſſi,ſaluo iure impertinentium, quo caſu impertinẽtes cenſentur reiecti,ut per Panor.& alios,in c. cum contingat, de offi.deleg.cum ſolitis concord. ſed articuli deducti contra apocham recognitam, impertinentes ſunt, vt probabo, ergo &c. Quod ſint impertinentes,oſtenditur ſic: opponit reus exceptionem compenſationis prætenſi crediti,quia ſolicitauit duas cauſas,ſiue lites ipſius actoris. pro quarũ ſolicitatione aſſerit ſe creditorem Flor. 500. tam pro mercede, quàm damnis, & intereſſe paſſis occaſione mercimonij, quod oportuit deſeruiſſe,de quo præmiſſo credito non conſtabat tempore oppoſitæ compenſationis,& minus ex probationibus deductis de præſenti conſtat,& conſequenter exceptio compenſationis debiti non liquidi contra debitum liquidum admitti non debuit. bene ergo ſequitur, quod pro clauſula,ſaluo iure impertinentium, cenſentur reiecti articuli ſuper tali exceptione,quia impertinentes ut ſuprà dixi.

8 † Teſtes autem examinati ſuper articulis non admiſſis nihil probant,c.de teſtib.extra de teſti.

Tertiò conſidero,quòd reus opponit exceptionem compenſationis prætenſi crediti damnorum & mercedis ſolicitationis dictarum cauſarum,quorum damnorum nulla de iu

9 re habenda eſt ratio. quod ſic oſtenditur, † damnum quod quis ſua culpa ſumit,ſibi debet imputari,regu.damnum, de reg.iur.lib.6.damnum huiuſmodi, quod prætendit Rolandus reus eſt, quia omiſit artem magis proficuam, videlicet mercaturam, vt proſequeretur cauſas huiuſmodi, & ſic ſibi debet imputare, quia artem magis utilem pro arte minus utili, & ſic ſi probaſſet ſe ſolicitaſſe pro dictis cauſis, ſatis ei eſſet quod ſibi ſatisfaceret de mercede ſolicitationis, l. 1. §. in honorarijs,ff.de uar.& extraord.cogni. ex iſtis infero,quòd articulis quatenus cõcernit damnum,& intereſſe lucri ceſſantis,in hac cauſa fuit & eſt impertinens, & conſequenter cenſetur reiectus: vnde teſtes ſuper eo etiam non probant, ut ſupra dixi.

10 Quarto conſidero, † quòd incerta probatio non releuat probantẽ, l. non hoc,C.vnde legi.c.in præſentia,de prob.ſed probationes ſuper mercede ſolicitationis petitus ſunt incertæ: patet quia decimus articulus, ſuper quo deponunt teſtes,eſt incertus.nam in articulo concluditur,quod tam pro intereſſe lucri ceſſantis, quàm p laboribus & præmio ſolicitationis, actor tenetur ipſi Rolãdo in Flor.500.& ſic quãtum pro laboribus debeatur, nihil certi exprimitur. modo teſtes deponentes ſuper articulo, qui dicunt quod ipſe non feciſſet talem ſolicitationem pro 50. aureis, debent intelligi

11 tam ratione lucri ceſſantis, quàm pro laboribus: nam † ſecundum articulum intelligitur teſtium depoſitio, l. de ætate,§.qui interrogatus,ff.de interroga.actio.§.præterea, Inſti. de inut.ſtipu.nihil ergo certi deponunt, quantum pro laboribus debeatur, licèt exprimant quod certum pro intereſſe & laboribus ſimul.ſed cum pro intereſſe nihil debeatur incertum,remanet quod pro laboribus tantum.ergo talis ambigua probatio non releuabit probantem, dicto capitulo in præſentia.

Quintò conſidero, quòd Ioannes & Accurſius deponunt de ſingulari præmio,non de communi.dicit enim Ioannes quod ipſe tales rationes feciſſet, quod eas æſtimaret 50. ſcutis,& Accurſius dicit, quòd ſi ipſe tales labores ſuſtinuiſſet,

12 quod æſtimaret eos ad centum aureos, † & ſic ambo deponunt de ſingulari æſtimatione,ideo non concludunt,neque probant ſecundum Bar.in l.2.col.fin. C.de reſcind.uendi.& Panor.& Feli.latè in c. cum cauſa, de teſti. debebant enim concludere quod communiter quilibet tantum æſtimaret, ut ibi per eos.& per Soci.conſ.8.col.1.lib.1.cum ſimilibus. Accedat,quod ſunt uarij & contrarij, nam Ioannes pro ſolicitatione dictarum cauſarum, quas Franc.habuit tam cum ipſo,quàm cum dicto Accurſio,non æſtimat labores niſi 50. ſcuta. Accurſius vero æſtimat rationes ſolius cauſæ quam habuit dictus Franc.cum eo ad centum aureos. ergo non probant,ut tenuit Arch.in c. nihilominus.3. quæſt.9.ſequuntur Ioan.And.& Ancha. in c.1.de arbi.lib.6.Bal.in l.ex facto,§. item quæro,ff.de uulg.& pupi.

Vltimò aduertẽdum eſt, quod circa uacationes factas in

13 cauſa contra Ioannem de Gralutio. † unus eſt teſtis ipſe Ioãnes,ergo non probat,l.iuriſiurandi, C. de teſti. l. ubi numerus,ff.eo. circa vero uacationes factas in cauſa cõtra Accurſium teſtes ambiguè deponunt,quia dicunt ſe neſcire,an ſpatio triennij uacauerit,vel quanto tempore,ſed quod viderũt

14 eum pluries uacaſſe.† Quæ uerba in duabus uicibus poſſunt intelligi.Inſt.de iure perſo. §. pen.cum ſimilibus. pro uacationibus autem duorum dierum abſurdum eſſet dicere, quòd vni ſolicitatori idiotæ & mercatori debeantur Flor. 500. immo nec Flor. 10. igitur &c.

SVMMARIVM.

1 Compater etſi poteſt eſſe teſtis, non tamen eſt omni exceptione maior.

2 Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.

3 Teſtis quis non dicatur omni exceptione maior, qui aliqua affectione, aut amicitia coniungitur ei, pro quo depoſuit.

4 Iuſiurando in ſupplementum probationis non eſt locus, quando teſtis non eſt omni exceptione maior, uel quando agitur de magno præiudicio etiam ſi teſtis foret omni exceptione maior, & ſic duo ſunt neceſſaria, quòd cauſa ſit leuis, & quòd ſit ſemiplenè probatum.

5 Teſtis uita approbata, & integra fides, quando tollat ſuſpicionem ortam ex conſanguinitate & amicitia.

RESPONSVM XIIII.

1 ETſi compater à teſtimonio perhibendo non repellatur, non tamẽ omni exceptione maior dici poteſt ob ſpiritualem cognationem, affectionemque præſumptam ſecundum Raph. Fulg. conſi. 11. emphyteuta &c. & Curt. in tract. de teſti. concluſione 3. & dum dicitur quòd exceptio compaternitatis non eſt legitima exceptio, cum lege non comprobetur. Reſpondeo quantum ad repellendum compatrem à teſtimonio, non reperitur lege cautũ.

2 & † cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium, l. quoniam multi, ubi glo. C. de hæret. uerum: eſt quod non poterit cõparer à teſtimonio repelli, ſed de hoc non agitur. ſed an ſit ei uti teſti integro, & omni exceptione maiori credendũ, hoc loco quæritur? & dicendum quod non, quia lege cautũ eſt,

3 † quod teſtis nõ dicitur omni exceptione maior, qui aliqua amicitia coniungitur ei, pro quo depoſuit, l. 3. ff. de teſti. minus ergo erit integer teſtis, qui ei ſpirituali affectione cõiungitur, cui & amicitiæ uigor ineſt, l. ſi quis alumnam, in verſ. & paternam affectionem, C. de nup. quę loquitur de affectione ſuborta ex cognatione ſpirituali, ſecundum Sal. in l. teſtis

4 idoneus. ff. de teſti. † Cum igitur compater non ſit idoneus & integer teſtis, bene ſequitur quòd non eſt locus iuramento in ſupplementum.

Nec obſtat, quòd agatur de modico, quia ſi ageretur de magno, nullo modo eſſet locus iuramento in ſupplementũ etiam ſi teſtis productus eſſet omni exceptione maior ſecundum gl. in l. bonæfidei, C. de reb. cred. ubi Scribe. communiter ita concludunt. & idem tenent Bar. & alij in l. admonendi, ff. de iureiur. Panor. & Canon. in c. fi. eo. tit. Nam ad hoc ut admittatur ſuppletorium iuramẽtum, duo ſunt maximè neceſſaria, quod cauſa ſit modica & leuis, & quod ſit ſemiplenè probatum, ut dicũt Doct. in locis præallegatis. In præſenti autem caſu non poteſt dici ſemiplenè probatum, quia compaternitas licèt non ex toto repellat teſtem, aliqualiter tamen ei de fide detrahit, ut ſuprà probaui, ergo &c.

5 † Nec quicquam facit, quod approbata uita & integra fides teſtis tollat ſuſpitionem, quæ ſuboritur ex conſanguinitate, & amicitia, ut dicit d. Ant. de Butr. in c. poſtremò, de appell. & comprobat D. Iaſ. in l. admonendi, col. 6. quia illud dictũ procedit, quando uita & fides teſtis, talis eſt quæ exuberat communem aliorũ uitam & probitatem, ut quia ſit uir rogatæ ſanctimoniæ uel alias legaliſſimus, & multum ſpectatæ fidei. ita loquitur Do. Ant. & ita loquuntur omnia adducta per Iaſ. in d. l. admonendi, & per Feli. in c. ſuper his, de accuſ. col. fi. & in c. cauſam, quæ. de offi. deleg. in c. litteras, col. 3. de teſti. non credo autem probatum fuiſſe, quod uita & fides huius teſtis excedat communes mores aliorum uirorum, nec quod talis ſit quod in eo ceſſet omnis ſuſpitio, quo fit ut cum ſit talis naturæ & uitæ, ſicut communiter ſunt alij cõpatres, non ueniat in ſupplementum deferendũ iuramentũ.

Reſponſum decimum quintum eſt ut ſupra impreſſum ſub nu. 515. incip. 3. & decimum ſextum ſub num. 52. incip. petit curatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vxor non cogitur teſtimonium dicere contra maritum, cum ſit una caro, & unum corpus, & ſocij diuinæ domus, etiam uolente marito niſi in ſubſidium. & nu. 4.*
2 *Probationes de domo rei ſumere nimis eſt graue.*
3 *Teſtimonium contra ſe ipſum quis dicere non cogitur.*
5 *Vxor eſt quaſi domina bonorum ſui mariti, & inter eos debent eſſe communia omnia infortunia & proſpera.*
6 *Matrimonij concordia non eſt turbanda, etiam ſi de fauore patris agitur.*
7 *Iuramentum non eſt deferendum ueriſimiliter deieraturo.*
8 *Metus mariti eſt iuſtus.*
9 *Vxor aduerſus maritum teſtimonium dicere non cogitur.*

RESPONSVM XVII.

1 DOleo non mediocriter q̃ ſero mihi redditæ ſint literæ ueſtræ, ita q̃ nõ
potuerim in tempore fortaſſis ſatisfacere petitioni & deſiderio ueſtro: heri enim Phœbo fugiẽte redditæ fuerunt. Reſpondebo tamen breuius
quàm potero conſultationi in cauſa Vgheti nõ amore, quo
1 eũ proſequor, impulſus, ſed ueritate adhortatus dico, † uxorem ipſius Vgheti contra ipſum per Ioan. Mariam de Oliua
non poſſe cogi, nec compelli ad teſtificandum, nec etiã pro
Vgheto per tex. in l. lege Iulia, & l. ſeq. ff. de teſtib. regiſtrata
in c. ſi teſtes, §. l. Iulia 4. q. 3. & firmat Pan. in c. In literis, ad fi.
extra de teſti. bene facit tex. in §. parentes, 4. q. 3. & quod dixit glo. in c. 1. 3. q. 5. & ego comprobo concludentibus, ut ar
2 bitror, rationibus. Primo, † quia nimis graue eſt probatio-
3 nes quærere de domo rei, l. nimis graue, C. eo. tit. & † quia
non cogitur contra ſe ipſum teſtimonium perhibere, cũ per
4 ſe ſibi ipſi non etiam credatur, l. omnibus, C. eo. ti. † Maritus autem & uxor, una caro unumq́; corpus reputantur, dicunturq́; ſocij diuinæ humanæq́; domus, l. aduerſus, C. de cri.
5 expil. hær. l. 1. ff. de ritu nu. dicaturq́; † uxor, quaſi domina bonorum ſui mariti l. 1. ff. re. amot. & inter coniuges cuncta infortunia proſperaq́; debent eſſe communia, l. ſi cum dotem,
6 §. ſi autem in ſeruiſſimo, ff. ſolu. mat. Secundo, quia † concordantia matrimonia turbanda non ſunt, etiam ſi de fauore patris agatur. tanti enim leges faciunt coniugum concordiam, l. ſi. in ſi. C. de furt. l. diſſentientis, C. de repud. ratione autem teſtimonij contra maritum oriri poſſet diſcordia, & ſi qua orta eſſet augeri, ergo &c. Tertio, quia non eſt occaſio periurandi, l. 3. in princ. ff. de iureiur. l. conuenire, ff. de
7 pact. dot. Nec † deferendum eſt iuramentum ueriſimiliter deieraturo, ut not. in auth. ſacramẽta puberum, C. ſi aduer.
8 uend. uxor autem metu mariti, † qui iuſtus metus reputatur, l. 1. §. quæ onerandæ, & ibi not. per Bar. ff. quarum rerum actio nõ detur. l. fi. ff. de furt. ne incurrat indignationem ma-
9 riti ueriſimiliter periurabit, ergo &c. † quinimò etiam uolente marito non uidetur uxor cogenda, quia non ſolum mariti, ſed etiam ipſius fauore cogi prohibetur, ſecundum Bar. in d. l. lege Iulia. & licet Lud. Ro. ſing. 394. teneat uxorẽ cogi poſſe in ſubſidium, nihil tamen facit ad rem noſtram, quia in præſenti facti contingentia præſupponitur actu & habitu alios teſtes potuiſſe interuenire, quo caſu ceſſat ſubſidium, ut declarat d. Anto. de Butr. in ca. tertio loco. de proba. Panor. in ca. de cætero, de teſtib. & in c. 1. de teſti. cog. Do. Alexan. conſi. 64. colum. fina. lib. 1. Sancto Nazario Papiæ Studens.

SVMMARIVM.

1 *Subſtituto pupillariter an incumbat onus probandi filium deceſſiſſe impuberem. & nu. 5.*
2 *Filius prius mortuus præſumitur fauore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.*
3 *Probare quis debet id, quod eſt ſuæ intentionis fundamentum.*
4 *Probanda eſt cauſa excluſiua iuris, & alterius.*
6 *Doctoribus diſcordantibus, amplecti debet ſententia, per quam opiniones ad concordiam reducuntur.*
7 *Teſtatorem inteſtabilem fore dicens, tenetur probare, cum præſumptio ſit in contrarium.*
8 *Iudex in re dubia, ſequi poteſt eam ſententiam, quæ quibuſdã coniecturis probabilibus coadiuuatur.*

RESPONSVM XVIII.

REſolutio præſentis dubitationis, qua quæritur utrum filius præſumatur mortuus pubes, ita q̃ onus probandi filium deceſſiſſe impuberem incumbat ſubſtituto prætendenti locum eſſe ſubſtitutioni pupillari, difficilis eſt & periculoſa, tum quia Doctores diſcordes ſunt & uarij, tum quia in præſumptionibus
1 tota uerſatur. † Pro ſubſtituto, quod præſumatur mortuus in pupillari ætate, reſpondet Bal. conſi. incip. ex parte contingente, quem refert & ſequitur d. Ioan. Baptiſta de ſancto Seuer. in l. precibus, car. peo. C. de impub. & alijs ſubſti. Soci. conſi. 89. in cauſa agitata, colum. 4. lib. 1. Dec. in c. in præſentia, col. 26. de proba. per text. ſing. in l. ex facto, §. penul. ff. ad
2 Trebel. † ubi fauore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ prius præſumitur mortuus filius, quàm pater. ſic fauore ſubſtitutionis pupillaris, quæ longè fauorabilior reputatur, præſumere debemus filium mortuum in pupillari ætate, & illum text. ſtrictius induco. dicitur ibi, quod ſubſtitutus negans grauatum deceſſiſſe cum liberis, habet fundatam intentionem. eadem ergo ratione negans filium deceſſiſſe puberẽ, transferre debet onus probandi in aduerſarium. Confirmatur, quia ſubſtitutus dicens à die factæ pupillaris ſubſtitutionis non eſſe decurſam pupillarem ætatem, eo ipſo probat filium deceſſiſſe in pupillari ætate, quòd ex computatione cõtrarium non probatur, & de hoc faciunt quæ not. per glo. in l. cum de lege, ff. de proba. & per Bar. in l. ſi conſtante, in 1. q. primæ partis, ff. ſol. mat. & in l. decem ff. de uet. obl. & per Iaſ. laté in l. fi. §. licentia, C. de iure delib. ſed pro matre quòd non præſumatur filius mortuus in pupillari ætate, & ideo onus probandi incumbat ſubſtituto, reſpondet Bart. conſi. 56. Bart. fecit teſtamentum, & refert Pau. de Ca. in loco infra allegando, & Bald. ſibi contrarius conſi. 151. intelligo, lib. 4. & conſi. 9. factum tale eſt, quidam naues, li. 5. & conſi. 145. in cauſa, col. 6. ſecundum nouiſſimam impreſſionem. & Soci. ſibi contrarius in l. qui duos, §. cum in bello, colum. 3. ff. de reb. dub. quia pupillaris ætas eſt fundamentum ſubſtituti.
3 † ergo ipſam probare tenetur, l. de ætate, ff. de mino. l. cum de ætate, ff. de proba. glo. in c. presbyter. 78. diſtin. Bar. in l. 1. ad fi. de excep. Bald. & Sal. in l. ſi minorẽ, C. de in integ. reſt. Alexan. conſi. 149. uiſo proceſſu col. penul. lib. 5. Bald. conſi. 264. factum tale eſt, ad fi. lib. 1. Bart. conſi. 92. in quæſtione &
4 alibi ſæpe. & quia † is, qui uult aduerſarium excludere ab aliquo iure naturali, uel ciuili, ſibi competente, tenetur probare id, quod eſt cauſa excluſionis, l. ab ea parte, ff. de proba. ergo ſubſtitutus probabit, qui uult excludere matrem à lu-
5 ctuoſa hæreditate filij. Quid tenendum? Pau. de Ca. in d. §. pen. fœdere diſtinctionis concordat has opiniones, aut mater agit, & ſubſtitutus poſſidet, & tunc mater debet probare filium deceſſiſſe puberem, quia fauor poſſeſſionis, & fauor ſubſtitutionis ſimul transferunt onus probandi in matrem, d. §. pen. iuncto §. cõmodum, Inſt. de interdict. & quia hoc caſu mater agit ut excludat ſubſtitutum à iure ſubſtitutionis, & poſſeſſionis ſibi acquiſitæ, ergo ipſa debet probare id, quod eſt cauſa excluſionis, d. l. ab ea parte. aut ſubſtitutus agit contra matrem poſſidentem, & tunc quia ætas eſt fundamentum ſubſtituti agentis, debet ipſe ætatem pupillarem probare. quæ diſtinctio approbanda uidetur, & in iudicãdo
6 ſequenda: quia † ubi Doctores diſcordant in re dubia, amplectenda eſt ſententia, per quam opiniones ad concordiã reducuntur, ut per Soci. conſi. 66. fruſtra col. 7. lib. 1. ca. conſuluit. de offic. deleg. cum ſimilibus. Ego tamen in primo membro ſubdiſtinguerem, aut mater agit ad hæreditatem filij tamquàm ſibi debeatur ab inteſtato, & tunc ipſa debeat probare ætatem ſi uult excludere ſubſtitutum poſſidentem: aut agit actione ex teſtamento, & tunc ſubſtitutus, qui dicit teſtamentum nullum, quia filius deceſſit in pupillari ætate, habet ipſe probare, quia eſt fundamentum ſuæ exceptionis, ſecundum Bar. in d. l. 1. ff. de excep. & in d. conſi. 92. & bene
7 probatur in l. 2. C. de edic. diui Adr. tollen. ubi † præſumitur, q̃ teſtator teſtari potuerit, alioquin ſi præſumptio eſſet in contrarium taliter. quod transferret onus probandi in hæredem excipiẽs de inhabilitate perſonæ teſtatoris, quia ſua exceptio incontinenti iuſtificaretur. audien. eſſet, ut per Bar. in l. fi. C. eo. cuius contrarium deciditur in d. l. 2. ergo ſatis ex hoc colligitur quod dicens teſtatorem non potuiſſe teſtari, ipſe debet probare, ut etiam tenet Decius conſi. 82. colum. 2. ſi tamen aliquæ probationes eſſent factæ pro ſubſtituto, non putarem Iudicem errare, ſi contra matrem iudicaret,

ret,tum quia cõtra matrem ſimpliciter tenent Ioan. Bapt.
de Sancto Seuer.& Decius poſt Bald. quos hoc caſu ſequi-
tur Pau. de Caſt. & tenentes pro matre ſunt ſibi ipſis con-
trarij,& Bald. in d. conſi.145. loquitur quando ſubſtitutus
agit,& in d. conſi. 19. non loquitur in caſu ſubſtitutionis.
Sed quando allegatur quod mater eſt priuata ſucceſſione
filij, quia ei tutorem non petijt, quo caſu non eſt fundata
intentio opponentis,niſi filius probetur mortuus in pupil-
lari ætate, l. matres,C ad Tertul.& firmant Salv.& Corn.in
l.ſciunt,C.de legi.hær.& Bald.in addi.Specul. tit.de poſiti.
8 col.3.uerſ.pone quod Berta.† & quia in re tam dubia iudex
ſequi poteſt eam ſententiam,quæ cõiecturis probabilibus
quibuſdam coadiuuatur,& ideo in caſu occurrẽti, in quo
per teſtes probatur matrem & auiam dixiſſe filium deceſ-
ſiſſe impuberem, arbitror pro ſubſtituto iudican. eo ma-
ximè, quia facillimè mater potuiſſet probare contrarium,
cum ei ſit magis notus ortus & obitus filiæ quam ſubſtitu-
to, cum in parte de facto proprio agatur,l.fin. ff. pro ſuo.
ca.ab excommunicato,de reſcrip.

RESPONSVM XIX.

*An inſtrumentum ſumptum per Notarium excom-
municatum probet ſaltem, vbi fuit ſumptum tem
pore peſtis, uide infra de donat. ca. 9. eſt primum
Reſponſum ſub titu. de donatio. cauſa mor. & Re-
ſponſo 148. ſecundum impreſſionem Lugduni an-
ni 1564.*

*An electus teneatur probare ſe eſſe ætatis legitimæ,
an opponens, ſupra de elect. ca. 14. incip. circa pri-
mum.*

SVMMARIVM.

*1 Priuata ſcriptura ſcripta à teſtatore abſque ſubſcriptione te-
ſtium probatur uoluntas defuncti inter liberos, uel fauore
piæ cauſæ.*
*Dummodo conſtet à defuncto fuiſſe ſcriptam,& quomodo pro-
betur. nu.2. 5.& 6.*
*3 Literarum comparatio an ſufficiat ad probandam priuatam
ſcripturam fuiſſe ſcriptam ab aliquo. & nu.7.8.& 9.*
*4 Hæres tenetur adimplere contenta in ſcriptura penes Guar-
dianum fratrum Minorum exiſtente, ubi ita teſtator diſpo-
ſuit, modo appareat fore teſtatoris ſcripturam & teſtes au-
dinerint impliciè contenta in ea, ad quam teſtator ſe remiſ
ſit, & num.10.*
*6 Teſtamentum manu teſtatoris fore ſcriptum, quomodo pro-
betur.*
11 Teſtator poteſt iubere,ut detur fides priuatæ ſcripturæ.

RESPONSVM XX.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

1 FAuore piæ cauſæ † & inter libe
ros priuata cæ
dula ſcripta manu defuncti abſque ulla teſtiũ
ſubſcriptione probat uoluntatem defuncti,
qui eam ſcripſit, auth. quòd ſine, & ibi Bald.
Angel. Salv.& alij notant, C. de teſt. firmant Bar.& Pau.de
Caſt. & Aret.in l.ſi is,cui. ff. eo. tit. qui extendunt diſpoſi-
tionem d. auth.quòd ſine, etiam fauore piæ cauſæ: ſed nõ
oportebat extendere, quia ſatis clarè colligitur ex lectura
eiuſdem,dum dicitur quod libertates relictæ in tali cædu-
la debentur,& ſequitur d.Alex.in l.hac conſultiſſima, §. ex
imperfecto,C. eo.tit.
2 Et ſi † dicatur, quod iſtud uerum eſt, dummodò con-
ſtet, quòd talis priuata cædula fuerit ſcripta manu defun-
cti. Reſpondetur, quod ſatis conſtat ex depoſitionibus te-
ſtium, qui depoſuerant: quia uidetur ſibi quod cædula ſit
ſcrip ta manu prædicti Ioannis, quia cognoſcunt eius lite-
3 ras, & etiam conſtat ex comparationibus † literarum, quæ
comparatio uidetur ſufficere ad proban. quod illa ſit ſcri-
ptura dicti Ioannis per illud quod ſignanter dixit Bar. in l.
ſi ita ſcripſero, ff. de condi. & demonſtra. ubi decidit quod
4 † ſi teſtator in teſtamento dixerit, hæres meus dato eccle-
ſiæ totum illud, quod ſcriptum eſt in cædula, quam reli-
qui penes Guardianum fratrum Minorum, tenebitur hæ-
res adimplere contenta in dicta cædula, ſi per compara-
tionem literarum uel alia legitima indicia appareat,quod
ſit ſcriptura teſtatoris,& idem tenent Bart. & Moder. in l.fi.
C.de fideicom.& Bald. in l.captatorias, C. de teſtam. mili.
& Imo. in l.illa inſtitutio, ff. de hæred.inſti.& in ca.cum ſi-
bi, poſt Pet.de Ancha.colum.pen.de teſtib. & Do. Alexan.
in l.at prætor, §.ſi iudex,colum.1. ff. de re iud. & quod per
ſolam comparationem literarum ſufficiat probare quod
ſit ſcriptura manu defuncti ſcripta,tenet Cor. in d. auth. ꝙ
ſine, & conſi. 118. in hac.col.3.lib.3.
Sed præmiſſis non obſtantibus, arbitror per dictam ſcri
pturam non probari legitimè uoluntatem defuncti Ioan-
5 nis fuiſſe aliquid relinquere eccleſiæ prædictæ. quia † ad
hoc ut abſque teſtibus priuata ſcriptura probet uoluntatẽ
teſtatoris oportet conſtare quod ſit ſcriptura manu eiuſdẽ
teſtatoris: alioquin nulla ei fidem uolunt adhiberi ſecun-
dum Bald. Salv. & Pau. de Caſt. in d.auth. quod ſine, per il
lum tex. qui ponit caſum ſpecialem in cædula ſcripta ma-
nu patris teſtantis inter liberos, & ad pias cauſas, ergo ſe-
cus ſi ſit ab alio ſcripta. ſequuntur Imo. & Aret. in d.l.ſi is,
qui. ff. de teſtam.& d. Alexan. in d.§.ex imperfecto, & idem
uoluit Oldr. conſi. 112. Titius condidit teſtamentum. &
Ioan. And. in addi. Spec. tit. de inſtrumento. edi. §.compen
dioſe. verſ. quid ſi prius, quando non conſtat cædulã fuiſ-
ſe manu defuncti teſtatoris ſcriptam, omnes conſentiunt,
ꝙ talis cædula nullam meretur executionem.
Punctus ergo eſt, an ſit probatum ſufficienter quòd illa
cędula fuerit ſcripta manu teſtatoris. & mihi uidetur abſq;
hęſitatione reſponden. quod non, quia ad hoc ut dicatur
6 ſufficienter probatum, † teſtatorem manu propria ſcripſiſ
ſe, neceſſe eſt quod per confeſſionem partis, uel duos teſtes
probetur, quod fuerit ſcripta manu ipſius defuncti, de cu-
ius uoluntate agitur, ſecundum glo. in l.fina.C.fam.ercif.
in uerſ.iudicio.& in Auth.de teſtamẽtis imperfect. in uerſ.
diuiſiuè. ubi Ang.& idem firmant Bald. Ang. Raph.Fulg.
Pau.de Caſt. & Corn. in d. auth. quòd ſine. etiam ſi dica-
tur, quod conſtet per plures teſtes, qui dicũt quod iudicio
ipſorum uidetur ſibi litera Ioannis, quia cognoſcunt lite-
ras, & caracteres ſuos.
7 Et † ultra depoſitiones teſtium etiam ex comparatione
literarum uidetur ſatis conſtare, quod illa cædula continet
ſimiles literas: quia reſpondetur quod ad hoc ut per teſtes
probetur cædula fuiſſe ſcripta manu Ioannis, oportet quod
teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes, quando Ioannes ſcri-
pſit eam, aliàs non concludenter probant, ut eſt tex. in §. ſi
quis igitur, & ibi not. in Auth. de inſtr.caut. & fi. & no. glo.
magna in auth. & ſi contractus, C. de fi. inſtru. Bar. in l.iu-
da ratio. ff. de dona. & in l.admonendi. ff. de iureiu. Bald. in
auth. ſed nouo iure, C. ſi cer. pet. d. Ant. in ca. 2. de fi. inſtru.
col.4. & ita in proprijs terminis noſtris conſuluit Do.Alex.
conſi.26. ponderatis his, col. 2. lib. 3. & ibi Do. Alex. etiam
reſpondet ad comparationem literarum dupliciter.
8 Primo, † quod regulariter ſola comparatio ad plenam
probationem non ſufficit, niſi adſint teſtes, qui deponant
ſe fuiſſe præſentes, quando ſcriptura ſcripta fuit, quia fallax
eſt probatio, quæ fit per comparationem literarũ propter
peregrina ingenia hominum, qui norunt quaſcũq; literas
imitari & adulterari ut in Auth. de inſtru.cau.& fi. in prin.
& ita concludit Pan. in c.2. de fi. inſtru. col.5. poſt Iac. Butr.
in l. comparationes, col. pen. eo. tit. & ita ſentit Bar. in d. au
then. & ſi contractus.
9 Secundo, † quia ad hoc ut comparatio ſufficiat, oportet
ꝙ fiat per aliam ſcripturam eiuſdem d. Ioã. manu ſcriptã,
& à tribus teſtibus ſubſcriptam, & ꝙ duo ex illis ſaltem de-
ponant ſe uidiſſe d. Ioannẽ ſcribere illam ſcripturam, cui
ſe ſubſcripſerunt, ut dicitur in d.l.comparationes. quæ oĩa
ceſſant in occurrenti.
Vel tertio, & huic nulla cadit replicatio, reſpondetur ꝙ
ad hoc ut cædula probet ultimam uoluntatem, oportet ꝙ
duo teſtes deponant ſe uidiſſe illam ſcribi à defuncto. Nec
hoc caſu admittitur probatio per cõparationem ſm Ang.
in Authen. de teſtam. imperfectis, in princip. ut firmant

allij,quos ſupra aliegaui,& clarius d. Alex.in d.conſi.76.

10 † Nec obſtat deciſio Bartoli in dicta l. ſi ita ſcripſeto. quia in caſu Barto. teſtes deſcripti in teſtamento implicite audierunt contenta in cędula, ad quam ſe remiſit teſtator. & hac ratione Bart. ita determinauit, arg. illius tex. & ita eum ſequitur d. Alex. in d. l. ait prætor, §. ſi iudex. in caſu præſenti nulli adſunt teſtes, qui implicitè, nec explicitè interfuerint diſpoſitioni ipſius Ioannis.

Item in caſu Bart. probatur ſcriptura per confeſſionem teſtatoris,qui in teſtamento ſe ad illam retulit: in caſu præſenti non apparet de aliqua confeſſione,nimirum ſi in caſu Bart. ſufficit ſola comparatio literarum,quia talis comparatio iuuatur confeſſione teſtatoris.

11 Item in caſu Bar.† teſtator mandauit quòd daretur fides illi cędulæ, quod potuit, l.Theopõpus, ff. de do. præleg. & de mandato conſtat per inſtrumentum teſtamenti:in caſu uero pręſenti non conſtat de aliquo mandato,ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum iudicio eſt ſtandum, ubi de morbo quæritur,& nõ aliorum,etiam numero plurium.*

2 *Peritis teſtibus paucioribus, quando agitur de eorum arte,potius quàm cæteris eſt ſtandum,modo factum ſit certum. & num. 5.*

3 *Teſtibus affirmantibus, potiuſquam negantibus, eſt credendum data inter eos paritate, niſi agatur de artis peritia. & num.12.*

4 *Teſtibus contrarijs nulla adhibetur fides.*

6 *Teſtibus ueriſimiliora deponentibus magis creditur.*

7 *Leproſus in lepra confirmatus, etſi ſanari non poßit, generare tamen poteſt. & nu.18.*

8 *Lepra diffinitio.*

9 *Probatio ab effectu eſt optima.*

10 *Leproſus non odorat,nec guſtat, & eſt inſenſibilis.*

11 *Argumentum ab experientia ualidum eſt.*

13 *Morbus Neapolitanus, ſeu Gallicus,eſt ſpecies lepræ.*

14 *Lepræ plures ſunt ſpecies.*

15 *Leproſi poſſunt contrahere matrimonium, & compellere uxores ad conſumationem matrimonij, & per conſequens generare.& nu.17.*

16 *Matrimonio tria ſunt neceſſaria, ſaltem habitu & potentia.*

19 *Conditio nihil ponit.*

20 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*

21 *Vox unius, uox nullius.*

22 *Teſti unico,quamuis peritiſſimo, non creditur, etiam ſi de arte ſua agatur, minus & abiecta ac uili perſona.*

23 *Fama ortum habens ab aduerſario, non inducit credulitatẽ, nec ei iura deferunt.*

24 *Filij mariti præſumuntur ex uxore nati in eius domo, nec parentibus contrarium dicentibus creditur,etiam ſi uxor ſtaret in proſtibulo. & num.28.*

25 *Probatio in contrarium non admittitur contra præſumptionẽ iuris & de iure, niſi per confeßionem partis.*

26 *Filius naſci poteſt in nono, uel ſeptimo menſe.*

27 *Filiationis poſſeſsio acquiritur ex tractatione & nominatione.*

29 *Notarius poteſt extendere clauſulas iuxta eius ſolitum, & quid de alio Notario, quòd non fuit de inſtrumento rogatus.*

30 *Clauſula,ſi ualere non poteſt,an differat à clauſula, ſi ualere non poterit.*

31 *Verbum, poteſt, iunctum cum infinitiuo, ad futura porrigitur.*

32 *Renuncians iuri, quod habere poteſt, cenſetur renunciare iuri de futuro.*

33 *Clauſula codicillari an cenſeantur grauati liberi præteriti reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto. & nu.37.& 40.*

34 *Clauſula codicillari cenſentur grauati hæredes ab inteſtato adimplere uoluntatem defuncti, etiam teſtamento rupto natiuitate poſthumi, & nu.37.*

35 *Legata in codicillis debentur à filijs, etiam poſteà natis.*

36 *Teſtator, q mutare potuit, & non mutauit teſtamentũ ruptũ natiuitate poſthumi, an præſumatur ipſum uoluiſſe eum eadem uoluntate decedere. & nu.53.*

38 *Præſumitur patrem noluiſſe ſuæ ſoboli extraneum præferre, ac neminem uelle facere actum fruſtratorium, minus eligere uiam,per quam iudicium ſuum ſubuerteretur.*

39 *Clauſula codicillaris ſemper ineſt in teſtamento militis,quãuis non ſit expreſſa.*

41 *Donatio reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, quamuis donans iurauerit eam non reuocare aliqua ratione, uel cauſa.*

42 *Generalitas non trahitur ad caſum uerisimiliter non cogitatum. & nu.48.*

43 *Codicilli rumpuntur rupto teſtamento poſthumi nati.*

44 *Clauſula codicillaris potius ex Notariorum conſuetudine, quàm uoluntate teſtatoris ſolet apponi.*

45 *Notarius cenſetur rogatus,ut apponat clauſulas conſuetas.*

46 *Notarij ſunt ut plurimum idiotæ & ignorantes ſenſum, & intellectum uerborum.*

47 *Clauſula codicillaris operatur, ut legata cenſeantur repetita uenientibus ab inteſtato, de quibus teſtator cogitauit.*

49 *Præſumptio præſumptione ita excluditur, ſicut clauus clauo truditur.*

50 *Clauſula codicillaris per uerbum futuri temporis,ſi non ualebit, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

51 *Iudicandum eſt non multitudine auctorum, ſed ratione.*

52 *Glo. & Bar. tutiſſimæ naues ad iuris pelagus.*

54 *Teſtamentum ruptum poſthumi natiuitate, non conualeſcit niſi poſthumus præmoriatur ante teſtatorẽ, uel teſtator hoc dicat coram teſtibus.*

55 *Teſtamentum inter liberos factum coram duobus teſtibus nõ rogatis, ualet.*

56 *Fideicommiſſo ſtatim reſtituendo, una tantum quarta eſt deducenda.& nu.59.*

57 *Clauſula codicillaris an ſtatim rupto teſtamento natiuitate poſthumi præteriti operetur purum & ſimplex fideicommiſſum.*

58 *Poſthumi præteriti & grauati propter clauſulam codicillarem, duas detrahunt quartas.*

60 *Benigniora & æquiora in obſcuris ſunt præferenda.*

DE PROBATIONIBVS, & de irrito rupto teſtamento.

RESPONSVM XXI.

EX ſerie facti & proceſſus cauſæ uertẽtis inter D. de Genſono agentem ex una, ac Claudium & Vincentium minores ex altera, tria reſultant principalia dubia.

Primum, an conſtet dictos Claudium & Vincentium eſſe filios quondam D. Bernardi Forbini?

Secundum, poſito quòd conſtet eos eſſe filios prædicti quondam D. Bernar. ita quòd eorum natiuitate fuerit, & ſit ruptum teſtamentum dicti Bernar. an ipſi filij cenſeantur uirtute clauſulæ codicillaris grauati per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto?

Tertium poſita parte affirmatiua in pręcedenti,an liberi poſſint deducere legitimam & Trebellianicam?

Primum dubium habet tria capita,primum an ſit ſufficiẽter probatum quod d. Bernar. tempore cõceptionis dictorum Claudij & Vincentij eſſet leproſus?

Secundum, poſito quòd fuerit probatum eum fuiſſe leproſum, an fuerit legitimè iuſtificatum, quod ipſe uti leproſus non potuerit generare?

Tertiũ,an ex alijs deductis cõcludenter ſit ꝓbatũ ꝙ dicti filij

filij fuerint generati ex improbato coitu, & non ex d. Ber-
nar.

Ad primum videtur iudicio duorum excellentium Me-
dicorum Ludouici Saporte & Ioan. Guliel. & duorũ Cirur-
gicorum Ant. Bren. ac Ioan. de Pernei, qui curam illius per
tpa habuerunt, ſatis ſuperq; conſtare prædictũ Bernar. añ cõ-
1 ceptionem p̃dictorũ fratrũ eſſe leproſum. † Nã vbi de morbo,
quæritur, Medicorum iudicio ſtãdum vr̃, c. propoſuiſti, de
fo. compe. ca. ſignificaſti, de homicid. c. fraternitatis, de frig.
& malefi. cap. quia iudicante, de preſcrip. l. 1. ff. de uen. inſpi.
l. nemini. C. de aduo. diuer. iud. traditur per Bar. in procem.
Infort. Nec obſtat, quod teſtatio plurium teſtium contrariũ
uideatur probatum: quia reſpondetur quod teſtes, qui depo-
nunt ſuper negatiua, quod non erat leproſus, quamuis plu-
res numero ſint, non tamen ſunt periti in hac arte. & licet
ſint plures Medici, tamen non habuerunt curam dicti Ber-
nar. vnde ſuccedit dictum Spe. tit. de homi. §. 1. verſ. po-
2 ne, A. † quòd potius credendum eſt dicto Medicorum,
quando agitur de his, quæ ſpectant ad eorum artem, quàm
dicto aliorum vulgarium, quamuis alij ſint plures nume-
ro: Nam quando imperiti diſcordant à peritis, ſtandum eſt
iudicio peritorum ſecundum Bartol. in procem. Digeſt. per
text. in l. diui fratres, ff. de iure patro. & ſi inter ſe diſcordant
Medici periti, ſtandum eſt iudicio eorum, qui ſunt magis
periti. ſunt enim cæteris paribus Doctores præferendi, ſecũ
dum glo. in cap. ut ueterum, 35. diſtinctio. & ita firmat in
propoſito Felyn. in cap. propoſuiſti, in fi. de proba. ſed ut fa
ma eſt, Do. Ludouicus Saporta; & Ioannes Gulielmi ſunt
excellentiſſimi & primi Medici totius prouinciæ, & peritio-
3 res omnibus, qui in hac cauſa depoſuerint, ergo &c. † Item
cæteris paribus magis credendum eſt teſtibus affirmãtibus,
quàm negantibus, ſecundum gl. in l. diem proferre, §. ſi plu
res, ff. de arbi. & in cap. 1. de præſcrip. lib. 6. & in terminis no-
ſtris ita conſuluit do. Alexan. conſ. 148. excellentiſſimæ do-
mine, lib. 2.

Sed prædictis non obſtantibus, contrarium reſpondendũ
4 uidetur, † quia Magiſter Ludouicus, & Magiſter Ioannes
Guliel. Medici, ſunt inuicem contrarij, ergo non eſt illorũ
teſtimonium recipiendum, cap. cum tu, de teſti. l. qui falſa,
vel varia, ff. eod. Nam dominus Ludo. in ſua depoſitione
concludit, quòd d. Bernar. non erat tempore, quo uxorem
duxit, nec tempore quo balnea petijt in lepra confirmatus,
ſed ſolum ſuſpectus ne morbus Gallicus ſerpicaſſet in le-
pram, & eum ſuſpectum habebat de lepra ſeu alopecia, ſed
d. Ioannes concludit quòd erat tunc confirmatus in le-
pra ſeu alopecia item do. Ludo. deponit quod Bernar. prius
fuit ad balnea porrettiua antequam accederet ad Magiſtrũ
Ioannem, ſed idem Magiſter Ioannes deponit q nondum
fuerat, ſed quod conſuluit ei quod iret. Item d. Magiſter
Guliel. & Magiſter Ioannes de Pernei Cirurgicus, qui ſimul
curam dicti Bernar. habebãt in ciuitate Aueniom, ſibi ipſis
manifeſtè aduerſantur: quia Magiſter Ioannes Guliel. de-
ponit quòd poſt primam curam, quam prima vice habuit
cum ipſo Ioanne de Pernei, nunquam vidit, nec curauit d.
Bernar. ſed ipſe Pernei deponit quod poſtea aliquando re-
dijt ad ipſum, & ad d. Ioannem Guliel. qui d. Ioannes
Guliel. eum purgari faciebat, & ipſe Pernei faciebat opera-
tiones cirurgicales. quibus contrarietatibus ſtantibus reij-
cienda ſunt horum teſtimonia, & creden. alijs teſtibus nu-
5 mero pluribus, qui deponunt ſuper negatiua. † Nec ob-
ſtat, quod ſtandum ſit peritis in arte, etiam numero paucio-
ribus, quia verum ſi periti inter ſe concordant, ſecus ſi ſint
varij & contrarij per prædicta. Vel aliter reſpondeo, uerum
eſſe dummodo periti non varient in quæſtione facti, ſuper
quo ferunt iudicium à depoſitionibus aliorum: nam ſi alij
numero plures aduerſentur peritis in qualitatibus & circũ-
ſtantijs facti, ſtandum eſt teſtibus, qui ſint plures numero, c.
in noſtra, de teſti. nam ad hoc ut iudicium peritorum ſit
certum, oportet quod etiam factum ſit certum, l. ſi ex plagis,
§. in cliuo capitolino, ff. ad leg. Aquil. & quatenus agitur de
quæſtione facti, artis peritia non perpenditur, l. ſi arbitro, &
ibi not. ff. qui ſatiſ. cogan. in propoſito duo Cirurgici & Me-
dici deponentes d. Bernar. ante contractum matrimonium
cum d. Melchiona iam incidiſſe in lepram, aſſignant cauſas
& rationes conſiſtentes in facto, videlicet quia habebat ma-
nus contractas, adeo quòd non poterat cibum ori porrige-
re, nec panem incidere: & quia habebat plagas in facie, &
quia erat factus extenuatus & macilentus, &c. Contrarium
autem deponũt 12. teſtes producti pro parte liberorum, qui
concorditer deponunt quòd d. Bernar. ante contractum ma
trimonium, & ante natiuitatem liberorum, & poſt, erat ſa-
nus habens manus mundas & ſanas, bibens & comedens, &
ſcribens ſuis manibus, & itinerans ſuis pedibus, & in hoc
quod haberet manus ſanas & mundas & iret equeſter, & pe-
deſter, quia factum continet, ſtandum eſt ut dixi teſtibus nu
mero pluribus. Præterea etiam ſunt plures Medici, qui de-
ponunt quod d. Bernar. non patiebatur lepram, ſed mor-
6 bum Neapolitanum. † vnde peritis diſcordantibus, ſtãdum
eſt illis, qui deponunt veriſimiliora, & aptiora negotio, de
quo agitur. l. ob carmen. §. fina. ff. de teſti. ca. licet enim, de
proba. hi autem, qui deponunt quod d. Bernar. non erat
leproſus, ſed Neapolitanus, deponunt uериſimiliora, &
negotio aptiora, quod ex pluribus deducitur. nam ſi d. Ber
nar. ante contractum matrimonium habuiſſet contractas
manus & plagas in corpore & iam confirmatus in lepra, ut
teſtantur Magiſter Ioannes Gulielmi, & duo Cirurgici, nũ-
7 quam fuiſſet à contractione & plagis liberatus, † cum lepro
ſus in lepra confirmatus ſanari non poſſit ſecundum regu-
las phyſicales, quod ipſi etiam Magiſter Ioannes Gulielmi
& Cirurgici fatentur. verum ex depoſitionibus plurimorum
teſtium conſtat, quod tempore contracti matrimonij & na-
tiuitatis filiorum, & etiam poſt habebat manus mundas &
ſanas, quarum officio fungebatur bibendo, comedendo &
ſcribendo. ergo ſequitur quod à contractione fuit liberã-
8 tus. Item conſtat, quod non erat leproſus ab effectu, † nam
lepra eſt morbus contagioſus, cap. primo, & ibi no: & per
totum, de coniugio lepro. verum uxor, liberi, familia-
res, & affines, & amici conuerſabantur cum eo, & tamen
9 nullus contaminatus fuit tali morbo, ergo &c. † probatio
enim quæ ab effectu iuſtificatur, optima eſt, & cæteris con-
cludentior, l. unica, §. licèt & ſi quis homini. C. de Lat. lib.
toll. & in Auth. de nup. §. quod eis. Item ſecundum regulas
10 Medicorum † leproſus eſt inſenſibilis, non odorat, non gu-
ſtat: ſed hic ſentiebat ſi pungebatur, odorabat, guſtabat, be
ne comedebat, bibebat, dormiebat uti ſanus, vt conſtat ex
depoſitionibus 12. teſtium. ſequitur ergo quòd non erat le
proſus, aut ſaltem non erat in lepra confirmatus: alioquin
non potuiſſet talia peragere, cum ex cauſa mala & morboſa
ſequantur effectus mali & morbo conuenientes. l. 2. §. fina.
& l. ſequen. ff. de dona. l. fina. C. de prædijs curia. lib. 10. l. ob
quæ uitia, § primo ff. de ędi. edi. cum ſimilibus. Nec hi, qui
eum in lepra confirmatum iudicarunt, moueri debuerunt
ad ita iudicandum ea ratione, quòd plagas haberet ſub ocu
lo, & naſum exulceratum: quia etiam plures, qui morbum
Neapolitanum patiuntur, exulcerationes tales & longè ma
11 iores habent. † ut docet experientia à qua licet arguere, cle-
men. diſpendioſam, de iud. ca. commiſſa, de electio. in 6. &
ita teſtatur excellens Phyſicus Do. Leonardus Serra, & plu-
res ego quoque uidi Neapolitano morbo plagoſos, qui ta-
men leproſi non erant. Magis igitur hoc loco credendum
mihi uidetur Medicis & teſtibus, qui deponunt negatiuam,
ſcilicet quod d. Bernardus non erat leproſus, quia ueriſimi-
liora & negocio aptiora deponunt. Nec obſtat, quòd ma-
12 gis credatur teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua, † quia
fallit in teſtibus deponentibus de artis peritia. in iſtis
enim tantum creditur negantibus quantum affirmantibus:
imo magis creditur negantibus, ſi aptiora negocio depo-
nant, uel ſi rationem adducant magis uerisimilem, ſecun-
dum Nico. de Neap. in l. prima, per illũ tex. ff. de uen. inſpi.
quem refert & ſequitur Felyn. in cap. in noſtra, colum. 2. de
teſti. Nec mihi ſuccenſeat Magiſter Ioannes Gulielmi re &
fama maximus Phyſicus, & Cirurgi, qui ei aſſentiunt dicen
tes d. Bernar. ante contractum matrimonium iam eſſe in le
pra confirmatum, quia pace ipſorum conſtat ex præmiſſis
eos errore lapſos. nec mirum, nam & Galenus in ſemet-
ipſo errauit de colida ad iliacam, ut refert Neuiza. in Silua
nup. fol. 132. ſic etiam errare potuerunt iſti de morbo Nea-
13 politano ad lepram, & eo maximè † quod morbus Neapo-
litanus accedit lepræ: imo ſecundum aliquos phyſicos eſt
ſpecies lepræ teſte prædicto d. Leonar. qui in depoſitione
ſua clariſſimè declarat. & propterea prudenter dixit Ma-
gnificus Magiſter Lud. Saporta, qui depoſuit quod morbus
Neapolitanus facilè poteſt ſerpicare, & ſerpere in lepram,
& ea ratione a prin. habuit eum ſuſpectum de lepra, quæ di
14 citur alopecia. † Sunt enim lepræ plures ſpecies, quas refert
glo. in cap. voluiſſem inique. in verbo, lepra. de pœniten.
diſtin. prima.

Sed poſito quòd d. Bernar. ante conceptionem & na-
tiuitatem dictorum liberorum leproſus fuiſſet, diſcutiamus
an potuerit generare ſecundum iura noſtra canonica & ci-

15 uiſta? Reſpondendum eſt quòd ſic, † nam & leproſi con-
trahere poſſunt matrimonium, & ſi poſt contractum ma-
trimonium ſuperuenerit lepra, poſſunt uxorem ad cõſumma-
tionem eiuſdem compellere, cap. 2. & cap. fina. de coniug.
lepro. quod matrimonium contrahere non poſſent, neque
vxorem ad conſummandum cogere, ſi forent impotentes ad
16 generandum. eo. tit. de frig. & malef. † Ad ſubſtantiam enim
matrimonij ſunt tria neceſſaria ſaltem habitu & potentia,
ſcilicet proles, fides, & ſacramentum, cap. omne itaque, 27.
quæſt. 2 & cum certum eſt alterum deficere, maxime gene-
randi potentia, & ſic ſpem prolis, matrimonium non ua-
let. cap. primo, & ſecundo, de frig. & malef. cauſa enim
prolis principaliter inuentum eſt matrimonium, cap. tua
nos, & ibi not. de ſponſa. & ſi obijciatur quod contrahens
ſciens matrimonium cum impotenti, non poteſt petere
ſeparationem, c. conſultationi, de frig. & maleſi. iſtud cõce
do, ſed tñ non cogitur præſtare debitũ, vt ibi deciditur: nam
17 talis cogitur uxorem habere, ut ſororem, † uerum leproſo
cogitur uxor debitum reddere, d. c. 1. & ca. ſi quis uxorem,
18 & ca. uxorem. 32. q. 5. ergo † vt quod nõ eſt impotens, & ita
etiam tenent Medici. & ſi leproſus ſit in lepra confirmatus,
etiam ſi ſit leproſus lepra leonina, ut deponunt quatuor Me
dici examinati pro parte liberorum, & etiam probatur ab
experientia, de qua deponunt 15. uel 16. teſtes. Nec obſtat
depoſitio Magiſtri Ioannis Gulielmi: quia ſi rectè legatur
& examinetur, apparebit quod non ſeruit in propoſito caſu,
19 quia ipſe reſpondet † ſub conditione, q̃ nihil ponit, l. ſi quis
ſub conditione dandorum, ff. ſi quis omi. cau. teſta. inquit
enim quod ſi membra non poſſunt delegare materiam ſper
matis ad teſticulos propter morbum lepræ, tunc leproſus ge
nerare non poteſt. dicunt autem membra non poſſe dele-
gare materiam ad teſticulos, quãdo totum corpus eſt areſa-
ctum & conſumptum. & in hoc uerum dicit, quia tunc infir
matus lepræ eſt in ſtatu, ſed Do. Ioannes Gulielmi non di-
cit quod corpus d. Bernar. eſſet areſactum & extenuatum to
tum. ſed reſpondet ſub conditione per hęc uerba. ſi ergo iſte
de quo ſit quæſtio ſit præter naturam extenuatus & conſum-
ptus. Et iterum interrogatus ſi d. Bernar. eſſet in tali quali-
tate, quod non poſſet generare, reſpondet quòd ſic, exiſten-
te areſactione & conſumptione totius ſui corporis. Ecce
quod reſpondet per ablatiuos abſolutos, ſcilicet exiſtente
20 areſactione & conſumptione totius corporis. † qui ablatiui
reſoluuntur in conditionem, ſi corpus ſit areſactum, &c. l.
euictis agris, ff. de euict. l. ab emptione, ff. de pactis. &
not. in rub. ff. ſolu. mat. ubi latè Mod. & dato quod ipſe dice
ret, quod d. Bernardus eſſet impotens ad generandum,
21 non tamen de eo curandum, cum ſit ſolus, † & uox unius,
22 uox nullius. l. iuriſiu. C. de teſti. † non enim creditur uni ſo-
li, etiam artis peritiſſimo, etiam ſi de iudicio artis ſuæ aga-
tur d. ca. ſignificaſti. ubi Doc. de homi. traditur per Bart. &
Bal. in procem. Digeſtorũ. & per Feli. in d. c. propoſuiſti, uerſ.
ſecunda concluſio.

Circa tertium caput, an ex alijs deductis & productis per
do. de Genſono fuerit iuſtificatum, quòd Claudius & Inno
centius ſint generati ex uero adultero, & non ex d. Bernar.
marito, non eſt multum inſiſtendum, quia nihil probatum
fuit, niſi quod Melchiona mater eſt diffamata de adulterio,
& quod procreauit unum baſtardum ex barbitonſore præ-
dic. d. Bernar. & licèt Claudia Raymonda nutrix dicti
Claudij deponat quod dictus barbitonſor de nocte accede
bat ad lectum d. Melchionæ, & cum ea ſtabat per quatuor
horas & quod uidit ſemel eum ſubagitantem dictam Mel-
chionam in coquina. ex hoc tamen non ſequitũ concludens
probatio. quod dicti Claudius & Vincentius ſint filij ipſius
barbitonſoris, & non mariti: tum quia Claudia nutrix, eſt
unica & ſingularis teſtis tum quia uilis eſt, & abiecta perſo-
na, ideo non probat, l. 3. ff. de teſti. not. Spec. eo. tit. § primo,
uerſ. item quod eſt uilis, tum quia probatum fuit de bona
fama cui magis ſtandum eſt. ſecundum Bald. in l. fina. col.
7. ff. de ferijs. & in l. diuus, ff. de mili. teſta. & Panor. in cap.
cum in tua, de ſponſa. cum concord. auctoritatibus, quas
congerit Felyn. in ca. cum contingat, colum. prima, de re-
23 ſcrip. † & quod diffamatio ortum habuit ab aduerſario, qui
talia ſeminauit in populo. ut hac uia poſſet auferre hæredi-
tatem ab ipſis liberis, cui famæ ortum habenti ab aduerſa-
rijs iura non deferunt, ſecundum Bartol. in l. miles, §. mu
lier ff. de adult. & in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſtio.
24 † tum quia prædicti liberi nati fuerunt in domo mariti co-
habitantis cum uxore vicinis ſcientibus & atteſtantibus, quo
caſu præſumuntur filij mariti, l. filium diffinimus. ff. de his,
qui ſunt ſui, uel alie. iur. quæ præſumptio eſt iuris & de iu-
re, adeo quod non etiam crederetur Melchionæ matri, nec
d. Bernardo confitentibus filios fuiſſe generatos ex adulte
rio, ſecundum Bartol. in d. l. filium diffinimus, & Cyn. in l. ſi
vnus, C. de nup. Bald. in l. neque profeſſio, C. de teſt. & con-
ſilio 74. uerba Do. Cyn. lib. primo, Panor. & alij in cap. offi-
cij, de pœniten. & remiſſ. & uoluit glo. in l. ſi poſthumus,
in uerbo, probetur. ff. de libe. & poſthum. & Bartol. in l.
prima, §. ſi quis, ff. de Carb. edic. Panor. & Moder. in ca.
per tuas, de proba. etiam ſi plenè probatum foret, quod à
barbitonſore, uel alio adultero Melchiona mater fuerit
cognita, ut eſt caſus ſing. in l. miles, §. defuncto, ff. de a-
dulte. etiam ſi ipſi filij eſſent nati extra domum, ſecundum
Panorm. t. in d. ca. officij, & traditur per Pau. de Caſt. conſi.
275. ſuper primo, col. fina. ubi dicit quod ſi tempore conce-
ptionis maritus conuerſabatur cum uxore, adeò præſumun
tur filij ex eo concepti, quòd non admittitur probatio in cõ
trarium, niſi per confeſſionem ipſorum filiorum, quia con
feſſio non eſt probatio propriè, ſed releuamen ab onere
25 probandi: † & quia contra præſumptionem iuris & de iu-
re nulla admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis,
ut no. in authen. ſed cum neceſſe, & in corpore unde ſumi-
tur, C. de inceſt. nup. & etiam ſi maritus ſtetiſſet abſens ab
uxore per plures menſes, modo tempore conceptionis præ
26 ſens fuerit habita conſideratione † nouem, uel ſeptem mẽ-
ſium, quo naſci poteſt partus ſecundum Bald. in l. ſeptimo
menſe, ff. de ſta. hom. ſequitur Decius in cap. per tuas, co-
lum. 2. de probatio. verſ. tertius eſt caſus. quæ omnia no-
toria comprobantur, ſi maritus partum agnouit, ut in caſu
noſtro: nam d. Bernar. hos liberos ſuſcepit, ut ſuos aluit,
educauit, filios nominauit, & tractauit, & denique hære-
des eſſe uoluit, ut ex atteſtationibus luculenter apparet.
27 † tractatus enim & nominatio, conſtituunt liberos in quaſi
poſſeſſione filiationis, in qua ſunt manutenendi, donec con
trarium probetur ſecundum Bar. in l. prima, §. idem per
contrarium, ff. de lib. agnoſcen. & ſtandum eſt nomina-
tioni, donec contrarium iuſtificetur, ſecundum glo. in cap.
Michael, de filijs presby. quod ſine dubio uerum eſt, quãdo
cum nominatione concurrunt aliquæ aliæ coniecturæ, ut
eſt caſus in d. cap. per tuas, ubi Mod. & traditur per do. Ale
xand. in d. l. neque profeſſio. & per Bald. & Sali. in l. non epi
ſtolis, C. de proba. fortius dixit Neuiza. in ſua Sylua nup.
28 carta 10. colum. 3. † quod filius præſumitur eſſe mariti, etiã
ſi uxor ſtaret in proſtibulo, & ibi adducit uaria conſil. & au-
thoritates, quæ hic pro inſertis habeantur, & ex his remanet
reſoluta prima dubitatio.

Venio nunc ad ſecũdum, in quo uerſatur potiſſima pars
totius controuerſiæ. Iſtud etiam habet plura capita. Pri-
mum, an uirtute huius clauſulæ. hoc eſt meum &c. potue-
rit fieri extenſio dictæ clauſulæ modo, quo facta reperitur.
Secundum, an ſtandum ſit prothocollo, in quo clauſula co-
dicillaris eſt concepta per uerbum præſentis temporis, ſi ua
lere non poteſt: aut exemplo, in quo clauſula concipitur
per uerbum futuri temporis, ſi ualere non poterit. Tertium,
an attentis raſuris & interlineaturis repertis in prothocol-
lis ſuper prædicta clauſula, & attentis alijs prothocollis, in
quibus clauſula concipitur per uerba præſentis temporis, ſi
ualere non poteſt cenſetur probata cõſuetudo Notarij ita,
quod clauſula ueniat concipienda per uerbum præſentis
temporis. Quartum, an in propoſito interſit, an clauſula fue
rit concepta per uerbum, poteſt. uel per uerbum, poterit.
Vltimo poſito quod clauſula ſit concipienda per uerbum
futuri temporis, an talis clauſula operetur quod filij præte-
riti cenſeantur grauati per fideicommiſſo reſtituere hæ-
reditatem hæredi ſcripto. hæc omnia dubia uideo in pro-
ceſſu & in themate ad me tranſmiſſo fuiſſe deducta. Cir-
29 ca primum caput reſpondeo, † quod illemet Notarius qui
fuit de inſtrumento teſtamenti rogatus, potuit extendere
illam clauſulam ad longum, iuxta ſolitum ſtilum ipſius
Notarij ſecundum Specul. titu. de inſtrum. edi. §. oſten-
ſo. verſ. ſed nunquid imbreuiatura. Panor. & alij in cap.
cum p. Tabel. de fide inſtrumen. Bald. Angel. Imo. Alexan.
& Mod. in l. Gallus, §. idem credẽdum. ff. de libe. & poſthu.
Sed an alius Notarius ſubrogatus poſſit extendere, eſt ma-
gnum dubium. Spec. in d. §. oſtenſo. do. Anto. & Pan. in d. c.
cum p. Tabel. etiam uoluerũt, q̃ poſſit extendere. contrariũ
tenent Bar. & communiter Legiſtæ in d. §. idem credendũ.
Iaſ. autem & Mod. cõcordant opiniones, aut ſubrogatus No
tarius uult talẽ extenſionẽ facere ſecundum conſuetudinẽ
Notarij, in cuius locum fuit ſubrogatus, & non poteſt iſtud

facere abſque Iudicis mandato, aut uult extenſionem fa-
cere,& clauſulas conſuetas communiter apponi per omnes
notarios illius loci: & tunc poteſt. ſuper qua diſt. non inſi-
ſto, quia ut intelligo, Notarius qui extenſionem fecit, eſt
Notarius originalis,& non ſubrogatus. Circa ſecundum,
& tertium, fruſtratorium eſt ſubſiſtere, quia à quarto capi-
30 te omnia pendent, † & ideo uideamus an interſit inter clau
ſulam,ſi valere non poterit, & clauſulam, ſi ualere non po-
teſt. & quatenus ad rē noſtram attinet, nihil puto intereſſe,
31 † quia verbum, poteſt, licèt ſit præſentis temporis, iunctum
tamen cum infinitiuo, etiam ad futura porrigitur, l. ſi ita
quis. ff.de lega.ſecundo, & ita in ſpecie determinat Bartol.
in l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.colum. pen. & facit, quod
noluit Bart.in l.qui Romæ, §.duo fratres, ff.de uerbor.obli.
32 in 6. quæſtione.vbi concludit, † quod renuncians omni iu
ri,quod habere poteſt.cenſetur etiam renunciaſſe iuri de fu
turo: hinc conſuluit do.Alexan. conſi. 31. ponderatis his,
colum. fina. lib.3. quod teſtator legans tertiam partem bo-
norum de quibus teſtari poterat,cenſetur etiam legaſſe ter-
tiam partem bonorum,de quibus teſtari potuit poſtea,licèt
tunc de eis teſtari non poſſet: & bene ſeruit quod conſuluit
Bald.conſi.38 r.quæſtio ſubtilis,lib. 3. poſſem plura ad iſtud
propoſitum hic aggregare,quæ cōſulto omittenda duxi, ne
verboſa noſtra ſit conſultatio. Transeo itaque ad ultimum
caput, quod eſt principale, à quo dependet uis præſentis cō-
trouerſiæ,iſte eſt arduus & difficilis paſſus, & ideo aperien-
33 di ſunt bene oculi. Videretur dicendum, † quòd per clauſu-
lam codicillarem conceptam per verba habentia tractum
in futurum cenſeantur grauati liberi præteriti reſtituere hæ-
34 reditatem hæredi ſcripto, † nam ea eſt natura huius clauſu-
læ. ut cenſeantur uenientes ab inteſtato grauati adimplere
uoluntatem defuncti.l.eam quam, & l.ex teſtamento, C.de
fideicom.l.ex ea.& ibi glo.ff.de teſtamentis, & hunc effectū
operatur,etiam teſtamento rupto natiuitate, l. generaliter,
§.ex teſtamento.ff.de fideicom. libert.

Secundo, pro hac ſententia facit alia vrgens ratio. Nam
quando clauſula codicillaris fuit concepta per uerba habē-
tia tractum in futurum, ut ſi ualere non pōt, qđ idem eſt, ac
ſi eſſet dictum,ſi non ualet,uel non ualebit,ut ſupra oſtēſum
fuit. ſatis apparet quod teſtator cogitauit,ſaltem in genere,
de inualiditate & ruptura teſtamēti, quæ fieri poteſt propter
natiuitatem poſthumorum. Quando autem conſtat teſta-
torem ſaltem in genere cogitaſſe de poſthumis,clauſula co-
dicillaris omnino operatur ſuum effectum, l.qui iure mili-
tari,ff.de teſta.milit.

Tertio facit text.in l.ſi quis tamen teſtamentum, & l.ab in
35 teſtato, ff.de iure cod. ubi † legata in codicillis debentur ēt
a filijs poſtea natis.& ita tenent Iaco.de Belui. & communi-
ter alij antiqui,in l.prima,ff.de iur.codi.& ita conſuluit Ol-
dra. conſi.149.ſuper prima. ſequuntur Ioan.de Imo. in l. fi-
lio præterito. colum.8.ff.de iniuſto rup.irritoq; teſtamento,
Bald.Fulg.& do.Alexan.in authen.ex cauſa, C.de lib.præte-
ritis.& ibi do.Alexan.atteſtatur,quod iſta eſt communis Do
cto.ſententia.& idem conſuluit ipſe Alexan. conſi.123.col.
penul.lib.1.& latius conſi.142.circa primum,lib.2. & conſi.
30. ponderatis.li.3. vbi dicit hanc opinionem proculdubio
36 tenendam † eo caſu, quo poſt natiuitatem poſthumorum,
teſtator tantum ſuperuixit, quod potuit mutare teſtamen-
tum, & tamen non mutauit. tunc enim uidetur ſatis con-
ſtare, quod teſtator voluit cum eadem uoluntate decedere
argumento l.tractabatur,ff.de teſtamento mili.& hanc opi
nionem in terminis, quando teſtator potuit poſt natiuitatē
filiorum mutare teſtamentum, & non mutauit, ut in caſu
præſenti,dicit veriorem Pau.de Ca.in l.1. C.de poſthu. hęr.
inſti. & conſi.58.præclarus,& conſi.ſequen.do.Iaſ.in d.auth.
ex cauſa,in vltima charta.do.Philip.Corn.conſil.225. ante-
quam aggrediar,lib. 3. & hanc opinionem ſequuntur etiam
nonnulli alij, quos referunt Alexan.& Mod.in d.authen.ex
cauſa.

37 † Sed ego ſemper credidi,& nunc maximè ſecundum ea
quæ proponuntur,credo per clauſulam hanc codicillarem,
poſthumos ignoranter præteritos nō uideri ullo modo gra
uatos reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto. & ut ueritas
paucis eluceſcat, præmitto quod in dubio teſtator non præ
ſumitur cogitaſſe de poſthumis naſcituris ab eo præteritis,
quia ſi de filiis poſthumis cogitaſſet,non eſt credendū,quod
38 eos præteriiſſet,duplici ratione. Primo quia † non eſt præſu
mendum, quod uoluerit extraneum ſuæ ſoboli præferri, l.
cum auus, ff. de condi.& demonſtra.l.cum acutiſſimi.C de
fideicom.l.generaliter,§.cum autem, C. de inſt. & ſubſti. l.
penul.ff.de iure codi.Secundò,quia ueriſimiliter eos in ali-
quo inſtituiſſet, ne eorum præteritione teſtamentum irri-
tari contingeret,cum nemo præſumatur uelle facere actum
fruſtratorium, nec eam uiam credatur quiſpiam elegiſſe,
per quam poſſit ſuum iudicium ſubuerti, l.3.ff.de teſtamen
to mili.punctus ergo in hoc conſiſtit, an propter clauſulam
codicillarem liceat nobis coniecturam facere, quod teſta-
tor cogitauerit de poſthumis,& ruptura teſtamenti ob poſt-
humorum natiuitatem. Doctores præallegati concludunt,
quod ſic modo clauſula fuerit concepta per uerba futuri tē
poris, uel habentia tractum in futurum. Ego aliter ſentio,
& quēlibet,qui rerum calleat experientia, idem mecum ſen
tire arbitror, rationibus ſubſequentibus.

39 Primo, † quia in teſtamento militis ſemper ineſt clauſu-
la codicillaris, etſi non ſit expreſſa,l.militis codicillos.§.mi
les in ſupremis,ff.de teſtamen.mili.& in l. ſi cum uel in ute-
40 ro, C. eo.ti. † & tamen,ſi militi ex inſperato naſcatur filius,
rumpitur teſtamentum militis, nec filius creditur grauatus
onere fideicommiſſi virtute clauſulæ codicillaris à lege ſub
intellectæ,l.ſicut certi.C.de teſtamen.milit. ex quo licet con
iecturari, quod miles non cenſetur cogitaſſe de poſthumis,
etiam in genere, alioquin ſuſtineretur eius teſtamentum,
l.qui iure.ff.eo.ti.

41 Secundo pro hac ſententia facit, † quia iurans non reuo-
care donationem aliqua ratione uel cauſa, non creditur iu-
raſſe non reuocare ex cauſa ſuperuenientiæ filiorum ſecun-
dum Bald.in l.prima,in ultima quæſtione, C. de inoffi. do-
na. nec obſtat,quod iurans potuerit cogitare etiam cauſam
natiuitatis filiorum, quæ etiam includi videtur ſub illis
42 verbis generalibus,aliqua ratione uel cauſa, † quia generali
tas nunquā trahenda eſt ad caſum ueriſimiliter cogitatū,
l. fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahen.emp.reg.in generali,
de reg.iur.lib.6.l.obligatione generali,ff.de pig.

43 Tertio, † rupto teſtamento natiuitate poſthumi, rumpun
tur codicilli, l. 1. C. de codi. ergo etiam rumpetur effectus
clauſulæ codicillaris in eodem teſtamento appoſitæ. licèt
enim propter hanc clauſulam teſtamentum conuertatur
in codicillos, non tamen conuertitur uoluntas teſtatoris,
quæ fuit non anteponere extraneum filijs naſcituris, quos
non præteriiſſet,ſi de ipſis cogitaſſet.

Quarto, non arbitror ſuper hac clauſula, faciendum ul-
44 lum fundamentum, quantum ad terminos noſtros, † quia
ſolet apponi ex conſuetudine Notariorum, non ex ordina-
tione, & intelligentia teſtatoris,ut dicit Bar. in l.1. in 6.q.ff.
de iure codi. & probatum fuit per plures Notarios, qui in
huiuſmodi cauſa teſtamentum prohibuerunt,& qui uerita-
tem amauerit fatebitur ore rotundo teſtatorem, qui nō ſit
maximus legum uertex, nunquam cogitaſſe quòd hæc clau
ſula operetur hunc effectum, cum & Doctores de ipſo effe-
ctu dubitent, & inter ſe contendant & plures ſint authorita-
te maiores quos ſtatim referam, qui teneant hanc clauſulā
operari aliquem effectum. quotiens præteritione poſthumi
ignoranter præteriti irritatur teſtamentum. Nec obſtat ſi di-
45 catur,ut dicebat Imo.in d. l. filio præterito. † quod teſtator
cenſetur mandaſſe Notario,quod apponat clauſulas cōſue-
tas. l. fi.C.de fideiuſſo.quia eſto quod ita ſit, non tamen ſe-
quitur quod teſtator intelligeret effectum clauſularum. Et
ſi dicatur, quod Notarius vulgarizat ipſam clauſulam corā
teſtatore. Reſpondetur quod iſtud probandum fuit,quia fa-
ctū eſt: & ubi probatum foret, reſpondetur quod non ſequi-
tur propterea. quod teſtator intelligeret uim & effectū clau-
ſulæ uulgarizatæ,cum ipſi Notarij uulgarizantes non intel-
ligant uirtutes & effectus ipſius clauſulæ, ut fatentur quàm
plures Notarij in cauſa examinati,qui concorditer aſſerunt
ſe non intelligere quid differat clauſula codicillaris conce-
pta per uerba futuri temporis à clauſula concepta per uerba
præſentis temporis,quod ab experientia iuſtificatur. ſunt.n.
46 † Notarij ut plurimum idiotæ, ignorantes ſenſum & intelle
ctum uerborum,c.1.de no.for. fid. & ita atteſtatur Cępo. in
tracta.de ſimu.contract.in 8.præſumptione. & ſi leuia & fa-
cilia ignorant, quid dicemus in noſtro caſu,in quo maximi
& ſupremi Doctores hæſitant, & uariant? & hanc opinio-
nem tenet glo.in d. authen.ex cauſa,C.de lib.præte.& ſequi
tur idem Bart.legendo & conſulendo, uidelicet in d. auth.
ex cauſa. & in d.l.filio præterito,& in d.l.prima.in 6.q. & cō
ſil. 118.uidetur illud. & conſi. 237. Lepus fecit teſtamentū.
Idem tenuit Bald. ſibi contrarius, in l. ſi totas, C. de inoſ-
fic. donat o. ubi atteſtatur ſe ita conſuluiſſe, prout con-
ſuluit conſilio 239. quia ultimus, lib. tertio, ubi dicit,
quod licèt ſemper dubitauerit, tamen ſequendam putat

opinionem Bartol. tamquàm humaniorem. & idem uo-
luit Ang. in l. denique, ff. de teſta. milit. & conſi. 36. ſtatutum
loquitur, in 3. dubio. & conſi. 118. nota eſt quæſtio. & Ale-
xan. ſibi contrarius conſi. 41. lib. 1. & conſi. 47. lib. 2. ſubijciēs
periculoſè ab hac ſententia deuiare, & idem conſuluit Do.
Fran. de Accoltis Arretinus, uir ſanè non minoris integrita
tis q̃ eruditionis, conſi. 93. & 95. Vltimò ubi non minus verè
quàm audacter ſubijcit quod opiniones aduerſantium ſunt
ſomnia uigilantium, & leges cauillantium, & hanc etiā ſen-
tentiam ſequutus fuit Card. Zab. conſ. 20. Iacobus teſtator.
& huic etiam ſententiæ adhærent Ioann. de Anan. & Ludo.
Bolog. conſi. 38. uiſis & ponderatis, & ſecundum hanc ſentē-
tiam iudicarunt duo excellentes Senatores Ducis Med. te-
ſte Iaſ. in d. auth. ex cauſa, & hanc amplexi ſunt do. Io. Bapt.
de Sancto Seuer. & Maria. Socy. teſte Aret. d. conſ. ultimo, &
ſecundum hanc ſententiam nouiſſimè conſuluit acutiſſimi
ingenij vir Bartho. Soc. conſ. 93. caſus, vigente peſte. li. 4. &
ego quoque hanc ſecutus ſum legendo & conſulendo per
prædicta, quia hæc ſententia magis conſonat rationi, &
uoluntati teſtatoris, & quia magis æqua eſt, & humana, quæ
æquitas nobis ſufficere deberet ubi ſtricto iure deficere-
mus, l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arcen. Verum, ut appa-
reant nos non æquitate ſolum, ſed etiam iure ſtricto certa-
re, libet contraria quæque diſſoluere, ex quorum reſolutio-
ne lucidior remanebit conſultatio. Non obſtat itaq; primo,
47 † q uirtus huius clauſulæ ſit repetere legata & fideicommiſ
ſa aduenientibus ab inteſtato, ut dicitur in primo fundamen
to aduerſariorum. quia verum eſt ſi loquamur de his uenien
tibus ab inteſtato, de quibus teſtator cogitauit, & ita proce-
dit tex. in d. l. generaliter, §. ex teſtamento. ſecus ſi loquamur
de filijs poſthumis, de quibus teſtator non cogitauit per ra-
tiones & fundamenta ſupra allegata, & bene probatur in l.
pen. in ratione deciden. ff. de iu. cod. Non obſtat ſecunda ra
48 tio, q † teſtator potuerit in genere cogitare de ruptura te-
ſtamenti ex cauſa natiuitatis poſthumorum quia & ſi potue
rit cogitare, tamen quia non eſt uerſimile, non creditur co
gitatum, ut dicit Bald. in d. l. 1. in ult. q. C. de inoff. dona. &
quia ſi de filijs poſthumis cogitaſſet, ueriſimiliter eos inſti-
tuiſſet in aliquo, nec eorum agnatione teſtamentum rum-
peretur. nec enim credendum eſt quod ſi teſtator uoluiſſet
hæredem ſcriptum habere hæreditatem excluſis filijs naſci-
turis, q paſſus fuiſſet teſtamentum rumpi agnatione ipſorū
filiorum, quos ſi de ipſis cogitaſſet poterat excludere per in-
ſtitutionem particularem, d. l. 3. quod cum non fecerit cre-
dendum certe eſt quod de ipſis non cogitauerit, & iſta præ-
ſumptio eſt, quæ omnibus alijs fortior eſt, ſecundum nouiſ-
ſimos in l. centurio, ff. de vulg. & pup. excludit præſumptio-
49 nē q potuerit cogitare de filijs. † ſicut enim clauus clauum
trudit, ita præſumptio præſumptionem excludit, l. diuus, ff.
50 de in integ. reſti. Vel aliter reſpondetur, q † clauſula codicil
laris concepta per uerbum futuri temporis, ſi non ualebit,
debet intelligi rebus ſic ſtantibus ſecundum Io. And. in ad-
di. Spec. tit. de inſtru. edi. §. compendioſæ, verſ. pone pater.
arg. l. quod ſenius, ff. de condi. ob cauſam. nato autem filio,
res deſinunt eſſe in eodem ſtatu, ergo &c. Non etiam obſtat
tex. in l. ſi quis cum nullum, & in l. præalleg. quia intelligen-
da ſunt, quando teſtator de poſthumis cogitauit, ut proba-
tur in l. penul. ff. eo. tit. in ratione deciden. & ita etiam reſpō
det Socyn. in d. conſ. 93. Item non procedunt, quādo teſtator
feciſſet teſtamentum, quia tunc annullato teſtamento po-
ſthumi agnatione, et rumpuntur codicilli, d. l. 1. C. de codi.
Non quoque obſtat, ſi dicatur quòd opinio contraria eſt cō-
munis, à qua non eſt in iudicando & conſulendo receden-
dum, ca. ne innitaris prudentiæ tuæ, de cōſtit. & traditur per
Scrib. in c. 1. eo. tit. & per Bar. in l. cum prolatis, ff. de re iud.
quia poſſum negare quod cōtraria ſententia ſit communis,
imò Soci. in d. conſi. 93. atteſtatur quod opinio Bart. eſt ma-
gis communis & magis æqua: & certe ſi auctoritates com-
putentur, plures aut ſaltem maiores pōdere & exiſtimatio-
ne apparebunt eſſe pro glo. & Bat. Vel aliter reſpondetur, q
opinio glo. & Bar. fundetur melioribus rationibus, ideo il-
51 la præponenda, † cum non ex auctorum multitudine, ſed
ratione iudicandum ſit, l. 2. ibi, non ex multitudine, C. de ue
te. iure enucl. c. capellanus, de ferijs. & maximè quando con
tra rationem tenent glo. & Bar. ſecundum Sali. in l. traditio-
nibus. C. de pact. & Imo. in c. cum contingat, in 6. ver. de iu-
52 reiu. † Nam glo. & Bat. ſunt duæ tutiſſimæ naues, quibus tu-
tum iuris pelagus nauigamus, & in portum ueritatis redu-
cimur, ſecundum Sali. in l. prima, C. de pactis. & Curt. Se-
niorem conſi. 43. colum. 6. Non denique obſtat quòd hic

teſtator poſt natiuitatem filiorum tātum ſuperuixerit, quod
53 potuerit mutare teſtamentum. † quia reſpondetur, quod ex
hoc non ſequitur neceſſario, quod voluerit teſtamentum ſe
mel ruptum natiuitate poſthumorum renouare, tum quia
ſciebat illud eſſe ruptum decedere ab inteſtato, & ſaluo iu-
re legitimæ ſucceſſionis, l. conficiuntur, in princ. & §. primo,
ff. de iu. codi. non enim uideri poteſt teſtamētum ruptum
confirmaſſe, qui ſciebat ius legitimarum ſucceſſionum per
durare. l. ſunt, §. non uidetur, ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſolu.
Vel dato quod ex eo quod non mutauerit teſtamentum ru-
ptum, quod mutare potuit, ſuboriatur coniectura quod uo-
luerit cum eadem voluntate decedere: tamen talis conie-
cturata uoluntas non ſufficit ad inſufflandum ſpiritum te-
54 ſtamento rupto & nullo, † cum teſtamentum ſemel ruptum
natiuitate poſthumi, non poſſit cōualeſcere, niſi poſthumus
ante teſtatorem moriatur, quo caſu conualeſcit de æquitate
prætoria, vel niſi poſthumus ab hæreditate ſe abſtinuerit, l.
poſthumus, & l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. quinimò ſi
D. Bernar. expreſsè dixiſſet quod volebat teſtamentum ru-
ptum valere, non conualidaretur teſtamentum, niſi ſolenni
ter coram ſeptem teſtibus talia dixiſſet, ut probatur in l. fina.
in prin. & §. ſed quidem. ff. de teſta. mili. & traditur per Bart.
in l. ſi priore, ff. de leg. 3. & ita etiam declarat Ang. in l. idem
erit, ff. de teſta. mili. & conſi. 108. iſta quæſtio, &c. Vel aliter
& tertio reſpondetur, quòd hæc coniectura elicita ex eo
quòd teſtator non mutauit teſtamentum, quod mutare pote
rat, procedere poteſt ſolum quando in teſtamento rupto e-
rant inſtituti alij filij: ſecus ſi inſtitutus erat alius, qui non
eſſet de liberis ſecundum Bar. conſi. incipien. quidam nomi
ne Lepus. per tex. in l. 3. C. de inoff. teſta. ſumpto arg. per lo-
cum a ſpeciali, & ita reſpondit Socy. in d. conſi. 93. col. fina.
Vel aliter, iſta coniectura ceſſat in caſu noſtro, in quo appa-
ret quod d. Bernar. proteſtatus eſt quod nolebat primum
teſtamentum ruptum natiuitate filiorum locum habere,
ſubdens quod potius bona ſua igni cremanda mandaret,
quam quod eius frater ſua bona haberet. Ita teſtantur plu-
res teſtes in hac cauſa examinati, vnde in claris non debet
eſſe locus coniecturis, l. continuus, §. cum quis, ff. de uerbor.
obliga. Nec dicunt quod requiruntur ſeptem teſtes ad hoc,
vt probetur quòd uoluntas defuncti ſit à primo teſtamen-
to recedere ſecundum Bar. in d. l. ſi priore. quia uerum ſi pri
mum teſtamentum eſſet ualidum, & ageretur de probando,
quod teſtator voluerit illud reuocare: ſecus ſi teſtamentum
ſit ruptum & inualidum, & agatur de probando q teſtator
noluit illud comprobare ex eo, quod aliud non fecerit te-
ſtamentum, quia tunc non agitur de probanda mutatione
voluntatis, ſed de interpretatione coniecturatæ mentis, &
ideo ſufficiunt duo teſtes ſecundum glo. in l. hæredes palā,
§. primo, ff. de teſta. vbi Bart. & alij & do. Alexan. conſi. 75.
colum. 3. lib. 5. Præterea cum talia uerba fuerint prolata
fauore liberorum, quod ſufficiant duo teſtes, etiam ad re-
uocandum teſtamentum ualidum, ſecundum Bald. in l. hac
conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſtam. & Pau. de Caſt.
in authent. hoc inter liberos, C. eo. & conſi. 362. & Angel.
in Auth. de teſta. imperfect. §. primo, & do. Alexan. in d. l.
hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, colum. fina. & idem fir-
mat Ioan. de Imo. & Alexan. in l. ſi filius qui. colum. 4. ff.
de libe. & poſthu. & dicit Dom. Iaſ. in d. §. ſi quis autem.
quod iſta eſt communis opinio, licèt ipſe poſt Fulg. teneat
quod requirantur quinque, propter generalitatem illius §.
vnde vlterius non inſiſtam, cum non ſit à communi ſenten-
tia diſcedendum iuribus notiſſimis, maximè in caſu noſtro
in quo etiam teſtes deponunt quod d. Bernar. inſtituit fi-
55 lios ſuos caſſando & reuocando omne aliud † teſtamen-
tum, valet enim huiuſmodi teſtamentum inter liberos, etiā
coram duobus teſtibus factum, d. §. hoc inter liberos. etiam
quod illi duo teſtes non fuerint rogati ſecundum glo. in l.
fina. C. de codi. Ang. Pau. Alex. & alios communiter in d. §.
ex imperfecto, Bald. Sal. & Fulg. in authen. quod ſine, C. de
teſtamen.

Circa tertium & vltimum principale dubium, ſtantibus
præmiſſis non expediret inſiſtere. vt tamen conſulentibus
plenè ſatisfeciſſe videar paucis reſpondebo. & videretur
quòd legitimam dumtaxat deducere valeant, quia com-
56 munis eſt Doctorum ſententia, † quod ſi mortuo teſtatore
ſtatim fideicommiſſum ſit reſtituendum, vnà tantum quar
ta ſit deducenda, vt tenent Bar. & alij in l. quāquam. C. ad le.
Falc. Panor. & communiter Cano. in c. Raynutius. & in cap.
Raynaldus, de teſta. & dicit Fab. de Giochis in authen.
nouiſſima, q. 24. C. de inoff. teſtamento, quod iſta opinio ibi
ſeruatur

57 ſeruatur de conſuetudine.† Rupto autem teſtamento præte-
ritione poſthumi, ideo clauſula codicillaris operatur ſuum
effectum, & ſic operatur purum & ſimplex fideicom. illico
reſtituendum, ergo &c. & ita tenet Bartol. in l. Papinianus, §.
meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. & conſi. 20. factum ſic ſe ha-
bet. Bal. conſi. 36. proponitur, lib. 3. & conſi. 391. factum tale
eſt, eo. lib. D. Alex. conſi. 26. circa primum, col. fin. lib. 1. Con-
58 trarium, quod imo † poſthumi præteriti grauati propter di-
ctam clauſulam poſſint deducere duas quartas, tenent Pau.
de Caſt. in d. auth. ex cauſa, col. pen. verſ. ſed tunc quæritur,
& D. Iaſ. col. antepen. verſ. tertia quæſtio. gl. & Pau. de Caſt. in
d. §. meminiſſe, Ang. conſi. 99. Petrus de Vrbe, & D. Iacob. in
d. auth. nouiſſima. ubi dicit quod ita conſuluerunt Franciſ.
Tigr. Bar. & Bal. & horum ſententia videtur amplectenda in
poſthumis præteritis, attento quod ſint quorundam ſenten-
tia tenentium indiſtinctè quod filius poſſit detrahere duas
quartas, ſiue purè, ſiue ſub conditione fuerit grauatus, quam
59 firmat Ioan. And. in d. c. Raynutius. † licèt communis ſit, ꝙ
grauatus purè non detrahat, niſi unam quartam, tamen in-
telligenda videtur in filio iam nato purè grauato: ſecus in
naſcituro, cum intelligatur ſub intrinſeca conditione ſi na-
ſcatur, & hoc modo concordabitur opinio Io. And. cum opi-
nione communi, & iſta opinio æqua videtur. & illa clauſula
codicillaris ſuper qua Doctores inter ſe tam maximè diſſi-
dent, minus operetur quàm ſit poſſibile. arg. l. ſi ſerui veſtri,
cum ibi not. C. de noxa. eſt uerum, quod Alex. conſi. 142. cir-
ca primum, in 2. dubio, lib. 2. in hoc puncto aliter diſtinguit:
aut poſthumus præteritus naſcitur in uita teſtatoris, & tunc
non eſt detrahenda, niſi legitima, quia mortuo patre illico
& eadem hora cedit dies Treb. & legitimæ. quo caſu ſecun-
dum communem ſententiam Doc. non detrahitur niſi una
quarta. aut præteritus naſcitur poſt mortē patris, & tunc duæ
poſſint detrahi quartæ, quia hoc caſu eodem tempore non
cedit dies Trebellianicæ & legitimæ: nā dies legitimæ cedit
in potentia illico poſt mortem patris, dies autem Trebellia-
nicæ cedit eueniente conditione, id eſt nato filio, & ſic à die,
qua filius poſt mortem naſcitur. ſed certè hac rationē non
uidetur diſcedendum à prædicta ſententia, quæ ſumma niti-
tur æquitate: nam ſi in potentia cedit dies legitimæ à die
mortis patris, licèt executio differatur uſque ad diem nati
poſthumi, eadem ratione deberet dies Trebelli. in potentia
cedere à die mortis patris, licèt quātum ad executionem ſit
expectandus euentus natiuitatis ipſius poſthumi. non ergo
videtur uera diſtinctio D. Alex. non negauerim, quin iſte ſit
60 ambiguus & ſubtilis paſſus, † ſed in obſcuris benigniora
ſunt præferenda, l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. & in iure
maximè æquitas ſpectanda eſt, l. in omnib. eo. tit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Executor merus quis dicatur, & quis mixtus uigore re-
ſcripti.*
2 *Poſſeſſio immemorabilis habet uim tituli.*
3 *Clauſula reſcripti, amotis quibuſcunque illicitis detentoribus,
an tribuat cauſæ cognitionem.*
4 *Reſcriptum ubi continet clauſulam, ſi conſtiterit, intelligitur
de probatione uera, non præſumpta.*
5 *Clauſula in reſcripto appoſita, uocatis uocandis, facit Delega-
tum ſumere debere partes iudicis.*
6 *Reſcriptum non poteſt dici Obreptitiū, ſi contineat clauſulam,
uocatis uocandis, uel amotis illicitis detentoribus.*
7 *Probatio ſuperflua non eſt admittenda.*
8 *Superfluis cautionibus non eſt utendum in præiudicium al-
terius.*
9 *Fruſtra nihil agunt lex & natura.*
10 *Contrarij inuicem, & ſibi ipſis, non ſunt audiendi.*
11 *Probationes contra notoria non ſunt admittendæ.*
12 *Appellatio contra notorium non admittitur.*
13 *Iudex ex officio debet repellere cauilloſas exceptiones ac fru-
ſtratorias dilationes.*

RESPONSVM XXII.

EX proceſſu cauſæ, quæ ſuper locatione tabulariorum ſeu ſcribana-
lium uertitur inter procuratorem & firmarios
Regios agentes, & petentes executionē & interi-
nationē litterarū, Regiarū quib. mādatur ipſos debere im-
mitti in poſſeſſionem dictorum tabulariorum, amotis qui-
buſcunque illicitis detentoribus non habētibus titulum ab
ipſo Rege ex una, & Conſules ac Aſſeſſorem ciuitatis Maſſi-
liç, & eiuſdem ciuitatis firmarios ex altera. reſultat unum
principale dubium, an admittendi ſint articuli & poſitio-
nes dominorum Conſulum confecti ad impediendam exe-
cutionem rei?

Et videtur primò aſpectu audacter reſpondendum, quod
1 ueniant admittendi, † quia Magnificus D. Locūt. non eſt me-
rus executor ſed mixtus ſtante illa clauſula, amotis quibuſcū-
que illicitis detentoribus, non habentibus cauſam à nobis,
per quam executori attribuitur cognitio ſaltem ſuper hoc
articulo, an poſſeſſor ſit illicitus detentator uel licitus ſecun-
dum Panor. & alios communiter in ca. de cætero, de re iud.
articuli autem primi & ſecundi additionales tendunt ad o-
ſtendendum quod ciuitas habeat titulum tranſactionis ab
2 anteceſſoribus & auctoribus Regis, & ſic ab ipſo Rege, & † ꝙ
eſt in quaſi poſſeſſione immemorabili eligendi. quæ poſſeſ-
ſio immemorabilis habet uim tituli, & oſtēdit poſſeſſorem
non eſſe illicitum detentorem, l. 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua
quot. & æſti. c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſig. ergo
3 ſunt admitten. † Nec obſtat, ſi dicatur quod prædicta clauſu-
la non dat cognitionem ullā executori, quando apparet ꝙ
reſcribens de cauſa ipſa cognouit ſecundum eūdem Panor.
& Feli. in d. c. de cætero, & Spec. tit. de ſententia excom. verſi.
quid ſi mandatur. quia reſpondetur, quod in caſu præſenti
non præceſſit cauſæ cognitio ſuper iuſtitia uel iniuſtitia
locationis factæ per Regem & eius Do. Magiſtr. ſed ſolum
ſuper commoditate uel incōmoditate ipſius Regis, de qua
ciuitas non contendit. Et quod nulla præceſſerit cognitio ſu-
per iuſtitia uel iniuſtitia patet, quia in tali cognitione non
fuerunt auditi, nec citati agentes pro ciuitate, de quorum in-
tereſſe & præiudicio agitur. ergo quantum ad Ciuitatem nō
poteſt quiſpiam dicere, quòd præceſſerit vlla cauſę cognitio,
clement. paſtoralis, de re iud. c. qualiter & quādo, in princ.
de accuſ. l. de unoquoque, ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de
adopt. Secundo uidentur admittendi ex eo, quod per ſecun-
dum reſcriptum ab agentibus pro Ciuitate impetratū man-
datur Magnifico Do. Locumt. vt ſi conſtiterit de antiquis
libertatibus & conuentionibus & de immemorabili quaſi
poſſeſſione eligendi Notarios abſque vlla interruptione, ꝙ
dicto caſu faciat eos uti & frui ſua poſſeſſione, &c. Ecce ꝙ
Rex vult ciuitatem audiri ad probandum conuentiones, li-
bertates, & quaſi poſſeſſionem immemorabilem: nam illa
clauſula, ſi cōſtiterit, dat cognitionem executori & ad eam
iudicem conſtituit, c. ſi conſtiterit, de accuſa. & ibi not. Feli.
& uoluit Panorm. in c. conquerente, de reſtit. ſpoliat. Pet. de
4 Anch. conſi. 192. efficacibus, &c. † & quando in reſcripto eſt
clauſula, ſi conſtiterit, tunc probatio debet eſſe uera, & non
præſumptio, ſecundum Bal. in l. in bonæ fidei, col. 5. C. de re-
bus cred. & tradit Feli. in Rubr. de proba. Tertio idem fieri
mandat Rex in ultimo reſcripto impetrato per procuratorē
5 Regium, in quo eſt appoſita † clauſula, vocatis & auditis par-
tibus, quæ eſt tantę uirtutis, ut faciat merum executorem de-
bere aſſumere partes iudicis, c. exhibita, vbi Panorm. & Feli.
latè, de iud.

Præmiſſis non obſtantibus reſpondeo Dominos Cōſules
non eſſe amplius audiendos ad probandum articulos ſuos.
quod vt clarius appareat, libet ſingulariter & ſpecificè proſe-
qui quemlibet articulum. & in primis quātum ad articulos
concernentes obreptionem & ſubreptionem litterarum Re-
giarum, qui ſunt ſeptem; primi iſti fuerunt & ſunt omnino
6 reijciendi, † quia ſtantibus clauſulis, amotis illicitis deten-
toribus, & uocatis uocandis & ſi conſtiterit. tunc gratia Re-
gis non poteſt dici nulla uitio obreptionis ſeu ſubreptionis,
cum ſaluæ ſint exceptiones peremptoriæ illis, quibus gratia
præiudicium affert, ſecundum Card. Flor. conſil. 94. nobiles
uiri de Vierguerra, quibus refert & ſequitur Feli. in ca. ſuper
litteris col. 7. de reſcriptis. & in d. c. de cætero, col. 3. & ideo
inferunt, quod etiam peremptoriæ exceptiones, quæ aliàs
poſſunt opponi in uim dilatoriarum. de quib. in ca. 1. de lit.
con. lib. 6. & per uiam obreptionis & ſubreptionis ſtantibus
dictis clauſulis, non ſunt recipiendæ in uim dilatoriarum.
ex quo ſequitur, quod in caſu præſenti agentes pro ciuitate
non ſunt audiendi, quia quicquid opponunt, id opponunt ꝑ
modum obreptionis & ſubreptionis, ut clarè legitur ex te-
nore ipſorum articulorum.

Quantum vero ad articulos continentes contractum trā-
ſactionis & fœdera pacis initę de anno Domini 1257. non

etiam

etiam danda eſt aliqua dilatio prædictis D. Conſulib.& Aſ-
ſeſſori,quia iam reperitur inſtrum entum dictorum tran-
ſactionis & capitulorum prius exhibitum per ipſos Conſu-
les in ampliſſima forma, & cum clauſulis, & capitulis, quæ
dicuntur dolo omiſſa extrahi,& dolo obrepta Regi p firma-
tios Regios. unde fruſtra petitur dilatio ad probandũ quod
7 iam eſt probatum.ergo reijcienda. † quia probatio ſuper-
flua non eſt admittenda,l.ad probationem,in fi. C. de prob.
8 c.cum cauſa,de teſti.Spec.in tit.de teſt.§.3.in princ.† non.n.
utendum eſt ſuperfluis cautionibus, maximè in præiudiciũ
alterius,l. hæc ſtipulatio. §. diuus, ff. ut leg. nomine cauea.
9 † quia lex & natura nihil agunt fruſtra, l.qui bis idem, ff. de
uerb.ob.cum uulgaribus.

Quantum vero ad articulos continentes aſſertam poſſeſ-
ſionem immemorabilem eligendi Notarios, non etiam au-
diendi ſunt agentes pro ciuitate,quia ex inſtrumẽtis electio
nis productis pro parte Do. Procuratoris Regij apparet ꝙ
Vicarius,qui in ciuitate Maſſiliæ perſonam Regis repræſen-
tat,c.1.de offic.Vicarij,elegit cum conſilio certorum conſi-
liariorum iuxta formam capitulorum pacis ab anno Domi
ni 1434.vſque ad annum 1520.& uſque ad uſurpationem ta
bulariorum factam per agentes nomine ciuitatis,qui tabu-
laria licitura & plus offerentibus uendiderunt contra for-
mam capitulorum ſic ſpoliando Regem noſtrum ſua quaſi
poſſeſſione eligendi ſemper elegit Notarios quod confiten-
tur Conſules in articulis additionalibus,art. primo & pluri-
bus ſequentibus.ex quibus ſequitur quòd ipſi Conſules non
ſunt audiendi,nec admittendi ad probandum allegatã qua
ſi poſſeſſionem immemorabilem eligendi Notarios ad di-
cta tabularia,pluribus rationibus.

Primo, quia ſibi ipſis contrariantur. dicunt enim in pri-
mis articulis,quòd ipſi ſeu conſiliarij ſunt in quaſi poſſeſſio
ne immemorabili eligendi Notarios, in ſecundis verò addi
tionalibus dicunt, quod Do. Vicarius hactenus ſolitus fuit
10 eligere Notarios cum conſilio conſiliariorum,† vnde tam-
quàm contrarij non ſunt audiendi,l.1.C.de fur.c.ſollicitudi
nem,de appel.in primis dicunt,quòd electio ſpectat ad con
ſiliarios,in vltimis quòd ſpectat ad Vicarium cum conſilio
conſiliariorum, quod eſt diuerſum & aduerſum à primis,
quia ij,qui non habent intereſſe electioni, niſi ut conſulto-
res,non poſſunt dicere quod electio ſpectet ad eos,vt dixi in
primo meo Reſponſo,& clarius infra ſubiiciam.

Non obſtat ſi dicatur,quod nullus prohibetur uti plurib.
exceptionibus etiam contrarijs,c.nullus pluribus,de reg.iu.
lib.6.quia uerum,niſi una exceptio tollat effectum alterius,
ut in caſu noſtro, in quo poſſeſſio aduerſatur titulo tranſa-
ctionis,c.ueniens,de præſcript. & c.cum perſona,de priuile.
& ita concludit glo. in d.c.nullus.ex titulo conſtat electionẽ
eſſe Comitis, ex poſſeſſione conſtat ciues eſſe uſurpatores,
maximè quia uendiderunt tabulam contra capitula pacis,
ergo & cætera.

Secundo, quia procurator Regius producendo inſtrumẽ
ta electionum factarum per Vicarium cum conſilio certo-
rum conſiliariorum in uim tranſactionis fatetur omnia cõ-
tenta in articulis additionalibus dictorum Cõſulum qua-
tenus articulant Notarios fuiſſe electos per Vicarios cum
conſilio conſiliariorum. vnde fruſtra petitur admiſſio ipſo-
rum articulorum & terminos ad proban.ca. 2. de confeſſ.
lib.6.l.perinde,ff. ad leg.Aquil.

Tertio,quia inſtrumenta ipſarum electionum faciũt rem
hanc electionis liquidam,certam & notoriam, c.cum olim,
de uerb.ſig.l.ſi.cum gl. de reb.cred.& c.licèt cauſam,in ver.
euidentiſſimè,de proba.l.ſub prætextu, C. de tranſ. traditur
per Bar.& Mod.in l.1.in princ.ff.de no.op. & per Iaſ. in l.ad-
11 monendi,col.55.de iureiu. † executor autem deputatus cũ
clauſula, amotis quibuſcunque illicitis detentoribus, non
debet admittere probationes contra notoria ſecundum
Bal.in Rub.de offi.deleg.col.pen.quem ſequitur Feli. in d.
12 c.de cætero,col.3.† ſicut non admittitur appellatio contra
notorium,l.ſi quis filio,§.hi autem,& ibi not.Io. de Imo. ff.
de iniuſto rup. & ad iſtud plura poſſunt congeri, quæ omit-
to,quia notiſſima ſunt.

Quo verò ad reliquos articulos non inſiſto,quia negati-
ui ſunt,aut iuris annullatiui,qui probatione non egent, ex
quibus reſultat noſtra concluſio quod nõ eſt aliqua dilatio
danda Conſulibus ad probandum articulos præmiſſos. nec
erit ut puto,qui in hanc non ueniat ſententiam,& ſi domi-
ni Conſules ueritatem agnoſcere uelint,fatebuntur nec uel
le,nec poſſe aliter articulos ſuos probare, quàm fuerit pro-
batum, videlicet per inſtrumenta capitulorum pacis & ele-
ctionum exinde factarum per Vicarios cum cõſilio aliquo-
rum conſiliariorum. vnde vos Do. Locumt. executor. Re-
giarum litterarum,nõ debitis cauilloſas exceptiones & fru-
13 ſtratorias, dilationes recipere,ſed eas† ex officio repellere te
nemini ſecundum Innoc.in c.poſt electionem, de conceſſi.
præben.& Panor.in d.c.de cætero,col.pe.verſ.quarto an exe-
cutor miſſus,&c.

SVMMARIVM.

1 Conſanguinitatis gradus qualiter legitimè probetur.
*2 Teſtis idoneus non eſt patruus,nec conſanguineus, niſi in pro-
banda cõſanguinitate,quibus hoc caſu magis creditur quàm
extraneis.& nu.8.18.& 27.*
*3 Teſtis uarius reyciendus uenit, ac etiam contrarius. & nu-
mero 5.*
4 Teſtis ob affectionem,an fides adhibeatur.& nu.24.& 27.
6 Filiatio qualiter probetur. & nu.9.& 17.
7 Filius præſumitur ſcire matris conſanguinitatem.
*10 Inſtitutio hæredis nominati filij nulla redditur, ſi hæres nõ eſ-
ſet teſtatoris filius.*
*11 Eligere uiam,per quam iudicium ſuum impugnatur,nemo præ
ſumitur.*
*12 Probationes leuiores ſufficiunt in probãdo facto antiquo,quam
recenti probando.*
13 Enunciatiua uerba in antiquis probant.
14 Inſtrumentorum probatio in antiquis melior eſt cæteris.
15 Antiquum tempus quot annis dicebatur olim, & quot hodie.
16 Aetas noſtra non patitur cenſuram antiquorum canonum.
19 Memoria eſt uariabilis in ſenibus & decrepitis.
*20 Teſtis ſenex dicens recordari,poſtea non recordari,non dicitur
varius,nec contrarius.*
*21 Sponſalitiorum cœna duplex eſſe ſolet, in domo ſcilicet ſponſæ,
& ſponſi.*
22 Variatio concordari poteſt ex diuerſitate temporis.
*23 Variatio circa dicti circumſtantias,& nõ circa dictum,non ua
riat dictum ipſum.*
*25 Affectio duplex,ordinata,quæ admittitur,& inordinata, red-
dens teſtem ſuſpectum.*
*26 Iuſtitia ordinata dictat,ut ſibi, & ſuis poſtea extraneis abſque
uitio quis beneſaciat & beneuelit.*
*28 Falſitas & error circa non neceſſaria, non uitiat nec veritati
nocet.& nu.30.*
*29 Conſanguinitatis probationẽ ſufficit inchoare à germanis, etſi
de ſtipite non doceatur.*
*31 Turpitudo propria allegari poteſt, ac contrauenire contra pro-
priam confeſſionem, in cauſa matrimonij propter periculum
animæ.*
*32 Teſtis fidei non detrahitur in aliquo per admonitionem pro-
ducentis.*

RESPONSVM XXIII.

ID ſolum in hac cauſa matrimoniali inquirendum vide-
tur an plenè probatum ſit impedimentum con-
ſanguinitatis in quarto gradu. nam ubi probatũ
oſtendatur,conſtat male fuiſſe pro matrimonio
iudicatum,c.1.& c.non debet,de conſang.& affi.& prima fa
1 cie videtur non fuiſſe impedimentum plenè probatum:† ad
hoc enim ut dicatur legitimè probata conſanguinitas quar
ti gradus, oportet quod teſtes incipiant deponere a ſtipite,
uel germanis,& ſic per ordinem diſtinguant ordines gradus
ſuis nominibus proprijs, uel æquipollentibus indicijs deſi-
gnent perſonas,c.tua.de conſang.& affi.Bernar.n.primus te-
ſtis de ſtipite,videlicet de Io.Caſtiglione,& de germanis,vi-
delicet de Ioãnona, & Dulcetta,ſororibus facientibus primũ
gradũ, nihil deponit,& ꝯſequẽter ex eius depoſitione nulla
inſurgit probatio conſanguinitatis.Petrus Camini ſecũdus
teſtis,etſi de ſtipite,& de germanis ſororibus, videatur rectè
deponere,tamen non videtur in hac re idoneus teſtis, dupli
ci ratione.
2 Primo, † quia eſt patruus magnus Ludouici, pro quo de-
poſuit,ergo minus idoneus teſtis.l.lege Iulia,ff.de teſti.l.pa-
rentes.C.eo.tit.

Secundo,quia uarius,& contrarius eſt. nam in prima de-
poſitione,ſuper 13. articu. deponit contenta uera eſſe, & ex
Petro filio Ioannonę eius patre natum eſſe alterum Petrum
in 2.vero depoſitione ſuper 15.artic. depoſuit non habuiſſe,
nec habere notitiam de aliquo Petro Camini,niſi ſolum de
quodam Petro nepote ipſius loquentis q. Stephani , qui Pe-
trus plures labuntur anni quod dies ſuos clauſit extremos .
3 † ergo tamquàm varius reijciendus venit, l. qui ſalſa uel ua-
ria, ff.de teſtibus. Drineta Camina tertia teſtis & ſi uideatur
ſuper omnibus articulis rectè deponere,tamen ex pluribus
ei non videtur danda fides,tum quia amica magna dicti Lu
douici,d.l.parentes.tum quia uaria deponere videtur ſuper
32.art. quia deponit quod fuit præſens in coena ſponſaliorū
Petri & Chatherinæ coniugum:mox dicit quod non fuit prę
ſens in matrimonio,ergo &c.d.l.qui falſa uel uaria.Item vi-
detur uaria,quia in 5.art.dicit quod non fuit præſens in ma
trimonio Ricardoni & Dulcettæ. quia erat nimis parua , &
ſuper 18.dicit quod non fuit præſens in dicto matrimonio ,
4 quia nondum erat genita.Inſuper † non videtur ei danda fi-
des ex alio,quia habet affectionem ad Ludouicum pro quo
depoſuit,quia ſuper generalibus interrogata, reſpōdit quod
propter parenteiam mallet Ludouicum ius obtinere ſecun
dum Alex.in conſi.149.in cauſa matrimoniali, lib. 4. & Cæ-
po.cau.78. Quartus teſtis Nicolaus Aicardi deponit quod
Ioannona & Dulcetta fuerunt filiæ Ioannis Caſtiglionis &
Ioanne Baragliæ,quod conſtat eſſe falſum, quia ex inſtrumē
to matrimonij contracti inter dictam Ioānam Baragliam &
Ioannem Caſtiglionis apparet quod dictę ſorores erant iam
natę, imo deſpōſatę & uiris nuptę ante q̄ dicta Baraglia eſſet
uxor dicti Ioannis.Cæteri vero teſtes nihil deponunt ſuper ſti
pite,nec primo gradu ſumpto ex perſona Ioānæ & Dulcettæ
ergo &c.Inſuper Ludouicus videtur in ſuis articulis ſibi con
trarius,quia in primis articulis concludit Ioannam & Dul-
cettam ſorores fuiſſe genitas ex Ioanne Caſtiglionis , & Io-
anna Baragliæ, quod cōſtat eſſe falſum.in ſecundis vero cō-
cludit,quod fuerunt procreatæ ex dicto Ioanne & alia uxo-
5 re : vnde tamquàm contrarius,non videtur audiendus, l. 1.
C.de fur.

Sed præmiſſis non obſtantibus, arbitror legitimè & ſuffi-
cienter probatum impedimentum cōſanguinitatis in quar-
to gradu.& quia à ſtipite, vel à germanis , & ſic à primo gra-
du incohanda eſt probatio,& ſucceſſiuè per ordinem vſque
ad quartum gradum iuſtificanda d.c.tua.dico probatū fuiſ-
ſe primum gradum,ac etiam ſtipitem , videlicet Ioānam &
Dulcettam fuiſſe ſorores & filias Ioannis Caſtiglionis , tam
per teſtes quàm per publica documenta . Pontus enim ac
Dulcetta Camini, & Nicholaus Aicardi clariſſimè ita depo
nunt.aſſignantes concludentes rationes,videlicet quia uide
runt eas teneri,tractari & reputari pro ſororibus & filiab. di-
cti Ioannis:nam cū pauci adſint natiuitati,& ubi adſint non
tamen ex parte patris poteſt probari cōcludenter filiatio per
6 ſolam natiuitatem : † ideo probatur filiatio ex tractatu,repu
tatione & fama,c.per tuas,de proba.not.in l.non nudis.& in
l.non epiſtolis.C.eo.tit. & per Barto. in l.1. per contrarium ,
ff.de lib.agn.& in l.1.§.1.ff.de quæſt.& in l.1. C.quorum bo-
norum.& per Dom.Alexan.conſ.51.viſo & diſcuſſo,col.1.&
ſeq.lib.1.& quia Pontus & Dulcetta aliam etiam concludē
tem aſſignant rationem, quia Ioanna erat eorum mater , &
7 Dulcetta eorum amita : † filius enim præſumitur ſcire con-
ſanguinitatem matris ſuæ.l.octaui.ff.vnde cogna.l. de tute-
8 la.C.de in integ.reſt.min.& hac ratione † in probanda con-
ſanguinitate admittuntur conſanguinei,etiam quando agi-
tur de diſſolutione matrimonij, c.veſtra.qui matrim.accuſ.
poſſunt.ca.1.& 2.35.q 6. c.ſuper eo.de teſtibus. l.etiam, ff.de
prob.ex quo apparet quod exceptio conſanguinitatis non
diminuit fidem teſtium conſanguineorum , ſi aliud contra
eos non opponatur.firmat Feli.poſt alios in d.cap ſuper eo,
col.fi.Imo data paritate,magis credēdum eſt conſanguineis
deponentibus ſuper conſanguinitate quàm extraneis. ca.cū
in tua.de teſtib. probatur etiam ſtipes & primus gradus per
inſtrumenta matrimonij dictarum Ioannæ & Dulcettæ &
per inſtrumentum teſtamenti dicti Ioannis Caſtiglionis . in
quibus enunciatur quod dictæ Ioannona & Dulcetta ſunt
9 ſorores & filiæ dicti Ioannis.† nam enunciatio facta in inſti
tutione hæredis à patre.ut filius,probat filiationem quia nō
eſt veriſimile , q̄ teſtator inſtituat aliquos uniuerſales hæ-
redes vti filios , ſi filij non eſſent . nec eſt ueriſimile quod fi-
lias dotauerit uti filias , ſi filiæ non eſſent ſecundum Innoc.
& Dom.Ant.in c.tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. & hoc uoluit
Bar.in l.1.§ per contrarium,ff.de lib agnoſ. ubi dicit , quod
ſi pater dixerit , bene ueniat filius meus , quem uolo ut res
meas tractet.ex hac nuda enunciatione probatur filiatio,do
nec contrarium probetur : quia talis enunciatio magis con
uenit filio quàm extraneo . ergo fortius probabitur filiatio
per enunciationem factam in inſtrumento dotis filiarum.&
inſtrumento inſtitutionis vniuerſalis ipſorum filiorum. & li
cèt Dom.Iaſ.in d.l.neque profeſſio, videatur contrarium te-
nere : tamen communis eſt Doctorum ſententia,vt per inſti
tutionem vniuerſalem probetur filiatio & conſanguinitas , ,
10 quando pater inſtituit tamquàm filios . † quia ſi filij non eſ-
ſent,nominando eos filios,inſtitutio nulla eſſet.l.ſi pater,C.
de hær.inſti.nec præſumitur teſtatorem uoluiſſe enunciare
11 eos eſſe filios . ſi non forent filij , † quia ſic elegiſſet uiam ,
per quam poſſet ſuum iudicium impugnari , quod non eſt
dicendum,d.l.3.ff.de teſt.mili.& ita declarat Feli. poſt Aret.
in d.capitulo per tuas, colum.4. verſic. vltimo concluſio . &
probatur in l.fin.ff.de proba.quod maximè verum eſt quan-
do agitur de probatione filiationis , & conſanguinitatis an-
tiquiſſimæ, vt in hoc caſu, ubi agitur de tempore 80.anno-
12 rum & vltra. † nam leuiores probationes requiruntur in pro-
bandis factis antiquis quàm in recentibus & modernis ſecū
dum Bal.Salı.& Mod.in l.cum aliquis. C. de iure delib.ubi
13 dicunt, † quod uerba enunciatiua in antiquis plenè probāt.
& idem tenent Dom. Anto.& Canon.in ca.fin.de ſucceſſ.ab
inteſt.& Dom.Alexan.conſi.6.viſo themate , lib.1.& conſi.
14 84.viſis,colum.10.lib.4.† in antiquis.nulla enim melior pro
batio haberi poteſt.quàm probatio Inſtrumentorum ſecun-
dum Bal.in c.cùm cauſam de proba. & Decium conſ.42.in
15 5.dubin . Nec dicatur, † quòd non ſumus in antiquis, cum
nondum decurſi ſint anni centum qui requiruntur ad hoc,
ut tempus dicatur antiquum, ſecundum Alex. & Mod.in d.
l.cum aliquis. dicentes ita communiter tenere Docto. quia
hæc opinio poterit procedere ſecundum tempora prędicta,
quibus homines diutius uiuebant quàm noſtris tempori-
16 bus,quibus dies noſtros conſtat fuiſſe abbreuiatos . † noſtra
enim ætas non patitur cēſuram antiquorum canonum.nec
vllus, (ut arbitror) reperitur, qui poſſit de tempore centum
annorum teſtificari.& ideo Aret. conſi.36. caſus eſt . dicit q̄
hodie nullus eſt iudex, qui non arbitretur tempus ſeptuagin
ta annorum eſſe antiquum . & dicit Domi. Ant. in capitulo
ueniens,de teſti.tempus quadraginta annorum reputari an-
tiquum. ſequuntur Gemin. in capitulo primo. de reſcrip.in
6.Dom.Alexan.conſi.4.videtur,lib.2.& conſilio 70.in cauſa
uertente,eod.lib.& conſi.187.in cauſa & lite , col.3.eod.lib.
Barba.conſi.6.& conſi.17.lib.2.ex quibus apparet liquidiſſi-
me probatum eſſe primum gradum conſanguinitatis : pro-
batus etiam fuit ſecundus gradus conſanguinitatis. ſ. quod
ex Ioannona & Bernat.coniugibus natus fuerit Peronus Be
rengerij,& ex Dulcetta & Ricardono natus ſit Petr. Girardi
per eoſdem tres teſtes & per Claudium de Parco nonum te-
ſtem, qui deponit quòd cognouit Peronum Berengerij , &
Petrum Girardi,qui tenebantur,tractabantur & reputaban-
17 tur pro filijs dictorum Bernar.& Ricardoni, &c. † ex tracta-
tu enim & reputatione probatur filiatio,cum alio modo nō
poſſit facilè probari ſecundum Bar.in l.2.§.per contrarium,
ff.de lib.agnoſ. imo ſola communis reputatio abſque tra-
ctatu probat filiationem ſecundum Dom. Anto.in ca.tranſ-
miſſæ.qui filij ſint legitimi.& comprobat Decius conſi.272.
viſo proceſſu , coln.3. probatur quod Peronus & filius dictæ
Ioannonæ ex inſtrumēto teſtamenti dicti Ioannis Caſtiglio-
ni,qui eum in parte inſtituit hęredem vti nepotem ſuum &
filium dictæ Ioannonæ rationibus & iuribus prælegatis .
Tertius gradus conſanguinitatis, quòd ex dicto Perono Be-
rengerij genitus fuerit alter Petr. & quod ex Petro Girardi
natus ſit Merengonus,probantur depoſitionibus Pontij Dri-
uetæ Nicolai Aicardi Guill. Vieneſij vj.teſtis Iacobi Michi-
leri 7.teſtis , & Claudij de Parco, noni teſtis. qui omnes aſſi-
gnant concludentes rationes quartum gradum videlicet, q̄
ex ſecundo Petro Berengerij natus ſit Ludouicus reus , & ex
Merengono Ludouica actrix,fatentur partes & teſtes plures
comprobant.id ſolum ſupereſt.ut tollantur obiecta ſupra for-
mata cōtra teſtes,videlicet Pontium Driuetam & Nicolaū .

Non obſtat itaque dum dicitur, quod Pontius & Driueta
18 ſint conſanguinei dicti Ludouici, † quia in probanda cō-
ſanguinitate credimus magis teſtibus conſanguineis quàm
extraneis,ut ſupra dictum fuit .

Non obſtant aſſertæ uariationes quas ponderant aduerſa
rij.& primò dum dicitur,Pontium variaſſe ſuper 13.articulo ,
quia

quia reſpondetur, quòd non poteſt uariatio appellari ex eo,
quod in ſecunda depoſitione dixerit non habere memo-
riam de aliquo Petro filio alterius. Petri, quia ſtat ſimul q
tempore primæ depoſitionis haberet memoriam, & tempo
re ſecūdæ homo octuagenarius non fuerit recordatus: quia
19 † in ſenibus & decrepitis memoria eſt uariabilis. inquit .n.
Seneca, Solebat mihi bonæ fidei eſſe memoria, nunc ætate
quaſſata quàm noua audio. Refert Chriſt. Port. inſt. quibus
20 ex cau. ma. ſic. §. in fraudem. & ideo † teſtis maximè ſenex,
qui dixit recordari, & poſteà non recordari, non eſt uarius,
nec contrarius reputandus, ſecundum Bald. in c. 1. in uerſic.
reminiſci. per illum tex. quid ſit inueſtit. Imola, & Ro. in l.
qui bona. §. ſi ſtipulatus, ff. de dam. infect. quia hominis me
moria labilis eſt, l. 2. §. ſi quid autem, C. de uet. iure enu. l. pe-
regrè, ff. de acquiren. poſſ. & ita etiam conſuluit Do. Alex.
conſi. 56. viſo proceſſu, lib. 2. ubi alia adducit, & Barb. conſil.
29. col. 12. & ſequen. lib. 1. Feli. in c. præterea, colum. finali, de
teſti. cogen.

Non etiam obſtat dum dicitur, quod Driuetta uariauit ſu
per 12. articulo, dum dicit quod fuit in cœna ſponſalitiorū:
mox reſpondet, quod non fuit præſens in matrimonio: quia
reſpondetur quod iſta non poteſt appellari uariatio. ſtat ſi-
mul quod fuerit in cœna, & non interfuerit matrimonio,
21 & eo maximè, † quia cœna ſponſalitiorum ſolet eſſe duplex:
una, quæ fit in domo ſponſæ, altera quæ fit in domo ſponſi
22 die, qua ſponſa traducitur ad domum ſponſi. † ex diuerſitate
ergo temporis, quod eſt inter matrimonium & cœnam ſpō-
ſalitiorum, concordatur uariatio, l. apud antiquos, C. de fur.
&. quibus, in prima conſt. Cod. & ca. quotidie, de conſecran.
diſt. 2. Non pariter obſtat alia aſſerta uariatio, quam aduer
ſarij notant ſuper. 17. & 18. articulis, dum ſuper 17. dicit non
fuiſſe præſentem, quia minus parua, & ſuper 18. dicit nō fuiſ
ſe præſentem, quia nondum nata, quia nec iſta eſt dicenda
uariatio: quia ſi erat in utero matris, verum eſt quod erat ni-
mis parua: & verum etiam eſt quod nondum erat genita, ut
not. in l. qui in utero, ff. de ſta. ho.

23 Præterea † eſſet uariatio circa circunſtantias dicti, & non
circa dictum: vnde non deberet uitiare dictum, c. nihil ob-
ſtat, & ibi Panor. & alij not. de verb. ſign. & ad illud propoſitū
multa congerit Dom. Iaſ. in l. 2. colu. 5. C. de bonorum poſſ.
ſecundum tab. & Decius conſi. 100. col. 3. & conſi. 105. in 2.
dubio. & conſi. 163. colum. 7. ubi latè proſequitur.

24 Non etiā obſtat quod hæc teſtis videatur habere affectio-
ad cauſam, cum dicat quod mallet Ludouicum obtinere
ius. Quia reſpondetur quod ex eo, quod teſtis mallet con-
ſanguineum ſuum habere ius, non propterea ex hoc colligi
tur inordinata affectio, quæ ipſum teſtem ſuſpectum faciat.
25 † quędam enim eſt affectio inordinata, quę colligitur ex eo,
quod teſtis ſimpliciter velit conſanguineum obtinere uicto
riam, & iſta affectio reprobatur, quia eſt inimica iuſtitiæ, &
iſta reddit teſtem ſuſpectum. quædam eſt affectio ordinata,
quæ ex eo colligitur quod teſtis uelit conſanguineum habe
re ius, ut poſſet iuſtitia mediante victoriam reportare, & iſta
non debet reddere teſtem ſuſpectum, quia non aduerſatur
26 iuſtitiæ; † imo ordinata iuſtitia dictat, ut quis ſibi & ſuis de
inde extraneis abſque uitio benefaciat & beneuelit, ca. ſi
quis ordinate, de pœn. diſt. 3. l. ſi præſes, C. de ſeruit. & aqua,
& ideo Cæp. in d. cau. 78. dicit quod interrogatio, qua inter-
rogatur teſtis quem mallet habere ius, eſt cauilloſa, & a iu-
dicibus reijcienda: nec aliquis etiam prudentiſſimus hoc
caſu interrogatus aliter reſpondiſſet, quàm fecerit hæc mu-
lier, quæ interrogata quam partem mallet uictoriam habe-
re. Reſpondit, uellem propter parētelam, quod Ludouicus
ius haberet. Pondera quod mauult Ludouicum habere ius,
non uictoriam. quaſi dicat, nō uellem quod Ludouicus uin
ceret ſi ius non haberet, ſed uellem quod ius haberet, ut
uincere poſſet. hæc enim reſponſio prudētiſſima fuit digna
que muliere ſapientiſſima. & ſi aliter reſpondiſſet meo ſane
iudicio ei minus credendum putarem.

27 Præterea cum in probanda conſanguinitate admittuntur
conſanguinei, d. c. tua, etiā admittenda videtur affectio, quæ
ab ipſa ſola conſanguinitate cauſatur, l. quicunque §. ei, qui,
ubi gl. & §. ſeq. ff. de inſt. acti, facit reg. l. illud, ff. de acqui. hær.
& l. ad rem mobilem, & l. ad procuratorem, ff. de procu. Nec
denique obſtant, quæ contra Nicolaum quartum teſtem op
ponunt, dum dicitur quod conuincitur de falſo ex eo, quod
viſus eſt deponere quod Ioannona & Dulcetta fuerunt filiæ
dicti Ioannis & Ioannæ Baragliæ Coniugum, quod conſtat
falſum eſſe, quia Ioanna Baraglia legitur deſponſata dicto
Ioāni Caſtiglioni longè poſt natiuitatē dictarū ſororū, quia
reſpondetur dupliciter. Primo quòd hic teſtis non firmiter
deponit, quod illę ſorores fuerint natæ ex dicta Ioanna Bara
glia. inquit enim quod non recordatur de nomine uxoris di
cti Ioannis, licèt recordetur quod habuit in uxorem quādā
nominatam Baraglia. Secundo poſito quod errauerit in no
mine matris, prout etiam conſtat erraſſe Ludouicum, qui
primo articulauit quod Ioanna & Dulcetta fuerunt proge-
nitæ à Ioanne Caſtigliono & Ioanna Baraglia, deinde ſe cor
rexit dicendo eas natas ex d. Ioanne, & prima eius uxore. ta-
28 men † hic error non debet uitiare, nec articulos, nec depoſi
tiones teſtium, quia non eſt error, nec falſitas circa neceſſa-
ria, quia non refert quantum ad conſanguinitatem, ex qua
matre fuerint genitæ, modo conſtet eas eſſe filias dicti Ioan-
nis, & ſorores ex parte patris, ut in Auth. de conſang. & uterī
29 fratribus, §. 1. & in l. poſt fratres, C. de legi. hær. & quia in pro-
banda conſanguinitate ſufficit inchoare à germanis, licèt
non doceatur de ſtipite, d. c. tua, de conſang. & affi. conſtat
autem tam per inſtrumenta, quàm per teſtes quod ſunt ſoro
30 res, & filiæ dicti Ioannis, ergo † falſitas, ſiue error circa non
neceſſaria ad actum, non debet ueritati nocere, l. fin. in fi. ff.
de proba. & quod falſitas circa non neceſſaria, non uitiat de-
poſitiones teſtium, not. Bal. & Imo. in l. his uerbis, §. fi. per il-
lum tex. ff. de hære. inſti. & Spec. tit. de teſti. §. 1. verſ. itē quod.
addit. Ant. de Bu. & Imo. in c. cum cauſam, ad fin. de teſti. &
31 iſtud etiam uoluit Bar. in l. eos, in 2. col. ff. de falſis. † & quia
in cauſa matrimoniali, propter periculum animæ, licitum
eſt parti allegare turpitudinem, & venire contra propriam
confeſſionem, quando confeſſio non poteſt probari ſine pe-
riculo animæ, c. lator, & c. conſanguinei, de re iud. per quæ
iura ita reſpondit Aug. inter conſilia Pet. de Anch. cōſ. 322.
ego Angelus. ſequitur Felin. in c. 1. col. 1. ut lite non cont. &
in rub. de ſponſa. ex quo apparet Ludouicum potuiſſe diſce
dere a primis articulis, ut ueritati locus eſſet in hac cauſa ma-
trimoniali, & ne cogeretur cum peccato adhærere ſuæ con-
ſanguineæ.

Non obſtat inſuper, ſi dicatur quòd Nicolaus, quartus
teſtis, fuit aduiſatus, ut fatetur idem Nicolaus ſuper gene-
ralibus interrogatus, quia reſpondetur quod licèt fuerit ad-
uiſatus ſuper quibus debebat deponere, non tamen fuit ſub
32 ornatus, ut diceret falſum: ergo † aduiſatio, ſiue admoni-
tio non habet detrahere fidei dicti teſtis in aliquo, ſecundū
Specu. titu. de teſte. §. 1. verſ. item oppo. de quo dicto facit,
ſcitum Bal in l. 3. in princip. ff. de teſti. & in l. fina. C. ſi ex fal.
inſtr. & alibi in uarijs locis, quos refert Fel. in c. præterea, col.
fi. de teſti. cog.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum duplex, regulare, quod regulariter defertur in ſupplementum probationis; & irregulare, quod defertur etiā ubi nihil eſt probatum in odium delinquentis ex delicto proprio, non alterius conuenti. & nu. 3.

2 Iuramento ſpoliati an ſtetur quando uiolentia facta, relinquitur iudicis arbitrio. & nu. 12.

4 Teſtes idonei, an ſint famuli. & nu. 8.

5 Teſtes domeſtici, & familiares plenè probant in his quæ ſunt difficilis probationis.

6 Argumentum ab experientia.

7 Pecuniæ quantitas, cum nō ſolet reuelari præſertim maioribus, eſt difficilis probationis.

9 Mercator aliquot annis feliciter negotians, præſumitur plura feciſſe lucra.

10 In victoria eſt triumphus, & in triumpho ſpolia opima.

11 Mutuare offerens, in dubio præſumitur ſeriò & non ioco loqui, ac inimicum deludere, mendacijsq; uti.

RESPONSVM XXIIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

ID in effectu quæritur an ſtantibus his, quæ in præmiſſa conſulta-
tione narrantur, ſtandum ſit Iuramento ſtrenui
Capitanei Diegos de Paredes, ſuper quantitate
pecuniarum, & ualore gemmarum eidē, ut pro-
ponitur, ui raptarum.

Iſtud quæſitum habet duo capita, poteſt enim intelligi de
iura-

1 iuramēto irregulari,† quod defertur in odium delinquētis etiam ubi nihil eſt probatum, de quo loquitur l.ſi quando. C. vn. vi. item poteſt intelligi de iuramento regulari, quod regulariter defertur in ſupplementum probationis.

Primo caſu refert, an actio ui bonorum raptorum fuerit propoſita contra delinquentes, & in eorum odium cōſtito
2 de uiolentia, † ſtandum eſt iuramento ſpoliati, præmiſſa tamen taxatione iudicis ſecundum perſonarum & negotij qualitatem tam ſuper rebus ablatis quàm earum ualore, d. l.ſi quando.cap.ſi.quod met.cauſa. quæ iura non ſolum procedunt in ui compulſiua & ablatiua, ſed in quoque violentiæ genere, vt concludunt communiter Can. maximè Im. in d.c.ſi.& traditur per Bart.in l.in actionibus,col.pen.ff.de in lit.iuran.& per D.Alex.conſi.103.lib.1.& d.Phi. Cor.cōſil.318. pro uectura!i, lib.4. an uero actio ſit propoſita contra uniuerſitatem de Cuſis, quæ non deliquit, ſed delinquētium cauſa tenetur ſtatuto uel conſuetudine ſic diſponen-
3 te, † & tunc non eſt ſtandum iuramento irregulari prædicti Capitanei, quia contra uniuerſitatem ceſſat ratio odij, cum ex delicto alterius conueniatur, l.1. C. quando ex facto tuto. ita concludunt concorditer tam Legiſtæ, quàm Cano. in iuribus præallegatis.& idem etiam firmat Bart. in l.1.ff.furti aduer.nau.caup.ſtab.& in l.ne quid,ff.de incend. rui. naufr.

Secundo caſu deferendum eſt iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, ubi ſit ſemiplenè probata quantitas ablata tam contra uniuerſitatem quàm contra delinquentes, quia huiuſmodi iuramentum regulariter defertur omni caſu, l.admonendi, ubi latè Mod. ff. de iureiu. l.in bonę fidei, l.C.de reb.credi.ca.ſi.de iureiu.& in propoſito firmāt Bart.& alij communiter in d.l.ſi quando, Imola & Panor.in d.c.ſi.

Sed dubitatio eſt, an ſit ſemiplenè probata quātitas 300. duplicium ducatorum & geminarum: & uideretur quod
4 non, † quia duo, qui deponunt de quantitate, ſunt ſeruitores, & famuli eiuſdem Capitanei, quos conſtat non eſſe teſtes idoneos, l.a. C. de teſtib. c. in literis, ubi latè Fel. eo.tit.

Sed hoc non obſtante videtur quòd pluſquam ſemiple-
5 nè ſit probata quantitas, imo plenè † quia in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, teſtes domeſtici & familiares plenè probant, l. conſenſu, C.de repu.l. de ſubmerſis, & l. quoties, vbi Bart.C.de naufrag.lib.11.traditur per Bart. & ibi latiſſimè per Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs, §.pen.ff.de eden.

Quantam autem pecuniam haberet in marſupio Capitaneus quis negabit difficulter probari poſſe? Certè nemo, cum talia non ſoleāt reuelari uiatoribus, & extraneis,
6 ut docet † experientia, à qua licet arguere, clem. diſpendio
7 ſam, de iud. † & quod talia difficulter probent, teſtat Io. de
8 Imo.in d.c.ſi.& D.Alex.in d.conſ.103. † & quod ſeruitores hoc caſu ſint idonei teſtes, firmat Bar.in d.l.ſi quando, Pan. in d.c.ſi.Bart.in d.l.1.furti aduer.nau.Dom. Iaſ. in d.§.pen. Fel.in c.quotiens, col.1.de teſtib. Corn.conſi.113.col.pen. lib.1.& conſil.124. multum, lib. 3. quod maximè hoc loco uerum eſſe crediderim, quo teſtimonia horum ſeruitorū uerisimilibus & probabilibus coniecturis fomentantur: nā cum Diegos ſit Capitaneus Hyſpanus Sanctiſſimi Domini noſtri, qui tot annis pro fœliciſſimo Cæſare in Italia militauit, & tot uictorijs affuerit, credendum eſt quod talem ſummam & longè maiorem ac opulenter beneficiatus ſit
9 ſupralucratus, ſicut ex redditibus eccleſiaſticis † Mercator qui aliquot annis fœliciter negociatus eſt, præſumitur plurima feciſſe lucra ſecundum Ioā. de Platea in l.neminem. C.de ſuſceptorib.& Archarijs, lib. 10.& ſi hoc in mercatore, quid in milite cœleſtis militiæ pinguibus redditibus ſtipē-
10 diato, qui tutò militat, de hoſtibus triumphante? † in uictoria enim triumphus eſt, in triumpho uerò opima ſpolia, ut in proœmio Inſt.& l.in bello, ff.de captiuis, & poſtliminio reuerſis. Accedat alia coniectura, quæ reſultat ex eo, quod uoluit idem Capitaneus de Naucleris aureos ſexcentum mutuare, ut præſupponitur conſtare. Ex hoc ſequitur ſaltē præſumptiuè, quod idem Capitaneus eādem ſum-
11 mam habebat, † quia in dubio offerens ſe mutuaturum alteri pecuniam, creditur ſeriò loqui, & non per iocum, l. iuris gentium, uerſic.quod ferè, ff.de pactis. nec creditur ſe uanis mendacijs iactare & amicum deludere, argu. l.ſi domus, ff.de legatis primo, in princ. facit tex.in l.merito, ff.pro ſocio, & tex.in l.1.C.ſi ſeruus extero. ſed & alia coniectura, quod idem Capitaneus quæſierit ante ſpolium ponere pecunias in banchn ad cambium, non inefficax eſt.
12 Ex quibus † coniecturis in talibus uiolentijs conſiderata qualitate perſonarum iudex poteſt informare animum ſuum, & ex ijs iuramentum in ſupplementum deferre, ſecundum Bart.in d.l.ſi quando, ad ſi.per tex.in l.3.ff.de teſti. & facit tex.in l.non omnes, §.à Barbaris, ff.de re mili. Quanto igitur magis locus erit delationi iuramenti ſuppletorij hoc in caſu, quo conſtat de quantitate per duos teſtes ſecundum naturam negocij integros, ut ſupra demonſtraui.

SVMMARIVM.

1 *Poſthumi natiuitate rumpitur teſtamentum ipſo iure tam de iure prætorio, quàm de iure ciuili.*
2 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
3 *Teſtamentum nullum dicitur filij præteritione, ſi filius nullū dixerit aut tacitè, aut expreſſe. & nu.5.*
4 *Filius præteritus an tranſmittat ius dicendi nullum ad quoſcunque hæredes, & an ipſi hæredes, ſi non dixerint de nullitate idem ius tranſmittant. & nu. 9.*
6 *Præſcribitur ius immiſcendi 30. annis.*
7 *Pupillus quicquid uidet, ignorat.*
8 *In integrum reſtitutio qualiter detur hæredi defuncti, qui defunctus omiſit adire hæreditatem.*

DE ACQVIRENDA hæreditate.

RESPONSVM I.

Circa primum dubium nulla uerſatur difficultas: nam indubitati
1 iuris eſt, † natiuitate poſthumi præteriti rumpi teſtamētum, l.1.& per tot.C. de poſthu.hær. inſti.l.poſthumo, de bo. poſſ.contra tab. cū infinitis iurib. q̄ notiſſima ſunt, & recipitur ipſo iure non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure prætorio ſecundum communem ſententiam Doc. de qua latè per Alex. & D.Iaſ.in d.l.poſthumo.

Sed omnis dubitatio uerſatur circa ſecundum dubium, an poſthumus, quem non conſtat agnouiſſe hæreditatem patris, illam tranſmiſerit ad matrem. & uidetur
2 quod non, † tum quia hæreditas non adita non tranſ-
3 mittitur, leg.unica, §.in nouiſſimo, C.de caduc.tol. † tum quia teſtamentum nullum præteritione filij, ita demum ui deł nullum, ſi præteritus dixerit illud nullum: ſecus ſi approbauerit tacitè uel expreſſe, l.filio præterito, ff. de iniuſ. rup. cum ergo filius poſthumus natus nunquam dixerit teſtam. nullum ſed ſemper tacuerit, ex hoc videtur teſtamentum approbaſſe, l.quæ dotis, ff.ſolu.matr. ergo dici non poteſt ꝙ tranſmiſerit hæreditatem non aditam, uel ius dicendi nullum ad matrem. & reperio ꝙ Do. Iaſ. in l.emancipata, in ſi.
4 C. qui admi. expreſſe uoluit, † quod liberi præteriti non tranſmittant ius dicendi nullum uirtute l.unicæ, C. de ijs, qui ante apertas tabu. idem tenet D.Iaſ.in l. ſi infanti, col. pen.C.de iure delib. ubi plus uoluit ꝙ etiam filius præteritus ex potentia ſuitatis non tranſmittat ius dicendi nullū.

Præmiſſis & ſimilib. non obſtantib. in contrarium eſt ipſa ueritas, & ita eſt tenendum omni ſcrupuloſitate remota. concludo ergo, quod poſthumus tranſmiſerit ius immiſcēdi ſiue ius dicen. nullum, quod idem eſt, ut infra dicam, ad matrem ſuam multiplici ratione.

Primo, quia communis eſt Doct. ſententia, quòd poſthumus ex potentia ſuitatis tranſmittat ius immiſcendi cum beneficio abſtinendi non ſolum ad aſcendentes & deſcendentes, ſed ad quoſcunque, l. uentre, & ibi Bart. & alij communiter, ff. de aqu.hær. l. liber homo, §.1.ff.de ſtip. ſeruo. l.ex militari, §.ſi.cum l.ſeq.ff.de teſtam.mil.l.3.C.de iure delib. & hanc op. communem & uerā atteſtatur & ſequitur Alex. conſi.20. lib.1. vbi ampliat in fortioribus terminis de quibus ibi, & Cor.conſi.150.circa, col.1.& conſ.208.ad deciſionem, col.a.lib.a. & præcipuè ad matrem, ut eſt caſus ſecundum communem intellectum in l.apud hoſtes, C. de ſuis & legitimis. & ꝙ filius præteritus ex potentia ſuitatis tranſmittat ius dicendi nullum ad quoſcunque, tenuit Bal.in c. ſciſcitatus, de reſcrip. Bal. in l.filio præterito.& ibi Imo.car. pen. expreſſè ſequitur per tex.in l.2.C.de poſthu. hær. inſt.& per tex. in l.ſi quis filium, §.1. ff. de aquir. hær. ſequitur Do.

Alex.

Alex. in d. l. emancipata. & uiſus eſt ſequi D. Iaſ. ſibi contra-
rius in l. ſi à primo, ff. de lib. & poſthu. & in caſu noſtro, q fi-
lius tranſmittat ius diceodi nullũ ex potẽtia ſuitatis ad ma-
trem, conſuluit Old. conſi. 171. incip. thema tale eſt. & iſta
eſt communis ſententia à qua nullatenus eſt recedendum.
Non obſtat, quod poſthumus non dixerit nullum, quia
propter hoc quod non dixerit nullum, non uidetur appro-
baſſe. Nam ſecundum gl. Barto. Imo. & alios in d. l. filio præ
5 terito, † ad hoc ut teſtamẽtum nullum prateritione filij cõ-
ualeſcat, requiritur q filius præteritus approbet expreſsè uel
tacitè facien. aliquem actum, qui fieri non poſſet, niſi teſta-
mentum ualidum præſupponatur, puta peten. bonorũ poſſ.
contra tabulas. ſed per ſimplicem taciturnitatem: namquã
cenſetur præteritus teſtamentũ approbare, niſi tacuerit per
6 tantum temporis ſpatium, q ſit ſufficiens ad præſcrib. † ius
immiſcendi, quod eſt ſi tacuent per 30. annos, l. licèt, C. de
iure delib. ſecundum Bar. & communiter Scrib. in d. l. filio
pterito. in caſu iſto poſthumus præteritus, mortuus præſup-
ponitur in pupillari ætate, ergo &c.
Præterea poſito quòd ex ſola taciturnitate præteriti cen-
ſeretur approbatum teſtamentum, illud uerum eſſet in ma-
iore, qui habet velle & nolle, & in quo cadit approbatio &
7 reprobatio: † ſecus autem in præterito decedente in infan
tia, ſeu pupillari ætate quia deceſſit in tali ſtatu, in quo non
intelligebat. l. 1. C. de falſa mo. Ita declarat ut Bar. & Imo. in
d. l. filio præterito, per tex. in l. 2. C. de poſthu. hæ. inſt. & in l.
Lucius, ff. de iure fiſci & ex hoc tollitur fundamentũ D. Iaſ.
In d. l. ſi infanti. dum dicit quod ad hoc ut trãſmittatur ius
dicendi nullũ, oportet q præteritus, prius dixerit teſtamen-
tum nullum: nã hoc eſt falſum, ut patet ex prædictis. & quia
principaliter præteritus tranſmittit ius immiſcendi ſibi cõ
petens cum beneficio abſtinendi, d. l. ſi quis filium, §. 1. &
tranſmittendo ius immiſcendi, in neceſſariã conſequentiã
etiam tranſmittit ius dicendi nullum, qui ſi matri agẽti pe-
titione hæreditatis excipiatur de teſtamento, poterit repli-
care de nullitate, l. ſuis, vbi etiam gl. C. de repudianda hære
dita. l. 1. C. de ord. cog. declarat Imo. in d. l. filio præterito,
col. 7. quòd hæreditas matris non adita tranſmiſſa fuit.
Secundo principali fundamento dico matri competere
ius dicendi nullum, ſeu ius adeundi hæreditatẽ, quam eius
8 filius propter minorem ætatem adire omiſit. † quia quãdo
alicui defertur hæreditas, & is moritur in minori ætate, hæ-
redi ſuo propter minorem ætatem iunctam cum morte cõ
petit reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam aditionem,
l. qui diues, in prin. ff. de rebus dubijs. per quam ita determi
nant Bart. Imo. Aret. & communiter alij in l. Pantonius. ff.
de acqui. hæred. & Bar. conſ. 178. Peruſinus quidam. & ita
tenet Bar. & alij communiter in l. ſi infanti, C. de iure deli.
facit quod uult Alex. in d. cõſ. 20. ad fi. ubi conſuluit ex ab-
ſentia defuncti coniuncta cum morte competere hæredi re
ſtitutionem aduerſus omiſſam aditionem per text. in d. l.
Pantonius. Cor. conſ. 314. videtur primo aſpectu, ad fi. lib. 4.
9 Sed dicetur fortaſſis, † licèt filius præteritus uel ex potẽtia
ſuitatis, uel beneficio reſtitutionis in integrũ tranſmiſerit
hæreditatem patris ad matrem, tamen mater ipſa non adi-
uit, neque ſe immiſcuit, nec dixit teſtamentum nullum. vn
de non poteſt dici q ipſe trãſmiſerit, quia in ea ceſſant præ
dictæ rationes, quia non eſt ſua, neque minor. Sed hoc non
obſtante dico, q ipſa mater tranſmiſit hæreditatem filij ſui
ad ſe delatã, & ſimiliter ius dicendi nullum ad filiam ſuam
ex duplici capite.
Primò, quia deceſſit intra annum poſt mortẽ filij, & trãſ-
miſit ad filiam ſuam ius adeundi hæreditatem filij, in qua
erat etiam iſtud ius ſe immiſcendi in hæreditate patris be-
neficio l. cum antiquiorib. C. de iure deli. ita in ſpecie deci
dit Imo. in d. l. filio, car. pen.
Secundo trãſmiſiſſet ius immiſcẽdi ad filiam beneficio
l. unicæ, C. de ijs qui ante apertas tab. & licèt Do. Iaſ. in d. l.
emancipata. uelit qood non tranſmittatur ius dicendi nul
lum beneficio d. l. unicæ, tamen in contrarium ſe habet cõ
munis opinio, & contrarium tenent Bal. & Imo. in d. l. filio,
& Alex. in d. l. emancipata.

S V M M A R I V M.

*Subſtitutio reciproca admixta compendioſa, continet fideicom
miſſariam: alias ſecus ſi ſit ſimplex reciproca. & nn. 4. & 5.*
*2 Subſtitutio reciproca facta in paribus, non continet pupilla-
rem, niſi ætatis pupillaris fiat mentio.*
*3 Filius impubes in pupillari ætate tranſmittit ius adeundi ad
eius hæredes, non autẽ portio ipſius accreſcit cohæredib. ſuis.*
*6 Subſtitutio, quòd deueniat de uno ad alium ſuperſtitem, dici-
tur compendioſa habens tractum temporis in futurum, &
comprehendit fideicommiſſariam.*
*7 Legitima & Trebellianica, an detrahantur ex fideicommiſſo
comprehenſo ſub reciproca admixta compendioſa.*

DE SVBSTITVTIONIBVS RESPONSVM I.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

GVlielmus Borgeſij Claret tam fi-
liam hæredem particularem inſtituit,
vniuerſales autem hæredes fecit tres fi-
lios maſculos, unum puberẽ, alios duos
impuberes æquis partib. pro om nib. uo-
luntatib. ſuis in uita & in morte plena-
riè facien. hac adiecta ſubſtitutione, & quod deueniant de
uno ad alium ad ſuperuiuentem: quæritur uno ex filijs im-
puberibus in pupillari ætate defuncto, utrum ſit in eius por
tione locus ſucceſſioni ab inteſtato, ita q Claretta ſoror ſi-
mul cũ fratrib. ſuperſtitib. ab inteſtato dẽat ſuccedere iuxta
auth. defuncto, C. ad Tert. an uerò in pmiſſa ſubſtitutione
reciproca cõprehendat pupillaris, p quã uocant ſoli fratres.
Secundo qritur, vbi in hac ſubſtitutione non cõtineatur
pupillaris, an ſaltem contineatur fideicommiſſaria.
Ad primũ videret prima frõte rñdendũ in hac ſubſtitu-
tione ɔtineri pupillarem, quia ut ĩ. in ſcdo dubio dicetur,
hæc nõ eſt ſimplex reciproca, ſed eſt admixta cõpendioſæ,
quo caſu reciproca ɔtinet pupillarem, ẽt q facta ſit pſonis
imparib. ſm Pau. de Caſt. ɔſ. 254. ſi bñ ɔſideraĩ. ſm antiquã
1 impreſſionẽ. & rõ eſt, qa nõ põt negari, † q in reciproca ad-
mixta cõpendioſæ, nõ ɔtineaĩ fideicõmiſſaria, quę eſt onus
ipſis pupillis. l. cohrẽdi, §. cũ filiæ, ff. de vulg. & pup. ergo ẽt ɔti
nebit pupillarẽ, q̃ eſt fauorabilis, l. ex trib. C. de inoffi. teſta.
& ita tenet Dec. in l. in teſtamento, C. de teſta. mili.
2 Sed hoc non obſtãte vĩ inhærendum cõi reg. † quæ eſt q
ſubſtõ reciproca facta perſonis imparib. nõ ɔtinet pupilla-
rẽ, l. iã hoc iure, ff. de uulg. & pup. l. quis C. eo. tit. Nõ obſtat
deciſio Pau. in d. ɔſ. 254. quia in caſu illo erat facta expreſsè
mentio pupillaris ætatis, & ſic in figura, nimirũ ſi in tali re-
ciproca ɔtineaĩ pupillaris in caſu nr̃o nulla fuit facta men-
tio pupillaris ætatis, ergo ſtabit cõis reg. d. l. iam hoc iure,
& ita tenẽt Bal. Lud. Ro. Alex. & Imo. in d. l. in teſtõ, & Cor.
conſ. 180. principalis dubitatio, lib. 1. Bar. ɔſ. 41. factum tale
eſt, & conſ. 57. Annucelus, Ang. conſ. 97. & cõſ. 307. teſtator.
Sed cum pupillus deceſſerit ante aditã hæreditatem, ui-
detur locum eſſe iuri accreſcendi in fauorem fratrum ſuo-
rum, qui ſunt uerbis coniuncti, l. re coniuncti, ff. de leg. 3. l.
triplici, de verb. ſig. l. unica, §. pro ſecundo, C. de cadu. toll.
3 † uerũ quia hic filius hæres inſtitutus in una tertia eſt mor-
tuus in pupillari ætate, & quia eſt patri ſuus hæres, l. in ſuis,
ff. de lib. & poſthu. non eſt dubium tranſmiſiſſe ius adeũdi
ad hæredes ſuos uirtute l. ſi infanti, C. de iure delib. & li-
cèt ſint opiniones, utrum hæreditas non adita trãſmittatur
ab infante ad ſolum patrem, prout loquitur illa lex: tñ, ſm
Bar. & alios cõiter, ẽt trãſmittiĩ ad fratres. ut p Sal. & Iaſ. ibi.
Præterea communis eſt concluſio q hereditas patris filio
delata tranſmittatur ex potentia ſuitatis ad quoſcunque, ut
per Bart. & Mod. in l. uentre, ff. de aquir. hær. & per D. Iaſ. in
d. l. ſi infanti. quare adeuntib. hr̃dib. ab inteſtato uenientib.
ad hr̃ditatẽ pupilli defuncti ceſſare dẽt ius accreſcẽdi, &c.
Ad ſecundũ forſan erũt, qui dicent hanc eſſe ſimplicem
4 reciprocam, † ideo non cõtinere fideicommiſſariam, l. Gal
lus, §. t. cum gl. ff. de lib. & poſthu. traditur per D. Alex. in l.
hæreditatem, circa fi. C. de impub. & alijs ſubſt. cõſuluit D.
Steph. Bertr. conſ. 1. col. 18. lib. 2. & cõſ. 357. codicilli, co. lib.
Sed hoc non obſtante, reſpondeo q hæc non eſt ſimplex
reciproca, ſed eſt admixta compendioſæ facta ſub diſtribu-
5 tione temporum, † quo caſu reciproca continet etiam fi-
deicommiſſariam ſecundum Bar. in l. centurio, col. 9. uerſi.
ſecundo opponitur ad prædicta, ff. de uulg. & pup. & in l. Lu
cius, in 3. q. ff. eo. tit. & probatur in l. precibus, in fi. C. de im-
6 pub. & in c. Ray. de teſta. † hmõi. n. ſubſtitutio q deueniãt de
uno ad aliũ ſuperſtitẽ hẽt tractũ tpis in futurũ, qa facta ſub
cõmemoratione mortis, videlicet de uno pcedẽte ad aliũ
ſuperui-

ſuperuinentem. illa enim dictio, ſuperuinentem, relata ad
eũ, de cuius hæreditate agitur, præſupponit mortem illius,
l. qui ſuperſtitis, ff. de aquir. hær. & Inſt. de excu. tuto. §. 1. ubi
autem fit ſubſtitutio poſt mortem alicuius, tunc in tali ſub-
ſtitutione comprehenditur fideicommiſſaria ſecundũ Bart.
in l. centurio, in 1. q. ff. de vulga. & pup. nam ſubſtitutio facta
poſt mortem continet plura tempora, ſcilicet ante aditam
& poſt, & ſic in pupillari, & poſt: ergo erit reciproca compen-
dioſæ admixta, quæ abſque dubio continet fideicommiſ-
ſariam, d. l. precibus, & d. c. Raynu. & auctoritates & conſilia
abundant, ſed in terminis conſuluit D. Guido Papæ cõſ. 227.
Falanta Maiſoneria, & d. Steph. Bertran. conſ. 10. ponitur in
facto. lib. 3. Reſpondeo igitur hæredes per fideicommiſſum
vocatos ad hæreditatem fratris pupil.

7 Sed † an de tali fideicommiſſo ſit detrahenda legitima,
& Trebellianica, & ſic dimidia? Videtur proculdubio dicẽ-
dum ꝙ ſic, quia legitima non tenet grauamen fideicommiſ-
ſi, d. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & l. omnimodo, cum
ſimilibus, C. de inoffi. teſta. & quia Trebellianica nõ eſt pro-
hibita, nec filijs primi gradus ſecundum magis communẽ
opinionem prohiberi poteſt. l. iubemus, C. ad Trebelli. tra-
dunt Mod. d. l. Marcellus, ff. ad Trebel. & Dec. conſi. 81. nota
eſt quæſtio. & quòd detrahi debeant, eſt caſus in d. c. Raynu.
& hæc ſententia veriſſima eſt & tenenda, ſi dixerimus fidei-
commiſſum relictum à filio pupillo, ſecus ſi dixerimus iniũ-
ctum à uenientibus ab inteſtato, & ſic à Claretta, & alijs hæ-
redibus ab inteſtato, qui non poſſunt detrahere legitimam,
l. ſi Titio, §. fi. ff. de leg. 1. Sed utrum à filio pupillo iniunctum
ſit, vel à venientibus ab Inteſtato: nam ſatis hoc loco perſpi-
cuum eſt, & magis à filia videtur relictũ ſi uerba diligenter
inſpiciantur.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtituti copulatiuè, an cenſeantur uocati ordine ſucceſſiuo, quando cadit ordo affectionis.*
2 *Partes facientes ſimul ad partes admittuntur.*
3 *A ſignificatione propria uerborum non eſt recedendum.*

RESPONSVM II.

IN hac re, vt video, quæſtionem faciunt illa
verba, & ſuos æquis partibus & portionibus. nã ſi
illa uerba, & ſuos, de liberis intelligãtur, fruſtra
contendit magiſter Petrus Vitalis ex fratre ne-
pos Franciſci Vitalis ſubſtitutꝰ principaliter ſimul cum ſuis
Franc. Morelli in pupillari ætate defuncto, cùm ipſe Magi-
ſter Petrus non ſit de liberis.

Excutiamus ergo ſenſum horum verborum, & ſuos. Ma-
giſter Petrus intelligit, ſuos, ſcilicet hæredes: & ideo ſe voca-
tum credit, cum ſit hæres ex teſtamento dicti Franciſci Vita-
lis. ſed hic ſenſus ſtare non poteſt, quia Franciſcus Morelli,
& ſui, ſunt copulatiue vocati, ergo ſimul & ſemel, l. vnica,
§. ſi ita, C. de caduc. tollen. l. ſi duobus, ff. de lega. primo. l. ſi
Titiæ, ff. de vſufr. accreſ. & eſt tex. in terminis noſtris in c.
Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſta. & licèt Bart. in l. Gal-
1 lus, §. 1. ff. de libe. & poſthum. viſus ſit † velle, quod copula-
tiuè vocati, vbi cadit ordo affectionis, cenſeantur vocati or-
dine ſucceſſiuo, ſicut vbi cadit ordo neceſſitatis: tamen
communis opinio eſt contra Bar. teſte D. Alex. ibi. & à com-
muni non eſt recedendum, c. ne innitaris, de conſtitu. & ibi
alias ordine ſucceſſiuo cenſeantur vocati. id ſtare poſſet,
2 niſi ſimul æquis partibus vocati forent, vt in hoc caſu: † nam
qui partes faciunt, ſimul admittuntur ad partes, l. re coniun
cti, ff. de leg. 3. & l. planè, §. ſi ꝯiunctim, de leg. 1. Vnde cum
Fran. Vitalis, & ſui, ſint ſimul vocati æquis partibus, conſtat
ſuos non fuiſſe vocatos vt hæredes ipſius Franc, quos impoſ-
ſibile eſt ſimul ſuccedere cum ipſo Franciſco, qui in vita ma
trem poteſt hęredem habere, leg. qui ſuperſtitis. ff. de acqui-
ren. hæredit. arctamur ergo dicere, quod illa verba, & ſuos,
debent intelligi de liberis ipſius Franc. vnde cùm ipſe Ma-
giſter Petrus non ſit de liberis, non poteſt videri vocatus.
Rurſus ſi hæc verba, & ſuos, exponerẽtur, ſ. hęredes: tamen de
ſuis hæredibus, hoc eſt de liberis intelligenda forent, tũ quia
ea eſt propria verborum intelligentia. §. ſui, Inſtit. de hære.
3 quali. & diffe. † à qua propria ſignificatione recedẽdum non
eſt, niſi de contraria mente appareat, l. non aliter, ff. de leg. 3.
& ꝙ de liberis hæredibus intelligenda ſiat, facit in propoſi-
to tex. in l. ex facto. §. fi. & quæ ibi not. ff. ad Treb. non in iure
ergo contendit Magiſter Petrus extraneus hæres, & nõ ſuus,
nec de liberis. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Nepotes ſubſtituti cum filijs, an dicantur vocati ſimul, vel ordine ſucceſſiuo, aut neceſſitatis, & nu. 7. 9. & 12.*
2 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes ueniunt.*
3 *Subſtitutio plurium facta collectiuè, dicitur facta ordine ſucceſſiuo.*
4 *Ius accreſcendi trahit ad ſe ſubſtitutionem, vbi coniunctus eſt ſubſtitutus, vel magis à teſtatore dilectus.*
5 *Subſtitutio vulgaris fit per verba negatiua, ſi hæres non eris, & expirat per hæreditatis aditionem.*
Fideicommiſſaria verò per verba affirmatiua. nu. 6.
8 *Teſtator vocando ordine ſucceſſiuo per nomen collectiuum, liberos, videtur velle quòd bona in familia conſeruentur.*
10 *Subſtitutio reciproca fit ſub compendio temporum & perſonarum, compendioſa verò ſub compendio temporum tantùm.*
11 *Subſtitutio reciproca facta puberibus continet & vulgarem et fideicommiſſariam. impuberibus verò ſi fiat, comprehendit quoque rem ſimul pupillarem, & nu. 13.*
14 *Filius poſitus in conditione quando cenſetur vocatus, & nu. 16. vſque ad fi.*
15 *Conditio nihil ponit.*
17 *Argumentum ab abſurdo euitando valet, dummodo inconueniens ſequi poſſit.*

RESPONSVM III.

EX articulis mihi exhibitis duo eli-
ciuntur dubia difficillima,
ſuper quibus plura dici poſſunt: ſed breuibus
agendo, vt Conſultorem decet, ea tantum per-
ſtringam quæ ad rem facere videbuntur.

Primum eſt, an per ſubſtitutionem reciprocam his verbis
compoſitam, ipſis autem hæredibus vniuerſalibus ſubſtituo
ſuperuenientem & ſuos liberos legitimos & naturales alteri
præmorienti ſine prole legitima maſculina cenſeantur vo-
cati liberi ſimul cum hærede per vulgarem ad portionẽ D.
Nicolai cohæredis, qui deceſſit ante teſtatorem, an vero or-
1 dine ſucceſſiuo? † Videtur, ꝙ ſimul ſint vocati, quia coniun
cti, l. ſi Titio, ff. de vſufr. accreſc. l. interdum, ff. de hær. inſti. &
videtur caſus in l. fi. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in c. Ray-
nutius, & in c. Raynaldus, de teſtam. In contrarium ꝙ ſint vo
cati ordine ſucceſſiuo facit; quia nepotes ex filio in caſum
vulgaris poſſunt videri vocati in caſu neceſſitatis, & iuxta cõ
ſilium Galli, videlicet vbi non ſupereſſet filius tẽpore mor-
tis teſtatoris, qui per vulgarem alteri filio ſuccedere poſſet,
ergo ordine ſucceſſiuo vocati intelligũtur, l. Gallus, §. 1. vbi
Bar. & alij. ff. de lib. & poſthu. Secundo, quia ſubſtituti fuerũt
pater ſuperſtes & liberi per nomen collectiuum pluriũ gra-
2 duum: † nam verbum, liberos, comprehendit omnes deſcẽ
3 dentes. l. liberorum, ff. de verb. ſig. & ſic videtur facta † ſubſti
tutio plurium collectiuè, quo cum intelligitur facta ordine
ſucceſſiuo, ſecundum Raph. Com. Ang. Pau. Alex. & Soc. in
d. §. quidam rectè, & Ang. conſi. 38. quidã Ioannes. Nec ob-
ſtat ꝙ ſint coniunctim ſubſtituti, quia vbi cadit ordo neceſſi
tatis, vel vbi vocãtur pater & filij per dictionem collectiuã
plurium graduum, vt per dictionem, liberos, vel deſcenden-
tes, ſiue familiam, copula copulat ordinem graduum non
perſonas ſm Doct. Tertio, quia pater ſuperſtes habet benefi
cium iuris accreſcendi coniunctum cum ſubſtitutione vul
4 gari comprehenſa in reciproca, quo caſu † ius accreſcen. ad
ſe ſubſtit. trahit. l. qui patri, ff. de vulga. & vbi coniunctus eſt
etiã ſubſtitutus, locus magis eſt iuri accreſcendi, quàm ſub-
ſtitutioni, l. ex bõ, C. de impub. & alio. ſubſt. & vbi coniun-
ctus eſt perſona veriſimiliter magis dilecta, quàm ſubſtitu-
tus, locus primùm eſt iuri accreſcendi, & ſic coniunctus pręfertur.
l. fi. C. de inſti. & ſubſti. per quem ita cõcludit D. Iaſ. in
l. re coniuncti, in 2. q. prin. Bar. 2. partis, ff. de lega 3. Dicamus
ergo, ꝙ pręferendus ſit hoc loco filius coniunctus, & ſubſtitu
tus nepon ſolum ſubſtituto: ſeu ꝙ verius eſt, ꝙ teſtator voca-
uerit filium coniunctum & nepotes ordine ſucceſſiuo.

Secundum dubium eſt, an d. Ludouicus filius & hæres

D. Palamedia teſtatoris cenſeatur grauatus per fideicom-
miſſum reſtituere hæreditatem d. Franc. eius filio? Punctus
huius dubij poteſt dupliciter formari. Primo, an cenſeatur
grauatus virtute præmiſſæ ſubſtitutionis dumtaxat? Secun-
dò, ſi non intelligitur grauatus virtute huius primæ ſubſtitu
tionis, an intelligatur grauatus virtute aliarum, ſaltem eas
coniungendo?

Circa primam, ſi intelligamus liberos vocatos ordine
ſucceſſiuo, vt ſupra concluſum eſt, iſta vocatio ſucceſſiuo or
5 dine facta poteſt intelligi dupliciter. Primò † negatiuè, id eſt
ſi pater ſuperſtes hæres non erit, quod liberi eius ſint hæredes, &
ita intelligendo conſtat liberos nõ fuiſſe vocatos niſi in ca-
ſum vulgaris ſubſtitutionis, quæ hæreditate adita per patrẽ,
6 expirauit. l. poſt aditam. C. de impub. Secundo † poteſt in-
telligi affirmatiuè, id eſt, ſi pater ſuperſtes ſit hæres, quod tenea-
tur per fideicommiſſariam ſubſtitutionem reſtituere hære-
ditatem filio: & ita intelligendo d. Franciſcus eſſet ſubſtitu-
tus patri poſt mortem. Videamus ergo quis ſenſus ſit. Paul.
7 de Caſt. in d. §. quidam rectè, diſtinguit, aut † ſubeſt ordo ne
ceſſitatis preciſè, vel cauſatiuè, & tunc liberi ſolũm vocati
videntur per vulgarem tantum, quaſi teſtator videretur ad il
lam neceſſitatem ſe retuliſſe, & huic primo membro aſſen-
tiunt communiter Doct. poſt glo. & Bart. ibi: aut non ſubeſt
ordo neceſſitatis, ſed affectionis dumtaxat, & tunc liberi vi-
dentur vocati per vulgarem & per fideicommiſſariam, ſed
Aret. ibi & d. Alex. contrarium firmant, ſcilicet quod etiam hoc
caſu cenſeantur vocati per vulgarem tantum, & ſequitur
d. Alex. conſi. 22. & ſeq. lib. 3. & Dec. conſi. 208. in cauſa iſto-
8 rum nobilium, col. 2. Soc. vero in d. §. quidam rectè, † con-
cordat has opiniones, vt opinio Pau. vera ſit, quando vocan
tur ordine ſucceſſiuo per nomen collectiuum, puta ſi teſta-
tor ſubſtitueri fratrem, & eius liberos, ſiue familiam, quia
teſtator, vocando ordine ſucceſſiuo liberos, & ſic nepotes,
pronepotes, & deinceps. d. l. liberorum, dicitur velle quod bona
remaneant in familia, quo caſu cenſentur ſinguli hæredes
grauari de reſtituẽdo proximiori ſuperſtiti de familia. l. peto.
§. fratre. ff. de leg. 2. opinio vero Aret. Alex. & ſequaciũ vera
eſt, quando teſtator ſimpliciter ſubſtituit patrem ſuperſtitẽ,
& filios, quo caſu non poſſunt videri filij ſubſtituti ordine
ſucceſſiuo, ea ratione, vt bona remaneant in familia. Ada-
ptando itaque præmiſſa ad caſum noſtrum, videtur quod ſu
mus in primo caſu Pau. de Caſt. quod huiuſmodi ſubſtitu-
tio fuerit facta ſucceſſiuo ordine neceſſitatis, vt ſupra oſten-
di. ergo ſubſtitutionem in caſum vulgaris erit facta dumta-
xat. Ego tamen ſtantibus verbis prædictæ ſubſtitutionis mo
9 do quo ſtant, arbitror † quod liberi ſint ſubſtituti ordine ſuc
ceſſiuo, & per vulgarem, & per fideicommiſſa. hęc enim ſub-
ſtitutio, alteri præmorienti ſine prole legitima, & maſculi-
na, ſubſtituo ſuperſtitem, & eius liberos, facta eſt per verba
habentia tractum temporis ſucceſſiui, nam verba, præmo-
rienti ſine prole, important plura tempora, videlicet tem-
pus ante aditam, & tempus poſt aditam, ac etiam importãt
tempus pupillaris ætatis, & ſucceſſiuè tempus pubertatis, &
10 ideo dicitur hæc ſubſtitutio † reciproca, quia ſub compen-
dio temporum & perſonarum facta fuit: aliàs, ſi vni perſonę
eiſdem verbis fiat, dicitur compendioſa, quia ſub compen-
dio temporum facta dumtaxat & hæc eſt ſubſtantialis diffe
rentia inter reciprocam, & compendioſam factas ſub com-
pendio temporum, quia compendioſa ſub ſolo temporis
compendio, reciproca vero etiam ſub compendio perſona-
rum deſignatur, vt declaraui in l. centurio, in 1. q. Bart. ff. de
vulg. & pup. ſuperſtes igitur hoc loco fuit ſubſtitutus præmo
rienti, non ſolũm per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſ-
11 ſariam, † quia reciproca facta puberibus vtramque conti-
net, & ſi impuberibus, tres continet in perſonam cuiuſlibet
vulgarem, pupillarem & fideicõmiſſariam, vt declarat Bar-
tol. in l. Lucius, per illum tex. & in l. iam hoc iure, ff. de vulg.
12 & pup. † liberi ergo erant ſubſtituti patri ordine ſucceſſiuo,
tam in caſu fideicommiſſariæ, quàm in caſu vulgaris ſubſti-
tutionis, quia etiam ex verbis ſubſtitutionis, ſubſtituti repe-
riuntur patri quocũque tẽpore. nam & ipſi ſubſtituti legun-
tur ordine ſucceſſiuo, non ſolũm caſu quo alter præmoria-
tur ſine prole maſculina ante aditam, ſed etiam caſu quo
moriatur poſt aditã: illa enim verba, ſine prole maſculina, re
ſpiciunt non ſolũm patrem ſuperſtitem, ſed etiam liberos
ordine ſucceſſiuo vocatos, ergo ſeruato ordine debent pari-
formiter ſe habere, tam ad liberos, quàm ad patrẽ. l. quãuis,
C. de impub. & alijs ſubſti. & d. l. iam hoc iure. Non obſtat, quod
ſubſit ordo neceſſitatis, & ſic ad vulgarẽ dumtaxat videatur
teſtator ſe retuliſſe, vt dicit gl. Bart. & alij in d. §. quidam re
ctè, quia illud procedit in dubio, & quando ſubſtitutio eſt
ſimpliciter facta abſque verbis habentibus tractum futuri,
puta Titium inſtituo, & eius liberos, uel Titium & Meuiũ
inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo, & eis liberos, tunc ad uul
garem tantum ſubſtitutio adaptatur per ordinem neceſſita-
13 tis, ſecus in caſu claro † quo ſubſtitutio eſt facta per uerba
habentia tractum in futurum, quæ non ſolum vulgarem, ve
rum etiam pupillarem, & fideicommiſſariam expreſsè de-
monſtrant, ſecundum Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de vulg. & pup.

Circa ſecundum, an ex alijs gradibus ſubſtitutionum cen
ſeatur D. Franc. ſubſtitutus patri ſuo, retenta concluſione fa-
cta in præcedenti, huiuſmodi inueſtigatio fruſtratoria ui-
detur: quia tamen præcedens concluſio nõ applaudabit for
taſſis auribus cuiuſlibet iudicantis, diſcutiamus iſtud ſecun
dum. Et prima conſideratione reſpondendum videtur, D.
Franciſcum nullo ſubſtitutionum gradu vocari: non quidẽ
ex præcedẽti primo gradu, ſi teneamus quod per vulgarem
duntaxat cenſeatur vocatus; non etiam ex ſequenti ſecundo
gradu, quo vocatur Petrus Forbinus filius d. Ioannis della
Barbant, & primo genitus Iacobi Forbini, ſi ambo filij teſta-
toris hæredes inſtituti deceſſerint ſine prole legitima & ma
ſculina, quia ipſe D. Franc. nepos ſolum repetitur in condi-
14 tione poſitus, † nam poſitus in conditione non cenſetur uo-
catus, nec ſubſtitutus, ſecũdum gl. in l. Lucius, ff. de hær. inſt.
quæ à communi Doct. ſcola recipitur atteſtantibus Ioan. de
Imo. in l. filiusfam. §. cum quis. de leg. 1. & Dom. Alexan. in
varijs conſilijs adductis per Iaſ. in l. 1. C. de pact. & Soci. in l.
cum auus, in ultima car. ff. de condi. & demonſtr. & conſ. 33.
lib. 4. & Curtius Senior conſi. 42. quia inquit Bal. & ratio eſt,
15 †, quia conditio nihil ponit, l. quæ ſub conditione dandorũ,
ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. & probatur hæc communis opi-
nio in l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ff. de hær. inſt. & in d. l. fi-
liusfam. §. cum quis.

Verum pręmiſſis non attentis, arbitror Dom. Franciſcum
fuiſſe vocatum, & ſubſtitutum Domi. Ludouico eius patri
16 per fideicom. rum † quia prædicta communis ſententia, quod
filij poſiti in conditione non cenſeantur vocati, ſeu ſubſtitu-
ti, non procedit quando filij in conditione poſiti fuerunt ali
quo modo per teſtatorem vocari, ſecundum Socin. in d. l.
Gallus, §. quidam rectè, colum. fina. in præſenti autem caſu
Domi. Franci. reperitur honoratus, quia vulgariter uocatus
ad portionem Domi. Nicolai caſu, quo nollet, vel non poſ-
ſet hæres eſſe, ergo & cætera. tum quia limitatur prædicta
communis ſententia, ut non procedat quando ex coniectu-
ris elicitis ex verbis appoſitis in aliqua parte teſtamenti col
ligi poſſet contraria mens defuncti ſecundum Socyn. in d. l.
cum auus, car. pen. ubi dicit, quod in arbitrio iudicis eſt quę
& quales coniecturæ ſufficiant ad demonſtrandũ quod in-
tentio teſtatoris fuit ſubſtituere filios in conditione poſitos,
& dixit not. Domin. Phil. Corn. conſilio 146. in hac, libro ſe-
cundo, quod propter varietatem opinionum, & propter ra-
tiones hincinde efficaces, quæ reddunt ſententiam glo. in
d. l. Lucius, admodum dubiam, poteſt concurrente aliqua
coniectura probabiliter diſcedi à prædicta communi ſen-
tentia. verum in occurrenti facti contingentia non vna, aut
duæ, verum etiam tres reperiuntur coniecturæ efficaciſſimę,
quæ apertè oſtendunt mentem Domini Palamedis teſtato-
ris voluiſſe grauare ſuos hæredes per fideicommiſſum reſti-
tuere hæreditatem liberis in conditione poſitis. diſcutia-
mus itaque has coniecturas, quarum prima elicitur ex ipſis
uerbis conditionalibus, videlicet ſi ſine prole maſculina.
nam quia ſolos maſculos in conditione poſuit, coniectura-
ri licet, quod uoluit bona conſeruari in familia, quæ con-
ſeruatio fieri non poteſt neceſſario, niſi maſculi in conditio
ne poſiti cenſeantur ſubſtituti, ut dicit Domi. Guido Papæ
deciſ. 184. & Decius conſil. 318. in cauſa iſtorum nobilium.
& Dominus Franciſcus Curtius Iunior in l. emancipata, C.
qui admitti. ubi atteſtatur ſe uidiſſe conſilia quam plurium
præſtantiſſimorum Doctorum totius Italiæ ita reſpon-
dentium.

Secunda coniectura elicitur ex digreſſione facta per teſta-
torem ad plures gradus ſubſtitutionum ſecundum Petr. de
Anchar. conſilio ſeptuageſimo quarto contra Philippum. &
licèt hæc coniectura ſic nuditer elicita reijciatur communi-
ter à Doctoribus, vt atteſtatur Socin. in dicta lege, cum a-
uus. tamen tunc demum reijcitur, quando fit digreſſio ad
plures gradus ſimpliciter. ſed quando in conditione fuit
poſiti filij maſculi tantum, & poſteà fit digreſſio ad alios ſub
ſtitutionum gradus, vocando ſemper agnatos maſculos, cer
tè tũc ſuborit ↄcludẽs ↄiectura, quod uoluerit bona ↄſeruare in
familia

familia & pr̄r prius uoluerit ſubſtituere liberos maſculos, q̄ tranſuerſales, arg. d. l. cum auus. & in iſtis terminis hanc coniecturam amplexus fuit D. Alex. conſ. 114. lib. 5. item huiuſmodi coniectura recipitur quando filij maſculi ſunt inſtituti & inuicem ſubſtituti ſi ſine liberis deceſſerint. ſucceſſiuè ultimo decedenti ſine liberis ſit datus alius ſubſtitutus ſecūdum Soc. in d. l. cum auus. & conſi. 116. in cauſa filiorum, li. 3. quia niſi liberi maſculi in conditione poſiti ſint etiam uocati, poſſet ſequi abſurdum: quia ſi ultimus decederet ſine filijs, uocaretur ultimo loco ſubſtitutus excluſis liberis alterius. Et iſte eſt caſus noſter, ut ex lectura ſubſtitutionum apparet. & licèt D. Ludouicus ultimus non deceſſerit ſine filijs ſed cum prædicto D. Franc. ſatis tamen uidetur quòd caſus
17 potuiſſet accidere, licèt non uenerit: nā † argumentū ab abſurdo euitando ualet, dummodo incōueniens ſequi poſſit, l. nam abſurdum, ff. de oper. lib. cum concord. inſuper & ſi præſens coniectura ſola non recipiatur, ꝯiuncta tamen cum alijs debet operari, l. 3. & l. ſpadonem, §. qui iura multa, ff. de excu. tuto.

Tertia coniectura colligitur ex eo, quòd filios maſculos inſtituit, & eis ſubſtituit ſi ſine liberis maſ. agnatos proximiores de familia excludendo proprias filias ab hæreditate ſua. ex hoc enim licet intueri, quòd uoluerit bona ſua conſeruari inter maſculos de familia, & conſequenter quod prius uoluerit ſubſtituere nepotes maſculos in conditione poſitos, quàm ſubſtitutos remotiores ſecundum Cur. antiquior. conſi. 76. Do. Ludouicus Rotarius, col. 4. & Com. in d. conſi. 146. ex quibus omnibus mihi uidetur concludendum, quod. D. Franc. fuerit & ſit per fideicommiſſum patri ſuo ſubſtitutus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutionis conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, an deficiat per exiſtentiam neptis, aut filiæ. & nu. 4. & 7.*

2 *Verborum à natura & proprietate non eſt in dubio recedendū, niſi de contraria mente ex coniecturis appareat. & nu. 19.*

3 *Liberorum appellatione comprahenduntur etiam fœminæ, niſi ſumus in diſpoſitione fauore agnationis. & nu. 13.*

5 *Geminatio, & reiteratio arguit certam animi deliberationem. & nu. 21.*

6 *In conditionibus merum factum attenditur, de quo tamen teſtator cogitauit. & nu. 14.*

8 *Filias excludens, pariter & neptes excludere uidetur.*

9 *Statutum excludēs filias propter maſculos, comprehendit etiā neptem ex filio, & eo caſu pater inſtituens filios. non uidetur filias inſtituiſſe. & nu. 10. & ſeq.*

10 *Odium non datur contra adhuc non natos.*

11 *Filiæ excluſa maſculis inſtitutis, præſumuntur excluſa propter ſexum.*

12 *Ratio, quæ unica eſt & ſola, habetur pro expreſſa.*

14 *Fœmina imponunt finem agnationi & familiæ.*

15 *Voluntas teſtatoris tacita ſicut expreſſa, in fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus obſeruatur, & præſumitur conformis iuris & ſtatutorum diſpoſitioni. & nu. ſeq & 22.*

17 *Curator cenſetur datus uſque ad 20. annos, ſtante ſtatuto quòd talis ætatis exiſtens poßit de rebus ſuis diſponere.*

18 *Voluntas teſtatoris talis cenſetur in ſubſtitutione, qualis fuit in inſtitutione.*

20 *Mens potius quàm uerba eſt etiam in conditionalibus inſpicienda.*

23 *Statuti diſpoſitio dicitur ius commune ſtatuentium.*

R E S P O N S V M IIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

EX præmiſſa facti narratione unica reſultat dubitatio difficilima & ſubtiliſſima, uerum attentis uerbis ſubſtitutionis, de quibus in themate & ſtatuto prouinciali, quo cauetur quòd extantibus maſculis fœminę
1 non ſuccedant, † filia Iacobi unius ex hæredibus grauatis neptis facit deficere conditionem, ſi ſine liberis. ſuper qua tot mihi conſideranti rationes & argumenta hincinde occurrerunt, ut me ancipitem, denique nutantem reddiderint.

2 Pro parte affirmatiua ſe primo loco obtulit † verborum proprietas & natura, à qua in dubio non eſt recedendum, l.
3 non aliter, l. ille aut ille, §. cum in uerbis, ff. de leg. 3. † illa. n. uerba, ſi ſine liberis de proprietate ſermonis comprehendūt liberos utriuſque ſexus, l. liberorum & l. cognoſcere, §. liberorum, ff. de uerb. ſig. ergo neptis ita faciet conditionem deficere, ſicut nepos.

4 Secundo † ſe mihi exhibuerunt iura ita expreſsè determinantia, videlicet tex. in l. generaliter, § cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtit. l. iubemus §. fi. C. ad Treb. l. 1. C. de condi. inſert. & l. non eſt ſine liberis ff. de uerb. ſign. & ibi glo. expreſsè determinat quod neptis facit deficere hanc conditionem, ſi ſine liberis.

Tertio dubitatio mihi augebatur ex eo, quòd teſtator in ſecundo gradu ſubſtitutionum expreſsè uocauit liberos maſculos fratris ſui, & non liberos ſimpliciter: ex quo datur intelligi, quòd ſi uoluiſſet ſolos liberos maſculos in conditione ponere, ita expreſſiſſet, ſicut expreſſit, quando poſuit liberos fratris in diſpoſitione, argumen. l. unicę §. ad deficientis, C. de cad. toll. quæ ratio mouit Pet. de Anch. ad ita determinandum conſ. 120. pro clariori.

Quarto in propoſito caſu aliud in hanc ſententiam me trahere uidetur, quod teſtator tàm in primo quàm in ſecūdo ſubſtitutionum gradu uſus fuit eadem conditione, ſi ſi-
5 ne liberis. ſimpliciter: quæ † geminatio & reiteratio arguit certam animi deliberationem quod de liberis utriuſque ſexus loquebatur, prout uerbum ſonat. ca. ſi quis iratus, 2. q. 3. Qua ratione ducti idem conſuluerunt Lud. Bol. Io. Sadoletus & plures alij, ut habetur conſi. 53. inuocato diuino auxilio, inter conſilia Alex. lib. 4.

Quinto id magis me implere uiſum eſt, quòd in ſecundo ſubſtitutionum gradu teſtator uocauit Paulettū Caſei extraneum ſub conditione, ſi liberi maſculi fratris ſui decederet ſine liberis. quæ conditio, ſi ſine liberis, hoc loco intelligenda uidetur etiam de liberis fœminis, ne teſtator uideatur plus dilexiſſe extraneum quàm filias fratris, quod non eſt uerisimile, l. Lucius, ff. de hæredi. inſtitu. eodem ergo modo, intelligenda erit huiuſmodi conditio poſita in primo gradu. & ſi dicatur, & hanc partem uiſus eſt ampleсti Soc. in l. hæredes mei, colum. penult. ff. ad Trebellia. & in l. ita, ff. de condi. & demonſt. ubi reſpondet ad coniecturam ſumptam ex forma ſtatuti excludentis filias extantibus maſculis, q̄
6 talis coniectura non eſt recipienda. † quia in conditionibus merum factum attenditur l. Meuius, ff. de cond. & demonſt. ideo non conſideratur utrum poſiti in conditione ſint ſucceſſibiles, uel non. l. filiusfa. §. cum quis, ff. de lega. 1. & idem conſuluit Com. conſi. 83. videtur in hac. & conſ. 92. uiſa facti narratione, in primo dubio, lib. primo, & conſilio 202. pluries, lib. 3.

7 Pro parte negatiua. quòd † in caſu propoſito neptis non faciat deficere conditionem plura ſtringunt.

Primo, quia teſtator ſolos filios maſculos hæredes eſſe uoluit, filias uerò certa quātitate inſtit. eſſe contentas, ita quod
8 aliud petere non poſſent. † ſicut ergo excluſit proprias filias ab hæreditate ſua fauore maſculinum pariter coniecturandum eſt, quòd uoluerit excludere neptes cum non ſit veriſimile, quod plus dilexerit neptes quàm proprias filias, argumento l. ſi uiua matre. C. de bon. mat. qua ratione Bald. & Scrib. in l. uenia C. de in ius uocan. dicunt † idem in ſtatuto excluden. filias propter maſculos, ut etiam cenſeatur excludere neptes, quod latiſſime comprobant Curt. conſilio octuageſimo primo teſtè præfatus. ubi vult quòd etiam cenſeatur excludere neptem ex filio, quia militat eadem ratio excluſionis.

Nec obſtat ſecundum eum, ſi dicatur quòd neptis ex filio ſuccedat ex perſona patris §. cum filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. ſtante prædicto ſtatuto non poteſt, cum non ſit eiuſdem qualitatis, prout eſt pater maſculus, qui præfertur fœminis non quia ſit ſimpliciter filius, ſed quia maſculus. ita docet Bartol. in l. liberorum, col. antepenu. verſicu. quæro pone retento ff. de verborum, ſignificatio. quæ ratio militat in caſu præſenti, in quo teſtator prætulit filios maſculos filiabus ſuis, non quia eſſent filij ſimpliciter, ſed quia maſculi, ut ex lectura inſtitutionis apparet. ibi, & ſi omnes ſui liberi maſculi hæredes inſtituuntur. quam rationem etiam ponderarunt Pau. de Caſtr. conſilio 97. proponitur. ad fi. & Franciſc. Aret. conſi. 141. uiſo ſtatuto, columna prima. Nec etiam obſtat,

ſi dicatur quòd teſtator ponit ex aliqua cauſa odio habuiſ-
30 ſe filias iam natas, † quæ ratio odij ceſſat in neptibus, non-
dum conceptis. quia reſpondetur, quod in occurrenti
caſu teſtator etiam excluſit filias proprias etiam naſcituras,
in quibus nulla poteſt ratio odij conſiderari, l. ſi quis in ſuo,
§. legis, C. de inoffi. teſtam. Item reſpondetur, quod non præ-
ſumitur aliqua cauſa odij in filias, niſi probetur, §. cauſas.
in Authent. ut cum de appell. cog. & l. fina. C. de ſecun.
31 nup. † in dubio itaque filiæ inſtitutis agnatis maſculis præ-
ſumuntur eccleſiæ propter ſexum, non propter odium. quæ
ratio ſexus ita militat in neptibus, ſicut in filiabus. ſicut
ergo noluit teſtator, quod maſculi ſubſtituti excluderentur
à filiabus proprijs, fortius dicendum quod noluerit eos ex-
cludi à neptibus.
Secundo pro hac parte facit, quia teſtator ſolos maſculos
inſtituit, ſolos maſculos inſtitutos inuicem ſub conditione
ſi ſine liberis ſubſtituit, ſolos filios fratris maſculos, ſi omnes
filij maſculi inſtituti ſine liberis morerentur, ad eius hæredi
tatem uocauit, quod nulla alia ratione quàm fauore agna-
tionis feciſſe credendum eſt, §. ſi plures, Inſti. de leg. agn. tut.
& not. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. uerſi.
primo. & eſt ſciendum. Ange. conſ. 68. Mart. Ioannes de Flo-
32 rennia. † & cum nulla alia ratio poſſit aſſignari, habetur ac ſi
foret expreſſa. ſecundum gl. quam ibi commedat Bald. in l.
33 quamuis, C. de fideicom. † ubi autem aliquid diſponitur fa-
uore agnationis conſeruandæ, ſi in tali diſpoſitione fiat mẽ-
34 tio liberorum. non cenſentur comprehenſæ † fœminæ, quæ
agnationi & familiæ finem imponunt, l. pronunciatio. §. fa-
milia, ff. de uerb. ſign. ita per hanc rationem concludit Ioan.
And. in addi. Spec. ſuper rub. de teſta.
35 Tertio facit, quia † in ſubſtitutionibus maximè fideicom-
miſſarijs, in quibus uoluntas tacita & coniecturata ita obſer
uanda eſt, ſicut expreſſa, l. cum proponeretur, ff. de leg. 2. l. li-
cèt Imperator, ubi Bar. & l. cum res, ubi Iaſ. ff. de leg. 1. l. cum
uirum, C. de fideico. teſtator præſumitur conformaſſe uolũ-
tatem ſuam cum diſpoſitione ſtatuti, ſecundum Bart. quem
Ang. Pau. Alex. & alij cõmuniter ſequũtur, in l. hæredes mei,
§. cum ita, ff. ad Treb. ubi dicit, quod talis præſumitur uolun-
tas in ſubſtitutionibus, qualis eſt intentio ſtatuti in ſucceſſio
36 nibus ab inteſtato, inferens propterea quod † ſtante ſtatuto
quod extantibus filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedãt,
quod neptis in terminis d. §. cum ita, nõ admitteretur ſuper-
ſtite nepote maſculo ex altero fratre. Qua ratione Pet. de An
char. ſtante præallegato ſtatuto, dicebat, ꝙ ſi pater ſubſtituat
filios, non cenſetur ſubſtituiſſe filios. ita ille determinat in
l. tres fratres, & ibi D. Iaſ. ff. de pact. Qua etiam ratione dixit
37 Ioannes de Imola, quòd † ſi teſtator det curatorem filio, in-
telligitur dediſſe uſq; ad 20. annos, ſi ſtatuto caueatur quod
poſt 20. annos quilibet habeat liberam poteſtatem diſponẽ-
di de bonis ſuis. ita ipſe decidit in l. fi. ff. de condi. & demõſt.
Hinc dicebat Ant. de But. conſi. 1. uiſo puncto, in primo du-
bio, quod filius inſtitutus hæres, & prohibitus alienare bona
immobilia, ut ad poſteros peruenirent, intelligitur teſtator
ſtante prædicto ſtatuto inuitaſſe prius poſteros maſculos, &
cis deficientibus fœminas, non obſtante quòd appellatione
poſterorum comprehendantur etiam fœminæ, l. quod his
uerbis, ff. de leg. 3. l. 1. ff. de iure immu. c. in quibuſdam, cum
glo. de pœnis. Hinc etiam conſuluit Soc. conſi. 51. uiſa fa-
cti narratione, lib. 4. quod in ſubſtitutione, qua Titius & eius
deſcendentes uocati ſunt, prius deſcendentes maſculi, dein-
de fœminæ uocatæ cenſentur propter cenſuram allegati ſta-
tuti, cum qua creditur teſtatorem cõformaſſe ſuam uolunta
tem, non obſtante quod appellatione deſcendentium con-
tineantur tam fœminæ, quàm maſculi, l. prima, C. de ſuis, &
legi. l. ſi quis inceſtas, C. de inceſt. nup. propter quam ratio-
nem conſuluit idem Soc. conſil. 90. aliunde, lib. 1. quod ſi
ſubſtituti ſint frater, & eius filii, quod cenſentur prius ſubſti-
tuti filij maſculi, quia non eſt credendum quod teſtator ha-
buerit aliam mentem quam habuerint ſtatuẽtes, licèt alias
filij appellatione comprehendantur etiam fœminæ, l. filij
appellatione, ff. de uerbo. ſignifi. Hinc conſuluit idem Soc,
conſi. 36. rectè & maturè, eo. lib. 1. quod ſi teſtator iubeat ca-
ſtrum remanere filijs Sempronij, cenſetur uocaſſe filios ma-
ſculos. & non ſe propter diſpoſitionem prædicti ſtatuti. &
illud idem anteà conſuluerat d. Alexand. conſi. 127. uiſo te-
ſtamento, lib. 1.
Quid igitur tenendum? Mihi in caſu occurrenti placet
opinio negatiua, quod neptis non faciat deficere conditio-
nem ſubſtitutionis, ſi ſine liberis, per rationes præallegatas.
38 & quia † uoluntas teſtatoris eſt iudicanda talis in ſubſtitutio
ne, qualis dignoſcitur fuiſſe in inſtitutione, l. prima, C. de im
pub. & alijs ſubſt. & ibi Bartol. & alij not. Sed hic teſtator
prædilexit filios maſculos in inſtitutione, ergo dicamus ꝙ
prædilexit in ſubſtitutione: quod non poſſet ſtare ſi dice-
remus quod conditio, ſi ſine liberis, intelligatur etiam de
fœminis. & pro hac parte bene facit quod decidit Bartol. in
l. finali, uerſic. iuxta hoc quæro, ff. ad Trebellia. ubi inſtitutis
tribus filijs maſculis hæredibus uniuerſalibus, & una filia
in re certa, teſtator hoc modo ſubſtituit, ſi quis filiorum me-
orum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo ſuperuiuentes. quæ-
ritur an uno ex maſculis mortuo admittatur filia cum alijs
maſculis ſuperſtitibus? Videbatur quod ſic, qa appellatione
filiorum ſuperſtitum uenit filia fœmina, l. filij appellatione,
ff. de uerborum ſignificatio. contrarium determinat Bar-
tol. quia ſicut teſtator prædilexit maſculos in inſtitutione, e-
tiam cenſetur prędilexiſſe in ſubſtitutione. idem firmat Bar.
in l. Lucius, ff. de uulg. & pupil. quem Docto. ibi communi-
ter ſequuntur, & in l. in teſtamento, C. de teſtamen. milita.
Alexand. conſilio 66. lib. ſecundo. Soc. conſilio 49. colum-
na quarta, lib. primo. Curt. conſilio 45. columna ſecunda, &
conſilio 52. columna tertia, & conſilio 76. columna octaua.
Decius conſilio 182. columna quarta.
Et licèt ſint, qui conantur demonſtrare, ꝙ hmõi deciſio
Bar. non ſeruit in propoſito, tamen Soc. in Rep. l. cum auus,
car. 12. dicit, quod eorum reſponſiones non habent multũ
ſaporis, & eas confutat, ut ibi per eum. & hanc ſententiam
in occurrenti caſu, in quo ſubſtitutus eſt filius teſtatoris, &
in quo ex forma ſtatuti filij maſculi præferuntur fœminis,
uerißimam arbitror, ſecundum quam conſuluit Paul. de
Caſt. conſilio 77. caſus iſte frequenter contingit, & Fulgoſ.
conſilio decimooctauo, Salmuria condidit teſtamentum.
ubi loquitur in caſu, in quo ſubſtitutus erat de deſcenden-
tibus & non ſuberat coniectura ſtatuti: quanto ergo fortius
idem dicendum in caſu noſtro, in quo cum coniectura eli
cita ex eo quod teſtator excluſit proprias filias, concurrit cõ-
iectura ſtatuti, cuius diſpoſitionem conſtat teſtatorem ſe-
cutum fuiſſe in inſtitutione. qua ratione credendum eſt,
ut eam ſequi uoluerit in ſubſtitutione: & ita in proprijs ter
minis reſpondet Soc. conſilio nonageſimoquinto, abundè
& ſubtiliter, lib. primo, & Decius conſilio 270. Domin. Ray-
naldus de Cioris. & hanc partem amplectitur Soc. in dicta
l. cum auus, car. decimatertia, verſicu. quartus caſus. ubi
dicit ita tenendum & iudicandum, & ſi ſtatutum non exclu-
dat fœminas. allegat uaria antiquorum conſilia, quæ non
tranſcribo, cum ibi uideri poſſint, & ita tenendum.
Non obſtant adducta in contrarium, & primo non ob-
ſtat uerborum uis & proprietas, quia & ſi illa verba, ſine li-
beris, de proprietate ſermonis comprehendunt tam fœ-
39 minas quàm maſculos: † tamen ex mente, quæ ex allega-
tis coniecturis colligitur, reſtringuntur ad maſculos tãtum
ut dixit Bartol. in dicta, l. finali, & in ſimili in l. Gallus, §. nũc
de lege, ff. de liber. & poſthum. ubi licèt hæredum appella
tione de proprietate ſermonis ueniant etiam extranei, ta-
men ex tacita mente diſponentis aliquando continentur ſo
20 li hæredes deſcendentes: nam mens etiam in conditioni-
bus magis inſpicienda eſt quàm uerba, l. in conditionibus,
ff. de condi. & demonſt. Abſit enim ut uerborum uis melior
ſenſu exiſtat, l. 3. C. de lib. præter.
Non obſtat ſecunda ratio fundata in iuribus ſupra ad-
ductis: quia in caſibus illorum iurium non militabant, nec
adeſſe proponebantur prædictæ coniecturæ, ex quibus eli-
citur mens diſponentis, ideo in caſibus illis ſtamus uer-
borum proprietati: ſecus in caſu noſtro, ubi conſtat de con-
traria mente.
Non obſtat tertia ratio, quòd teſtator ſi intellexiſſet con-
ditionem de liberis maſculis ita dixiſſet, ſicut quando uoca-
uit filios fratris maſculos, argumen. dicti §. ad deficientis.
quia ex hoc quòd uocauit filios ſuos, & deinde filios fra-
tris maſculos dumtaxat, oſtenditur quòd uoluit conſerua-
re bona in familia, §. quod ad fœminas, Inſtit. de leg. agna.
ſuc. quæ conſeruari non poterunt, ſi neptes excludunt filios
teſtatoris, & fratris inſtitutos & ſubſtitutos. & illa ratio fun-
data in dicto §. ad deficientis, fragilis eſt & reijcienda, quan
do ex præcedentibus & ſequentibus elici poteſt intentio
diſponentis. lege, ſi ſeruus plurium, §. finali, ff. de legatis
primo.
21 Non etiam refragatur quarta ratio, † fundata ſuper gemi
natione, quia reſpondet Decius conſilio 15. colum. finali,
tripliciter.
Primò, quòd hæc ratio poſſet procedere ſi de effectu prin-
cipalis

cipalis ſubſtitutionis, quæ geminata reperitur, quæreretur: ſecus ubi quæratur de præſumptione mentis teſtatoris quæ non poteſt dici geminata.

Secundo reſpondet, quod non procederet, ſi geminatio facta foret ad eundem effectum, ſed in caſu iſto conditio, ſi ſine liberis, repetitur ad effectus diuerſos, ergo non poteſt dici propriè geminatio.

Tertiò reſpondet, quòd hic qualiſqualis præſumptio ex ſimili reiteratione conditionis reſultans purgatur, & tollitur ex alijs præſumptionibus fortioribus, de quibus ſupra, l. diuus, ff. de in integ. reſt.

Nihil etiam facit quinta ratio, quia eam falſam eſſe conſtat, nam ſi Paulettam Caſſij, neptem ſuam prætulit proprijs filiabus, eadem ratione dicendum eſt, quod eam prætulerit neptibus, d. l. ll uiua matre.

Non denique obſtat ſententia illorum, qui tenent quòd coniectura ſtatuti non ſit uera, nec concludens. quia in conditionib. attenditur merum factum, & quia uoluntas teſtatoris eſt potius conformanda cum iure communi, quo filiæ & filij pariter admittuntur, l. maximum uitium, C. de liber. præter. Quia reſpondetur dupliciter. Primo, quod crebrior & rationabilior eſt ſententia illorum tenentium in dubio

22 † teſtatorem cenſeri conformaſſe uoluntatem ſuam cum diſpoſitione ſtatuti derogantis iuri communi, quàm cum iure communi abrogato, ut pluribus rationibus comprobat Socin. in dicto conſilio 90. & Curt. conſilio 47. columna fin.

23 & ea ratio nos debet mouere, quod † diſpoſitio ſtatuti dicitur ius commune prouincialium, qui ſtatutum fecerunt & obſeruant, ſecundum Bald. in l. unica, C. de confeſſis. Panor. in capitulo fina. columna octaua. verſicu. circa hæc, de conſuet. Qua ratione ſi teſtator inſtituit filios ſuos ſecundum formam iuris communis, cenſetur eos inſtituiſſe ſecũdum formam ſtatuti ſuæ patriæ. ita decidit Bald. in l. quicunque, C. de ſeruis fug. & ſequitur Felin. qui plura adducit, in capi. ius, generale, prima diſtinct. Retorquetur itaque argumentum, quia ſi teſtator in dubio creditur ſe conformare cum iure communi, vtique cenſebitur ſe conformare cum ſtatuto, quod eſt ius commune ipſius teſtatoris, & comprouincialium.

24 Nec illa ratio, † quòd in conditionibus merum factum conſideretur, aliquid vrget. quia conceditur, ſed intelligitur de facto de quo cogitauit teſtator in caſu iſto habita relatione uoluntatis defuncti ad diſpoſitionem ſtatuti; apparet quod teſtator cogitauit de ſuperexiſtentia maſculorum, ergo & cætera.

Secundo reſpondetur, quòd ſententia contradicentiũ nõ aduerſatur noſtræ conſultationi, quia ipſi loquuntur, quando nulla alia coniectura mentis defuncti adducitur, quàm ſola ſtatuti cenſura. Nos autem loquimur, ubi cum diſpoſitione ſtatuti aliæ efficaciſſimæ coniecturæ concurrunt, ut in terminis conſuluit Corn. ſibi contrarius in conſi. 120. quod filiæ, lib. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum minus ſolenne, & cum duobus teſtibus, etiam fœminis, valet inter liberos reſpectu eorum inſtitutionis non ſubſtitutionis extranei, niſi quãdo ſolum unicus adeſſet filius impupes.*

2 *Variatio teſtium ſupra numerum examinatorum, non attenditur quando teſtes requiſiti concordant.*

3 *Varietas teſtium in circunſtantijs, vel circa modum ſciendi, nõ attenditur, dummodo conueniant circa ſubſtantiam, & effectum rei.*

4 *Corporis infirmitate non grauatur ſpiritus uiri ſapientis.*

5 *Teſtis depoſitio intelligi debet ſecundum interrogationem.*

6 *Teſtatoris uoluntas, de qua legitimè conſtat per teſtes, non uitiatur ex inualido protocollo Notarij.*

7 *Teſtes examinati ad æternam rei memoriam, ſi uiuunt tempore litis motæ, ſunt iterum examinandi.*

8 *Subſtitutio compendioſa per uerbum, quandocunque, comprehendit fideicommiſſum.*

9 *Filius non obſtante fideicommiſſo paterno, poteſt teſtari quò ad legitimam, & Trebellianicam, etiam à patre prohibitam, cuius detractio filijs prohiberi non poteſt.*

10 *Alienare prohibitus ſi alienat, an poterit iuuari fideicommiſſo quò ad non alienata.*

11 *Teſtatoris uoluntas eſt indiuidua, & eam impugnans in una parte, ipſa in totum priuatur.*

12 *Alienare prohibitus extra familiam, an poſſit alienare per uiã teſtamenti.*

RESPONSVM V.

AD remouendas prætenſorum teſtiũ uarietates, ſciẽdum eſt quod hoc loco agere de teſtamento condito à patre, in quo fuit filia hæres inſtituta, & pupillariter ſubſtitutus Antonius ſocer: † teſtamentum autem, in quo filia eſt hæres inſtituta, etiam minus ſolenne, & cum duobus teſtibus etiam fœminis ualet, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtamen. & ne dicatur quod licet ualeat cum duobus teſtibus quantum ad inſtitutionem filiæ, non tamen ualet quantum ad pupillarem ſubſtitutionem in fauorem ſoceri, ut determinauit Bartol. in l. ſecunda, columna tertia, uerſic. ſed quæro quid ſi teſtamentum minus ſolenne, ff. de vulg. & pupill. ſciendum eſt quòd dictum illud Barto. procedit eo caſu, quo pater deceſſit pluribus liberis relictis, & uni pupillariter extraneũ ſubſtituit, ſecus ſi deceſſerit relicto vno, vel una filia, cui pupillariter ſubſtituit extraneum, ita concordando varietates opinionum diſtinguit Socin. in d. l. 2. & ratio diſtinctionis eſt manifeſta, quia primo caſu quo ſuperſunt alij liberi, tũc pupillaris ſubſtitutio facta de extraneo eſt damnoſa alijs liberis, vnde non attenditur fauor filij cui facta eſt ipſa ſubſtitutio. Secundo caſu ualet, quia agitur de mero fauore pupilli abſque iniuria & damno alicuius alterius filij, ſtante hac reſolutione, quam puto veriſſimam, & nemo improbat.

Reſpondeo, quod ubi eſſent aliqui teſtes, qui variarent in ſubſtantialibus, prout nulli reperiuntur: attamen cum duo neceſſarij ad ualiditatem teſtamenti inter liberos ſint con-

2 teſtes, † non eſt narietas aliorum, qui ſunt ſupra numerum, habenda in conſideratione, vt per Barto. in l. prima, §. ſiquis neget, ff. quemad. teſtamen. aper.

At ſi bene ponderantur depoſitiones ſeptem teſtium reperietur quod nulla eſt uarietas, nec contrarietas in ſubſtantialibus; & ubi aliqui variarent, ſatis eſt quòd duo ſint conteſtes & cætera.

3 Secundo reſpondetur, † quòd licèt in circunſtantijs eſſet aliqua uarietas: quia tamen conueniunt in rei ſubſtantia, talis varietas non habenda eſt in conſideratione, glo. in capitulo dudum, in uer. ſubſtantia, de conuerſ. coniugat.

Nec attenditur uarietas teſtium circa modum ſciendi, quando conueniunt circa effectum rei, Bald. in l. ſecunda, columna penultima, C. de ſecund. tab. per tex. in l. cum reis, l. qui ſententiam, C. de pœnis. Et reſpondetur ſpecialiter ad ea quæ ex aduerſo ponderantur.

Ad primum, videlicet quod primus deponat teſtatorem infirmitate grauatum: alius quod teſtator animoſè reſpondebat. iſta eſt leuis ponderatio. ſtant enim ſimul quod grauetur infirmus, & animoſè reſpondeat. † Nam etſi corpus

4 grauetur, animus tamen non grauatur, maximè in ſapientes viros, qui dicuntur valetudinarij, quia ualet ſpiritus, licèt corpus patiatur, Felin. in c. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata.

Secunda ponderatio, quod primus teſtis ad interrogationem Antonij fuerit teſtatus, alij vero deponant, quod nullus alius fecerit verbum, non fideliter refertur: nam ſecundus de hoc nullum verbum, ſed id ſolùm reſpondet interrogationi, an uerba quæ protulit erant ſua formalia. Reſpondet quod erant ipſius, in hoc non contradicit.

Primo, quia ſtat ſimul quòd fuerit interrogatus à primo, & uerba prolata ab ipſo teſtatore ſint uerba ipſius, lege, de ætate, §. qui interrogat, ff. de interrogat. action. l. prima, §. primo, ff. de uerborum obligatio. & eadem ratione tertius non contradicit. Primò, quia ſtant ſimul quod Antonius interrogauerit teſtatorem, ut deponit primus: & tamen non expreſſerit uerba formalia, quibus uſus eſt teſtator, & propterea uerum ſit quòd deponit tertius, videlicet quod nullus expreſſit talia verba formalia, quæ dixit ipſe teſtator. Quartus in aliquo non contradicit. Ea-

5 dem ratione non aduerſatur quintus † ſi eius diſpoſitio intelligatur ſecundum interrogationem, prout intelligi debet. s. præterea, Inſti. de inuti. ſtip. interrogatus, an audiuerit alios exprimentes verba, quæ ipſe teſtator, & Notarius protulerunt. Reſpondit non audiuiſſe alium loquentem, & uerba facientem. ita reſponſione debet intelligi, quòd neminem audiuerit eadem verba proferentem, quæ teſtator & Notarius protulerunt: non tamen propterea aduerſatur primo, onia non negat quod alia uerba non fuerunt ab Antonio expreſſa. Eadem ratione ſaluatur depoſitio ſexti. Septimus in aliquo non contradicit.

Tertia ponderatio, quod inſtrumentum confeſſionis dotis fuerit factum in præſentia trium teſtium, & his peractis iterato infirmus refectus fuerit, & exinde rogauerit Notariũ ut ſumeret teſtamentum. quod facere nolebat, ut deponit ſecundus. nihil obſtat depoſitionibus aliorum, qui deponunt quod in confectione teſtamenti fuit facta confeſſio dictæ dotis: quia cum hic ſit actus reiterabilis, ſtat ſimul quòd fuerit multiplicata confeſſio, c. periculoſa, de pœn. diſtinct. 1. Spe. tit. de teſte, §. iam de interrogat. uerſic. quid ſi unus. Felin. in cap. cum tu, de teſti. Nec refert quòd teſtes teſtamentarij deponant quod teſtator non fuerit refectus, quia ab hora qua fuerunt rogati ut eſſent teſtes, verum eſt quod non fuit refectus, quia ſecundus teſtis qui de refectione deponit, loquitur de refectione facta antequam teſtes fuerint à teſtatore requiſiti, ut eſſent teſtes ſuæ vltimæ voluntatis.

Ad aliud quod protocollum Notarij loquatur de Ioan. Maria quondã Lanfranchi, quia vltra per ſolutiones per Clariſſimum Do. Ilarium iuridicè accomodatas, reſpondetur,
6 † poſito quod protocollum non ualeat. non tamen uitiatur voluntas teſtatoris, de qua legitimè conſtat per teſtes. Pau. de Caſt. conſi. 254. uerſi. item & poſtea. Alexand. in l. ſeruum filij. §. cum qui chirographum, ff. de lega. primo, & conſ. 43. viſis. colum. tertia. lib. 4. & in terminis proprijs ita conſuluit D. Stepha. Bertran. conſi. 200. viſo caſu, lib. 1. vbi loquitur in teſtamẽto inter liberos. & dicit probari per duos teſtes, quicquid loquatur nota teſtamenti ipſius Notarij.

Ad dictum D. Antonij in cap. nihil obſtat appoſit. reſpõdet Dom. Marius, quod procedit in caſu tantum, quo eſſet articulatum de formalitate verborum, ut dixi in ca. eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de cauſa poſſeſ. & proprieta. in uerſiculo, ventilaſſe.

Prætereà primus nihil deponit de formalibus verbis, tertius loquitur de uerbis quibus fuerunt vſi ij, qui dicuntur interrogaſſe teſtatorem: & reſpondet quod nullus protulit aliqua verba, & ſic de verbis formalibus teſtatoris hic teſtis nihil aſtruit. Quartus etiam nihil.

Non etiã quintus, ſextus, & ſeptimus, de formalitate uerborum quicquã deponit, quare ſuper hoc fundamento non eſt facienda vis.

Ad notata in c. quoniam frequenter, non expedit inſiſtere quia eſt penitus diuerſa: illa enim examinatio teſtium ad æternam rei memoriam, fit in certis caſibus ſpecialibus, & ſer
7 uata forma. de qua ibi. † & iterum examinandi ſi tempore motæ litis ſunt ſuperſtites. Publicatio autem teſtium deponentium ſuper ultima uoluntate fit generaliter, & ut redigatur uoluntas teſtatoris in ſcripturam. ſeruata alia forma de qua per Sali. & Alex. in l. publicati, C. de teſtam. unde ex ſeparatis non bene infertur, l. ſi. ff. de calu. & hæc ſatis quãtum ad demonſtrandam ualiditatem teſtamenti Lanfranchi iunioris. ſupereſt ut ad alia quæ concernunt bona, de quibus potuerit dictus Lanfranchus iunior teſtari, ſtante ſubſtitutio-
8 ne compendioſa Lanfranchi antiquioris, † in qua propter verbum, quandocunque, cõtinetur fideicommiſſaria, vt Bar. tradit in l. centurio, in prima quæſt. ff. de vulg. & pup.

Circa ea, quę dubium non habent, non puto inſiſtendum.
9 † De legitima Guidonis patris dicti Lanfranchi iunioris certum eſt ipſum Lanfranchum potuiſſe teſtari. non obſtante fideicommiſſo, l. cohęredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. l. omnimodo, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. & de ipſa legitima D. Iudex non hæſitat. de Trebellianica verò dubitat. quia prohibita eſt detractio, auth. ſed cum teſtator, C. ad legem Falcid. ſed non eſt dubitandum, quia communis eſt Doct. ſententia, quod teſtator non poſſit filijs primi gradus prohibere detractionem Trebellianicæ, l. iubemus, C. ad Treb. ubi Bald. & Sali. firmant, & ita communem teſtatur D. Ia. in l. Marcellus, ff. ad Treb. Crotus in l. nemo poteſt, vbi latè ſcripſi, ff. de leg. 1. & ita conſuluerunt Lud. Rom. conſi. 206. licèt ex communi concluſione, Raphel. Com. conſi. 25. Franciſcus inſtituit. D. Alex. conſi. 5. circa primum, lib. 3. ſequitur, & communem affirmat Dec. conſ. 81. col. 2. & conſi. 218. col. 1. & ſeq. & ita ſæpe reſpondi, à qua in iudicando & conſulendo non eſt diſcedendum, niſi uolumus inniti propriæ prudentiæ, contra diſpoſitionem Sanctorum patrum, c. ne innitaris, de conſtitut.

Non obſtat, quod Lanfranchus iunior ſit nepos. & non de liberis primi gradus: quia cum Lanfranc. fuerit hæres Guidonis patris, qui fuit filius primi teſtatoris, apparet ꝙ dictus Lanfranchus vetus potuit ex perſona Guidonis patris. & ex iure detrahen. tranſmiſſo ipſam Trebellianicam detrahere, cum tale ius fuerit, & ſit in hæreditate dicti Guidonis. c. Raynaldus. vbi caſus, de teſtam. & in terminis conſuluit Domi. Steph. Bertran. conſi. 35. viſo inſtrumento. lib. 2. his ſic ſtantibus, conſtat de huiuſmodi fideicommiſſo detrahen. Trebellianicam & legitimam. De reliquis aduertatur, an iſtis de S. Columbano competat ius agendi, & petendi bona reſtantia reſtitutioni ſubiecta. Ratio dubitandi in eo verſatur, quod iſti de Sancto Columbano prohibiti bona alienare, contrauenerunt prohibitioni, fere omnia ſibi relicta alienando.
10 † videtur quod ſolum ſint priuati his bonis, quæ diſtraxerũt, & non omnibus, & conſequenter non erunt priuati iure agẽdi ad alia bona reſtitutioni ſubiecta, quia pœna non debet excedere terminos prohibitionis, l. beneficio, ff. ad legẽ Falcid. & ita determinat Aret. in l. ait prætor, ff. de iureiur. Sed contrarium verius eſt, ut per plura probauit Ang. conſi. 168.
11 teſtator in omnibus. pro quo facit, quia uoluntas teſtatoris eſt indiuidua, l. eum. qui. in princ. ff. de his, quib. ut indig. & ideo impugnans uoluntatem teſtatoris in parte, erit priuatus in totum, l. etiam, ff. de legat. 1. & in diſpoſitione hominis per cõtrauentionem in parte, pœna committitur inſolidum. l. hæredes, §. idem iuris, ff. fam. ercil. cum ſimi. ſequitur Crotus in l. filiusfamilias, §. diui, in pen. char. ver. t. quæritur, de leg. 1.
12 Circa autem alium articulum, † an prohibitus alienare bona extra familiam maſculorum, cẽſeatur prohibitus per viam teſtamenti vel codicillorum extra familiam relinquere, ſtante ſubſtitutione fideicommiſſaria comprehenſa in reciproca, non puto inſiſtendum. Remiſſo autem fideicõmiſſo, pulchra eſſet diſputatio, & Angelus ea eſt in ſentẽtia, ut non cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio & ſubſtitutio, conſi. 59. Dominus Andreas. ſequitur d. Alex. conſi. 155. viſis, lib. 2. Omiſſis argumentis, & diſputationibus, vera & cõmunis eſt diſtinctio Barto. in l. peto, §. fratre, de leg. 2. ut Decius aſſerit conſilio 23. in prima parte, & Crot. in d. §. diui, car. 5. uerſ. quærit etiam Bar. ex his reſoluta ſunt omnia motiua clariſſimi Domini prætoris, qui pro ſua integritate, & ſcientia à vero iuſtitiæ tramite non eſt diſceſſurus. &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa conditionalia ante conditionis euentum non trãſmittuntur etiam ad ſuos deſcendentes, quamuis filij fuiſſent inuicem ſubſtituti.*

2 *Filij poſiti in conditione non cenſentur uocati, etiam ſi ter fuerint poſiti.*

3 *Coniecturas, quibus res agitur, oportet eſſe neceſſarias & multum probabiles, & quòd eliciantur ex diſpoſitis.*

4 *Ius accreſcendi nõ habet locum poſt acquiſitionem, ac nec in diuerſis ſpeciebus.*

5 *Ius adeundi tranſmittitur quando non poteſt repudiari.*

6 *Filij poſiti in conditione dicuntur magis dilecti, quàm ſubſtituti, cum ad eorum excluſionem ſint poſiti.*

7 *Rationis identitatis idem ius cauſatur.*

RESPONSVM VI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

PErdifficilis mihi videtur propoſita quæſtio, quia tota in interpretanda mente defuncti conſiſtit. ſi cõmunes regulas ſequi ſimpliciter vellemus, reſpõdendum erit Antonium filiũ Dominæ Ludouicæ præmortuæ

tnæ non fore admittendum ad portionem dominæ Marga
ritæ nouiſſimè ſine liberis defunctæ, neque ex capite tranſ-
miſſionis, neque ex capite ſubſtitutionis, & ſic nec ex perſo-
na matris, nec ex propria. Non quidem iure tranſmiſſionis,
1 quia † ſpes fideicommiſſi conditionalis ante conditionis
euentum non tranſmittitur ad ſuos deſcendentes hæredes,
ſm opi. gl. cōiter receptã in l. unica, C. de his, qui ante aper.
tab. ſecundum quam conſuluerunt Oldrad. Lud. Rom. Do.
Alex. Soc. Do. Guido Papæ, Dec. Steph. Bertran. in uarijs lo-
cis, quos breuitatis cauſa non refero.

Non etiam iure ſubſtitutionis tãquàm ipſe d. Antonius
fuerit ſubſtitutus, ex eo quòd bis legatur in conditione po-
ſitus, quia communis eſt & canonizata ſententia gl. in l. Lu-
2 cius, ff. de hæred. inſtit. quod † poſiti in conditione non cen-
ſeantur ſubſtituti, & ſecundum hanc ſententiam conſuluit
Do. Alexan. in uarijs conſilijs, vt per d. Iaſo. in l. 1. ff. de pact.
vbi atteſtatur eſſe communem, & eam etiam communem
appellat Socyn. in l. cum auus, in pen. car. ff. de condit. & de-
monſtra. ſecundum quam conſuluerunt Soc. Corn. Decius,
D. Steph. Bertran. & alij plures, quos retuli in l. centurio, ff.
de vulg. & pup. Sed quia ex coniecturis Doct. quandoquè
recedunt à prędictis duabus communibus concluſionibus,
videndum hoc loco eſt, an ulla ſubſit coniectura, quæ me-
diante poſſumus coniecturari teſtatorem uoluiſſe, uel ſpem
conditionalis fideicommiſſi pendente conditione tranſmit
ti, uel filios in conditione poſitos ſubſtituere? Clariſſimus
Dominus Laugarii pro uiuacitate ſui pręclari ingenii pluri
bus nixus fuit coniecturis, hanc teſtatoris mentẽ demõſtra-
3 re. Videndum ergo, an tales coniecturæ ſint iuridicæ: † nã
quando res agitur coniecturis, oportet quòd tales coniectu
ræ eliciantur ex diſpoſitis, & ſint neceſſariæ ac multum pro-
babiles, l. Lucius, §. tres hæredes, in verſ. non proponi roga-
tum, ff. ad Trebel. tradit Pau. de Caſt. conſi. 150. in uerſ. quæ
uertitur, colum. 1. & Socyn. conſ. 104. quoniam præſens,
lib. 3.

Ex prima coniectura, quòd liberi d. Ludouicæ fuerint bis
in conditione poſiti, non uideatur neceſſarium, nec proba-
biliter inſerri, quod teſtator uoluerit ſpem fideicommiſſi
conditionalis tranſmitti ad liberos, & contrarium probat
tex. in l. ſi in perſonam, C. de fideicom. & tex. in l. hæredes
mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. & contrarium conſuluit Dom.
Alexan. conſi. 92. ſuper eo. lib. 3. vbi erant liberi ter in condi
tione poſiti, & idem conſuluit Soc. conſi. 77. in præſenti. lib.
1. & Do. Steph. Bertran. conſi. 127. non puto, colum. 3. in ter
tia parte.

Ex ſecunda & coniectura, quòd ipſa Ludouica uti primo
genita fuerit prædilecta, nihil ſequitur: nam ea attenta ſem
per inſtitutus tranſmitteret ſpem fideicommiſſi, quia cõſtat
eam fuiſſe prędilectam, l. Publius ff. de condi. & demon. nec
in reciproca ſubſtitutione, ſi contingeret alteram præmori
ſine liberis, & in illa ſi ambæ morerentur ſine liberis, non
conſideratur quæ ſit magis honorata, quia æqualis fit deter-
minatio quo ad ambas filias, l. iam hoc iure, ff. de uulg. & pu
pil. l. quamuis. C. eo. Sed alia uidetur urgentior ratio, quã
adducit Socyn. in præallegato cõſi. 6. quia fideicommiſſum
ante aditam hæreditatem erat unitum cum iure accreſcen-
di. ergo debet tranſmitti tanquàm à principio aſſumpſerit
naturam iuris accreſcẽdi, per tex. ſingularem in l. qui patri,
ff. de acquiren. hæred. ſed adhuc hæc coniectura nõ videtur
4 iuridica, † quia poſt acquiſitionem non habet locum ius
accreſcen. l. 1. §. interdum. ff. de vſufr. accreſcen. ergo ſubla-
to iure accreſcen. per aditionem non poteſt conſiderari ali
qua unio, & quia in diuerſis ſpeciebus ſucceſſionum nun-
quam habetur ratio iuris accreſc. l. ſed ſi patrono, ff. de bon.
poſſ. & l. 1. C. de teſta. milit. Præterea d. l. qui patri, non ſeruit
5 in propoſito, † quia ibi defunctus ſi uiueret, non potuiſſet
repudiare pupillarem ſubſtitutionem, nimirum ſi tranſmit-
tit: in caſu noſtro potuiſſet d. Ludouica, ſi uoluiſſet, repudia
re ſpem fideicommiſſi, ſaltem pacto in fauorem Dominæ
Margaritæ, & ſuorum hæredum, l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub con
ditione, & ibi glo. ff. de leg. 2. l. prima, C. de pact. ergo l. qui
patri, quæ loquitur in caſu ſpecialiſſimo, non eſt trahenda
ad hunc caſum, l. ius ſingulare, ff. de legib. & contrarium cõ
ſuluit ipſe Soc. in terminis, conſi. 69. uiſo teſtamento, col. 9.
uerſ. primum probatur, eo. li. 3. ex quibus periculoſum uide
tur affirmare quòd ſpes huius fideicommiſſi fuerit tranſmiſ
ſa ad Antonium filium prædictæ dominæ Ludouicæ.

Videamus modo, an iure ſubſtitutionis, & ex perſona pro
pria, Dominus Antonius dici poſſit uocatus. prædictus D.
Laugarij, ex duobus nititur probare, quod ſic. Primo, quia
plurimi ſunt tenentes indiſtinctè quòd filij poſiti in condi-
tione, cenſeantur ſubſtituti, maximè quando ſunt ex deſcen
dentibus ipſius teſtatoris, ut in caſu noſtro, inter quos fue-
rat Oldr. Bal. Sal. Raph. Co. Pau. de Ca. Marian. Soc. Ant. de
Prato ueteri, Anto. de Roſ. & Anto. Sicu. quos refert Corn.
conſi. 146. colum. 5. lib. 2. & hanc opinionem latè probaui
in l. Centurio, in 3. membro, ff. de vul. & pu. Secundo, quia
& ſi communis opinio ſit in contrarium, tamen non proce-
dit quando ex aliquibus coniecturis apparet de contraria
mente teſtatoris, tunc propter aliquas coniecturas de facili
receditur ab ipſa communi opinione, attenta diſcordia
Doct. quæ eſt in principali puncto, ſecundum Corn. d. conſ.
146. huc autem uidentur militare coniecturæ ſupra dedu-
ctæ, ergo &c.

Sed tamen in præſenti caſu aduertendum puto ad tria.
Primo quod concluſio prædicta, quòd filij poſiti in condi-
tione cenſeantur ſubſtituti, & in diſpoſitione poſiti, uidetur
procedere reſpectu portionis cõi proximorũ grauatorum
ſub conditione, ſi ſine liberis & non reſpectu portionis alte
rius cohæredis, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. filiusfa. §. cum
quis, ff. de leg. 1. & in iſtis terminis uidentur loqui Doct. de
hac concluſione tractantes, & ita ſeipſum declarat Galiau-
la in d. l. Centurio, fol. 24. uerſ. tertia utilitas, uerſ. limita mo
do tribus modis.

Tertia coniectura, quòd domina Ludouica & Margarita
fuerunt inuicem reciprocè ſubſtitutæ, per Doc. in conſide-
ratione non habetur, ut patet in doctrina allegata. & in con-
trarium eſt tex. in d. §. cum ita, ubi liberi erant inuicem
ſubſtituo, & tamen deciditur ſpem conditionalis fideicom
miſſi non tranſmitti.

6 Quarta coniectura, † quòd liberi dominæ Ludouicæ fue
rint in conditione poſiti ad excluſionem domini de Cęſari
ſtis, & domini de Saltu, extraneorũ ſubſtitutorum in ſequen
ti gradu, ideo prædilecti, quòd falſum fuiſſet, ſi ipſi extranei
ſuperuixiſſent, & ſpes ſubſtitutionis non fuiſſet tranſmiſſa:
quam coniecturã ponderauit Soc. conſ. 6. lib. 3. & ibi reſpon
det ad tex. in d. §. cum ita, qui obſtare uidetur, quod ibi data
fuerat ſubſtituta neptis in pari gradu cum liberis in condi-
tione poſitis, & ſic erat ſubſtituta perſona æquè, uel magis di
lecta, & id non contingit in caſu noſtro, & ita coniectura ui
detur habere neruum. ſed tamen conſidero quod non ui-
detur concludens, quia filij Ludouicæ ſunt poſiti in condi-
tione ad excluſionem ſubſtitutorum in ſequentibus gradi-
bus à portione ipſius Ludouicæ, & filij Margaritæ ſunt po-
ſiti in conditione ad excluſionem ipſius Margaritæ, & ſic fi-
lii Ludouicæ dicuntur prædilecti reſpectu portionis ipſius Lu
douicæ, & non reſpectu portionis Margaritæ, ut declarat idẽ
Socy. in d. §. cum ita, in primo no. & ideo quantum ad por-
tionem Margaritæ, ceſſat ratio, & inconueniens præællega-
tum. & ad hoc facit, quòd noluit glo. & Scrib. in l. filiusfam.
§. cum quis, ff. de leg. 1. Item conſidero, quod ratio dilectio-
nis, qua teſtator præſumitur magis dilexiſſe liberos in condi
tione poſitos, colligitur ex eo quod teſtator eos poſuit in cõ
ditione ad excluſionem ſequentium ſubſtitutorum, ita di-
cit Socyn. d. conſi. 6. ſi iſta ratio uera eſt, militat etiam quan
do teſtator eos poſuit in conditione ad excluſionem neptis
exiſtentis in pari gradu, & tamen non tranſmittitur ſpes fi-
deicommiſſi, ergo nec quando ſunt ſubſtituti remotiores
7 in gradu, uel extranei, † quia cum utrobique militet eadem
ratio, debet idem ius ſtatutum uideri, in ribus uulgaribus. &
ſi uideantur Doc. in conſilijs præallegatis, ipſi loquuntur quan
do eſſent inſtituti filij, ſeu filiæ, & ſi unus decederet ſine libe
ris, erat ſubſtitutus ſuperuiuens: & ſi ambæ morerentur, erũt
ſubſtituti extranei, & tamen nolunt ſpem tranſmitti, & ita
ſæpe conſuluit d. Steph. Bertran. ut patet conſi. 365. in prima
parte, conſi. 324. in ſecunda parte. & conſi. 123. & 127. & 133.
& 147. & 179. in tertia parte, & ex his uidetur remoueri ulti-
ma coniectura adducta per prædictum Dominum Lauge-
rij, quia pariter fundatur in dilectione liberorum in condi
tione poſitorum, quæ dilectio nihil influit ad inducendam
coniecturam concludentem, &c.

Secundo aduertendum eſt ad illa uerba codicillorũ poſi
ta in uerſ. nunc uerò idem Mag. Curtius cauſis &c. eandem
Magnificam Dominam Thomaſiam hæredem inſtituit
tam in proprietate, quàm in iuriſdictione, perceptioneq; iu
rium, ita quod de illis poſſit uti, diſponere, & ordinare, tam
in uita, quàm in morte pro libito uoluntatis, prout aliæ ſuæ
filiæ facere poſſunt de eorum portione, in qua fuerunt inſti
tutæ. Ex quibus datur intelligi, quod alijs filiabus, & ſic Do
minæ Ludouicæ, & Margaritæ fuit data facultas diſponẽdi
in

in eorum portionibus pro libito uoluntatis, quod neceſſano intelligendum eſt eo caſu quo decederent cum liberis, alioquin teſtator ſibi ipſi repugnaret, cum in caſu quo decederet altera ſine liberis, eam grauaſſet reſtituere portionem ſuam alteri ſuperſtiti, & caſu quo ambæ decederēt ſine liberis eas grauauerat reſtituere domino de Ceſarinis, uel de Miſeno. Intelligendo ergo quod dictæ d. Margarita, & Ludouica, habeant poteſtatem diſponendi in uita & in morte, eo caſu quo decedant ſine liberis, fateri oportet, q̄ liberi in cōditione poſiti non ſint ſubſtituti eorum matri, alioquin ſi forent eidem ſubſtituti, non haberet ipſa mater liberam uoluntatem diſponendi de eius portione, ſed teneretur illam reſtituere per fideicommiſſum ſuis liberis. Cum itaque teſtator noluerit liberos in conditione poſitos ſubſtituere matri ſuæ, multo minus dicendum eſt quod voluerit eos ſubſtituere materteræ cohæredi.

Tertio aduertendum eſt ad cōiecturas præallegatas, utrū ſint concludentes, aut ſaltem multum probabiles. Nam prima & quarta, non uidentur in conſideratione, quia eædem videntur cum dicto, uidelicet quòd ideo ſint ſubſtituti filij, quia in conditione poſiti. Secunda uero & tertia, ac aliæ quæ eliciuntur ex eo, q̄ teſtator magis prædilexerit liberos Ludouicæ, quia eos in conditione poſuit ad excluſionem aliorum ſubſtituorum, non videntur vigere, quia ratio maioris dilectionis uerſatur in hoc, quia per excluſionem eſt ipſis liberis, in conditione poſitis, ſaluum ius legitimæ ſucceſſionis in bonis matris, ut dicunt tenentes communem, poſt gl. in d. l. Lucius. & ideo ratio dilectionis militat reſpectu portionis materteræ, non reſpectu portionis alterius cohæredis, ex quibus puto ſuper præmiſſis maturius cogitandum: nam fundamenta, quæ pro Antonio adducuntur, nō uidentur ſolida, & communes concluſiones ſtant contra ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Filius, an ſubintret locum patris in fideicommiſſo.*
2 *Coniuncti uerbis dicuntur, qui unica verborum complexu uocantur.*
3 *Collectiuo nomine uocati, an dicantur uocati ordine ſucceſſiuo, & quomodo intelligitur.*
4 *Emphyteuſim ſuſcipiens pro ſe, & fratre, filijsq́; & nepotibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo ſuſcepiſſe reſpectu eiuſdem filiorum, & nepotum, non eius fratris, cuius deſcendentes cum ſuis concurrunt.*
5 *Nepotis appellatione, an ueniat pronepos, & quid de deſcendentibus. nu. 8. & 11.*
6 *Bart. auctoritas magna in actu practico.*
7 *Verba teſtamenti debent latè interpretari, ut conueniant menti teſtatoris, ubi de ea apparet ex alijs teſtamenti uerbis.*
9 *Per ſequentia uerba declarantur præcedentia, & econtra.*
10 *Ex fœminarum excluſione uidetur teſtatorem uelle, quod bona in familia conſeruentur.*

RESPONSVM VII.

IN Chriſti nomine. Si pūctus huius cōtrouerſiæ conſiſteret, 1 † an in fideicommiſſo filius ſubintret locum patris, ambigua eſſet, & ardua difficultas, in qua, ſi teneremus opinionem affirmatiuam gl. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, ff. de lega. 2. quā communem appellat Alexan. conſi. 88. & conſi. 137. uol. 5. & Soc. in l. ſi cognatis, colum. fina. ff. de reb. dub. caſus eſſet expeditus & clarus in fauorem Auguſtini de Vico agētis. Quia tamen ipſa opinio non tranſit ſine magna perplexitate, & quia contrariam opinionem cōmunem affirmat Decius conſi. 1. fortè dominus iudex dubitabit, in quam partem incliner: ideo conſideraui quod punctus conſiſtit ſuper alio articulo, an deſcendentes Matthæi ſint expreſsè uocati ad fideicommiſſum: quo caſu ſi teneamus quod ſic, tunc Auguſtinus cum ſit ſolus ex deſcēdentibus Matthæi ueniet ex perſona propria, & non ex perſona patris, & ſic ceſſabit præmiſſa difficultas, unde intrepidè ſentio quod Auguſtinus dicitur uocatus expreſsè. ad quod oſtendendum ſubiungo verba ſubſtitutionis, quæ cantāt in hunc modum, uidelicet quòd ſi contingeret aliquem ex filijs inſtitutis mori ſine filijs maſculis, quod alij ſuperuiuentes & eorum deſcendentes maſculi in ſtirpes, & non per capita ſuccedant tali ſic decedenti. Ex iſtis uerbis, alij ſuperuiuentes, & eorum deſcendentes, colligo quod ad partem Dominici defuncti ſine filijs, uocantur ſuperuiuentes, & non ſuperuiuentium deſcendentes. Secundo, quòd ſunt omnes deſcendentes 2 non ſuperuiuentes coniuncti uerbis, † quia uerborum complexu omnes coniuncti uocantur, l. triplici, ff. de uerb. ſignifica. l. re coniuncti, ff. de leg. 3. ex quo infero quòd Auguſt. ſolus ex deſcēdentibus Mathæi expreſſè dicitur ex uerbis teſtatoris uocatus, & cum Barthol. ſuperuiuente, & etiā cum deſcendentibus Ant. tamquam coniunctus admitti de-3 bet. Et ita tenendo non obſtat, dum dicitur quòd † uocati nomine collectiuo intelliguntur uocati ordine ſucceſſiuo, l. fina. C. de uerb. ſig. quia illud intelligitur reſpectu cuiuslibet ſtipitis horum deſcendentium uocatorum, & ſic quòd deſcendentes Antonij ſint uocati ordine ſucceſſiuo, ſimiliter etiam deſcendentes Bartol. ſic etiam deſcendentes Mathæi; non autem intelligitur ordine ſucceſſiuo, ita quod deſcendētes Bartol. ſeu Antonij tamquam proximiores in gradu habeant excludere deſcendentes Mathæi, & ſic ipſum Auguſt. quod probatur multiplici conſideratione. Primò, quia ita intelligendo iam deſcendentes Mathæi non eſſent uocati coniunctim cum deſcendentibus aliorum, cuius cōtrarium conſtat ex uerbis ſubſtitutionis. Secundò facit, quia teſtator conſiderauit ſtipitem cuiuslibet inſtituti, ex quo uocat deſcendentes in ſtirpes & non per capita: at ſi ſolus Ioannes uocaretur tamquam proximior in gradu, certè non ſtipitis, ſed gradus prærogatiua conſideraretur. Tertiò probatur authoritate Angeli, Alexan. & Moder. in l. Gallus. §. & 4 quidam rectè, ff. de lib. & poſthum. ubi decidunt † quòd ſi aliquis ſuſcepit rem in emphyteuſim pro ſe & fratre ſuo, filijsque & nepotibus, &c. licèt intelligatur ordine ſucceſſiuo, ut ibi per Bart. tamen iſte ordo ſucceſſiuus intelligitur reſpectu filiorum, & nepotum eiuſdem non autem reſpectu alterius fratris, vnde concludendum eſt q̄ nepotes ex fratre, concurrunt cum filijs alterius fratris. ſic dicendum in caſu iſto, quod iſte ordo ſucceſſiuus debeat attendi reſpectu cuiuslibet filij inſtituti, & ipſius deſcendentium, non reſpectiuè ad alios pariter uocatos.

5 † Vltimo dum dicitur, quòd licèt in ſubſtitutionibus fiat mentio de deſcendentibus, tamen uidetur quòd ex uerbis ſeq. ſubſtitutio reſtringatur ad nepotes ex fratre, quo caſu non debent comprehendi pronepotes, ut per Corn. conſ. 143. in 3. parte. Reſpondetur quod Bar. in d. l. Gallus. §. inſtituēs: & ibi Moder. Senen. tenent contrarium, maximè in teſtamen. & licèt D. Iaſ. dicat, quòd contrarium videtur verius, 6 ſubdit † tamen quod in actu practico magna debet eſſe au-7 thoritas Bar. Secundo reſpondetur, quòd † ubi ex alijs uerbis teſtamenti apparet de mente teſtatoris, verba debent latè interpretari, ut menti conueniant, l. 3. C. de libe. præte. vbi dicitur, nuſquam verborum interpretatio tantum ualeat, 8 quòd melior ſenſu exiſtat, cum mille concor. † Modo cum ex verbis præcedentibus apparet quod loquitur de deſcendentibus, verbum, nepotes, debet intelligi de omnibus de-9 ſcendentibus, † ut ſic ſequentia declarentur per præcedentia, l. ſi ſeruus plurium, §. fina. ff. de leg. primo. Item cum teſtator ſubſtituerit dictos nepotes, apparet quòd uoluit per illud uerbum, dictos, intelligi de omnibus deſcendentibus; quia ſic ſupra deſcendentes ſimpliciter ſubſtituerat. & diſponentis relatum intelligatur ineſſe in referente, l. aſſe toto, ff. de hæred. Inſtit. Item cum teſtator ſolum ſubſtituerat deſcendentes maſculos ſub conditione, ſi ſine maſculis inſtituti 10 deceſſerint, & in ſtirpes, † ac fœminas filias excluſerit: euidentiſſimè conſtat, quòd uoluit bona conſeruari in familia, ut latè deducit Socyn. in l. cum auus, colum. 45. ff. de cō di. & demon. Quæ ratio conſeruandæ familiæ, cum ſit generalis, etiam ad pronepotes debet operari, ut fiat extenſio 11 ad eius limites, l. cū ita, §. dulciſſimis. ff. de leg. 3. † Et quod verbum, nepotes, etiam in contractibus, quando conſtat de mente, trahatur ad pronepotes, conſuluit pulchrè Alexan. conſi. 125. attentis uerbis, uolu. 5. Ex quibus omnibus ſentio hūc pauperem Auguſt. ſouere iuſtas partes. & pro eo ſore iudicandum, & ſpero integerrimum dominum Auditorem ita iudicaturum, cui ipſum Auguſt. & me ipſum commendo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur ad omnia credita, & legata, etiam ſi hæreditas non ſufficeret. & nu. 12.*

2 *Filius non poteſt grauari in legitima, cum in ea dicatur creditor, impropriè tamen. & nu. 10.*
3 *Teſtator non poteſt remittere confectionem inuentarij in præiudicium creditorum, nec legitima filij.*
4 *Inuentarij beneficium nõ habet locum inter plures cohæredes, minusq́; prodeſt fideicommiſſ. ſi non fuerit confectum, quia oẽs poſſunt probare bona eſſe hæreditaria, & ualent detrahere Treb. & num. 6. & 7.*
5 *In reſtitutione fideicommiſſi, ac quota hæreditatis, non ueniũt niſi bona hæreditaria, ex quibus hæres poteſt deducere eius credita, licèt non confecerit inuentarium.*
7 *Trebellianicam non amittit hæres, licèt non confecerit inuentarium.*
8 *Inuentarij non confecti exceptio datur ſolum his, quibus hæres ultra res hæreditarias obligatur.*
9 *Filius agens ad ſupplementum legitimæ, tria probare habet; & ſi hæres non confecit inuentarium, quantitatem & ualorem bonorum, & relictum non ſufficere ad legitimam.*
10 *Filius non propriè, ſed quaſi creditor legitimæ dicitur.*
11 *Lex correctoria non comprehendit caſum improprium.*
13 *Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, niſi ſit filius, qui loco hæredis habetur, & res certa ſtat loco quotæ hæreditatis.*
14 *Exceptio, quæ non competebat uenditori, non datur emptori.*

RESPONSVM VIII.

LVdouicus hæres uniuerſalis ſubſtitutus Ioannis hære
di particulari, uendicat à Baptiſta Pauli pratum
ex cauſa fideicommiſſi. Qui Baptiſta Ioannem
in legitima grauari non potuiſſe prætendit, &
hac ratione alienationem prati ſibi factam tuetur. Replicat
actor ualorem prati legitimam longè excedere, id ſe offe-
rens ſe probaturum. Sed quia inuentarium non fecit, quæ
ritur an ſit à facultate probandi repellendus? Quod proba-
1 bile uidetur, † cum in fauorem creditorum, & legatorum
non audiatur hæres, qui inuentarium non fecit, ſi probare
uelit hæreditatem legatis, æriq; alieno non eſſe ſatis, l. fina.
2 §. ſin uerò poſtquam, C. de iure delib. † Et hac ratione filius
non poteſt grauari in legitima, cum dicatur creditor, cui te
ſtator nullum poteſt onus adijcere, l. filiusfam. §. diui, & ibi
d. Iaſ. poſt alios, ff. de leg. 1. & Aret. conſil. 19. ex facto propo-
nit, & hac ratione dixit Ferd. Loazes, olim diſcipulus meus
3 acutiſſimus, in d. §. diui, col. 12. † quod ſicut teſtator non po
teſt remittere tutori confectionem inuentarij in præiudiciũ
creditorum, ut firmant Pau. Alexan. & Moder. in l. nemo po
teſt, ff. de lega. 1. ita non poteſt remittere confectionem in-
uentarij in præiudicium legitimæ filiorum, qui in legitima
ſunt creditores, & etiam Ioannes hoc loco inſtitutus in re
certa uidetur cenſendus legatarius, l. quoties, C. de hæred.
inſtit.

Sed prædictis non attentis contrarium reſpondendum ui
4 detur. † quia cohæres cohæredi ultra uires hæreditarias nõ
tenetur, etiam quod inuentarium non fecerit: imo cohæres
agens contra cohæredem probare debet bona, quorum por
tionem perit, eſſe hæreditaria, aliàs fruſtra agit, l. aduerſus,
C. fam. ercif. l. cogi, cum ſimil. C. de pet. hæred. & non ſolùm
exceptio non confecti inuentarij denegatur cohæredi, ſed
etiam fideicommiſſario: nam & ipſe tenetur probare quæ,
& qualia ſint illa bona, quæ ſubiecta fideicommiſſo eſſe præ
tendit, l. fina. C. de edic. diui Adr. tollen. intelligendo quod
diſpoſitio illius l. procedat etiam in fideicommiſſo uniuer-
ſali, prout intelligunt Bart. & alij communiter ibi. Et ratio
5 eſt, † qa in reſtitutione fideicõmiſſi nõ ueniunt niſi ea, quæ
ſunt hæreditaria, ſicut nec etiam in reſtitutione quotæ hære
ditatis, l. reſtituta, ff. ad Treb. cum concord. propter quam
rationem concludunt Pau. de Caſt. d. Alex. & alij commu-
niter, in l. ita tamen, §. ſi ex Trebelliano, ff. ad Trebel. quod
hæres, qui non confecit inuentarium poteſt deducere ad-
uerſus fideicommiſſarium id, quod ſibi à defuncto debe-
batur. Nec obſtat tex. in l. fina. §. in computatione, C. de iure
6 delib. † quia exceptio non confecti inuentarij non prodeſt
fideicommiſſario uniuerſali, qui nihil ultra petere poteſt,
quàm quæ in hæreditate reperiuntur, & idem cõſuluit Pau.
de Caſt. conſil. 164. viſa facti narratione, & conſil. 211. du-
7 bium facit, ſecundum antiquam impreſſionem. † Et hac ra-
tione hæres, qui non confecit inuentarium, non perdit ius
deducendi Trebellianicam aduerſus fideicommiſſarios, ſe
cundum Bar. & cõmuniter Doc. in auth. ſed cum teſtator,
C. ad legem Falcid. & in l. Marcellus, ff. ad Treb. Paul. de Ca.
conſi. 210. ſuper primo. Alex. conſi. 67. lib. 4. Com. conſ. 165.
in hac. lib. 3. Eadem ego ratione reſpondeo exceptionẽ non
confecti inuentarij non competere filio inſtituto in re cer-
ta, dicenti ſibi eſſe credendum, ſuam legitimam aſcendere
ad ſummam ab eo allegatam, ſub eo colore quod hæres vni
uerſalis non confecerit inuentarium, quia ipſe filius pro ſua
legitima nihil ultra petere poteſt quàm certam quotam bo
norum hæreditariorum, & conſequenter non poteſt oppo-
8 nere quod non fuerit confectum inuentarium. † Nam is
dumtaxat poteſt uti tali exceptione, cui hæres obligatur ul-
tra uires hæreditarias, ſecundum Pau. & Doc. in d. §. ſi ex Tre
9 belliano. † Propterea agens ad ſupplementum legitimæ,
debet articulare & probare quod in bonis defuncti erãt tot
res; Item quòd erant tanti ualoris; Item quod id, quod fuit
ſibi relictum, non ſufficit ad legitimam, ut docet Bart. conſi.
17. & refert D. Fab. in repetit. auth. nouiſſima, quæſt. 6. non
q. princip. C. de inoffi. teſtam. unde excipiens, quod pratum
nõ ſufficit ad legitimam, deberet ipſe probare, l. ei qui, ff. de
proba. ergo magis uidetur audiendus actor, ſi uult probare
10 quod ualor prati longè excedit ualorem legitimæ. † Non
obſtat dum dicitur ꝙ filius in legitima dicitur creditor: qa
reſpondetur ꝙ non eſt propriè creditor, ſed quaſi, ſecundum
11 glo. in l. 3. C. de iur. & fac. ignor. † Vnde diſpoſitio d. l. fin. C.
de iure delib. correctoria iuris antiqui loquentis de credi-
toribus, non eſt extendenda ad caſum improprium, & ſic ad
quaſi creditores, iuxta tradita in auth. quas actiones, C. de ſa
12 croſan. eccleſ. Vel aliter quod † diſpoſitio dictæ l. fi. loquitur
in creditoribus, de quorum creditis liquido conſtat, & ſic
quando de credito non dubitatur. Sed in caſu noſtro credi-
tum legitimæ non eſt liquidum, imò iſtud eſt de quo prin-
cipaliter diſputatur, & ideo d. l. fina. nihil ſeruit ad rem no-
ſtram. Nam ſi lex uelit creditum eſſe executioni deman-
dandum ſine lite, intelligitur prius liquidato credito, l. 4. §.
cõdemnatum, ff. de re iud. l. diuus, & ibi Bart. infert ad hanc
quæſt. ff. de teſtam. milit. Felyn. in c. quoniam contra falſam,
colum. 2. in fi. de prob. Iaſ. in l. de quibus, col. 19. ff. de legib.
Do. Alex. conſ. 3. col. 3. & conſi. 166. & 177. lib. 2. Dec. conſil.
83. colum. 2. Vel tertio reſpondetur, quòd filius in legitima
non eſt talis creditor, qui poſſit prætendere aliquid ſibi de-
beri ultra uires hæreditarias, vt ſupra probaui, ergo in eo nõ
13 poteſt uerificari diſpoſitio d. l. fi. † Non etiam obſtat, quòd
inſtitutus in re certa habeatur loco legatarij: quia reſpon-
detur quod filius inſtitutus in re certa non habetur loco le-
gatarij, ſed loco hæredis, cum illa res certa ſuccedat loco
quotæ bonorum, auth. nouiſſima, & ibi no. C. de inoffi. teſt.
vnde glo. Bar. & alij omnes, in d. l. quoties, dicunt filium in-
ſtitutum in re certa haberi loco hæredis in omnibus præter-
quam ad onera hæreditaria. Vel aliter reſpõdetur, aut Ioan-
nes ſiue Baptiſta, qui utitur exceptione authori ſuo compe-
tenti, uult retinere pratum pro legitima: & tunc non poteſt
videri legatarius, cum retineat pratum loco quotæ, ut dicũt
Doc. in d. l. quoties. aut uult retinere iure legati, & tunc cõ-
ſtat eum uti legatariũ potuiſſe grauari, l. ab eo, C. de fidei-
14 com. concludendum ergo eſt, quod † exceptio non confe-
cti inuentarij nullo modo proſit Baptiſtæ, cum nec Ioannes
filius, à quo cauſam haberet, ſi uiueret, ea poſſet exceptione
uti. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti pars obſcura, per aliam claram declaratur.*
2 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium inſtitutorum quando contineat inter ipſos inſtitutos reciprocam ſubſtit. ſeu fideicommiſſum.*
3 *Habitatio legata pluribus, accreſcit collegatarijs etiam poſt acquiſitionem.*
4 *Fideicommiſſum reciprocũ inter plures inſtitutos, dicitur fundatum duobus concurrentibus, quod ultimus ſolus ſit grauatus. & in toto. & nu 7.*
5 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
6 *Hæreditatis meæ uerbum, uerificatur in portione unius tantũ hæredis ex pluribus.*

Coniectura

8 Conſectura inducentes fideicommiſſum, debent eſſe neceſſaria & probabiles, & quod elicιantur ex diſpoſitione teſtatoris.

9 Hæreditatis appellatione non continentur fideicommiſſa, nec legata.

10 Hæreditatis nomen eſt uniuerſale, continens uniuerſa quæ teſtator habebat.

11 Ex fideicommiſſo conditionali duæ quartæ, legitima ſcilicet, & Trebellianica detrahuntur: ſecus ex puro, tunc enim ſolum legitima detrahitur.

RESPONSVM IX.

NObilis Iacobus Gomberti inſtituens heredibus Ioanne, Liberto, & Bertoldo, eius filijs digreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus. & quorum primus his uerbis conceptus legitur, ambe ſubſtiturim que de lun vẽga à lanter que non agneſſe heredes de luue tors, & que la dita ſubſtiturion una bona & deuenga de luz a lantre ſubſtituiſſent lo dien heritage.

Secundus, & ſi an heredes deſcendens de lurs tors que à quelt aquelos azion lo dichi haretage ſi ſon maſclos.

Tertius, & ſi de los maſclis à una uenga ſe plus pors de mi dich longi de mas figlias.

Quartus, & al defungliar de lous heretes & figlias uenga al plus pres del gobors per aygales pars.

Mortuo Iacobo teſtatore, & adita hæreditate per dictos tres filios, & hæredes, deceſſit Bertoldus ab inteſtato, & ſine liberis, cui ſucceſſerunt alij duo fratres Ioannes & Libertus, uti proximiores, & in uim primi gradus ſubſtitutionis prę allegatæ.

Succeſſiuè obijt Libertus ab Inteſtato, ſuperſtitibus duobus maſculis, & una filia legitimis & naturalibus hæredibus uniuerſalibus & ſubſtitutis ipſi liberto, eorum patri in uim ſecundi gradus ſubſtitutionis prædictæ.

Denique in fata ceſſerunt dicti tres filij prædicti Liberti ſuperſtite Catherina matre prætendente hæreditates filiorum ſuorum ad ſe ab inteſtato deuolutas, Tertul. Senatuſc. diſponente, & Ioanne Petro filio & hęrede pro rata dicti quondam Iacobi teſtatoris eius patris, & dictorum trium nepotum, qui pariter dicunt hęreditates ipſorum nepotum iure fideicommiſſi ad ſe pertinere in vim ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ per d. Iacobum teſtatorem, ut prætendit ipſe Ioannes vocatus.

Ideo quæritur de tribus, principaliter, primò utrum ex aliquo gradu dictarum ſubſtitutionum cenſeatur ſubſtitutus Ioannes? Secundo poſito quod ſit uocatus per fideicõmiſſum, quæritur quæ & qualia bona comprehenſa ſint in ipſo fideicommiſſo? Tertio, quæ ueniunt de ipſo detrahenda?

Circa primum, nõ uidetur quod Ioannes uocetur per aliquem ex prædictarum ſubſtitutionum gradibus. Non quidem ex primo, quia ex eo uocatur Ioannes ad hæreditatem Liberti ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, quæ conditio defecit. l. filiusfam. §. cum quis, ff. de leg. 1. l. prima, C. de condi. inſtit. l. ex facto, §. 1. & ſeq. & §. fina. ff. ad Treb. Non etiam ex ſecundo, quia per illum gradũ expreſsè ſubſtituunt deſcẽdentes maſculi in conditione poſiti eorum parentibus, non econtra: dubitatio ergo tota conſiſtit ſuper tertio & quarto gradu, ſi omnes maſculi deficerent quod tunc hęreditas perueniat ad filias. illa enim uerba, uenga ſe plus pors de mi dichi lunag des mas figlias, idem ut intelligo important quòd ueniant ad filias meas, quæ proximiores meæ lineæ ſeu meæ familiæ agnationis, qđ ex ſequẽti poſtea gradu declaratur, dum dicitur quòd deficientibus hæredibus & filiabus ueniat ad propinquiorem generat. Gom

1 berti: † quia una pars teſtamenti obſcura declaratur per aliam claram, l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus plurium, §. fina. ff. de leg. primo. Ex his enim gradibus videtur inductum tacitum fideicommiſſum inter maſculos inſtitutos & ſubſtitutos, quia quando ſubſtitutio fit ab ultimo moriente cenſetur teſtatorẽ duos gradus ſubſtitutionis feciſſe, ut primus qui decederet ſine liberis maſculis ſuperſtiti reſtitueret portionem ſuam, alter ut nouiſſimus hæreditatem reſtitueret propinquioribus filiarum. ita reſpondit Paul. I. C. in l. Ti-

2 tia Seia, §. ſine libertis, ff. de le. 2. in contrarium facit, † quia ſubſtitutio facta poſt mortem pluribus, ita demum cõtinet reciprocum fideicommiſſum inter grauatos, ſi ſit facta ab ultimo, & in tota hæreditate uel relicto, ſecus ſi ſit facta ſimpliciter poſt mortem, glo. in l. Lucius. §. Calo, ff. ad Trebel. Quod videtur procedere etiam ſi poſt mortem omnium teſtator dixerit, uolo reſtituatis Titio quicquid uobis reliqui, l. fina. §. filiam, ff. de leg. 2. Ratio eſt, quia ubi apparet q teſtator uoluit grauare omnes, fateri oportet quod illa uerba, poſt mortem ueſtram, reſoluuntur in ſuas ſingularitates, l. falſa, §. fi. ff. de condi. & demon. ergo non poteſt induci reciprocum fideicommiſſum, quod præſupponit ultimum ſolum fuiſſe grauatum. ita conſuluit Soc. conſ. 104. quoniã pręſens, colum. pen. lib. 3. quod etiam uerum uidetur non ſolum quando ſubſtitutio fuit facta poſt mortem plurium honoratorum collectiuè, ſed etiam ſub expreſſa conditione, ſi omnes maſculi deceſſerint ſine liberis ſubſtituantur filiæ, ut in caſu præſenti ſecundum Ioan. de Imo. Nic. de Neapoli, & Do. Alexan. in l. pater filiam. §. fi. ff. ad legẽm Falcid. ſtat enim ratio prædicta, quod quilibet cenſetur grauatus in parte ſua ſecundum Socyn. conſi. 249. materia præſentis cõſilij, lib. 2. & Do. Alex. conſi. 91. ponderans, colum. 4. lib. 1. Videndum ergo eſt, an huiuſmodi ſubſtitutio cenſeatur facta ab ultimo & in tota? Nam ſi ita ſit, Ioannes erit uocatus ex reciproca fideicommiſſo, aliàs ſecus, ut patet ex prædictis.

Quòd ſit facta ab vltimo, videtur probari per text. in l. codicillis, ff. de uſufr. leg. ubi Bar. ita ſummat, Fideicõmiſſum factum poſt mortem plurium, intelligitur relictum ab ultimo. & ita concludunt Paul. de Caſt. & d. Alexan. in l. ſi pater impuberes, & in l. uel ſingulis, ff. de uulg. & pup. Secundò mouentur etiam per text. in l. qui duos, ff. eo. tit. & ita etiam viſus eſt tenere Do. Steph. Bertran. conſi. 300. ad quæ dubia, lib. 3. & hoc uerum putat Socy. quando ſupereſt perſona magis dilecta, quæ ex uerιſimili mente defuncti habet excludere ſubſtitutum, arg. l. qui duos, ff. de reb. dub. ita Socy. in d. §. cum ita, colum. 3. ubi uult, quòd hoc caſu fideicommiſſum cenſeatur relictum ab vltimo. Contrariam ſententiam. q ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi omnes maſculi moriantur, non cenſeatur facta ab ultimo, firmat Aret. & D. Iaſ. in l. poteſt, ff. de vulg. & pup. & d. Iaſ. in l. pe. C. de impub. & alijs ſubſtit. ubi dicit ita ſæpius conſuluiſſe contra Paul. & ita tenet Do. Alexan. ſibi contrarius, in d. l. pater filium, & in l. qui duos, ff. de reb. dub. & in d. conſi. 91. & conſi. 11. lib. 5. & hanc dicit communem Socyn. conſi. 69. uiſo, col. fi. lib. 3. & in d. conſi. 104. col. penul. ubi hoc plus dicit, quòd nõ ſufficit ſubſtitutionem fuiſſe factam poſt mortem ultimi, niſi expreſsè ultimus ſit grauatus totum reſtituere: quia cum poſt mortẽ omnium ſubſtituerit, apparet omnes fuiſſe grauatos, ergo impoſſibile videtur vltimum morientem dumtaxat fuiſſe grauatum, & bene probatur in d. §. Seia Libertis. ubi cum miniſterio I. C. ponderat quod ab ultimo ſolo erat relictũ fideicommiſſum, quod in conſideratione non fuiſſet habendum, ſi in dubio cẽſeretur relictum ab ultimo, ut dixit Pau. de Caſt. Non obſtat tex. in d. l. codicillis, quia reſpondent

3 communiter Doct. † quod loquitur in legato habitat. quæ accreſcit cohęredibus, & collegatarijs etiam poſt acquiſit. l. 1. §. interdũ, ff. de uſufr. accreſcen. & ita intelligit Bar. ibi, & in l. hęredes mei, §. cum ita. ff. ad Treb. Non obſtat tex. in d. l. qui duos. quia loquitur in directa ſubſtitutione pupillari. nos in fideicommiſſaria. Ratio diuerſitatis eſt, quia in directa teſtator cenſetur uelle conſeruare ius ſucceſſionis ab inteſtato inter filios impuberes, quæ ceſſat in fideicommiſſaria, ut declaratur per Pau. in d. l. qui duos. Non obſtat denique ſi dicatur ſequi abſurdum, ſi non intelligatur facta ab ultimo, quod filiæ erunt magis dilectæ, quàm Ioannes filius & hæres. Nam hoc modo erit uocatus ad portionem prædecedentium excluſo ipſo Ioanne, intelligendo quod quilibet cenſeatur grauatus in parte ſua, & ſic quod pluralitas geminat ſuas ſingularitates, ut dicunt Doc. in d. l. falſa, §. fi. Quia reſpondetur nullum ſequi abſurdum, nam Doct. intelligunt quemlibet grauatum in ſua portione, in euentũ quod omnis maſculus moriatur ſine liberis. ante autem quàm conditio purificetur in perſonas omnium hæredum, & ſic mater horum liberorum retinebit hæreditatẽ ipſorum. & ſi eueniat quòd Ioannes ſine liberis decedat, & ſic purificetur conditio in perſonam omnium, tunc tenebitur reſtituere portiones liberorum ſuorum proximiori generis filiarum ſubſtituto, deficientibus omnibus maſculis. ita declarant Alexan. & Soc. in d. §. cum ita, & Alex. in d. l. pater filiam, & conſil. 11. ad fi. lib. 3. & conſi. 103. lib. 2. Non obſtat quod Ioannes ſit perſona, quę ex uetiſimili mente excludit filias & alios ſubſtitutos, quia communis concluſio eſt quòd dilectio perſonæ ſuperſtitis non operatur quòd ſubſtitutio cenſeatur facta ab ultimo, ut fatetur idem Soc. ibi,

& con

& contrariũ conſuluit ipſe Soc.in d.conſi.104.ubi erat facta
ſubſtitutio poſt mortem ultimi filij, & tamen adhuc reſpon
det non cenſeri ſubſtitutos, nec fideicommiſſum relictum
ab ultimo, quia aliud eſt grauare omnes poſt mortem vlti-
mi,aliud grauare ultimum tantum,& idem cõſuluit d.Ale-
xand.in d.conſi.11.& conſi.91. eſt bene verum, quod perſo-
na ſuperſtes magis dilecta ex mente teſtatoris excludit ſub-
ſtitutum cauſa conſeruandæ ſucceſſionis ſine liberis, & illo
reſpectu conſideratur dilectio perſonæ ſuperſtitis, d.l. qui
duos. & in iſtis terminis loquitur Bar.in d.§.qui ita.& ſi eue
niat caſus,quod tota hæreditas perueniat ab inteſtato ad ul
timum,ſi poſtea moriatur ſine liberis, totam reſtituet ſubſti
tuto,uidelicet partem ex perſona ſua, partem ex perſona co
hæredis prædefuncti,ſecundum Do. Alexan.in d.§.cum ita,
& in d.conſi.11.Sic uidemus,quòd liberi poſiti in conditio-
ne excludunt ſubſtitutum, & tamen non cenſetur fideicom-
miſſum relictum ab ultimo ipſorum,ut per Bart. in l.centu-
rio,in 3.membro,ff.de vulg.& pup.

Sed fac in caſu noſtro ultimum,& ſic Ioannem, caſu quo
moriatur ſine liberis fuiſſe grauatum,quòd non uidetur, ut
patet ex prædictis: non tamen vltimus,& ſic Ioannes, poteſt
uideri tacitè ſubſtitutus per fideicommiſſum liberis dicti
Liberti, niſi ipſe Ioannes fuerit grauatus reſtituere totã hæ-
4 reditatem filiabus † ad hoc enim ut inducatur inter hono-
ratos reciprocum fideicommiſſum, duo ſunt neceſſaria; &
ꝙ ultimus ſolus ſit grauatus, & in tota,d.§.Seia libertus. al-
ter enim quòd ſolus ultimus ſit grauatus, non ſufficit,cum
potuerit ſolus grauari in ſua portione,l.cũ qui nouiſſimus,
ff.ad Treb. in caſu autem præſenti neutrum interuenit,vide
licet quòd ſolus ultimus fuerit grauatus, & ubi ſolus inter-
ueniſſet ceſſat alterum,qui non legitur grauatus in tota hæ-
reditate. Ergo reſtat concludendum nullum inter hono-
ratos reciprocum fideicommiſſum. Non obſtat, ſi dicatur
quod eſt facta ſubſtitutio in hæreditate indefinitè,ut ſonant
illa uerba, & ſe de bonis maſclis anane uenga lo heretagi,
5 † quæ indefinita æquipollet uniuerſali,l.ſi pluribus, ff.de le-
ga.2. Quia reſpondetur, quòd indefinita ſatis uerificatur in
portione unius,qui dicitur grauatus in toto, quod ſibi fuit
relictum,quod etiam dicitur hæreditas indiſtinctè, ut eſt ca
ſus in l.Lucius,iuncta gl.in uerbo, beſſem,ff.de leg. primo,
ubi Bal. Angel. & Imo. inferunt, quòd ſi teſtator ita ſubſti-
tuit,ſi quis hęredum meorum deceſſerit ſine liberis,uolo hę
6 reditatem meam diſtribui inter pauperes. † verba, hæredi-
tatem meam, uerificantur in portione decedentis ſine libe
ris,non in tota, & eſt etiam tex.clarus in l.ſi Titius ex parte,
ff.de leg.3.& ita etiam reſpondet Do.Alex.d.conſi.11. Non
igitur paria ſunt grauare vnum indefinitè,quod poteſt verifi
cari in hæreditate, ideſt perſona ultimi; & in tota hæredita-
te mea, in qua non poteſt grauari, niſi in neceſſarium ante-
cedens cenſeatur ſubſtitutus in portionibus aliorum. me-
7 ritò concluditur hęc duo fore neceſſaria,† vt grauetur ulti-
mus ſolus, & in tota,aliàs non cenſentur honorati inuicem
tacite ſubſtituti, & ita etiam reſpondet Com.conſi.298. cir-
ca hanc,lib.4. etiam ſi dicatur ex coniecturis induci fideicõ
miſſum,l.cum proponeretur, ff. de leg. 3. cum concordan.
& ſic eſſe maximam cõiecturam,quod uoluerit liberos ma-
ſculos inuicem ſubſtituere, ex quo ita demũ uocauit filias,
& poſtea proximiorem Gombertorum. Reſpondeo, quod
8 talis coniectura non concludit neceſſariò, † & ad hoc ut ex
coniecturis inducatur fideicommiſſum,oportet quòd tales
coniecturæ ſint probabiles & neceſſariæ,l.Lucius,§.tres hæ-
redes,in uerſ. non proponi rogatum, ff. ad Treb. per quem
ita dixit Paul.de Caſt.conſi.150.in cauſa, quæ uertitur, co-
lum.1.& ita debet intelligi tex.in d.l.cum proponeretur, &
ita etiam reſpondet Soc.in d.conſi.104. lib.3. item oportet
quod tales coniecturæ eliciantur ex diſpoſitis, non aũt ſunt
ex cerebro noſtro imaginãdæ, ſecundum Bal. in l.unica, in
fi.C.de his, qui ante aper.tab.

Circa ſecundam & tertiam non expedit inſiſtere. quia po
ſito quòd non ſubſit ullum fideicommiſſum, fruſtra quæri-
tur quòd in eo, quod non eſt, contineatur, uel quæ de eo
ueniant detrahenda. poſito tamen falſo pro vero,uideretur
quòd portio Bartoldi quæ obuenit Liberto per fideicom-
miſſum,& ad filias tranſmiſſa, nõ cõtineatur in reſtitutione
fideicommiſſi, qua ipſi filij prætenduntur grauati reſtituere
9 hæreditatem defuncti. † quia appellatione hæreditatis non
continentur fideicommiſſa, nec legata, l. ſi Titius ex parte,
ff.de leg.3. & licèt Bar.in l.Marcellus,§. quidam liberis, &
in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Treb.reſpondendo ad l.Ti
tia,ff.ad legem Falcid.intellexerit hoc uerum, quando gra-
uamen pręcedit fideicommiſſa & legata, & hanc ſententiam
ſequitur & dicit communem Decius conſi.81. in caſu pro-
poſito, in 3. dubio. credo tamen quod Decius decipiatur,
quia contra uidetur magis communis ex glo.Pau.Imo.Ale
xan.& Iaſ.in d.§.quidam liberis,& glo.Dyn.Cyn.Pau. & alij
communiter,in l. cum uirum, C. de fideicommiſſ. tenent
oppoſitum, ut pręcedens concluſio procedat, etiam quod
fideicommiſſa antecedant. Sed pręſuppoſito quod uerbum
indefinitum,hæreditas, intelligatur de tota, prout eſt neceſ-
ſe ad hoc ut dicatur inductum fideicommiſſum in perſonã
liberorum dicti liberti, non audeo iſtud affirmare, maximè
cum uerba fideicommiſſi videantur directa ad honoratos,
per ea quæ ſcribit Do. Alexan. in d. §. quidam liberis, poſt
Raphael. Com. conſ. 3. teſtator, &c.

Sed cum teſtator inſtituerit quemlibet filiorum hæredẽ
in bonis ſpecialiter & nominatim deſcriptis in teſtamento,
& exinde ſubſtituerit filios & nepotes in lo dich heretagi,
quæritur ſi in hęreditate ſint aliquæ non deſcriptæ in teſta-
mento,utrum illæ comprehendantur in fideicommiſſo? Vi
10 deretur quod ſic; † hæreditas eſt nomen uniuerſale, conti-
nens uniuerſa,quæ teſtator habebat,l.hęreditas, ff.de regul.
iur. ſed cõtrarium ſuaderi poteſt propter uerba dicta. quod
reſtringit uerbum, hęreditas, ad ea quæ prius fuere deſcri-
pta,l.1.§. cum qui, ff. de poſth. & ita in ſimili firmat Barto.
in l.talis ſcriptura.§.fina.ad fi.ff.de leg.1. & in l.ſi ſeruum, §.
fina.co.tit.& Aret.in l.pen.ff.de teſtam. & in ſimili Soc. cõſ.
62.col prima,lib.4.Com.conſi.146.colum.4.lib.2.

Circa tertium, cum huiuſmodi ſubſtitutio ſit reciproca,
admiſta compendioſę, factę ut prętenditur etiam nepoti-
bus naſcituris, & in poteſtate patris recaſuris: Reſpondeo
duas quartas detrahendas, uidelicet legitimam & Trebel-
lianicam,c.Raynutius, & ca. Raynaldus, de teſta.nam cum
in hac ſubſtitutione contineatur fideicõmiſſum, ut per Bar.
in l.Lucius,ff.de vulga.& pup.quę cum fuerit conditionalis,
11 & non pura, † ſtat communis etiam Iuriſtarum ſententia,
ut de fideicommiſſo conditionali detrahi poſſint duæ quar
tæ,ut per Bar.in l.Papinianus,§.meminiſſe,ff.de inoffi. teſt.
& in l. quamquàm.C.ad leg.Falcid. ubi Alex. & latè per Iaſ.
in l.filium,quem habentem.C.fam. erciſcun. & per Doc. in
l.cohæredi,§. cum filiæ,ff.de uulga.& pup. Alex.conſi.43.in
fi.lib.a. Decius conſi.55.colum.5.& alibi ſupra.

S V M M A R I V M.

*1 Subſtitutio pupillaris ſit liberis exiſtentibus in poteſtate,ac pri
mum locum obtinentibus.*
2 Subſtitutio uulgaris expirat per aditionem hæreditatis.
*3 Subſtitutio reciproca non habet tractum temporis in futurum,
& non comprehendit fideicommiſſariam, & quando dicatur
habere tractum futuri temporis. nu.4.*
5 Sine hærede numquàm,vel rarò quis decedit.
6 Subſtitutio compendioſa continet fideicommiſſariam.
*7 Clauſula codicillaris, ſi non valet &c. facit directam ſubſtit.
trahi ad fideicommiſſariam.*
8 Funeris ſumptuum exceptio, eſt iuſtiſſima.
9 Aes alienum pro rata à quolibet eſt ſoluendum.
10 Portio confunditur ſolum pro portione hæreditatis.
*11 Inſtitutus particulariter in dimidia bonorum teſtatoris,an te
neatur ad æs alienum ſine eius onere, prout inſtitutus, & an
teneatur ad legitimam filiorum pro rata.*
12 Actione reali petita largo ſumpto uocabulo dicuntur debita.
*13 Dictio uniuerſalis,quorumcunque, & quouis modo, eſt amplia
tiua uerbi, cui adijcitur.*
*14 Hæres particularis eſt loco legatarij, in cuius legato compre-
henduntur ſolum, ſi teſtatoris dominio exiſtent quando inſti-
tutio facta fuit in parte bonorum ſuorum,ſcilicet teſtatoris.*
*15 Dictio, ſeu uerbum, quicumque, adiectum legato,non facit in
legato comprehendi quæ aliàs non comprehendebantur.*
*16 Qualitas non diuerſificat rem qualificatam, nec ſubiectum
immutat, poteſtq́ eſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptio-
nem, nec cognoſcitur niſi prius cognoſcatur ſubſtantia.*
17 Filius pro legitima habet dominium cuiuslibet rei.
*18 Filius pro legitima poteſt agere tam actione reali,quàm perſo-
nali ex teſtamento.*
19 Retentione uti poteſt habens rei uendicationem.

RESPON-

RESPONSVM X.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

COnſtat hæredes dicti quōdam Guidonis iure agere petitione hæreditatis ad dimidiam hæreditatē dicti quondā Iacobi Alemani, cū conſtet Guidonem eſſe inſtitutū hæredem pro dimidia, cumq; hæreditatem adiuiſſe, ſicq; portionem hæreditatis tranſmiſiſſe ad hæredes qui non agunt, l.2.& ſeq.ff. de pet.hæred. cōſtat etiam eos iure agere actione reali ad dimidiam bonorum eidem quondam Guidoni ceſſorum per Margaritam Comborſeriani heredem particularem inſtitutā in dimidia bonorum, ut apparet ex contextu teſtamenti dicti quondā Iacobi. id ergo uidendum eſt, utrum exceptiones oppoſitæ per Dominos Aymarium & Franciſcum Alaman. fratres, & hæredes. prædictæ dominæ Margaritæ de Sora eorū matris, habeant excludere actores in totum, uel in parte?

Opponitur primo exceptio fideicommiſſi reſultantis ex ſubſtitutione, qua prædictus Iacobus teſtator alterum alteri, & ſuos hæredes ipſorum hæredum uniuerſalium ſubſtituit. Iſta exceptio non uidetur iuridica, quia poſito quod Guido deceſſerit in pupillari ætate, non tamen in tali reciproca cō-
1 tinetur pupillaris, † quæ ſolum fieri poteſt, liberis exiſtentibus in poteſtate, & primum locum obtinentibus, l. moribus, ff. de uulg. & pup. Et poſito quod Iacobus auunculus potuerit Guidonem ex ſorore nepotem grauare onere fideicōmiſſi: non tamen in hac reciproca uidetur contineri fidei-
2 cōmiſſaria, ſed ſolū uulgaris, † quæ expirauit per additionē hæreditatis dicti Guidonis, l. poſt aditā, C. de impub. & alijs
3 ſubſtit. † illa enim reciproca ſubſtitutio, alterum alteri ſubſtituendo, cum non habeat tractum temporis in futurū, non pōt continere ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſecūdum Bar. in l. Lucius, ff. de vulg. & pup. per tex. in l. iam hoc iure, ibi, in uulgarem tantummodo caſum, ff. eo. tit. & idem firmat Bar. in l. 2. per illum tex. C. eo. & ibi Alex. & alij ſequuntur; & eſt communis opinio, ut ēt teſtatur d. Stephanus Bertran. conſi. 10. uiſo. lib. 3. & eſt nota concluſio. Sed prædictis non attentis reſpondetur hanc exceptionem fuiſſe & eſſe iuridicam & ueram; quia in hac reciproca continetur fideicō-
4 miſſaria duplici ratione. † Primo, quia huiuſmodi ſubſtitutio, alterum alteri, & ſuos hæredes ipſorum hæredū uniuerſalium, & in defectum ipſorum ſuorum hæredum uniuerſalium propinquiores in genere eorumdem hæredum ſubſtitutio, ſi bene aduertatur, habet tractum temporis in futurum. Nam cum hæredes ſubſtituti ſint, oportet intelligere quod ſint ſubſtituti alteri decedenti ſine hæredibus, id eſt ſine liberis, ne teſtator uideatur uoluiſſe facere ſubſtitutionē
5 eluſoriam, † cum ſine hærede numquàm, uel rarò quiſpiam decedat, l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Hic autem ſubſtituit alterum alteri, & ſuos liberos, & in defectum liberorum propinquiores eorumdem, ideo habet longiſſimum tractum temporis in futurum, cum in defectum alterius & ſuorum liberorum, alter & eius liberi & in ipſorum liberorum defectū
6 propinquiores legantur, & † ſic huic reciprocæ admiſta eſt compendioſa, in qua ſine dubio comprehenditur fideicōmiſſaria, c. ſi pater, de teſta. lib. 6. docet Bar. in l. centurio, 1. q. & in l. Lucius, in 3. q. ff. de vulg. & pup. tradunt Moderni latè in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. Bart. in l. 2. per illū tex. & ibi Do. Alexan. C. de impub. & alijs ſubſtit. Ang. conſ. 151. quidam Nicolaus. Aret. conſ. 37. ſequendo ordinem, & Decius conſi. 315. in cauſa iſtorum nobilium, & alibi ſæpe. Secundò, in hac reciproca cōtinetur fideicōmiſſaria propter
7 clauſulam codicillarem, † ſi non ualet, uel ualebit, &c. uirtus enim huius clauſulæ, eſt tantæ potentiæ, ut faciat ſubſtitutionem directam trahi ad fideicommiſſariam, l. Scæuola, ff. ad Treb. & in prædictis terminis ita cōcludit Raph. Fulg. Pau. de Caſt. & D. Philip. Tor. in d. l. ſi frater, C. de fideicom. & Soc. conſi. 6. in præſenti conſultatione, col. 3. & ſeq. lib. 3. & iſta eſt communis ſententia, quicquid dixerit Decius in l. precibus, colum. 11. C. de impub. & alijs ſubſtit. & conſ. 394. pro uera, colum. 5. de quo truſſantur Nouiſſimi, uidelicet Lanz. Galliau. in d. l. centurio, colum. 55.
8 Opponitur ſecundò, † exceptio retentionis, ſeu compenſationis pro rata eorum quę fuerūt in ſumptum funeris erogata. iſta exceptio iuſtiſſima eſt gl. in l. in hæreditate, C. de pet. hæred.

Opponitur tertiò in petitione hæreditatis, & iudicio fam. erciſc. non contineri portionē bonorum ad Dominos Fran. & Aymarium filios quondam d. Claudij cōis patris ipſorū, & dicti Iacobi teſtatoris, de cuius hæreditate agitur, ſpectās & pertinens pro eorum legitima, & ſimiliter quota legitimę debita Dñæ Margaritæ de Sora, matri quondam Antonij Alamani quondam eius filij, & matris debita prædictis d. Franc. & Aymario hæredibus dictæ quondam Margaritę eorum matris. hæc enim portio legitimæ, quia propria eſt ipſorum poſſeſſorum, & in bonis ipſorum, & non Iacobi teſtatoris, non uenit in iudicio petit. hæreditatis, nec fam. erciſ. l. inter cohæredes, in prin. & l. ſi id, quod. ff. fa. erciſ. & l. cohæredibus, & l. filium quem habentem, C. fa. erciſ.
9 Opponitur denique † exceptio ęris alieni hęreditario nomine exoluti. hæc ēt exceptio iuridica eſt, & pro rata exoluēdo à cohærede, quod ſolutum eſt, uel deducendū de portione, quæ petitur pro rata, l. ſi quod poſſeſſor, ff. de pet. hæred. l. pro hæreditarijs, C. de hære d. act. & ſimiliter deducendum eſt quod ipſis fratribus, uti hęredibus matris debeť pro con-
10 tingenti portione, quæ petitur, † cum actio confuſa ſit dumtaxat pro portione, qua mater fuit hæres Iacobi, l. ſi ex pluribus, ff. de hære. uel act. uend. l. ſi debitor, C. de pact. cū ſimil.
11 † Sed quia Iacobus dictam Comborſeriani hęredem particularem inſtituit in dimidia parte bonorum ſuorum franca & abſque aliquo onere quorumcumq; debitorum, ſuper ſua ipſius teſtatoris hæreditate quouis modo debitorū, dubitatur an dimidia omnium bonorum ſit prius diuidendæ inter actores, & ipſos reos ceſſionarios dictæ Comborſerię; franca ab omnibus oneribus debitorum; an uero ſint prius deducenda onera debitorū de cumulo totius hæreditatis dicti Iacobi, & bona quæ ſupererunt poſtea gñaliter diuidēda.

Quia onus debitorum quorumcumque, & quouis modo iniunctum eſt uniuerſalibus hæredibus ſuper alia dimidia bonorum, abſq; dubio uidetur alteram dimidiam frācam prius deducēdam, l. ſi uni. ff. fa. erciſ. & ſi dicatur prius deducendas legitimas, quę debitorum appellatione non propriè continentur, cum actione reali petantur, & de corporibus hęreditarijs deducenda ſint, l. ſcimus, §. repletionem, C. de
12 inoff. teſta. † Poteſt reſpōderi, quod licèt ea. quæ actione reali petuntur. non propriè dicantur debita, Inſti. de act. §. 1. ubi gl. & Doc. & l. Aurelius, §. Meuia, ff. de lib. leg. tamen largo ſumpto uocabulo debita nuncupantur, l. pecuniæ, la 2. §. fi. & l. creditores, ff. de uer. ſig. & uolunt glo. & Scrib. §. 1. Inſtit. de act. in princ. in uerbo, debetur, & in l. fi. C. de compenſ. & hoc loco illud uerbum, debitorum, uidetur large intelligen-
13 dum propter illas † dictiones uniuerſales, quorumcumque; & quouis modo, quæ ampliant uim uerbi, cui adijciunt, ut uult glo. in l. 2. in uerbo, quaslibet, C. de quadr. præſcrip. & magis ad terminos glo. in d. l. pecuniæ, & in ſpecie D. Alex. conſi. 102. uiſo ſupraſcripto, li. 6.

Verum hoc loco legitimas ante omnia deducendas. Reſpōdeo ꝙ teſtator reliquit hęredem particularem Comborſeriam in dimidia omnium bonorum ſuorum franca &c. qđ perinde eſt ac ſi legaſſet dimidiā oīum bonorum ſuorū
14 francam. &c. † Nam hæres particularis, loco legatarij habetur. l. quoties, C. de hęred. inſtit. in legato autem facto de parte bonorum ſuorum non comprehenduntur, niſi ea quę teſtatoris dominio ſunt, l. cum ſua, & l. nuper. ff. de leg. 3. ubi dr̄ proculdubio uerum, qñ incertum corpus legatur, ut uinum meum, uel ueſtis mea, in genere, uel dimidia bonorū meorum. Nam & hoc caſu incertū corpus bonorum ſuorū legatum conſtat, & ita in legato determinat Panor. conſ. 88. caſus in facto proponitur. colum. fina. lib. 2.

Non obſtat d. l. ſi ſua, quia loquitur in dimidia hęreditate uni relicta franca titulo uniuerſali, in qua ueniunt oīa poſſeſſa per defunctum, l. hęredes, ff. de reg. iur. Nos in dimidia bonorum, & non ſimpliciter ſed cum adiuncto ſuorum, & titulo particulari, quo caſu non ueniunt omnia bona hęreditaria, ſed ea ſolum, quę in dominio teſtatoris erant, l. Quintus. §. argento, ff. de auro & argen. lega. & l. ſeruus, ff. de
15 leg. 1. Non obſtat, † ꝙ illa uerba, francam ab omni onere quorumcumque debitorum quouis modo, poſſunt producere actiones reales, & ea quæ debentur largo modo: quia cum adiecta leganť ad qualificandum legatū, ſeu corpus legati pręcedentis, non pñt nec debent ampliare ut faciant, in
16 legato comprehendi, quę aliàs non comprehenduntur, † tū quia qualitas non diuerſificat rem qualificatam, l. 3. §. ex cōtrario, ff. de acqui. poſſ. & ibi D. Iaſ. not. tum quia qualitas nō immutat naturā ſubiecti, ut tradit glo. Inſtit. de iu. perſon. §. pen. nam cum qualitas ſit ea, quę pōt adeſſe & abeſſe ſine de-

trimento

trimento ſubſtantiæ,l.prima, ff. de vſuſr. ſequitur quod non debet alterare ſubiectum,& illud immutare, ut aliud ſit cũ qualitate,aliud remota qualitate. fortius dico quod qualitas non cognoſcitur, niſi prius cognoſcatur ſubſtantia, ut docet Bald.in l.2.C.de bon.poſſ.ſecundum tab. & Iaſ.Inſtit. de act. ſuper rubr. colum.1. Si ergo uolumus cognoſcere, quæ ſit qualitas franchitiæ ab omni onere quorumcunque debitorum, oportet quod prius cognoſcamus, quod ſit ſubiectum, quod relinquitur tractum, ſed illud eſt quod prius determinatum eſt, uidelicet dimidia omnium bonorum ſuorum. iſtud autem ſubiectum non comprehendit dimidiam,ut dictum eſt: ergo cum hac qualitate franchitiæ, il-
17 lud qualificabitur,& non aliter. † Conſtat autem d. Franciſcum & Aymarium pro eorũ legitima, & pro legitima matris, habere dominium cuiuslibet rei pro rata,d.§.repletionem,ergo &c. Non obſtat ſi dicatur quod ad legitimã competit condictio ex lege, uel actio ex teſtamento, quæ ſunt a-
18 ctiones perſonales,l.1.& 2.C.communia de leg. † unde reſpõdetur quod ſi filius uelit agere ad legitimam in genere, poteſt agere actione ex teſtamento,uel condictione ex lege, ut aduerſarius condemnetur ad dandum, uel tradendum legitimam: ſed ſi uelit agere actione reali, omiſſa actione perſonali, nihil eſt quod obſtet. ita Bald.in l.pater filiam, in prima quæſtio.ff.de inoffi. teſtam. ubi dicit quod poteſt filius agere petitione hæreditatis,uel iudicio famil. erciſcun.
19 ad ſingula corpora, † quia eſt hæres & dominus pro rata ſuę legitimæ: idem tenet Bald. in l.non eſt ambiguum, C. fam. erciſcun. ſi ergo competit actio realis, & rei uendicatio, multo fortius retentio,l.inuitus,ff.de reg. iur. Mihi igitur uidetur ante omnia deducendas legitimas,deinde faciendas quatuor partes, duas francas, quarum altera adiudicanda eſt actoribus, altera reis ceſſionarijs dictæ Comborſeriæ: de alijs uerò duabus partibus ſatisfaciendum eſt prius æri alieno,& illud deducendum, deinde una pars retinebitur per reos ex perſona matris cohæredis,altera adiudicabitur actoribus cum onere illam reſtituendi ipſis reis fideicommiſſarijs ex perſona matris,detracta Trebellianica, Inſtit.de fideicom. hæred. Et ut euitetur circuitus,poterit permitti retentio ipſis reis,& eos condemnare ad quartam illius quartæ pro Trebellianica reſtituenda ipſis actoribus.

Laus Deo Optimo Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Conditione deficiente, non habet locum diſpoſitio.*

2 *Subſtitutio caduca efficitur præmoriente ſubſtituto.*

3 *Subſtitutio compendioſa eſt, quæ fit ſub conditione, uel quæ plura tempora complectitur.*

4 *Subſtitui uerbum,eſt commune: nam ante pubertatem continet pupillarem,poſt uerò comprehendit fideicommiſſariã ſubſtitutionem. & nu.11.*

5 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori, & non hæredi, uel ſubſtituto grauato, & nu.12.*

6 *Subſtitutus ſubſtituti, dicitur ſubſtitutus primi inſtituti.*
Vnde ſubſtitutus,etiam milleſimus,dicitur ſecundo inſtitutus, & omnis ſubſtitutio ſecunda inſtitutio. nu.7.

8 *Subſtitutus in prioribus gradibus peremptis,remanet hæreditas penes grauatum cum ſuo onere reſtituendi ſequentibus ſubſtitutis.*

9 *Subſtitutus ſecundo, ex propria perſona, & non ex perſona ſubſtituti uenit.*

10 *Subſtitutio compendioſa continet uulgarem & fideicommiſſariam.*

11 *Per ſubſtitutionem pupillarem ſuccedatur pupillo.*

R E S P O N S V M XI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

FActi exemplum tale eſt, Ioannes Eymanus hæredẽ inſtituit Michaelam uxorem ſuam, & ſi tranſiret ad ſecunda uota, ſubſtituit Georgium eius filium primogenitum, & quandocunque d. Georgius ſine liberis decederet, ſubſtituit Benedictum ſecundogenitum,& ſucceſſiuè,ſi dictus Benedictus decederet ſine liberis,ſubſtituit Iſabellam eius filiam,& poſt Iſabellã,ſi decederet ſine liberis,ſubſtituit Margaritam alteram filiam,& ſi dicta Margarita decederet ſine liberis, aut nollet hæreditatẽ,& reſidentiã facere in domo ipſius teſtatoris. ſubſtituit & hæredẽ ſuũ fecit Georgiũ Eymanũ ipſius teſtatoris fratrẽ, & ſuos hæredes & ſucceſſores poſt ipſius Georgij deceſſum.

Mortuis teſtatore & Michaela, locus fuit primo gradui ſubſtitutionũ prædictarum in perſonam Georgij primogeniti dicti teſtatoris, deinde ante dictũ Georgium præmortui ſunt Benedictus,& Iſabella abſq; liberis,& ſucceſſiue mortua eſt Margarita antepenultimo loco ſubſtituta, relictis duobus filijs.ſimiliter præmortuus eſt Georgius frater teſtatoris, penultimo loco ſubſtitutus, relicto uno filio hærede uniuerſali. Demũ mortuus eſt Georgius filius & hæres teſtatoris abſque liberis,condito teſtamento,in quo hęredẽ inſtituit unũ ex filijs dictæ Margaritæ, à quo filius & hæres dicti Georgij fratris teſtatoris, vltimo loco ſubſtitutus, petit bona,quę fuerunt dicti quondam Ioannis Teſtatoris. Ex aduerſo opponitur,ſubſtitutionẽ, qua uocatur hæres dicti Georgij,non habere locũ, quia defecit conditio,ſub qua fuit ſubſtitutus: ideo quæritur quid iuris?

Videtur prima conſideratione rñdendum, ſubſtitutionẽ factam de liberis Georgij fratris uel defeciſſe, uel caducã eſſe.quia Georgius, & eius liberi,legũtur ſubſtituti ſub expreſſa conditione.ſi Margarita decederet ſine liberis, quæ cũ liberos reliquerit,conſtat conditionem defeciſſe, l.filiusfa.§.
1 cum quis,ff.de leg.1.l.ex facto.§.fi. ff.ad Trebel. † Si defecit conditio,ſequitur ut nõ habeat locũ diſpoſitio l. iubemus, §.ſin aũt ſub conditione, C.eo.tit. ad Trebel. & ita per hanc rationem ſub dubio fortè determinat Bal.conſi.254. Titius inſtituit ſororem,lib.1.

Confirmatur, quia vocanr̃ liberi Georgij in ultimo gradu poſt Margaritam decedentem ſine liberis, & poſt patrem ip-
2 ſorum. † Cum aũt Margarita deceſſerit ante Georgiũ grauatum,deceſſeritq; frater dictorũ liberorũ,conſtat duos pręcedentes gradus effectos fuiſſe caducos. l.unica,§.in primo, & §.ſeq.& ſeq. C. de cad. toll. ergo caducus quoq; vr̃ ſubſequens gradus,quo uocantur liberi, qui uidentur ſubſtituti p̃ri ſuo,& Margaritæ, & non Georgio filio teſtatoris primogenito. ita uiſus eſt determinaſſe Oldr.conſ.177. teſtator in ſuo ultimo teſtamento. quem refert & ſequitur Ioan. And. in addit.Spec.ſub rub.de teſtam.§.1.in addit. magna,uerſic. occurrit hic nouiſſimus caſus,&c.

Sed illis non obſtantibus,contrariũ uerius eſſe reſpõdeo, & pro clariori reſolutione habẽda ſubijcio tres noniſſimas
3 & ueras concluſiones. † Prima eſt,ꝙ huiõi ſubſtitutio,ſi Margarita ſine liberis deceſſerit,aut nollet habitationẽ facere in domo teſtatoris,ſibi ſubſtituit d.Georgiũ fratrẽ ſuũ, & ſuos hæredes & ſucceſſores poſt ipſius deceſſum dr̃ cõpendioſa, ſm Bar.in l.Cẽturio,in 1.q.ff.de uulg.& pup. quæ cũ ſit facta Georgio per hæc uerba,ſi in pupillari ętate,uel aliàs quãcun-
4 que ſine liberis decederet.† per uerbũ cõe ſubſtituit,cõtinet poſt pubertatẽ fideicõmiſſariã, & ante pubertatẽ pupillarẽ, ut per Bart. in d. l. Centurio, in 1.q.primi membri,& 1.q.3. membri, & probatur in l precibus,C.de impub.
5 Secunda concluſio, † ſubſtitutus per fideicommiſſum,dr̃ ſuccedere teſtatori,& nõ hæredi,uel ſubſtituto grauato, l.cohæredi,§.cum filiæ, ff.de uulg.& pup.
9 Tertia concluſio,† ſubſtitutus ſubſtituti dr̃ ſubſtitutus pri-
7 mi inſtituti,d.l.cohęredi,ubi Bart.ff.eo. tit. † & hac rõne oĩs ſubſtitutus,ẽt ſi eſſet milleſimus,ſeu in milleſimo gradu poſitus,dr̃ ſecundo inſtitutus:& oĩs ſubſtitutio dr̃ ſecunda inſtitutio,ſm gl.& omnes in rub.ff.de uulg.& pup.

Quibus concluſionibus ſtantibus, patet ꝙ filij & hæredes Georgij fratris ultimo gradu uocati dñr ſubſtituti Georgio primogenito filio teſtatoris nouiſſimè defuncto ſine liberis: & cum in eius perſona purificata ſit conditio ſubſtitutionis, quia deceſſit ſine liberis, concludendum reſtat, quod ſit locus ſubſtitutionis, qua uocantur filij Georgij fratris, l. ſi in perſonam,C. de fideicom. cum uulgatiſſimis concordan. Nec obſtat. ꝙ filij Georgij fratris ſint in ultimo gradu
8 poſiti, † quia poſtquam oẽs ſubſtituti in prioribus gradibus præmortui ſunt,conſequitur ut omnes priores gradus deuenerint in cauſam caduci,d.l.unica, §.in primo, & §. ſequen. & ex hac reſponſione reſultat deciſio huius dubitationis: nam peremptis primis gradibus locus eſt ſequentibus, d.l. unica,§.pro ſecundo. & ſic excluſio Margaritæ & aliorum priorum ſubſtitutorũ, fuit incluſio filiorum dicti Georgij, ultimo uocatorum, qui remotis prioribus intrãt in eorum
9 locum uti ſubſtituti ipſi Georgio grauato.† Nam peremptis

prioribus gradibus, remanet hæreditas penes grauatum cũ
ſuo onere, reſtituenda ſequentibus ſubſtitutis. ita in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria determinat Bart. quem Bald. An-
gel. Imola, & Pau. ibi ſequuntur, in l. quamdiu, la 3. ad fi. ff.
de acquiren. hæred. per text. in d. §. pro ſecundo. ubi caſus
clarus de hoc. & hanc deciſionem Barto. in ſubſtitutione
fideicommiſſaria approbat Do. Alexan. conſi. primo, col.
fina. lib. primo, dum reſpondet, quod in caſu ſuo non erat
fideicommiſſaria, & ſic quantum ad fideicommiſſariam
aperte approbat ſententiam Barto. quam etiam ſequuntur
communiter omnes. ut patet ex adductis per Socyn. conſil.
52. uti ueram, lib. primo, & Corn. conſil. 298. & ſeq. lib. 3. &
in terminis proprijs ita conſuluit Paul. de Caſt. conſi. 351.
preſens dubium, & Dec. conſi. 427. licet in caſu, per totum.
Quorum ſententia ueriſſima uidebitur, ſi adducta ſupra in
contrarium de medio ſummoueantur.

Non obſtat itaque prima ratio contraria, quòd conditio
defecerit, quia Margarita deceſſit cum liberis: quia ad iſtud
30 quod quæſtionem mouere uidetur, † reſpondetur dupliciter.
Primo reſpondit Dec. in d. conſi. 417. ad fi. quod filij
Georgij fratris non ſuccedunt teſtatori ex perſona Margaritæ,
nec aliorum ſubſtitutorum, ſed ex propria perſona; nec
ſubſtitutio qua ipſi uocantur, ſuſcipit uires ex præcedenti
gradu ſubſtitutionis, qua uocabatur Margarita, nec ex con-
ditione poſita in dicto præcedenti gradu, ſed ex conditione
poſita in gradu ſubſtitutionis Georgij grauati ſub condi-
tione, ſi ſine liberis, l. 3. §. fi. ubi Bal. & Aret. ff. de lib. & poſth.
& bene probatur per tertiam concluſionẽ ſupra deductam,
quia ipſi filij Georgij fratris non dicuntur ſubſtituti Mar-
garitæ præmortuæ, ſed Georgio grauato nouiſſimè de-
functo.

Secundo reſpondet Pau. de Caſtro in d. conſi. 351. quod
ſubſtitutio facta Margaritæ de perſona Georgij & filiorum,
31 per † uerbum, ſubſtituit, quod eſt commune, ut per Bartol.
32 in d. l. centurio, in pen. q. eſt compendioſa, † quæ continet
vulgarem, & fideicommiſſariam, ſecundum eundem in d.
l. Centurio, in 3. q. tertij membri, & cum non ſolum com-
prehendat fideicommiſſariam, per quam ipſa Margarita cẽ-
ſebatur grauata reſtituere hæreditatem ad eam pertinentẽ,
ſi ſine liberis decederet, ſed etiam uulgarem, per quam Mar-
garita nollet, uel non poſſet hæreditatem acceptare, l. cum
proponas, C. de hæredib. inſtit. & huic ſubſtitutioni uulgari
locus fuiſſet, quia Margarita prædefuncta non potuit acce-
ptare hęreditatem, bene ſequitur quòd quemadmodum ſi
Margarita uiueret & nollet, uel non poſſet acceptare hære-
ditatem, deuolueretur ad filios Georgij fratris, non obſtan-
te quod ipſa Margarita haberet filios, eodem modo deuo-
luitur hoc caſu, quo Margarita non poteſt, dato quod libe-
ros reliquerit in vulgari: nam certum eſt perempto præce-
denti gradu, locum eſſe ſequenti, d. l. 3. §. fina. & ibi Paul. &
Imo. ff. de lib. & poſth. & per hanc rationem, in terminis no-
ſtris proprijs determinat d. Steph. Bertran. vir magnæ do-
ctrinæ, & conſt. Doctor, conſi. 23. uiſo inſtrumento, li. 3,
per totum.

33 Non obſtat, † quod conſuluit Oldra. in d. conſi. 177. quia
procedit in ſubſtitutione pupillari, per quam ſuccedirur ipſi
pupillo, l. 2. ff. de uulg. & pup. & in iſtis terminis etiam loqui-
34 tur tex. in l. qui habebat, ff. eo. tit. † Secus in fideicommiſſa-
ria, per quam ſuccedirur ipſi teſtatori, d. §. cum filiæ. ita di-
ſtinguunt Dec. & d. Steph. in locis prçallegatis, & uerißimũ
puto. Ex quibus patet quod heres Georgij grauati tenetur
hęreditatem dicti quõdam Ioannis reſtituere liberis Geor-
gij fratris, detractis detrahendis de iure. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcen-
dentes.*

2 *Fœminis excluſis pariter & ipſi deſcendentes excluſi rema-
nent.*

3 *Teſtator uocans liberos tantum maſculos, fauore agnationis
uidetur diſponere. & nu. 6.*

4 *Nepotes ex filia licèt deſcendant, non tamen proueniunt ex
auo materno.*

5 *Deſcendentes ex matre, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid di-
cuntur ex genere matris.*

7 *Relatiuum, qui, iunctum uerbo futuri temporis importat con-
ditionem.*

8 *Conditio de ſuſcipiendo nomen honeſtum, non adimplens, repe-
titur in fideicommiſſo ſibi ea de cauſa relicto.*

9 *Fideicommiſſum non agnitum, an tranſmittatur ad heredes.*

10 *Filij poſiti ſub conditione, an & quando dicantur ſubſtituti.*

11 *Teſtatoris uoluntas non attenditur quando non tranſiuit in
diſpoſitionem.*

12 *Filij maſculi poſiti ſub conditione, cenſentur ſubſtituti, quan-
do agitur de conſeruanda agnatione teſtatoris non extranei.*

13 *Ex ſubſtitutione facta ultimo morienti, an inſtituti intelligan-
tur inuicem ſubſtituti. & nu. 15*

14 *Fideicommiſſum tacitũ, non inducitur ex alio tacito.*

16 *Heres extraneus præſumitur habere notitiam teſtamenti.*

17 *Exceptio, quæ obijci poterat defuncto, obſtat eius heredibus, &
ex eorum perſonis agentibus.*

18 *Exceptio repellit agentem, quem de euictione tenet actio.*

19 *Fideicommiſſum an ueniat in generali tranſactione.*

20 *Legitima non poteſt grauari, cum non comprehenditur in fi-
deicommiſſo.*

21 *Trebellianica detractio non poteſt filijs prohiberi.*

22 *Trebellianica, & legitima non poſſunt detrahi ab eodem, uno
& eodem tempore, ſecus diuerſo tempore, ut quando fideicom-
miſſum eſt conditionale.*

23 *Res prohibita alienari, an & quando præſcribantur.*

24 *Actio perſonalis tollitur 30. annis.*

25 *Principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, præſcribun-
tur per tempus, cuius initij memoria non exiſtat.*

26 *Præſcriptio longi temporis requirit titulum: ſecus autem lon-
giſſimi, quæ ex ſola negligentia non petentis currit.*

27 *Iure ſuo credens uti, non dicitur in mala fide.*

28 *Hæres uniuerſalis, an & quando teneatur releuare animam
defuncti, ut poßit, uel non præſcribere.*

RESPONSVM XII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

PRo habenda reſolutione co-
nũ,
quæ proponũtur, plura examinãda ſunt. Primo,
utrum Magnificus D. Antonius actor iure agat
ex teſtamento, & uoluntate Vgonis: Secundo
utrum ex teſtamento Iafredi. Tertio poſito ꝙ fuerit uoca-
tus ex utriuſque voluntate, an ei obſtent exceptiones propo-
ſitę per d. Claudium, quæ in effectu ſunt quatuor. Prima, ꝙ
ipſe d. Antonius non nominatur Aymarius, prout ex forma
& tenore ſubſtitutionis factæ per d. Iafredum, requiritur.
Secunda ꝙ tranſactione inter Vmbertum, & Aymariũ ini-
ta remiſſum fuit ius fideicommiſſi. Tertio, ꝙ caſtra reſtitu-
tioni ſubiecta bona fide, titulo, & tempore immemorabili
fuerit pręſcripta. Quarto, ꝙ fideicommiſſo non obſtante
alienari potuerint ex cauſis & rationibus, de quibus in di-
cta tranſactione.

Ad primũ uidetur, ꝙ dictus d. Ant. iure agat ex teſtamen-
to Vgonis, & tanquàm ab eo uocatus & ſubſtitutus: nam
illa uerba, & exinde unum ex liberis ſucceſſoribus ma-
ſculis habiliorem, & d. Aymario ſubſtituto domino & hęre-
de procedente, comprehendunt etiam d. Antonium Ayma-
1 rij abnepotem, † cum appellatione liberorum omnes de-
ſcendentes contineantur, l. liberorum, ff. de uer. ſig. l. iuriſcõ-
ſultus, ff. de gradib. etiam quod ex Alexia proauia fœmina
deſcendant, c. nouit, ubi d. Ant. & poſt eum Dec. in 6. no. de
iud. & ita concludit Pau. de Ca. in l. 1. C. de cond. inſer. ubi
dicit ſe ita conſuluiſſe, & ꝙ cõprobat exemplo Domini no-
ſtri IESV CHRISTI, qui eſt generatis & procedẽs a ſtirpe Da-
uid, ut legitur in euangelio, Liber generationis, &c. & ita cõ-
ſuluit Io. de Imo. conſ. 63. poſt exhibitum. loquẽs in emphy-
teuſi conceſſa pro ſe & ſua generatione. Idem & conſuluit
Socy. conſ. 25. lib. 1. Com. conſi. 233. in hac, lib. 1. motus per
tex. in c. 1. de ſcilma.

In contrarium facit, quia vocantur ſolùm liberi maſculi
procedentes à dicto Aymario: ex quo datur intelligi, quod
excludantur fœminæ. Inſtit. de legitima agna. ſucceſ. §. cæ-
terum, & Inſtit. de hęred. quæ ab inteſt. §. item uetuſtas. do-
2 cet Bartol. in l. liberorum, ff. de verb. ſignifica. † excluſis aũt
fœminis

fœminis, etiam ex eis nati cenſentur excluſi, quaſi ex infecta radice prouenientes, l. ſi uiua matre, C. de bon. mater. qua ratione Nicol de Mai. Bal. Raph. Com. & Modet. in d. l. prima, C. de cond. inſert. tenent diſpoſitionem illius text. non habere locum, ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, inferentes propterea quod emphyteuſi recepta pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis, non ſuccedunt nepotes ex filia, & ante eos idem tenet Specu. titulo de loca. §. nunc aliqua. verſic. 146. Bald. in auth. ſi quas minas, in fi. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de in ius voc. & Angel. in ea. l. §. qui manumittitur. & ita per hanc rationem in propoſito noſtro decidit Io. And. in addit. Spec. in titulo de Teſte, ſuper rubri. columna finali, ſequitur Matth. not. tertio. & Dom. Alex. conſilio 43. conſideratis, lib. tertio. & iſtam dicit eſſe communem Doctо. ſententiam Decius conſilio 239. primo non videtur, col. 2.

Nam cum ſolos liberos maſculos ſubſtituerat, fauore agnationis diſpoſuiſſe creditur ſecundum Ioan. And. in addit. Spec. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. ſuper rubr. & cum nulla alia ratio aſſignari poſſit, habetur pro expreſſa, vt uoluit glo. in l. quamuis, C. de fideicommiſſ. non ergo uocati cenſentur cognati, ſeu deſcendentes ex fœminis, Inſtitut. de legitima agnat. ſucceſſ. in princip. & §. ſi plures, & tradit in propoſito Angel. conſilio 65. Martinus Ioannes de Florentia. Rapha. Fulgoſ. conſilio decimo octauo, Salamutia condidit teſtamentum. Præterea ſic uocantur maſculi uſque in infinitum ſucceſſores, procedentes à Domino Aymario hærede inſtituto ad excluſionem maſculorum hæredum & ſucceſſorũ dicti Domi. Aymarij ab alio procedentium, l. cum prætor, ff. de iudi. capit. nonne, de præſumpti. & conſequenter cenſentur excluſi ſucceſſores maſculi procedentes ex neptibus, & proneptibus, quia tales non procedunt ab Aymario. ad hoc enim vt ab ipſo Aymario procedere dicantur, oportet quod ab ipſo tamquàm à ſtipite deſcendant: alioquin ſi ex filia, vel filiæ nepote deſcendant, ab ipſo Aymario non procedunt, nec originem trahere dicuntur, l. iuriſconſultus; §. cognationis origo, ff. de grad. Hinc dicitur, quod qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur, Inſti. de leg. agn. ſucceſſ. §. 1.

4 Nec obſtat, quod nepotes ex filia & deinceps dicantur deſcendere ex auo proauoque materno, d. cap. nouit, cum ſimilibus. quia & ſi dicantur diſcendere ex ipſis, nõ tamen dicuntur prouenire ex ſtipite Aymarij proaui aſcendentiſque paterni, capit. fina. de conſanguinit. & affini. l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de uerborum ſignific. Inſtit. de legitima agnat. ſucceſſ. in princip. dum enim teſtator ſubſtituit vnum ex liberis maſculis à uero ſubſtituto domino & hærede procedentem, intellexit de procedente ab Aymario ſubſtituto vti à ſtipite, quod non ſolum ſexus maſculinus demonſtrat, vt ſtatim ſubijciam. ſed etiam illud uerbum à uero, ut excluderet procedentes ab Aymario per lineam fœmininã, quaſi non vere & propriè, ſed improprié procedentes ab ipſo, ut voluit Felyn. dicto capit. nouit. columna prima poſt Bald. in

5 l. fina. C. de ſeru. fug. vbi dicit, quòd † deſcendentes ex matre, dicuntur ſecundum quid, & non ſimpliciter de genere matris. Secundo reſpondetur, quod licèt cognati dicantur procedere ab Aymario, non tamen dicuntur ab eo procedere per lineam maſculinam, quam ſolam conſiderauit teſtator ſubſtituendo ſolos maſculos procedentes ab ipſo Aymario. Primum, quod non dicantur procedere per lineam maſculinam, nemo negabit, & firmant Bald. Imola. Alexand. & Modet. in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia. ff. de lib. & poſt. Bald. Angel. Paul. de Caſt. in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de in ius uoca. Alexand. conſilio 43. lib. tertio, Dec. conſilio 319. præclariſſime Docto. Secundum, quod teſtator conſiderauerit ſolum lineam maſculinam, probatur ex his, quæ ſupra dicta ſunt.

6 † Nam quando uocantur ſoli maſculi deſcendentes, id fauore agnationis conſeruandæ factum putatur, ut probat Socin. in repet. l. cum auus char. 13. ff. de condi. & demonſtr. & conſilio 90. lib. primo, Dec. conſilio 270. Dominus Raymundus de Ciotis. & ita quæſtionem noſtram determinat Do. Guido Papæ deciſ. 133. ſed poſito. vbi dicit, quod donatio facta Gulielmo, & ſuis liberis maſculis, intelligitur ſolũ facta liberis deſcendentibus per lineam maſculinam, & deciſ. 353. teſtator, & deciſ. 612. pro latiori, & Curt. conſi. 81. rectè præſanis.

Sed fac etiam maſculos deſcendentes ex fœminis uocatos eſſe, quæritur ſi non ſuſceperint nomen Vgonis. uel Aymarij, utrum ad fideicommiſſum debeant admitti? Et paucis agendo reſpondeo, quòd non, quia ita demum uocari leguntur, ſi alterum ex prædictis nominibus aſſumpſe-

7 rint. † illud enim relatiuum, qui ſubſtituti debent nominari uel Vgo, uel Aymarius, iuncto uerbo futuri temporis, conditionem importat, l. Stichũ, qui meus erit, ff. de leg. 1. l. nuper, ff. de legat. 3.

8 † Qui autem conditioni de ſuſcipiendo honeſtum nomen non paret, ad fideicommiſſum non recipitur. ut eſt caſus in l. facta, §. ſi in danda, ff. ad Senat. Trebel. & l. hoc iure, §. fi. ff. de donat. Cum itaque d. Anto. non procedat uerè & propriè à d. Aymario, nec per lineam maſculinam: & ubi procederet, non tulerit, nec ferat nomen Vgonis & Aymarij, ut expreſſe fatetur, intrepidè reſpondeo eum ex teſtamento Vgonis non iure agere.

Videamus modo, an iure agat ex teſtamento Iaffredi? Et prius uideamus, utrum iure agat ex perſona Ioannis, ſecundo generi dominæ Aleſiæ ſubſtituti Vmberti primogenito ſine liberis maſculis decedenti. Si uerum ſit quod Vmbertus mortuus ſit ſine liberis, clarè conſtat conditionem ſubſtitut. extitiſſe, & conſequenter locum fuiſſe ſubſtitutioni in perſonam Ioannis, l. ex facto, §. fina. ff. ad Treb. l. filiusfam. §. cum quis, ff. de leg. primo. Et ideo quia non con-

9 ſtat quod Ioannes agnouerit fideicommiſſum, † quæritur an id tranſmiſſum fuerit ad hæredes & hæredum hæredes? & communis Doct. reſolutio eſt, quòd fideicommiſſum trãſmittatur ſiue fuerit à fideicommiſſario agnitum, ſiue non, per tex. in l. cogi, §. idem Mecianus. ibi, ſiue ipſi deſcenderẽt, ſiue alij in locum eorum ſucceſſerint. & l. poſtulante, ff. ad Treb. & ita concludunt glo. & Bar. in pen. q. & alij in l. cum filio, ff. de leg. primo, & hanc dicit eſſe cõem ſententiã Corn. conſi. 28. & præſentem, li. 4. ſequuntur plures alij, quos refert D. Iaſ. in d. l. cum filio. & ultra adducta per eum, idem conſuluit Bald. conſi. 288. lib. 1. & conſi. 319. matrimonium, li. 4. Lud. Rom. conſi. 17. uiſo puncto, Dominus Guido Papæ cõſil. 32. & conſi. 137. & conſi. 148. & ſic videtur quod d. Antonius hæres dicti Ioannis mediantibus perſonis d. Aymarij & alterius d. Antonij, l. fi. C. de hæred. inſtit. poſſit iure tranſmiſſionis agere ex teſtamento d. Iaffredi.

Sed quia in facto ponitur quod Vmbertus deceſſit cum liberis, uidelicet ſuperſtite Antonio eius filio, & quod Ioannes mortuus eſt ante Antonium, quo caſu ſubſtitutio effecta fuit caduca ſeu quaſi, in perſonam ipſius Ioãnis, l. unica, §. pro ſecundo, & §. ſin autem. C. de cadu. toll. dubitatũ utrum in perſona dicti Antonij locum ſubſtitutio habuerit, ita ꝙ ex perſona ipſius modernus d. Antonius iure agere poſſit?

10 Et uidetur quod non, † quia filij dicti Vmberti fuerunt duntaxat in cõditione poſiti, ad excluſionem ſubſtitutorum in ſequentibus gradibus: ergo non poſſunt dici ſubſtituti, quia conditio nihil ponit, l. ſi quis ſub conditione dandorum 10. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. & ita per hanc rõnem concludit glo. in l. Lucius, ff. de hæred. inſti. cuius opinio eſt hodie canonizata & communiter à Doc. recepta. ut teſtatur d. Alex. in uariis conſiliis adductis per d. Iaſ. in l. prima. C. de pactis. Cur. conſi. 43. quia inquit Bald. & Soc. in conſi. 92. lib. 4. In contrarium, quod Antonius filius Vmberti in conditione poſitus fuerit ſubſtitutus ipſi Vmberto facit, quia dicta communis opinio gl. in d. l. Lucius, non procedit, quoties ex diſpoſitis in teſtamento ſumi poſſunt aliquæ cõiecturæ uoluntatis defuncti quod uoluerit filios in cõditione poſitos ſubſtituere eorum patri inſtituto, uel ſubſtituto, ſecundum Soc. in d. l. cum auus, car. pen. Corn. conſi. 146. lib. 2. at in caſu præſenti uidemur militare plures coniecturæ hmõdi uolũtatis.

Prima eſt quod teſtator ſolos filios maſculos in conditione poſuit, quod nulla alia ratione factum creditur, niſi ut bona conſeruarentur in familia grauati, ut tradit Ioannes And. in addit. Spec. in rubr. de teſtam. & in propoſito noſtro ita decidit d. Guido Papæ deciſ. 184. & ita nouiſſimè conſuluit Dec. conſi. 318. in cauſa actorum nobilium.

Secunda coniectura eſt, quia teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, ſemper ponendo maſculos in conditione: quo caſu creditur uocaſſe maſculos in conditione poſitos, ſecundum Petrum de Ancha. conſ. 77. contra Philippum. Quid igitur dicendum? Ambiguus eſt punctus iſte, ratio ambiguitatis reſultat ex uarietate opinionum. nam huiuſmodi duæ coniecturæ ab aliquibus recipiuntur, ut patet ex prædictis, ab aliquibus reijciuntur. Prima enim quod ideo ſoli maſculi poſiti in conditione uocati cenſeantur fauore conſeruandæ agnationis, reprobatur per Alexan. conſi. 24. attentis his, lib. quarto, & Socyn. conſi. 62. uiſo capitulo, lib. tertio. ubi teſtator dixerat quod

bona deuenerint de maſculis decedentibus ſine maſculis
tu alios maſculos, donec aliquis ſupereſſet, & tamen reſpō-
det maſculos in conditione poſitos non fuiſſe ſubſtitutos,
& idem conſuluit ipſe Socyn. conſi. 116. eo. lib. ubi reſpon-
det ad rationem conſeruandæ familiæ, quod procedit
grauato decedente ſine liberis maſculis. ſed ſi decedat ſu-
perſtitibus liberis maſculis, quo caſu deficit conditio ſubſti
11 tutionis, teſtator nihil diſpoſuit, † & ſi forſan uoluntas teſta
toris fuerit illa: quia tamen non tranſiuit in diſpoſitionem,
de ea non eſt curandum, l. quidam cuſilium, ff. de hæred. in-
ſtit. & ita iudicauit excelſa Curia Dalfinalis teſte d. Guido,
Papæ deciſ. 499. quod in caſu occurrenti probabile aduio-
dum uidetur. quia Doc. ſupra allegati, qui tenēt quod ideo
12 † maſculi ſoli in conditione poſiti cenſentur ſubſtituti, ſa-
uore conſeruandæ agnationis, loquuntur de agnatione te-
ſtatoris conſeruanda, non de agnatione ipſius grauati ex-
tranei, & diuerſæ agnationis, ut nos ad præſens loquimur.
Secunda etiā coniectura eſt communiter reprobata, ut fa
tetur Soc. in d. l. cum auus, & in d. conſi. 116 & conſi. 62. &
conſi. 104. eo. lib. Ex quibus patet, ꝙ opinio gl. in d. l. Lucius,
etiam ſtat quando ſoli maſculi ſunt poſiti in conditione, & ꝗ
quod teſtator ad plures ſubſtitutionū gradus fuerit digreſ-
ſus. ſuper quo puncto non inſiſto amplius, quia d. Antonius
Actor aſſerit ſe agere ex perſona Ioannis, & Aymarij eiuſdē
Ioannis filij. Idcirco uidendum, utrū ex perſona dicti Ayma
rij uenire poſſit ad huiuſmodi bona. & retenta opinione, ꝙ
ſubſtitutio facta Vmberto per ſuperexiſtentiam Antonij ip-
ſius Vmberti filij euanuerit, & quod ipſe Antonius filius nō
fuerit uocatus & ſubſtitutus ipſi Vmberto, tunc caſus clarus
eſt: quia etiam ſi Iaffredus teſtator uoluiſſet grauare Anto-
nium onere fideicommiſſi, non tamen potuiſſet, per regulā,
quod qui non honoratur, non grauatur, l. ab eo, C. de fideic.
l. ſi ſic, ff. de leg. 3. Sed ſi teneamus opinionem contrariam,
quòd Antonius fuerit honoratus & ſubſtitutus Vmberto,
dubitari poſſet, quia teſtator uoluit quòd de Vmberto dece
dente ſine liberis maſculis, bona peruenirent in ſecundum
genitum dictæ Aleſiæ maſculum, & ſic de ſecundo ad ter-
tium, & ſucceſſiuè, & ultimo morienti ſine liberis maſculis
ſubſtituit primogenitum maſculum Beatriſiæ. Quo caſu
uidetur omnes maſculos inter ſeſe inuicem ſubſtituiſſe, per
text. in l. Titia Seio. §. Seia libertis, ff. de lega. 2. ut tradit d.
Alexan. in l. pater impuberis, ff. de vulg. & pup. & in l. pater
filiam. ff. ad leg. Falcid. Sed tamen adhuc intrepidè reſpon-
deo, quod Aymarius filius Ioannis non poteſt uideri ſubſti-
13 tutus Antonio filio Vmberti, quia illa cōcluſio, † quod ubi
ſubſtitutio eſt facta ultimo morienti, inuicem intelligantur
ſubſtituti, procedit reſpectu eorum, qui leguntur poſiti in
diſpoſitione, non autem reſpectu eorum, qui ſunt ſolum po
ſiti in conditione, ut firmat Soc. in l. hæredes mei, §. cum ita,
colum. 2. ff. ad Treb. poſt Io. de Imola in l. centurio, ff. de uul
ga. & pup. & in ca. Raynutius, in materia compendioſæ,
14 de teſta. † Nec ex tacito fideicommiſſo, inducitur aliud ta-
citum, contra tex. in l. ſeruum filij, ubi Bar. ff. de leg. 1. non. n.
multiplicandæ ſunt tacitæ diſpoſitiones, l. Scriptonius At-
15 talo, ubi glo. de leg. 1. † Accedit, quod ita demum uideāntur
tacitè inter ſe uocati, ſi ſubſtitutio ſit facta ultimo morienti
in tota hæreditate, ita loquitur tex. in d. l. Seia libertis. ſecus
ſi facta ſit ultimo morienti ſine liberis ſimpliciter ſecundū
Bar. in l. uel ſingulis, ff. de uulg. & pup. & Pau. de Caſt. in d.
l. pater impuberis, & Soc. in d. §. hæredes mei, colum. 2. uer.
quartus caſus, in caſu autem noſtro liberi dicti Vmberti, &
liberi dicti Ioannis, fuerunt in conditione poſiti duntaxat,
cum Vmbertus fuerit grauatus reſtituere hæreditatem Ioan
ni ſecundogenito ſi ſine liberis maſculis, & ſimiliter Ioānes
fuit grauatus ſub eadem conditione reſtituere hęreditatem
tertiogenito, & ſic ſucceſſiue, & ultimo morienti ſine liberis
maſculis fuit ſubſtitutus ſimpliciter & indeterminatè pri-
mogenitus Beatriſiæ. ergo &c.
Sed ponamus quod Ioannes, uel Aymarius fuerunt ſub-
ſtituti Vmberto & Antonio eius filio: quia tamen conſtat
dictos Ioannem & Aymarium fuiſſe hæredes dicti quōdam
Vmberti qui ſuper caſtris, de quibus agitur, tranſegit cum
domino Aymario de Claramonte marito dominæ Ludo-
uicæ filiæ dicti Iaffredi, dubitatur an exceptio dictæ tranſa-
ctionis obſtet domino Antonio moderno agenti? & certū
eſt quod talis tranſactio expreſſè facta ſuper fideicommiſſo
obſtaret ipſi Vmberto, cum ſit facta uiſis & inſpectis uerbis
teſtamenti dicti Iaffredi, ut ex tenore tranſactionis apparet,
l. de his, C. de tranſactio. l. fideicommiſſo, & l. prima, C. eo.
16 maximè † cum Vmbertus nō eſſet ſuus hæres, quo caſu præ-
ſumitur habere ſcientiam teſtamenti, etiam ſi non exprime
retur, ut per Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 3. q. ff. de
17 verbo. obliga. † Vnde cum ipſi Vmberto obſtet tranſactio-
nis exceptio, etiam obſtare debet Ioanni & Aymario eius
hæredibus, & conſequenter ipſi Antonio agenti ex perſona
dictorum dñorum Ioannis. & Aymarij, l. ex qua perſona, ff.
de reg. iur. l. cum à matre, C. de rei uend. & probatur in d. §.
duo fratres, ubi glo. Bartol. & alij omnes indifferenter ita cō
cludunt. Accedat quod d. Vmbertus ceſſit & remiſit omnia
iura, omneſq; actiones ſibi competentes in dictis caſtris,
promiſitque per ſe & hæredes ſuos non contrafacere, dice-
re, uel uenire, obligando omnia ſua hæredum & ſucceſſorū
ſuorum bona pro obſeruatione conuentorum. quibus ſtan
18 tibus eiſdem hæredibus obſtat exceptio pacti, † & quem de
euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l.
uendicantem, ff. de euictionibus, l. fina. C. eod. docet glo. &
19 Bar. d. l. duo fratres. † Nam ſi alia ratione quàm ex expreſſa
remiſſione fideicommiſſi, de qua nos loquimur, d. Vmber-
tus promiſiſſet non contrauenire contractui diuiſionis uel
alteri contractui aliqua ratione, uel cauſa ſibi competenti
ex teſtamento Iaffredi, cenſeretur remiſiſſe ius fideicommiſ
ſi, ſibiq; & hæredibus ſuis agentibus obſtaret exceptio pacti
ſecundum Bar. & alios in d. §. duo fratres, in 4. q. prin. Si pro-
mittenti nihil aduerſus contractum diuiſionis uel tranſa-
ctionis facturum, aliqua ratione, uel cauſa quæ dici uel ex-
cogitari poſſit de iure uel de facto, non ſpecificādo cauſam
fideicommiſſi, obſtat exceptio tranſactionis, ut concludit
Ioan. And. in addit. Spec. tit. de teſt. §. in primis, uerſ. quid ſi,
duobus. quem ſequitur d. Alexan. in dicto §. duo fratres, co-
lum. 12. quanto magis obſtabit expreſſe promittenti per ſe
ac hæredes nihil aduerſus tranſactionem facturum occaſio
ne ipſius fideicommiſſi; quanto etiam magis obſtabit ex-
preſſè tranſigentibus ſuper fideicommiſſo. nihil igitur pro-
poni poteſt, quin d. Anto. actor, uel hæres mediatus dicti
Vmberti poſſit impugnare factum ſui autoris, d. l. ex qua
perſona. Ex his apparet quòd exceptio tranſactionis oppoſi-
ta per d. Claudium fuit & eſt recipienda.
Videamus modo, an obſtet alia exceptio, quòd dicto d.
Claudio competit retentio occaſione legitimæ & Trebel-
lianicæ debitæ dominæ Ludouicæ filiæ & hæredi dicti Iaſ-
fredi, quarum uigore dictus d. Vmbertus ceſſit & remiſit di
cta caſtra prædicto d. Aymario de Claramonte marito & hę
redi dictæ dominæ Ludouicæ ex perſona communis filij, &
20 etiam ſuper hoc nulla cadit haſitatio, † quia domina Lu-
douica filia grauari non potuit in legitima, l. quoniam in
prioribus, l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam. & ideo in fi-
deicommiſſo non comprehenditur legitima filiæ grauatæ,
l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de uulg. & pup. & ſic quantum ad
21 legitimam res non habet dubium. † Non etiam quantum
ad Trebellianicam, quam Iaffredus pater detrahi non pro-
hibuit, imo prohibere non potuit filiæ, l. iubemus, C. ad Tre
bell. per quem text. ita concludunt ibi Bal. Pau. & Saly. quo-
rum opinio eſt communiter recepta, ut teſtatur D. Iaſ. in l.
Marcellus, ff. eo. tit. & Decius conſi. 81. ſatis nota, in 4. du-
bio, & conſi. 218. colum. prima, poſt Alexan. conſi. 5. circa
primum, lib. 3. & Raph. Com. conſi. 25. quorum ſententiam
ab obiectis plenè defendi in l. nemo poteſt. ff. de leg. primo.
22 Nec dicatur, † quod duæ quartæ detrahi non poſſunt ab eo
dem, quia uerum quando ueniunt detrahendæ eodem tem
pore, & ſic quando fideicommiſſum eſt purum quo caſu il-
lico poſt mortem teſtatoris ueniunt detrahendæ legitima
& Trebellianica. Secus ſi fideicommiſſum ſit conditiona-
le, quo caſu legitima uenit illico detrahenda, & Trebellia-
nica in euentum conditionis. text. in ca. Raynutius, de te-
ſtam. & in ca. ſi pater, eo. titu. lib. 6. & ita ibi concludunt cō-
muniter Cano. & ita etiam firmant Legiſtæ poſt glo. & Bar.
in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. & in l.
quamquàm, C. ad leg. Falci. & in d. l. cohæredi, §. cum filiæ,
& alibi ſæpe. Sed exceptio reparationum, quæ in allegato
inſtrumento tranſactionis dicuntur aſcendere ad ſummam
30. millium Florenorum auri, pro quibus etiam fuerunt di
cta caſtra adiudicata Domino de Claramonte, iuridica eſt
& recipienda l. planè, ff. de pet. hæred. & l. in fundo, & utro-
bique Bar. ff. de rei uendic.
Vltimo dubitatur, an dicto d. Antonio obſtet exceptio
23 præſcriptionis, † ſi dixerint d. Vmbertum non potuiſſe alie
nare dicta Caſtra in præiudicium ſubſtitutorum, non uſ ꝙ
dñs de Claramonte uel ſui potuerint præſcribere per tex. in
l. fina. §. fina. C. communia de lega. ibi, nullo à detentato-
ribus obſtaculo oppo. nam res prohibitæ alienari non
præſcri-

præſcribuntur,ubi tex.cum glo. & ibi Bart. ff. de uſucap. ve-
rum hoc non obſtante , contrarium uerius eſſe reſpondeo ,
quia à die tranſactionis & ceſſionis uſque ad diem motæ li-
tis,decurſi ſunt anni centum & octo, ut ex dicto inſtrumēto
clarè paret. tanto autem tempore non ſolum præſcribuntur
24 actiones perſonales , † quæ 30.annis tolluntur omnes,l.oēs,
25 & l.ſicut,C.de pręſcr.30.uel 40.ann. † Sed etiam præſcribun
tur reſeruata Principibus in ſignum ſupremæ poteſtatis , ca.
ſuper quibuſdam,§.præterea,de verb.ſig.l.3.§.ductus aquæ ,
ff. de aqua quot. & æſtiua. & quod res ſubiectę reſtitutioni
præſcribantur ſpatio 30.ann.firmat Pau. de Caſt.in d.§.fi. &
reſpondet ad illum tex.quod procedit in præſcriptione lon-
gi temporis, & uerū dicit, quia clare Imperator ibi ſeipſum
declarat,dum dicit. nec uſucapio,nec logi temporis pręſcri
poo obſtat fideicommiſſario,uel legatario. Et ratio diuerſi-
26 tatis eſt in promptu,† quia in pręſcriptione longi temporis,
requiritur titulus.l.1.C.de præſcr.longi temp.l.nullo, C. de
rei vēdi. qui hoc caſu eſt nullus,cum lex ipſum titulū ibi an
nullat. Secus autem in præſcriptione longiſſimi temporis
quæ currit ex ſola negligentia non petentis, ut notatur in l.
ſi quis emptionis,§.1.& d.l.ſicut,& d.l.oēs,C.de pręſcrip.30.
uel 40.ann.ca.1.de præſcrip. lib.6. Et ita etiam conſulendo
concludit d.Ale.conſ.59.attentis uerbis , colum.3. lib.3. &
Socyn.conſi.251.quoniam in præſenti,col.pen. Corn.conſi.
38.placet,col.4.lib.1.& conſi.304.rem arduam , col.4.lib.3.
Nec dicatur quòd dominus Aymarius , qui tranſegit cum
d.Vmberto eſſet in mala fide, tum quia cauſæ propter quas
ſibi fuerunt ceſſa iura dictorum Caſtrorum,videlicet ratio-
ne legitimæ,& Trebellianicæ , & reparatione excuſant eum
27 à mala fide. † non enim dicitur in mala fide, qui credit ſe iu
re ſuo uti, l.apud antiquos . ibi , cogitatione domini poſſi-
det.C.de fur.& ibi not.Bar.& in l.ſi exiſtimas,ff.pro ſolu.ubi
28 etiam Bartol. tum quia † ſucceſſores dicti Aymarij,in quo
rum perſonis uerìſimile eſt inchoatam fuiſſe præſcriptionē
contra Antonium filium dicti Vmberti & Aymarium filiū
dicti Ioannis,& ſic fuerunt in bona fide, quia ipſi præſumun
tur ignoraſſe fideicommiſſum , reg. præſumitur.de reg.iur.
in 6.l.uerius,ff.de probat. & inchoando præſcriptionem lō-
giſſimi temporis in eorum perſonis potuerunt præſcribere,
ſecundū Dyn.in reg poſſeſſor,de reg.iur.lib.6. Aret.& Alex.
29 in l.Pomponius,§.cum quis , de acqui.poſſ. † Nec tunc ob-
ſtat quòd hæres uniuerſalis teneatur releuare animā defun-
cti, cum totū ius præſcriptionis fundetur in perſona ſucceſ-
ſorum bonæfidei,ſecundum D. Alex.conſi.110.uiſis, prope
fi.lib.1.& conſi.39.uiſis,colum.1.& conſi.134.in cauſa,ad fi.
li.2.Pau.de Caſt.conſi.292.uiſa,Corn.conſ.176. ad euiden-
tiam,lib.1.& conſi.138.uidetur,lib.2.& Ioan. de Imo.conſ.
44.in caſu præmiſſo,uer.circa ſecundum.& licet ſint qui ue
lint indiſtinctè ſucceſſorem uniuerſalem teneri releuare a-
nimam defuncti,& propterea præſcribere non poſſe, ut latè
per Felv.in ca.ſi diligenti,de præſcrip.id ſane intelligendum
eſt, quando defunctus fuiſſet in mora reſtituendi res , quas
poſtea ſucceſſores præſcripſerunt . Secus ſi numquàm fuit in
mora,quo caſu & ſi ſciret rem fore alienam: quia tamen nō
tenebatur ad huc reſtituere,nec erat in ulla mora ; non pōt
dici quod fuerit in culpa,uel mala fide,quam teneatur ſuc-
ceſſor redimere. At dominus Aymarius de Claramonte ve-
nientibus Vmberto & Antonio eius filio & hærede , iuſtè
poterat dicta caſtra retinere,quia aduerſus eos erat tutus ex
ceptione tranſactionis & pacti,ac ceſſionis in eum factæ. pu
rificata demum conditione ſubſtitutionis in perſonā Ioan
nis & Aymarij eius filij,non aderat dominus de Claramon
te amplius in rerum natura. ut cōſtat ex tenore teſtamētorū
in proceſſu exhibitorum, ſed in eius locum ſucceſſerant hæ
redes.qui propter ignorantiam non poſſunt dici malæfidei
poſſeſſores,ergo licitè præſcripſerunt ; nec tenentur releua-
re animam ſui auctoris,quæ non peccauit , ut patet ad ocu-
lum,ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Fœminis excluſis pariter ex eis deſcendentes excluduntur.*
2 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur uocati , uide ſex conie-
ctur as pro affirmatiua,poſt nu. 16.*
3 *Conditio nihil ponit,niſi aliàs eſſet ſuperflua & nu. 51.*
4 *Voluntas teſtatoris ubi non tranſiuit in diſpoſitionem , non at
tenditur.*
5 *Fideicommiſſum inducitur tam ex coniectur ata mente teſtato
ris, quàm ex eiuſdem uerbis expreßis.*
6 *Teſtatoris uerba intelliguntur,ut non ſint fruſtratoria.*
7 *Grauatus reſtituere hæreditatem poſt eius mortem , intelligi-
tur ſi ſine liberis decedat, quando eſt de deſcendentibus, aliàs
ſecus.*
8 *Nepotes concepti poſt mortem patrui , ei non ſuccedunt ab in-
teſtato.*
9 *Dictio, non ſolum , eſt implicatiua eiuſdem uoluntatis & diſpo
nens quo ad omnes.*
10 *Aduerſatiua, ſed etiam, eſt repetitiua præcedentium qualita-
tum in ſequentibus.*
11 *Statutum uocans matrem non extantibus agnatis, habet non
ſolum uirtutem excluſiuam , ſed etiam incluſiuam agna-
torum.*
13 *Argumentum à ſtatutis ad ultimas uoluntates , eſt ualidiſſi-
mum .*
14 *Subſtitutio directa non defenditur ex tacita mente fidei-
commiſſ.*
15 *Doctoris opinionem æquam & bene fundatam contra commu
nem qui ſequendo,non peccat.*
16 *Iudices ſolent errare cum pluribus , quam ſanctè cum paucio-
ribus iudicare.*
17 *Bona conſeruantur in familia per maſculos , per fœminas au-
tem extinguuntur.*
Ideo uidetur maſculos poſitos in conditione fore uocatos.nu. 18
19 *Bona ſubiecta reſtitutioni in ære alieno computantur,& ex eis
non deducitur legitima .*
20 *Dos data matri an conuertatur in legitimam à nepte.*

RESPONSVM XIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

EX prænarrato themate duo re
ſultant
difficillima dubia: primum an d.Aymarius,qui
litem inſtituit , uel Ioannes eius pater, uocatus
ſit ex ſubſtitutione D. Hugonis his uerbis for-
mata. Et exinde unum ex liberis ſucceſſoribus maſculis ha
biliorem à uero ſubſtituto domino & hærede procedentem
caſtrorum & feudi prædictorum & ſucceſſoribus eorum uſ-
que in infinitum ſubſtituit . Secundum, an ſaltem uocatus
ſit ex ſubſtitutione Ianfredi his verbis concepta ſi uero dictū
Vmbertum decedere cōtingeret ſine hęrede.uel hęredibus
maſculis.eidem ſubſtituit ſecundumgenitum dictæ d. Ale
xiæ filiæ ſuæ , & ſic ſucceſſiuè pari modo & forma de uno fi-
lio ad alium filium, &c.

Ad primum uideretur prima conſideratione dicendum
d.Aymarium filium d.Ioannis,& ipſum Ioannē non eſſe uo
1 catos, † quia liberi maſculi tantum ſubſtituti leguntur : ubi
autem ſubſtituuntur ſolum liberi maſculi , non cenſentur
uocatæ fœminæ , ergo nec maſculi deſcendentes ex fœmi-
nis, l.ſi uiua matre,uerſ.in nepotibus , C. de bon. mat. & in
c.1.uerſ.hoc notandum. qui feu.da.poſſ.& c.1.§.filiæ,de ſuc
ceſ. feu. & ita per hanc rationem determinauit Ricar. Ma-
lumb. quem refert & ſequitur Ioan. And. in addit. Spec. in
rub.de reſt. & ita conſuluerunt Sal. Ant.de Butr. Pet. de For.
& Matheſ. vt ipſe Matheſ.refert not. 130. nota vnum du-
bium . & idem uoluit Pau.de Caſt.in l.Gallus, §.nunc de le
ge Velleia.colum.fina.ff.de lib.& poſthu.vbi ſequitur deciſ.
Ioan.And.in d.rubr. de reſt. & Spec.tit.de locat.§.nunc ali-
qua,uerſ.146.ubi Spec. determinat . quod recipiens rem in
emphyteuſim pro ſe & liberis maſculis , non cenſetur rece-
piſſe pro nepotibus maſculis ex filia natis.ſequitur D.Alex.
conſi.61.lib.1.ſequuntur Bal.Ang.& D. Alex. in l.ſed ſi hac,
§.liberos,ff.de in ius uoc.& Bald.in auth. ſi quas ruinas, C.
de ſacroſanct.eccleſ.Corn.conſ.124.ardua primo,colum.4.
lib.1.& conſi.146.in hac,colum.3.eod.lib, & conſil.246. ui-
detur,colum.1.eo.lib. & conſi.190. uoln.1. Et pro iſta parte
facit quod conſuluit Bal. conſi.40. quidam magnus, lib.3.
ubi uult quòd filiæ teſtatoris ſubſtitutæ fratri inſtituto ſi
ſine liberis maſculis deceſſerit , non excludantur mortuo
fratre ſuperſtite nepote maſculo ex filia , quia filia fratris
non facit deficere conditionem ſubſtitutionis, ergo nec ne
pos ex filia natus , argumen. l.ſi uiua matre , & dicto §.

& hoc notandum, & quia nepos ex filia procedit ex genere
fœminino, qui in ſubſtitutione non fuit appoſitus. ergo nec
nepos ipſe ex fœmina cenſebitur appoſitus, uel uocatus.
Reſolutio horũ quæſitorũ dependet ab uno difficillimo,
& quotidiano dubio, ſuper quo inter Doct. maximus eſt cõ-
2 flictus, † an filij maſculiq. Nob. D. Raymundi Gaufredi de
Caſtellana, in cõditione poſiti in ſubſtitutione his uerbis cõ
cepta, & ſi dictus Raymundus Gaufredus decederet ſine
hærede aut hæredibus maſculis, legitimè a ſuo corpore pro
creatis, uel procreandis, ſubſtituit eidem Reforiatũ in Ca-
ſtro de Sancto Iuliano, & Honoratũ in caſtro de Ragulia: Si
vero dicti Reforiatus & Honoratus, & ſui hæredes maſculi
non uiuerent, ſubſtituit vnum nepotem dictæ Nob. Sibillæ,
& inde ſucceſſiuè, & in ſubſtitutione facta dicto Reforiato
coniunctur, &c. cenſeantur ſubſtituti ipſi Raymundo.

Et prima conſideratione uideretur reſpondendum quòd
non intelligantur ſubſtituti, quia cõis Doct. ſententia eſt, ꝙ
poſiti in conditione non cenſeantur vocati, eo quia condi-
tio nihil ponit, l. qui ſub conditione dandorum 10. ff. ſi quis
omiſ cau. teſta. & multa ſunt iura, quæ cõem ſententiã pro-
bare uidentur. Primo per tex. in l. ſi ita quis hæres inſti. ff. de
hæred. inſtit. vbi his verbis conditionalibus, ſi legitimus hæ-
res non erit, Titius hæres eſto, non cenſetur legitimus hæres
inſtitutus. Secundo per tex. in l. poteſt. cum l. ſeq. ff. de uulg.
& pup. Tertiò per tex. in l. 1. C. de pact. Quarto per tex. in
l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel. & per tex. in l. filiusfam.
§. cum quis, ff. de leg. 1. cum ſimil. & fuit originalis opinio
glo. in l. Lucius, ff. de hæred. inſti. quam dicit eſſe cõem Ioã.
de Imola in d. §. cum quis, & d. Ale. in ſeptem conſil. relatis
per d. Iaſ. in d. l. 1. & Soc. in l. cum auus, in ultima car. ff. de
condi. & demon. & conſi. 93. lib. 4. & Cur. Sen. conſi. 43. quia
inquit Bald. per totum. quę cõis opinio procedere uidetur
etiam ꝙ ſoli maſculi fuerint in cõditione poſiti, ſecundum
3 d. Alex. conſi. 24. attentis his, lib. 3. † Nam ratio huius cõis
ſententię, ꝙ conditio nihil ponat, videtur ſtare etiam hoc
caſu, nec aliquid facere: ut ſi dicat quod ideo maſculi ſunt
poſiti in conditione, vt bona conſeruarentur in familia:
quo caſu licèt conditio nihil ponat ex vi verborũ, tamen po
nit ex ui rationis. quia ad iſtud reſpondet Socyn. conſi. 116.
colum. 4. lib. 3. quod teſtator cenſetur noluiſſe conſeruare
bona in ſubſtitutos de familia, ſi inſtitutus moreretur ſine fi
lijs maſculis: ſed ſi inſtitutus decederet cum filijs maſculis,
4 teſtator nõ legitur aliquid diſpoſuiſſe. † Et ideo quia volun-
tas teſtatoris hoc caſu non tranſiuit in diſpoſitionem, de ea
non eſt habẽda ratio, l. quidam cum filium, ff. de hære. inſti.
& ita in fortioribus terminis conſuluit idem Soc. conſi. 62.
viſo capitulo. eod. lib. quę opinio etiam procedere videtur,
ꝙ teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus fuerit digreſſus,
prout conſuluerunt Oldr. Ang. Ioan. de Ana. Raph. & Do.
Alex. & Bened. Capra d. conſ. 116. col. fin. reiecta ſententia
Pet. de Ancha. conſi. 77. contra Philipp. Imo hęc cõis opinio
videtur recepta etiam eo caſu, quo filij in conditione poſiti
expreſſe ſunt grauati ſecũdum Ricard. Malumb. Ray. Imo.
d. Ale. & Iaſ. in l. cẽturio, ff. de vulg. & pup. reprobata opinio-
ne Bar. quam D. Iaſ. ibi dicit cõiter damnari, & idem dixit
Iaſ. in d. l. 1. C. de pac. & d. Alex. in uarijs conſilijs, maximè
conſi. 185. viſo tit. lib. 2. & contra Bar. conſuluit Collegium
Papienſe, ut patet conſ. inſerto inter conſilia Cur. Senioris,
conſi. 46. & idem tenuit idem Curtius conſi. 64. col. 6. & ſeq.
& Socyn. d. conſi. 116. & d. conſ. 33. li. 4. quia ex eo quod teſta
tor grauauerat filios in conditione poſitos, non propterea ſe
quitur neceſſariò ꝙ eos voluerit ſubſtituere, l. hęreditas ad
Statium. ff. de hęred. inſti. ſed prędictis non attentis in occur
renti caſu. contrariam ſententiam veriorem puto, quia ex
pluribus coniecturis ex diſpoſitis in teſtamento reſultanti-
bus, ſatis apparet ꝙ teſtator voluit filios Raymũdi in condi
tione poſitos ipſi Raymũdo ſubſtituere. vbi autem aliqua ſu
beſt coniectura mentis defuncti à prædicta communi ſen-
tentia, utpote rigoroſa & aliena à veroſimili intentione te-
ſtantium, conſentiunt Doc. cõiter diſcedendum eſſe, teſte
Socy. in l. cum auus, in ultimis uerbis. ff. de condi. & demon
5 ſtra. & Com. conſi. 146. in hac, col. 4. lib. 2. † ita enim ex con-
iecturata mente inducitur fideicommiſſum, ſicut ex verbis
expreſſis, l. cum proponeretur, ff. de leg. 2. & l. cum virum, C.
de fideicom. Et quo facilius infraſcriptæ coniecturæ reci-
piantur, libet demonſtrare opinionem gl. in d. l. Lucius, cõ-
muniter receptam eſſe periculoſam, & à uoluntatibus teſtã-
tium longè remotam, à pluribusq; ex noſtris eruditiſſimis
& peritiſſimis Doct. damnatam: contra quã urgent manife
ſtæ rationes, & apertiſſima iura. & primò, quod filij in con-
ditione poſiti cenſeantur ſubſtituti contra communem ad-
ducitur talis ratio: teſtator non extantibus liberis in condi
tione poſitis uocauit ſubſtitutum ad excluſionem quorum-
cumque, ergo a fortiori cenſetur uocaſſe ipſos liberos, qui
nati excludunt ipſum ſubſtitutum, arg. l. de acceſſionibus.
6 ff. de ꝑpet. & temp. action. Secũdo adducit alia rõ: † uerba
teſtatoris ita ſunt intelligenda, ut non ſint fruſtratoria, l. ſi
quando, ff. de leg. 1. cap. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. intelligen
do autem illa uerba conditionalia, ſi ſine filijs maſculis, fuiſ
ſe appoſita ad excluſionem ſubſtitutorum duntaxat, eſſent
inutiliter & ſuperfluè adiecta, quia etiam illis non additis
exiſtentia filiorum excludebat ſubſtitutos, l. cum acutiſſimi,
C. de fideicom. & d. l. cum auus, ff. de condi. & demon. Non
obſtat ſi dicatur, ut aliàs diſputando dicebam, quod iſta ra
tio retorquetur: quia ſi tacitè hæc conditio ſubintelligere-
tur, ergo expreſſa nihil debet operari, l. non rectè, C. de fidei-
com. l. 3. ff. de leg. Quia reſpondetur, quod talis conditio ta-
citè ineſt ex uoluntate, non ea neceſſitate, cum teſtator poſ-
ſit contrarium ſtatuere, ergo expreſſa debet aliquid operari,
l. ſi ita, §. illi ſi uolet, ff. de leg. 1. l. ſi Titio, in fi. ff. quando dies
leg. ced. traditur per Bar. in d. l. 3. non poteſt autem alium ef
fectum operari, tuſi operetur quòd filij in conditione poſiti
cenſeantur uocati, ergo &c. Merito dicebat Sal. quem non-
nulli ſequuntur, quòd communis opinio procedit, quando
grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, non eſt de de
7 ſcendentibus: † quia tunc non ſubintelligitur hæc tacita cõ
ditio, ſecus ſi grauatus ſit de deſcendentibus, quia tunc ſub-
intelligitur ipſa conditio, ſi ſine liberis, d. l. cum auus, &
d. l. cum acutiſſimi. in caſu autem noſtro Raymundus gra-
uatus eſt de deſcendentibus, ergo &c. Tertio pro hac parte
videtur caſus in d. l. Lucius, ibi, prudens teſtatoris conſilium
animaduerti debet qui nõ ſolum fratres hæredes, ſed etiam
eius liberos prætulit ſubſtitutis. & ſic ibi clarè probatur, ꝙ te
ſtator ponendo liberos in conditione, dicitur eos præferre
ſubſtitutis: ſi prætulit, ergo uocauit. Et licèt glo. & ſequaces
intelligant illum tex. ut uideatur liberos prætuliſſe ſubſtitu-
tis ab inteſtato, tamquàm proximiores hæredi grauato, &
non ex teſtamento: tamen iſta ſolutio mihi nunquam ue-
ra apparuit, quia ibi agit de ſucceſſione teſtatoris, qui libe-
ros in conditione poſuit. Quo ſtante neceſſario tex. ille ue-
nit intelligendus quod patruus teſtator protulerit nepotes
in conditione poſitos poſt eius mortem concipiendos ex te
8 ſtamento, non ab inteſtato. † Quia nepotes concepti poſt
mortem patrui, non poſſunt ab inteſtato ſuccedere ipſi pa-
truo, l. Titius, & l. ſeq. ff. de ſuis & leg. Et ſi inſtetur, quod ille
tex. debet intelligi de liberis natis & cõceptis ante mortem
patrui teſtatoris. Reſpondebo, quod hæc intelligentia eſt
merè diuinatio, & contra generalitatem imo cõtra ſenſum
illorum uerborum, ſi tempore mortis filios non habebit,
quæ recipiendos quandoque includunt, c. Raynutius, de te-
ſtamentis, ca. ſi pater, eo. tit. & l. precibus, C. de impub. & alijs
ſubſt. Prætereà cum in tex. illo dicatur teſtatorem prætuliſſe
non ſolùm fratrem, ſed eius liberos in conditione poſitos,
ſatis apertè colligitur quod ſicut ex teſtamento prętulit fra-
trem ſubſtitutis, ita ex teſtamento prætulit fratris liberos:
9 tum † quia dictio, non ſolùm, implicat eamdem uolunta-
tem & diſpoſitionem quo ad omnia, l. cum non ſolùm, C.
10 de bonis quæ liber. tum † quia illa aduerſatiua, ſed etiam,
repetit qualitates præcedentes in ſequentibus, ſecundũ Bal.
in l. omnes populi, colum. 15. ff. de iuſt. & iure. Ex iſtis appa-
ret, quod ſuſtentabilis eſt hæc opinio contra communem.
& hanc tenuerunt quàmplurimi excellentiſſ. Interpretes,
inter quos fuerunt Oldr. Bal. Salv. Raph. Com. Pau. de Caſt.
Andr. Sic. & alij plures, quos refert Curt. d. conſi. 45. & ſequẽ
ti, & contra communem conſuluit Collegium Florentiæ,
& contra communem reſponderunt Anto. de Prato ueteri,
Maria. Soc. & Ant. de Roſel. & quidã alij, quos refert Corn.
in d. conſi. 146. col. 5. lib. 2. & hanc ſententiam contra com-
munem dicit eſſe magis æquam & magis conſonam uo-
luntati teſtatoris Ioan. de Imo. in d. l. Lucius, colum. 3. Et
propterea Pau. de Caſt. in d. l. cum acutiſſimi, teſtatur ſe ſæ-
pius recuſaſſe conſulere pro communi, quia ab æquitate &
uero iudicio deuiat, quod clarius & uerius apparebit, ſi fun
damenta adducta pro communi, friuola & non militantia
11 eſſe demonſtrauero. † Non obſtat itaque, quod conditio ni
hil ponat, quia uerum quando aliàs non eſſet ſuperflua: ſed
hic eſſet ſuperflua, ut in 2. fundamento contra cõem ſupra
deductum eſt. ergo ne ſit inutilis debet ponere. Nã ſi ita di-
xiſſet, nullis extantibus liberis ex d. Raymũdo ſubſtituo Re
fortiatũ, & Honoratũ, &c. ipſi liberi dicerent à teſtãre uocati
& per

& per fideic.ſubſtituri.l.fideicommiſſa.§.cũ eſſet,ff. de leg.3.
Quod firmant in ſimili Bar.& communiter Doct.in l.2.§.vi
12 dendum, ff. ad Tertul. vbi dicunt † quod ſtatutum uocans
matrem non extantibus agnatis,non ſolum habet virtutem
excluſiuam ſed etiam incluſiuam agnatorum vt aliquid o-
peretur. & licèt D.Alex.dicat aliud in conditione importa
ta per illos oblatiuos abſolutis iuxta l. a teſtatore, ff.de cõd.
& demonſtr.& denuo in l.euictis agris,ff.de uſu,aliud in cõ-
ditione importata per dictionem,ſi,non tamen aſſignat ali-
quam rationem diuerſitatis vnde erubeſcimus &c. l. illam,
C.de coll. Nec dicatur quod Bart. in d.§. uiden loquitur in
13 ſtatutis, † quia de ſtatutis,ad ultimas voluntates ualidiſſimũ
eſt arg.ſecundum Bar.in l.1.C.de his qui. ut indig. Præterea
tex.in d.§.cum eſſet,ſuper quo ſe fundant ibi Bar.& Doct.lo
quuntur in vltimis uoluntatibus,igitur &c,
Non obſtant iura ſupra pro communi allegata videlicet,
text.in d.l. ſi quis ita hæres,& in d. l poteſt, cum ſeq.quia iſta
iura loquuntur in ſubſtitutione directa vulgari, vel pupil-
14 lari, † quæ ex tacita mente defuncti non poteſt, ſecundum
Pan.de Caſt.in l pen.C.de impub.& ali. ſubſt.per tex. in l.iu-
bemus, C. de teſta.
Nos uero loquimur in fideicommiſſaria, quæ ex tacita
mente,& ex cõiecturis reſultat vt colligi poteſt,ex d.l.cũ pro
poneretur.ad tex.in d.l. 1.C.de pac. reſpondet ibi Dom. Iaſ.
quod nihil facit vt ex pluribus ipſe demonſtrat,quæ referre
non expedit,ad tex.in d.l.ex facto,§.ex facto. reſpondetur ꝙ
ille tex.non negat quod fiſcus non teneatur reſtituere hære-
ditatem liberis conceptis ante deportationem. ad text.in d.
§.cum quis.reſpondet Socin.in d.l.cum auus, col. antepen.
15 † ex quibus conſtat,quod communis opinio non habet hoc
loco fundamentum quo conſiſtat,merito à Doct.dicitur am
bigua.& periculoſa ac rigoroſa.vnde cum cõtraria ſit æqua,
& bene fundata non peccaret, qui a communi diſcederet, l.
16 in omnibus,vbi latè Dec.ff.de re iu.† ff.de quia iudices ſæpe
malut errare cum pluribus, ꝗ ſanctè iudicare cũ paucioril.
expedit demonſtrare,ex pluribus coniecturis teſtatorem uo
luiſſe filios in conditione poſitos ſubſtituere.
17 Prima voluntatis † coniectura elicitur ex eo quòd teſta-
tor in conditione poſuit ſolos filios maſculos, vt oſtenderet
mentis ſuæ eſſe quod bona conſeruarentur in familia, & a-
gnatione ſua, quæ per maſculos perpetuatur, per fœminas
vero extinguitur. Inſt.de leg.agn.ſucce.§.media autem iuris
prudentia,& l.pronunciatio,§. familiæ,ff.ad uerb. ſignific. &
bene facit,quod dixit Io.Andr.in add.Spec. ſuper rub.de te-
ſtam.& ita in propoſito determinat D. Gui.Papæ deciſ.184.
& Dec.conſi.318.in cauſa iſtorum nobilium.
Secunda coniectura reſultat ex eo, quod teſtator excluſit
ab eius hæreditate proprias filias donec etiam extarent ma-
ſculi deſcendentes ex eo, & eius liberis maſculis. ex hoc da-
tur intelligi quod voluit conſeruare bona in familia maſcu
18 lorum. † quæ ratio conſeruandi bona in familia, operatur
quod maſculi poſiti in conditione cenſeant̃ vocati vt tradi-
tur per Curt. conſi.76.Do. Ludouic.Rotarius,col.4. & Cor.
conſ.146.col.pen.
Tertia coniectura. quia poſt omnes filios, & filiorũ filios,
maſculos ſubſtituit liberos, maſculos filiarũ ſuarum, & eis
non extantibus proximiorem de familia.ergo à fortiori cre
dendum eſt,quod uoluerit etiam ſubſtituere filios maſcu-
los d. Ray.eius filij, argũm.l.ſi uiua matre. C. de bon.ma-
ter.ibi,deteriores eſſe nepotib.filij non ſinantur.
Quarta coniectura, quia ſubſtituit Ray. liberos Refor-
tiati, & Honorati, quos à dictis Caſtris uoluit excludi. per
liberos Ray. ſi extarent. ex hoc datur intelligi, quod mul-
to magis voluerit ſubſtituere liberos Ray. in conditio-
ne poſitos, ad excluſionem aliorum liberorum ſubſtituto-
rum, cum in hac parte conſtet filios Ray. fuiſſe prædile-
ctos,ar.l.Publius,§.Titia,ff.de cõd.& demõ.ibi, ut amplius,
ad ſubſtitutos quàm ad puerum peruenire.
Quinta coniectura, quia teſtator ad tot ſubſtitutionum
gradus fuit digreſſus,quo caſu filij in conditione poſiti cen-
ſentur uocati ſecundum Petr.de Anch.in d.conſ.77.& licèt
iſta coniectura.ſic ruditer & de per ſe ſumpta, non recipia-
tur à Doct.tamen iuncta cum alijs,multum operatur,vt per
Soc.in d.l.cum auus.in ult.car.
Sexta coniectura ſumitur ex eo, quod teſtator ſubſtituit
liberos Ray. in portionibus Refortiati, & Honorati pa-
truorum ſi decederent ſine liberis maſculis,ergo exiſtiman-
dum eſt quod multo magis voluerit eos ſubſtituere,in por-
tione eorum patris,eis optimo iure debita, l. ſcripto, C. vn.
lib. Confirmatur, quia teſtator poſuit liberos Ray. in
conditione, ad excluſionem patruorum à portione ipſius
Ray. ergo ſi ceit quod teſtator voluit portiones patruo-
rum peruenire ad liberos Ray. multo magis coniectu-
randum eſt,quod uoluerit etiam ad eoſdem liberos perue-
nire portionem patris, à qua excluſit patruos propter fauo-
rẽ ipſorum liberorum, argu.l.hæredes mei. § cum ita, ff.ad
Trebel.ibi,Papinianus inquit abſurdum ſibi uideri portio-
nem denegari nepoti, quem ſecum quis habere voluit. ſic
mihi abſurdum videtur denegari patris portionem, liberis
in conditione poſitis,quos aliis torum. i. portionem cohæ-
redum habere voluit,& ſi hos prædilexit in gradu remoto,
credendum eſt quod etiam prędilexerit in gradu proximio
ri,arg.l.pen.C.de imp.& alii.ſubſt. & iſta ratio mihi videtur
optimè concludere. Et licèt aliquæ ex prædictis coniecturis
non approbentur à pleriſque,ut una ſola ſufficiat, tamẽ quã
do coniunguntur plures ſimul, non reperiuntur reiectæ. nã
quæ non proſunt ſingula,multa iuuare ſolent, l.3.& l. tria o-
nera,ff.de excuſ.tut.& firmat in propoſito Com. in cõſ.226.
columna 4. lib. 4. ex quibus mihi videtur dicta Caſtra de
Sancto Iuliano, & de Raguſia iure fideicommiſſi pertinuiſ-
ſe,& ſpectaſſe ac pertinere,& ſpectare Bonifacio filio d.Ray.
& eius hæredibus, & conſequenter Catherinam Margaritã,
& Honorandam,non habere ius deducen.legitimam de di-
19 ctis Caſtris,† quia bona,quæ pater tenetur filio reſtituere,in
ære alieno computantur, l.iritum, C. ad l.Falcid. quod æs
alienum minuat legitimam,& prius deducendũ, cum legi-
tima ſit quota bonorum. l.Papi.§.4. ff.de inoffi.teſta.ex iſtis
apparet etiam an ſororibus domini de Sancto Iuliano con-
petat ius deducen.legitimam.de caſtro de Sparono.
Reliqua quæſita non proſequor, quia clariſſima ſunt.&
oportune,& iuridice reſoluta fuerunt per præſtantiſſ. D.Cõ-
ſultorem,qui materna lingua iuridice, & optimè reſoluit.
verum dubitari poterit an dos data Bargatæ per Dom. Ray.
eius patrem ſit imputan. Margaritæ nepti in legitimam.
Quæ dubitatio eſt profundiſſima, ſed quia ſtatuto prouin-
ciali habemus quæſtionem ſopitam, & determinatã, ꝙ de-
beat imputari,vt ſcripſi Reſp.lib.5.cap.6.& quia cum ſtatuto
prouinciali concordat communis opinio, vt teſtatur Dom.
Alex.conſi.24.viſis dubijs,lib.1.Barb. cõſ.40. illud aſſeram,
lib.2.& Deci.conſ.151. ſatis nota eſt quæſtio, non inſiſtam
ulterius. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 Filij maſculi in conditione poſiti, cenſentur ſubſtituti, quando ex verbis teſtamenti, vel probabilibus coniecturis colligitur hanc eſſe mentem teſtatoris. & nu.4.

2 Conditio nihil ponit.

3 De teſtatoris uoluntate non curatur, quando non tranſiuit, in diſpoſitionem.

5 Teſtamenti pars per aliam declaratur.

6 Filij poſiti ſub conditione, quando ſunt uocati an cenſeantur inuicem ſubſtituti.

7 Subſtitutio in qua filij fuere ſubſtituti, an in ipſis filijs conſumatur, & quid de cognatis ſubſtitutis. & numero 11. 13. & ſequen.

8 Subſtitutio facta pluribus inſtitutis an dicatur facta ultimo morienti,ita ut ſubſtituti dicantur inuicem ſubſtituti,an uero pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates.

9 Grauatus reſtituere, ſuam portionem hæreditatis, quo ad eum dicitur grauatus in tota hæreditate.

10 Filij tacite poſiti in diſpoſitione, puta poſiti ſunt in conditione exiſtenti, ſi ſunt vocati an cenſeantur inuicem ſubſtituti.

11 Liberorum appellatione plures continentur gradus, inter quos cadit ordinis prælatio.

14 Subſtitutio hæredum in conditione poſitorum, & expreſſe vocatorum, an conſumatur in primis hæredibus.

15 Dictio, ex, denotat cauſam immediatam.

16 Hæredis verbum non ſolum ad proximum, ſed etiam ad vlteriores refertur, etiam ſi ſingulariter proferatur.

17 Primo gradu vocatus magis à teſtatore dicitur dilectus, quam in cæteris gradibus ſubſtitutus.

18 Dictio, totum, nihil excludit.

16 Subſtitutio, agnatorum per nomen comprehenſiuum plurium graduũ, nunquam in primo gradu finitur, ſed unum in aliũ

tra vſit

tranſit gradatim.

30 *Teſtator uocando liberos, uel agnatos, uidetur uoluiſſe in familia conſeruare bona.*

31 *Teſtatoris uoluntas in fideicommiſſis tam tacita, quàm expreſſa ſeruatur.*

32 *Teſtator ſubſtituendo hæredes maſculos, dicitur ſubſtituiſſe ſolum liberos.*

33 *Teſtator ſubſtituendo maſculos, cenſetur habuiſſe affectionem ad familiam.*

35 *Fideicommiſſum inducitur ex ſola prohibitione alienationis extra familiam, ut in ea bona conſeruentur.*

36 *Statuens de nouo dicitur confirmare ea, quæ poteſt infirmare.*

RESPONSVM XIIII.

SVper tribus teſtamẽtis verſatur farrago totius noſtræ cõſultationis, ideo eam in tres partes partiendam duxi.

Prima, utrũ D. Petrus de Glandenis dictus de Falcone fuerit, & ſit ex teſtamento Ludouici eius p trui uocatus, & ſubſtitutus filio alterius Ludouici nouiſſime in pupillari ætate defuncto dicti teſtatoris abnepoti.

Secunda, utrum ex teſtamento Ioannis patrui magni dicti domini Petri.

Tertia, utrum ex teſtamento, domini Helioni cuiuſdam domini Petri aui paterni.

Circa Primum examinanda duo ſunt, uidelicet utrum ex illis uerbis, caſu quo no. Helionus decederet ſine liberis maſculis legitimis, & naturalib. ab eius corpore procreatis & ab alijs, ut ſupra dictum eſt, uolo quod mea hæreditas, & bona, deueniant ad Magn. Dom. Ixnardum de Glandenis. &c liberi maſculi dicti Helioni in conditione poſiti cenſeantur ſubſtituti.

Secundo poſito, quòd cenſeantur ſubſtituti eorũ patri Helioni utrum talis ſubſtitutio fuerit conſumpta in primis filijs, an uerò perduret ita, quod primo filij decedentes ſine liberis maſculis cenſeantur grauati reſtituere ſuperſtitibus, & ſucceſſiue nepotibus, & nepotes gradatim pronepotib. & pronepotes abnepotibus, & deinceps. Difficillima ſunt huiuſmodi dubia, ſuper quibus Doct. plurimum inſudant: ego

1 uero hos nodos paucis ſtudebo reſoluere. † Ad primũ videt prima conſideratione reſponden. liberos Helioni in condi-

2 tione poſitos non fuiſſe uocatos nec ſubſtitutos. † quia cõditio nihil ponit, l. quæ ſub conditione dandotum x. ff. de cõd. inſt. & ita tenet gloſ. uulg. in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. & eſt communis Doc. ſententia ut teſtatur d. Iaſ. in l. 1. C. de pac. & Soc. in l. cum auus, in ultima car. ff. de cond. & demonſtr. & conſi. 93. lib. 4. & Cur. conſil. 43. quia ut inquit Bald. per totũ. ubi plura conſilia, & uarias authoritates adducit. quã ꝯcluſionẽ uoluit Alex. procedere etiam quod filij maſculi tantũ ſint in conditione poſiti, & ipſe conſuluit conſil. 24. attentis his, lib. 3.

Nec obſtare uidetur ſi dicat̃ quod ſoli maſculi fuerunt in conditione poſiti, ut bona conſeruentur in familia. ergo licet conditio nihil ponat ex ui conditionis, uidetur tamen ponere ex ui rationis. quia ad iſtud reſpondet Soci. conſilio 116. col. 4. lib. 3. ꝙ teſtator cenſetur voluiſſe conſeruate bona in familia caſu, quo hr̃s grauatus decederet ſine maſculis: ſed ſi decederet cum maſculis, nihil legatur à teſtatore diſpoſitum, ideo & ſi uoluntas fuerit conſeruandi bona in

3 familia, etiam hoc caſu, † quia tamen non tranſiuit in diſpoſitionem, de tali uoluntate non eſt habenda ratio, l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit. & ita etiam conſuluit Soc. conſil. 62. uiſo cap. eo. lib, & ita iudicauit Curia Delfinalis, ut teſtatur dominus Guido Papæ deciſ. 500. & uera eſt hæc communis opinio, etiã ꝙ teſtator digreſſus fuerit ad plures ſubſtitutionum gradus, ſecundum Old. Ang. Io. de Anan. Rap. d. Alex. & Bened. Capr. quos refert & ſequitur Soc. in d. conſil. 116. col. fin. reiecta ſententia Petri de Anch. conſil. 74. contra Philippum.

Verum prædictis non obſtantibus, in caſu occurrenti intrepide reſpondeo liberos maſculos Helioni in conditione

4 poſitos fuiſſe & eſſe uocatos & ſubſtitutos: † quia prædicta communis opinio limitatur, ut nõ procedat quando ex uerbis teſtamenti, uel ex probabilibus coniecturis colligitur mens teſtatoris ꝙ uoluerit filios in conditione poſitos honorare, ſeu ſubſtituere, ſecundum Soc. in d. l. cum auus, col. fin. & conſil. 146. col. antep. lib. 1.

His autem, ex tot, & tantis coniecturis, & ex ſerie uerborum apparet de clara mente teſtatoris, ut ſtatim demonſtrabo, quo fit ut fateri compellamur liberos maſculos fuiſſe uocatos.

Prima coniectura colligitur, ex eo, quòd ſoli maſculi fuerunt in conditione poſiti, quod nulla alia ratione factum creditur niſi ut bona remaneant inter maſculos, & ſic in agnatione conſeruarentur, ut probatur ex his, quæ tradũtur per Io. And. in add. Spec. ſuper tub. de teſtam. & hac ſola coniectura motus ita firmat d. Guido Papæ deciſ. 184. & idem tenet dominus Franc. Cur. in l. emancipata, C. qui admit. ubi dicit uidiſſe pro hac ſententia infinita conſilia præſtantiſſimorum, Doctorum totius Italiæ, & ita nouiſſime cõſuluit Deci. conſ. 308. in cauſa iſtorum nobilium.

Secunda coniectura, quia teſtator fauore filiorum maſculorum inſtitutorum & ſubſtituturum, & fauore liberorum in conditione poſitorum excluſit proprias filias ab hæreditate ſua, ex quo reſultat quod uoluit liberos maſculos uocare, & honorare: alioquin non eſſet uerum, ꝙ fauore ipſorum liberorum in cõditione poſitorum excluſiſſet proprias filias. ita per hanc rationem conſuluit Curt. conſi. 76. d. Ludouic. Roiarius, & Com. conſil. 146. in hac, col. pen. lib. 2.

Tertia coniectura, quia teſtator uoluit filias naſcituras dotari, &c. in quibus dotibus eas hæredes particulares inſtituit. ecce quòd ſi filiæ, quæ non fuerũt in conditione poſitæ, fuerunt expreſsè vocatæ & honoratæ in uera portione, magis profecto credendum eſt, quòd uoluerit honorare liberos maſculos in conditione poſitos ad excluſionem aliorũ maſculorum ſubſtitutorum: nam cum teſtator magis dilexerit liberos in conditione poſitos, quam alios maſculos ſubſtitutos, quos tamen magis dilexerit quàm ipſos filios, quos uoluit ab ipſis ſubſtitutis excludi, certè cogimur fateri quod magis uoluerit honorare ipſos liberos, arg. l. ſi uiua matre, C. de bon. mater.

Quarta coniectura elicitur ex eo, quòd teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſemper ponendo ſolos maſculos in cõditione, & ſemper ſubſtituendo aliquem maſculum de familia: hoc caſu liberi maſculi in conditione poſiti cenſentur ſubſtituti ſecundum Petrum de Anch. in d. conſ. 74. quæ coniectura recipitur eo caſu, quo ſequi poſſet abſurdum, ꝙ admitteretur ſubſtitutus extantibus aliquibus liberis maſculis in conditione poſitis, ſecũdum Soc. in d. l. cum auus, col. pen. & in d. conſil. 116. col. pen. prout ſequi poſſet in noſtro caſu, niſi dixerimus liberos maſculos in conditione poſitos, fuiſſe ſubſtitutos: nam ſi unus ex liberis maſculis in conditione poſitus, fuiſſet mortuus abſque liberis ſuperſtitibus alijs liberis maſculis eius fratribus, & ſubſtituto, quia uerba, ſine liberis maſculis, ueniunt reſoluenda in ſuas ſingularitates, l. falſa, §. fi. ff. de condit. & demonſtra. & uoluit Soci. poſt alios, in l. hæredes mei, §. cum ita, col. 13. ff. ad Treb. admitteret̃ ſubſtitutus, l. Lucius, §. Caio, ff. ad Treb. quod eſſet expreſsè contra mentem & uerba teſtatoris. ergo dicam ipſos liberos fuiſſe uocatos.

Quinta coniectura reſultat ex diſpoſitis in ſequentib. ſubſtitutionum gradibus, quibus uocantur expreſsè filij Ixnardi fratris ipſius teſtatoris: nam cum uocauerit liberos Ixnardi, à fortiori dicẽdum quod uoluerit uocare liberos Helioni filij ipſius teſtatoris poſitos in cõditione ad excluſionem Ixnardi, & filiorum, arg. l. Publius, §. Titia. ff. de cond. & de-

5 monſtr. † nam una pars teſtamenti recipit intelligẽtiam ab alia, l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. l. & utrum ff. de pet. hæred. Confirmatur huiuſmodi coniectura ex priori ſubſtitutionis gradu, quo expreſsè uocantur liberi maſculi Ioannis hæredis inſtituti. ex hoc etiam gradu datur intelligi quòd uoluit uocare liberos Helioni poſitos in conditione ſequentis gradus, quod ex illis uerbis & ab alijs, ut ſupra dictum eſt, uidetur apparere: nam cum habeant relationem ad præcedentia, quibus filij Ioannis fratris Helioni expreſsè ſubſtituuntur & ipſos ſine liberis maſculis ſubſt. Helionus, & ipſo Heliono ſine liberis maſculis ab ipſius corpore & ab alijs, ut ſupra dictum eſt decedente ſubſtituitur Ixnardus, &c. talis relatio habet incluſam diſpoſitionem relatam, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtitu. l. in ſumma, ff. de re iud. & eſt ſenſus, ut ſupra dictum eſt, ꝙ extãtibus liberis maſculis ipſos ſubſtituit prout ſupra fecerat de liberis Ioannis. Ex quibus concurro in ſententiam Clariſſ. & præſtantiſſ. iureconſulti Domini Laugerij, qui ex pluribus alijs hanc teſtatoris mentem apertiſſime demonſtrauit,

6 Sed quia præmiſſa concluſio, quòd liberi maſculi in conditione poſiti cenſeantur honorati & ſubſtituti, ſane intelligitur,

git, uidelicet ut cēſeant ſubſtituti eorū patri, & ſic Helioni,
ut probatur Soc. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, col. 1. & uult
Bart. & expreſſius Galliaula, in l. centurio, in ultima quæ. ter
tij mēbri, ff. de uulg. & pup. opus eſt iouestigare, an ipſi liberi
ſubſtituti Helioni patri cenſeantur hoc loco ſub ſimili con-
ditione inter ſe ſubſtituti, nec tranſiuit ad pronepotes, &
abnepotes, de quibus nos loquimur: aliàs coonſumpta fo-
ret ſubſtitutio in perſonas filiorum ipſius Helioni. iſte paſſus
arctus & periculoſus uidetur: nam quod liberi in infinitum
cenſeantur inter ſe ſubſtituti & uocati gradatim & ordine
ſucceſſiuo ex uerbis non colligitur, vnde uideretur ſubſtitu-
tio conſumpta in perſonas filiorum ipſius Helioni per ea,
quæ ſcribit Barto. in l. liberorum, colum. pen. ff. de verbo. ſi-
7 gnifi. ubi uult, † quod ſubſtitutio facta de filijs licèt appella-
tione filiorū contineantur nepotes, tamen ſi ſemel habuerit
effectum in filijs, non comprehenduntur eius nepotes, quia
iam conſumpſit effectum ſuum per text. in l. Gallus, §. idem
uidendum, ff. de liber. & poſth. at per hanc rationem reperio
idem conſuluiſſe Dom. Alex. in ſubſtitutione, qua fuerunt
ſubſtituti expreſsè liberi, ut intelligatur cōſumpta in primis
filijs, qui tempore mortis grauati reperti fuerunt in rerum
natura. ita Dom. Alex. conſi. 105. proſpectis, col. 2. lib. 1. & in
ſubſtitutione filiorum reſpondet Alexand. conſilio 11. col.
5. lib. tertio.

Sed iſtis non obſtantibus reſpondeo teſtatorem his verbis
duos feciſſe ſubſtitutionum gradus, vnum quo liberi Helio
ni patri ſubſtituūtur: alterum quo gradatim & ordine ſuc-
ceſſiuo grauantur, qui ſine liberis maſculis deceſſerint reſti
tuere hæreditatem liberis ſuperſtitibus. quotiens enim ſub-
ſtitutio ſit in tota hæreditate & ab ultimo, tunc grauari cen-
ſeantur inuicem ſubſtituti, quia non poſſet ultimus reſtitue-
re totam hæreditatem, niſi eſſet ſubſtitutus in portionibus
aliorum, l. Titia, §. Seia liberti s, ff. de lega. 2. in caſu præſenti
ſubſtituitur Innardus in tota hæreditate & ab ult. liberorum
Helioni. ergo ipſi liberi erunt inter ſe reciprocè ſubſtituti.
8 † quod autem ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, proba-
tur ex contex. verborum ibi, omnia mea, hæreditas, & bona.
Quod ſit facta ab ultimo, probatur: quia huiuſmodi ſubſti-
tutio legitur facta decedentibus omnibus liberis maſculis
procreatis ex corpore Helioni, & ab alijs, & ſic poſt mortem
omnium in tota hæreditate. ergo cenſetur facta ab ultimo,
l. codicillis, ubi Bar. ita firmat, ff. de uſuf. leg. & l. qui duos, ff.
de reb. dub. ita concludit Paul. de Caſt. in l. pen. C. de impub.
& alijs ſubſtit. & conſi. 354. duo uidenda ſunt. ſequitur Do.
Alex. in l. ſi pater impuberes, & in l. uel ſingulis, ff. de uul. &
pupil. & Soci. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, colum. 3. & Do.
Steph. Bertran. conſil. ſtatim alleg.

Non obſtat, ſi dicatur quod communis opinio eſt contra
Paul. de Caſt. ut teſtatur Soc. in d. §. cum ita. ubi dicit Barto.
& alios communiter tenere quod ſubſtitutio facta poſt mor
tem plurium non cenſetur facta ab ultimo, & ad iura allega
ta per Paul. in d. l. codicillis, & d. l. qui duos, reſpondetur ut
per eos, & per Soc. conſi. 69. col. fin. lib. 3. quia reſpondetur quod
communis opinio procedit quando ſubſtitutio legitur fa
cta omnibus, ut ſi teſtator dixerit, omnibus deficientibus eis
ſubſtituo, uel poſt mortem ueſtram uolo quod totam hære-
ditatem me āreſtituatis, ut d. l. Lucius, §. Caio. ff. ad Trebel-
lian. & in l. fin. §. filium, ff. de leg. 2. & ratio de ſe patet, quia
cum appareat teſtatorem omnes grauaſſe ut ſonant illa uer
ba, eis ſubſtituo, uel uolo reddatis: illa pluralitas reſoluitur
in ſuas ſingularitates, d. l. falſa, §. fi. unde non poteſt inter
eos uideri facta reciproca ſubſtitutio, quæ præſupponit ulti-
mum duntaxat fuiſſe grauatum: ſecus ſi ſubſtitutio ſit facta
in tota hæreditate ſimpliciter poſt mortem omnium ſimpli
citer, non dirigendo uerba ad ipſos. poſt quorum omnium
mortem fit ſubſtitutio, nec aliquē eorū in genere. uel in ſpe
cie grauando: tunc ſubſtitutio facta omnibus deficientibus
in tota hæreditate, intelligitur facta ab ultimo, argu. l. qui
duos. ita declarat Dom. Alex. in l. pater filiam, §. fi. ff. ad leg.
Falc. & in d. l. ſi pater impuberes. & Socin. in d. §. cum ita. ubi
hoc uerum maximè putat. ſi perſona ſuperſtes ſit de liberis
teſtatoris, quæ præſumitur ueroſimiliter magis dilecta, iuxta
not. ibi per Bar. & alios. Vel communis opinio optimè pro-
cedit, quando ſubſtitutio fuit facta poſt mortem plurium in
hæreditate, uel bonis meis indefinita, quia nō poteſt neceſ-
ſario colligi coniectura, quod ſubſtitutio ſit facta ab ultimo,
9 cum illa indefinita uera ſit in portione unius, † qui quantū
ad eum dicitur grauatus in tota hæreditate ſibi relicta, l. Ti-
tius ex parte, ff. de leg. 3. & l. Lucius, iuncta gloſ. in uerbo, beſ
ſem, ff. de leg. 1. ubi not. Bald. Ang. & Imo. inferentes quòd ſi

grauetur qui deceſſerit ſine liberis reſtituere hæreditatem te
ſtatoris, intelligitur grauatus reſtituere ſuam portionem dū-
taxat: quia quantum ad eum dicitur hæreditas teſtatoris, &
in iſtis terminis conſului ſuperioribus diebus, etiam in iſtis
terminis reperiuntur uaria conſi. Doc. ſecus quando ſubſti-
tutio legitur facta in tota hæreditate poſt mortem omnium,
quia tunc neceſſario elicitur coniectura, quod uoluerit ſub-
ſtituere ab ultimo, qui non poteſt totum reſtituere niſi teſta
tori totum ad ipſum peruenire uoluerit.

• Non etiam obſtat ſi dicatur, quod liberi hoc caſu ſunt in
conditione politi, qui nunquam cenſentur inter ſe ſubſtitu-
ti ſecundum Imol. in l. centurio, ff. de uulg. & pup. & in c.
Rayn. in materia compendioſæ, ext. de teſtamentis. quos ſe-
quitur Soc. in d. § cum ita, col. 2. & d. conſil. 69. Quia reſpon-
detur, uerum in caſibus in quibus politi in conditione non
cenſentur uocati, quod eſt regulare, ut dictum fuit: ſecus in
caſibus, in quibus cenſentur uocati, ſeu ſubſtituti, ut in caſu
10 noſtro, ſecundum Soc. conſil. 124. lib. 3. † Ratio enim, quare
expreſsè politi in diſpoſitione cenſentur inuicem ſubſtituti,
militat etiam in tacitè poſitis in diſpoſitione, ut ſunt poſiti
in conditione, qui tacitè cenſentur poſiti in diſpoſitione, ut
probatum fuit ſupra. utroque enim caſu legitur ſubſtitutio
facta in toto & ab ultimo, ergo utroque caſu. idem iat. in l. à
Titio, ff. de uerb. oblig. l. illud. ff. ad leg. Aqui.
11 Non obſtat illud, quod ſupra adductum fuit, † quòd hu-
iuſmodi tacita ſubſtitutio fuerit conſumpta in filijs primi
gradus dicti Helioni eorum patris, ut dicit Alex. conſil. 105.
Quia iſtud in occurrenti caſu non puto de iure procedere
& contrarium conſuluit Ang. conſ. 38. quem refert & ſequi-
tur Corn. in l. fin. col. fin. C. de uerbo. ſignif. ubi allegat idem
12 tenere Raph. Cum. & Pau. de Caſt. † quia uerbum, liberos, eſt
collectiuum plurium graduum & perſonarū, inter quas ca
dit ordinis prelatio, quo caſu diſpoſitio recipit ordinem ſuc
ceſſiuum, ut ſic gradatim de uno ad alterum hæreditas per-
uenire debeat, l. cum ita, §. in fideicommiſ. ubi Bald. & l. pe-
to, §. fratre, ff. de leg. 2. & ita etiam cōſuluit dominus Steph.
Bert. conſi. 300. ad quæ dubia, uerſ. 5. lib. 3.

Non obſtat authoritas Bar. in d. l. liberorum, col. pen. quia
in caſu noſtro optimè facit pro intentione noſtra. inquit
enim Bar. quòd ſi in perſonas primorum effectus ſubſtitu-
tionis non conſumatur, tunc tranſit ad ulteriores, l. Lucius,
ff. de hær. inſt. ſed ſic eſt, quod ſubſtitutio liberorum, qui in
conditione poſiti leguntur, non poteſt conſumi in primis fi-
lijs Helioni eo quod teſtator de ulteriorib. fecit mentionē
dum dicit, ſi Helionus ſine liberis ex eius corpore procrea-
tis, & ab alijs ut ſupra dictum eſt. Ponderanda ſunt illa uer-
ba, & ab alijs. &c. quæ uocant procreatos ex corpore alio-
rum qui fuerant procreati ex corpore ipſius Helioni. ex quo
datur intelligi quod noluit effectum ſubſtitutionis ipſorū
13 liberorum conſumi in filijs primi gradus. † Et ex hoc colli-
gitur alia ſolutio ad contraria, ut procedant quando ſubſti-
tuuntur liberi ſimpliciter, ut tunc conſumatur ſubſtitutio in
primo effectu ſubſtitutionis, ſicut quando ſubſtituuntur co-
gnati ſimpliciter, l. ſi cognatis, ubi Senen. ff. de reb. dub. ſecus
quando uocantur liberi, & liberorum liberi, ut in caſu no-
ſtro: nam illa verba, & ab alijs, uocant etiam liberorum libe
ros, ut de ſe patet.

Excuſſa prima dubitatione, accedam ad ſecundam: an
D. Petrus poſſit dici uocatus ex teſtamēto Ioannis patrui ma
gni. ſuper huiuſmodi teſtamento Ioannis, non eſt hæſitandū,
utrum hæredes maſculi in conditione poſiti fuerint ſubſti-
tuti Helioni patri hæredi ſcripto, tum quia leguntur non
ſolum in conditione poſiti, ſed etiam expreſsè ſubſtituti ap-
paret, ut probant illa uerba, quos loco patris ſubſtituit, & ſub
ſtituere uoluit: tum quia ex rationibus, quibus in præceden-
ti dubio concluſum fuit liberos in conditione poſitos intel
ligi tacitè uocatos, eiſdem ferè rationibus dicendum quo-
que eſt liberos Helioni in conditione poſitos ſubſtitutos ui
14 deri. Id ergo ſolum uidendum eſt, an † ſubſtitutio hæredum
in conditione poſitorum & expreſsè ſubſtitutorum fuerit
conſumpta in perſonas primorum hæredum. an uero perſe-
ueret & facta ſit de hæredibus in hæredes maſculos progeni
tos de Glandinis de Falcone. Verba ſubſtitutionis ita prola
ta proponuntur, & ſi contigerit Helionum fratrem ſuū hære
dem inſtitutum mori abſque hærede, uel hæredibus maſcu
lis ex ſuo corpore procreatis, quos loco patris ſubſtituit. tūc
& eo caſu ſubſtituit filii hæredes, & ipſius hæredibus loco ip-
ſius, & ipſorum iure ſubſtitutionis, videlicet no. fratrem ſuū
Innardum de Glandinis; & ſi contigerit ipſum mori ſine hæ
redibus maſculis, tunc ſubſtituit filiam ſuam Apoloniam in
bonis

bonis & hæreditate ſuis maternis dictæ Ioannæ, & ſuos hæredes quoſcunque ex ſuo corpore procreatos. Et ſi contigerit dictam Apoloniam decedere abſque hærede,uel hæredibus ex ſuo corpore procreatis. tunc & eo caſu tam de omnibus eo iure,quod habetur in Caſtro de Rochetis, & de acquiſitis per eum,& ſuos parentes quoſcunque, tam de ipſa hæreditate & bonis maternis,quàm etiam de bonis omnib. ſubſtituit ſibi & ſupradictis hæredibus & ſubſtitutis loco ipſorū omnium propinquiorum ſui generis & progeniei de cognatione,nec non & conſanguinitate ipſius & ſuos hæredes procreatos ex ſuo corpore, & ſucceſſiuè alios deſcendentes in gradu conſanguinitatis & cognationis ſtantibus uerbis prædictis uideretur fortaſſe dicendū, quod ſubſtitutio facta Helioni,& hæredibus maſculis ex ſuo corpore procreatis,quos loco ipſius ſubſtituit, conſumpta fuerit in primis hæredibus,qui ut proponitur, deceſſerunt cum liberis,ex pluribus.

Primo ex his,quæ ſcribit D.Alex.in d.conſi. 105. qui propriè loquitur in hæredibus deſcendentibus ſubſtitutis, & dicit ſubſtitutionem extinctam in primis hæredibus.

Secundo,quia in caſu præſenti non leguntur ſubſtituti hæredes Dom.Helioni ſimpliciter,ſed hi,tantum,qui ex corpore ſuo,ideſt ipſius Helioni,ſunt procreati,quo caſu intelligūtur ſolùm ſubſtituti filij,& non nepotes , qui nō poſſunt dici

35 procreati ex corpore aui.illa enim † dictio,ex, denotat cauſam immediatam,l. 1. §.ex incendio,ff.de incen.rui.naufr.& quod uidetur probari in l.nā ciuiū.ff. de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.& uult D.Alex.conſ.56.lib.5.Guido Papæ deciſ. 353. teſtator.Bart.conſ.133.licet.

Tertio,quia hæredes procreati ex corpore Domini Helioni loco patris fuerunt ſubſtituti ſimpliciter,nec grauati legūtur ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis maſculis,ergo natis ex ipſis liberis debet ſubſtitutio euaneſcere, d. l. ex facto, §.fi.ad Trebel.

Sed præmiſſis non obſtantibus reſpondeo ſubſtitutionem non fuiſſe extinctam in primis , nec ſecundis hæredibus deſcendentibus ex dicto Domino Helioно,ſed tranſiuiſſe de gradu in gradum,& de uno præmoriēte ſine liberis ad alios proximiores ſuperſtites , & ad D. Petrum proximiorem Ludouico,& eius filio nouiſſimè in pupillari ætate defuncto, ex infraſcriptis .

Primo ex ui & proprietate huius uerbi, hæredibus , quos

36 loco patris ſubſtituit:† uerbum enim,hæres , non ſolùm ad proximum ſuum,ſed etiam ad ulteriores hæredes refertur, l.hæredis appellatio.ff.de uerb. ſignificat. quod ſi uerum eſt quando ſingulariter profertur,multo magis quando pluraliter.l.ſciendum.ff.eo.tit.

Secundò, quia in quarto gradu ſubſtitutionis poſtquam inuitatur Apolonia filia, ſucceſſiuè inuitantur hæredes quicunque ex ſuo corpore procreati.ſi quicunque,ergo tam ulteriores quàm primi . uniuerſalis enim eſt huiuſmodi oratio.l.quicunque,C.de ſer.fug.ex hoc datur intelligi,quod ſicut uoluit ſubſtituere ulteriores hæredes Apoloniæ uocatæ in defectum hæredum Helioni,multo magis uoluerit ſubſti

37 tuere ulteriores hæredes ipſi Helioni,† tum quia præſumuntur magis dilecti,cum ſint priori gradu uocati,l.Publius, ff. de cond.& demonſt. tum quia per hæredes maſculos Helioni conſeruatur agnatio , ad quam teſtator effectum habuit, ut & ſtatim ſubijciam,& non per hæredes Apoloniæ filiæ, l. pronunciatio,ff.de uerb.ſign.

Tertio , quia & ultimo gradu teſtator loco hæredū & ſubſtitutorum omnium uocat propinquiorem de familia.ecce quod non ſimpliciter loco hæredum,ſed addit, omnium,& ſic non tantum primorum hæredum, ſed etiam ulteriorum

38 omnium loco ſubſtituit proximiorem:† nam qui totum dicit, nihil excludit,l.à procuratore, C.mand.c.ſolitę, de maior.& obed.

39 Quarto,quoties teſtator ſubſtituit agnatos per nomen cōprehenſiuum plurium graduum,tunc nunquam ſubſtitutio finitur in primo gradu,ſed tranſit de uno gradu in alium.& tranſit gradatim,grauati de reſtituendo unus alijs,l. peto, §. fratre,ff.de leg. 2. exemplificat Soci. In terminis noſtris in l. Galius.§.quidam rectè, col.pen. verſ. quartus caſus, ff. de liber. & poſth. ubi dicit, ꝙ ſi frater inſtituat fratrem poſt mortem ſuam,& eius liberos, aut agnatos,cenſetur inuitaſſe gradatim nepotes,pronepotes.& deinceps,& eos grauaſſe de re

30 ſtituendo inuicem per fideicommiſſum.Moueor,† quia uidetur uocando liberos,uel agnatos, uoluiſſe conſeruare bona in familia. ex qua uolūtate reſultat tacitum fideicommiſſum,ut not. in l. cum ita,§.in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.

31 nam in fideicōmiſſis ita ſeruanda eſt uoluntas tacita,quam expreſſa,l.cum res,& ibi not.D.Iaſ.ff.de leg. 1. facit tex. uulgaris in l.cum proponeretur, ff. de leg.2.cum ſimilibus. & ita conſuluit Petrus de Anch. conſ. 27. non ſeruato ordine, in ultimo dubio . ubi dicit teſtatorem , qui legauit duobus propinquioribus , cenſeri uoluiſſe legatum de primis duobus in ſecūdos, & de ſecundis digredi in tertios, & deinceps habita conſideratione rem legatam conſeruari in propinquioribus de domo.iſte eſt propriè caſus noſter , in quo

22 † teſtator ſubſtituit hæredes maſculos Helioni fratris ſui,nihil aliud cenſetur ſubſtituiſſe quàm liberos,l. ex facto,§.fin.

23 ff.ad Treb. † & ſubſtituendo maſculos cenſetur habuiſſe affectionem ad familiam ut uult Io. And.in additione Spec. in rub.de ſucce.ab inteſtat.uerſ.& eſt ſciendum. Quod ſi ita coniecturandum eſt , ubi teſtator ſubſtituit liberos maſculos poſt mortem fratris ſingulariter,quanto magis dicendū, quando ex alijs diſpoſitis clarè apparet, quod teſtator uoluit bona ſua conſeruari in ſua agnatione .

24 Nam hæc eſt uera & communis concluſio , † quòd ſubſtitutio facta per nomen collectiuum comprehenſiuum plurium graduum , & plurium perſonarum cenſetur gradatim & ordine ſucceſſiuo facta , ita quod cenſentur grauati primi de reſtituendo ſecundis & ſic ſucceſſiuè ſecundi tertijs,& ſic ſequentibus & deinceps, quando apparet de mente teſtatoris,quod eam fecit ſubſtitutionem, ut bona conſeruarentur in familia ipſius teſtatoris. ita concludit Rap.Cum.in d. §.in fideicommiſſo. ſequitur Soc.in d.l. ſi cognatis, col.8. & ſeq.de reb.dub.& conſ.73.capiēdo primum, col. 5.lib.4. ubi ita dicit procedere opinionem Pau. de Caſt.in d.§.quidam rectè. iſtud uoluit Bar.& communiter Doct.in l.qui Romæ,

25 §.cohæredes,ff.de uerb.oblig. dum dicit † quod ſi prohibita ſit alienatio extra familiam, ut bona conſeruentur in familia , inducetur ſimplex fideicommiſſum inter illos de familia.ſequitur Soc.conſ.43.lib.3.firmant Crot. ex Nouiſſimi in l.filiusf.§.diui.ff.de leg. 1.& Curt.conſ.40.cum in præſentiarum , col. pen. & fin. ita ergo dicendum in caſu occurrenti , ut inter deſcendentes Domini Helioni , & eis deſcendentibus inter alios de familia de Glandinis , ſit inductum fideicommiſſum de uno ſine maſculis decedente,uadat ad aliū: quia apparet expreſsè,quòd teſtator uoluit bona ſua conſeruari in agnatione ſua.illud patet,quia ut dixi ſubſtituit Helioni fratri & hæredi filio liberos maſculos, quod nulla alia ratione factum fuit niſi fauore agnationis, ſecundum Ioan. And.in loco præal.& Bal. in l.quod vero , ff. de leg. & conſi. 68.Martius Ioan.de Flore.& Sal.poſt Cyn.in l. 1. C. de adul: cum ſimilibus.etiam format Dec. conſ.270. D. Ray. d.Cur. col. 2.verſi.circa primum . Patet etiam, quia deficientib.hæredibus maſculis fratris ſubſtituit fratrem ſuum Lænardum , & poſt Lænardum ſubſtituit propinquiorem ſui generis , & progeniei de cognomine , & de conſanguinitate ipſius , & ſuos hæredes procreatos ex ſuo corpore , & ſucceſſiuè alios deſcendendo in gradu conſanguinitatis & cognationis , exceptis bonis de Rochetis , in quibus ſubſtituit Apoloniam, & cætera .

Ex his gradibus ſubſtitutionum,quibus ſemper uocantur illi:ex eo denique , quod poſt omnes gradus uoluit omnia bona deuenire , & deſcendere de propinquiori gradu conſanguinitatis , & cognationis,in propinquiorem,pluſquam manifeſto liquet eum uoluiſſe bona perpetuo remanere in familia,l.peto,§.fratre,ff.de leg. 2.l.fi. C.de verbor.ſignific.& l.hæredes mei,§.fin. ff.ad Treb. & hanc noſtram ſententiam comprobant Nouiſſimi Taurin. qui repetierunt d. §. quidā rectè,col.24.ver.ad unum aduerte.

Et hanc fuiſſe mentem teſtatoris non hæſito,nec hæſitare exiſtimo quempiam,qui uel mediocris ſit iudicij .

Non obſtant quæ ſupra in contrarium fuerunt adducta .

Et primo non obſtat , quod decidit Alex.in d.conſi.105. quia reſpondet Soc.in d.l. ſi cognatis . quod procedit quando ſimpliciter ſubſtituuntur liberi : ſecus ſi appareat quod ea ratione ſubſtituerit, vt bona conſeruentur in familia,prout in caſu noſtro,vt ex prædictis apparet .

Non obſtat ſecunda ratio,quòd fuerint ſubſtituti hęredes ex corpore ſuo procreati,& ſic filij tantum , & non nepotes, & minus pronepotes & abnepotes,ut per Alex. Bart. & alios prællegatos,quia loquuntur in dubio,& quando diſpoſitio ſecundum intentionem diſponentis conſiſtere poteſt eſſectum in ſolis filijs : aliàs illa verba , ex ſuo corpore procreatis,non impediunt quominus locum habeat in nepotibus, pronepotibus,& vlterioribus.ita docet Bart. in l.liberorum, colum.pen.ff.de uerb.ſigni. & in iſtis terminis etiam firmat Ang.in l.Lucius,per illum tex.ff.de hær.inſt.& Soc.conſ.17.

caſus,

caſus, ſuper quo, lib.4.in caſu autem noſtro ſubſtitutio hæredum ex ſuo corpore naſciturorũ, non poteſt effectum ex toto conſumare in filijs primis hæredibus,ut ex prædictis dignoſcitur. ergo ad ulteriores protrahi, neceſſe eſt.

Nec obſtat tertia ratio,quia ſtantibus præmiſſis quòd appellatione hæredum in hac ſubſtitutione omnes gradus hæredum maſculorum contineantur,iux.tex.in d.l.ſciendum. hæc ratio nihil ſeruit,quia ſi omnes vlteriores vocantur, ſatis implicita ineſt conditio, ſi primi deceſſerint cum liberis, quod ad ipſos naſcituros ſucceſſio deuoluatur, & ſic ſucceſſiuè.ſi vero primi,vel ſequẽtes,deceſſerint ſine liberis, quod ad Ixnardum fratrem,uel ad propinquiores de ſamilia, ſucceſſio peruenire debeat. Ideo non fuit opus aliter exprimere conditionem, ſi hæredes ſine liberis ab eis procreatis decederent.

Non denique obſtat, ſi dicatur quòd uocantur hæredes loco patris.ergo loco Helioni,& ſic filij ipſius Helioni,& nõ cæteri, quia illa uerba,quos loco patris ſubſtituit, ad omnes deſcendentes adaptantur.& optimè omnibus gradibus deſcendentium conueniunt: nam quilibet,vt eſt tex. Inſtit. de hæred.quæ ab inteſtat.in §.cum filius.verſi.æquum eſt. & in §. & quia placuit nepotes neptesve, pronepotes proneptes ve in patris ſui locum ſuccedere.ex quibus elicitur, quod illa uerba,in locum patris,ad gradus ſucceſſionis referuntur: ideo iuſtificatur noſtra conſultatio, quod teſtator uoluerit p illa verba,quos hæredes loco patris ſubſtituit, ſubſtituere ipſos hæredes maſculos gradatim & ordine ſucceſſiuo. Quod etiam comprobatur ex eo, quòd in defectum omniũ hæredum ſubſtituit proximiorem de familia in omnibus bonis. hoc enim ſtare non poſſet ſi in primis hæredibus cõſumpta fuiſſet ſubſtitutio: nam deficientibus poſtea cæteris hæredibus,non poſſet admitti proximior,cuius contrarium voluit teſtator uocãs propinquiorem poſt mortem omniũ, & in omnibus bonis.ex quo datur intelligi, quod voluit ſubſtituere omnes deſcendentes hęredes Helioni,etiam mediatos vnum poſt alium & inter ſe ipſos quoſcunque aliquis ſupervixerit,l.Titia Seio,§.Seia libertis,ff.de leg.2.

Iſtis duobus ſic reſolutis non expedit inſiſtere circa teſtamentum domini Helioni, quia ipſe nec uoluit, nec potuit præiudicare ſubſtitutionibus factis per anteceſſores ſuos: imo cum expreſsè diſpoſuerit ſua quod debeant locum ſibi uendicare,perinde eſt ac ſi idem per omnia diſpoſuiſſet,maximè in his,in quibus in contrarium diſponere potuiſſet &
26 † confirmans ea quæ poteſt infirmare, dicitur de nouo ſtatuere,l.quærebatur,ff.de teſtam.milit.Inſt. eod.titu.§.ſi quis traditur,per Aret.in l.hæredes palam,§. ſi quid poſt. columna penul.ff.de teſtam.per Bald.in l.3.C. de rer. permut. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Matre excluſa,ex ipſa nati pariter excluduntur.*
2 *Prolis appellatione liberi vtriuſque ſexus propriè continentur, niſi ex coniecturis appareat teſtatorem vocaſſe maſculos tantum.*
3 *Verba intentioni,& non econtra debent deſeruire.*
4 *Intentio coniecturata,& veriſimilis,obſeruatur in fideicommiſſaria ſubſtitutione.*
5 *Filij poſiti in conditione, an cenſeantur uocati etiam ſi ſint à teſtatore grauati.& nu.9.& 10.*
6 *Grauari non poteſt,qui non fuit honoratus.*
7 *Relatio fieri debet ad proxima.*
8 *Conditio nihil ponit,ut quæ ſint in conditione non ſint in diſpoſitione.*
11 *Numerus ſingularis in uno uerificatur.*
12 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia,debet ea uniformiter determinare.*
13 *Subſtituti dicuntur inuicem plures inſtituti, quorum ultimo moriente fuerit quis ſubſtitutus.*
14 *Filij poſiti in conditione,dicuntur inuicem ſubſtituti.*

RESPONSVM XV.

IOannes de Nauis quatuor habens filios, & unam filiam, inſtituit Gulielmum primogenitum ijſqꝫ verbis ſubſtituit: & ſi contingat filium & hæredẽ meũ præmori,vel poſt in pupillari ætate, vel aliàs quandocũque ſine prole legitima, & de legitimo matrimonio procreata,uel eius prolem ſine alia prole legitima,ſubſtituo ſibi & hæredibus,mihi inſtituo Petrum filium meum,& ſucceſſiuè ad plures alios ſubſtitutionum gradus eiſdem uerbis trãſgreſſus eſt,quibus gradatim filios ſuos maſculos ad hæreditatem uocauit,ac denique deficientibus omnibus filijs maſculis abſque legitima prole ſubſtituit filias. Gulielmus poſtea huiuſmodi ſubſtitutionis onere grauatus deceſſit relictis Ludouico & Maragãta filijs legitimis & naturalib. Nouiſſimè obijt Ludouicus relicto filio per reſcriptum Principis legitimato & Ludouico de Sanges filio legitimo & naturali dictæ Maragantæ,inter quos de hæreditate dicti Ioannis eorum proaui diſceptatur,legitimato pręteṇdente bona omnia ad ſe ſpectare vti hæredem teſtamentarium, vel etiã ab inteſtato Ludouici eius patris aduerſante Ludouico de Sanges prætendente ſe fuiſſe ex præmiſſa ſubſtitutione vocatum ad omnia bona, quæ fuerunt q. D. Ioannis teſtatoris. Ideo quæritur reſponſum iuris.

Præmiſſa dubitatio dupliciter poteſt intelligi.

Primo,an Ludouicus pronepos cenſeatur ſubſtitutus Gulielmo hæredi ſub duplici conditione,ſi ipſe Gulielmus deceſſerit ſine prole,uel eius proles ſine prole?

Secundo, an cenſeatur ſubſtitutus Ludouico eius auunculo nepoti dicti teſtatoris?

Pro reſolutione præmiſſarum dubitationum prius diſcutiendum mihi uidetur,qualiter intelligenda ſint illa uerba, ſine prole legitima: an de prole maſculina,an uero de prole vtriuſque ſexus?

Nam ſi de maſculina dũtaxat teſtator ſenſit,conſtat Maragantam matrem dicti Ludouici non fuiſſe ſubſtitutam, neque vocatam, & conſequenter nec Ludouicum ex ea natũ, vt voluit Ioan. And.in add.Spec.in rub.de teſtam.verſic.ſub hoc vt & probatur,arg.l.ſi viua matre,C.de bon.mater. & cõfirmatur ex his,quæ ſcripſit Bartol. in l.2.§. videndum, ff.ad Treb. & l. liberorum,ff.de verb.ſig. videretur primo aſpectu dicendum,quod hæc verba,ſine prole,etiam fœminas inclu
2 dant, † quia prolis appellatione propriè demonſtrantur liberi vtriuſque ſexus,l.1.ff.ſolu. matrim. & in Auth.de nupt. in princ.& l.diui,C.de nat.lib.c.fin.de cond.appoſ. & c. ſi.de eland. deſp. ſed medullitus conſiderando de prole maſculina hoc loco intelligenda videntur, quia poſt omnes filios maſculos uocauit filiam, ex quo ſatis datur intelligi, quod deficientibus maſculis uoluit hæreditatem ad filiam peruenire.ſi modò dixerimus verba conditionalia, ſi ſine prole, verificari etiam in fœminis, ſequerentur duo contra intentionem teſtatoris. Primum, quòd filia non admitteretur poſt maſculos: ſecundum quòd teſtator videbitur prædilexiſſe neptes, quas numquam vidit magiſque propriam filiam, quam vidit & poſt maſculos vocauit. Et ideo vt tollatur hæc abſurditas,& ut ſeruetur voluntas defuncti verbum,ſine pro
3 le, ad maſculos eſt reſtringendum. † verba enim debent deſeruire intentioni,non intentio verbis,l.3. C. de fideicom.c.
4 ſecundo requiris,de appell. † quæ intentio etiam coniecturata & veriſimilis in ſubſtitutione fideicommiſſaria obſeruanda eſt, l.cum proponeretur,ff.de leg.2.l.cum res, vbi dominus Iaſ.ff.de leg.1.& ita in terminis noſtris conſuluerunt Paul.de Caſt.Rap.Cum. And.Sic.& alij plures, quos refert & ſequitur Dec conſ.270.D.Raynaldus.verſic.corroborant. & idem etiam conſuluit Franc.de Cur. conſ.52. ſuper teſtamento Vgonis. & hoc ſtante non eſſet vlterius hæſitandum.

Sed ſi iudex huic interpretationi non planè velit aſſenti-
5 re,videndum eſt, † an proles in conditione poſita cenſeatur ſubſtituta Gulielmo,hæredi inſtituto? Et videretur reſpondendum quod ſic, quia licèt ſit communis concluſio, quod poſiti in conditione non cenſeantur honorati, vt firmant gl. Lud. Rom. Imo.& alij,in l.Lucius, ff.de hæred. inſtituen. tamen non procedit, quoties poſiti in conditione fuerunt à teſtatore expreſsè grauati,quia grauando cenſetur in neceſ-
6 ſarium antecedens honorare,vt actus valeat: † non enim valet grauamen fideicommiſſi iniunctum proli, niſi proles ſit honorata,quia non poteſt grauari, qui non honoratur, l. ab eo,C.de fideic.l.ſed ſi ſic.ff.de leg. 3. & iſtud videtur probari in l.denique,§.interdum ff.de penu lega. in l.alio, ff. de ali. leg.in l.ſi ita ſtipulatus,ff.de oper.liber. & ita concludit Bar. in l.Centurio,in 3.membro,ff.de vulg.& pup.ſequitur Aret. & alij plures,quos ibi referunt Iaſ. & Nouiſſimi Repetentes, & Alex.conſil.64.lib.5. Corn. conſ.74. uiſo prolixo, lib.2.& conſil.146.quia cauſa,eod.lib.& conſi.226.colum.4.lib.4. & conſil.273.eo.lib.& conſi.97.lib.1. & Cur. conſi.52. col.9.in caſu præſenti,Ioannes teſtator videtur grauaſſe prolẽ in cõ-

ditione

ditione poſitam, ut ſonant illa verba, ſubſtituit ſibi,
Quod verbum, ſibi, ad paleam, de qua proximè habita fuit
7 menoo refertur, cum† ad proxima ſit facienda relano, l.ſi
idem in cod. vbi latè Mod. ff. de iuriſd. om. iud.
Secundo, quia teſtaror tranſgreſſus eſt vſque ad octo ſub-
ſtitutionum gradus, & in quolibet gradu poſuit in conditio
ne prolem grauati. Quoties autem teſtator ad plures ſubſti-
tutionum gradus digreditur, cenſetur poſitos in conditione
ſubſtituere ipſi grauato ſecundum Petr. de Anchar. conſi. 77.
contra Philippum, qui ita limitat videlicet ſententiam tradi
tam per gl. & Scribentes in d. l. Lucius. ſequitur Socin. conſi.
104. lib. 3. Ex quibus videtur concludendum quòd ipſa pro
les in conditinne poſita, fuerit ſubſtituta Gulielmo grauato,
ſi ſine prole, &c. Cum igitur Ludouicus ſit de prole, ipſe quo
que ſubſtitutus videtur.
Præmiſſis non attentis contrarium verius eſſe reſpondeo,
quia communis eſt concluſio, quod liberi in conditione po
ſiti nun cenſeantur vocati ex teſtamento, nec vllo modo ſub
8 ſtituti. & ratio fundamentalis eſt, † quia conditio nihil po-
nit, id eſt quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione, l.
quæ ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſ. cau.
teſtam. & probatur communis ſententia per text. in l. ſi quis
ita hæres inſtituatur, ſi legitimus, ff. de hæred. inſtit. & quia
eſt communis, & apud Doct. canonizata, ſecundum Imo. in
l. filius ſ. §. cum quis. ff. de leg. 1. & Alex. in d. l. centurio, & in
varijs conſi. relaris ibi per Iaſ. & Nouiſſimos, & per Iaſ. in l. 1.
C. de pac. & per Soc. in l. cum auus, in vltima carta, ff. de cõd.
& demonſt. & conſi. 3. lib. 4. & Cur. conſi. 43. quia inquit Bal.
non inſtabo aliter in reſoluendis contrarijs, quibus alij uiſi
ſunt hanc ſententiam damnare, & quibus reſpondent Mo-
derni in d. l. centurio, vbi ego quoque ampliſſimè reſpondi.
Quia in occurrenn caſu verior videbitur, ſi adducta in con-
traria parte de medio rollantur.
9 Non obſtat itaque prima raoo, † per quam limitatur cõ-
munis opinio, vt non procedat quando poſiti in condirione
fuerint grauari per rationes & authoritates prædictas: quia
reſpondetur, quod iſta limitatio communiter damnatur, ut
atteſtantur Dom. Alex. & Iaſ. in d. l. centurio, qui authorita-
tes & rationes plures adducit, & Iaſ. in d. l. 1. C. de pact. & cõ-
trarium conſuluit Domi. Alex. in uarijs conſilijs relatis per
Iaſ. locis præallegatis, & maximè conſi. 185. lib. 2. Soc. conſi.
33. lib. 4. & Curt. conſ. 64. col. 6. & ſequen. & contrarium con-
ſuluit Venerandum Collegium Papienſe, quod conſ. eſt im-
preſſum inter conſ. Cur. conſ. 46. per totum. & ſic non obſtat
authoritas Barto. & aliorum, qui cum eo ſentiunt: quia ſi au-
thoritatibus credere velimus contra Barto. tenent Ludouic.
Roma. Imola, Bal. Alexand. Iaſ. & alij magis communiter,
nt ſupra dictum eſt, & in locis præallegatis videri poteſt.
Non obſtat ratio Bar. quia non eſt uera: non enim tenet
conſequentia, is qui grauatur in neceſſarium antecedens,
etiam honoratur vt grauamen ualeat, alioquin venroſa fo-
ret, & verbis impoſita regula, l. ab eo, C. de fideico. quia ſem-
per grauatus aſſereretur honoratus, & contra hanc rationem
eſt tex. in l. hæreditas ad Statium, ff. de hæred. inſtit.
Et ſic ſtat uera, & firma noſtra conſultatio, quod proles in
conditione poſita non cẽſeatur ſubſtitura Gulielmo, etiam
ſi foret grauata per prædicta.
10 † Sed quia ego aliquando conatus ſum defendere hanc
cõcluſionem Bar. contra communem eo caſu, quo poſiti in
conditione forent grauari nnminatim: quod non eſt in caſu
occurrenti, & quia magna eſt authoritas Barto. Vt de mente
Do. iudicum tollatur omnis ſcrupulus, dico quod in caſu
iſto proles in conditione poſita, non legitur in aliquo graua
ta: quia illa uerba, ſubſtituo ſibi, ad Gulielmum filium hære-
dem inſtitutum neceſſario referenda ſunt, & non ad prolem
in conditione poſitam. voluit enim neceſſario teſtator gra-
uare filium inſtitutum ſub duplici condirione alternatiuè,
videlicet ſi ipſe ſine prole, vel proles ſine prole decederet,
&c. nõ autem uoluit grauare prolem, quod oſtẽditur ex eo,
11 quia uerbum, ſibi, eſt numeri ſingularis, † qui in uno tantum
verificatur, l. vbi nunc, ff. de teſtam. ex hoc oſtenditur, quod
vni tantum voluit ſubſtituere, aut hæredi inſtituto, aut proli
in conditione poſitæ.
Si Ludouicus actor dicat ſe ſubſtitutum proli, tunc neceſ-
ſe eſt quod neget ſe ſubſtitutum Gulielmo, quia teſtator per
illud verbum, ſibi, voluit vnum ſolum grauare. Et ita aſſe-
rendo male agit tamquàm ſubſtitutus Gulielmo: ſi vero di-
cat ſe ſubſtitutũ Gulielmo, tunc fateri cogitur, non eſſe ſub-
ſtitutum proli, nec prolem fore grauatam: & tunc ſibi ipſi re-
pugnat, quia ſi proles in condi oone non fuit grauata, non
etiam poteſt videri Gulielmo ſubſtitutum, & ex mente ip-
ſius Ludouici decedentis prolem ideo cenſeri ſubſtitutam,
quia fuit grauata, vt in primo fundamento pro ipſo Ludoui
co ſupra facto. Fortius dico, quod nullo modo poteſt dici
quod verbum, ſubſtituo ſibi, referatur ad prolem: quia per
illud verbũ, ſibi, determinatur vterque caſus, videlicet caſus,
quo Gulielmus decedat ſine prole; & caſus, quo proles ſine
alia prole decedat. ſed ſic eſt, quod in primo caſu verbum,
ſibi, refertur ad Gulielmum inſtitutum, nec ad alium referri
12 poteſt, ergo idem dicendum in ſecundo. Quia † vna de-
terminatio reſpiciens plura determinabilia, debet omnia
pariformiter determinare, leg. iam hoc iure, ff. de vulgar. &
pupil. al. quamuis, C. de impube. & alijs ſubſtitut. Nec
puto aliquem fore, qui mecum nõ ſentiat. Quia abſurdum,
& ridiculum eſſet dicere, quod teſtator voluerit ſibi. ſ. proli
in condi oone poſitæ ſubſtituere & non ſibi. ſ. hæredi inſtitu
to, & vbi in dubium ueniret, quem per illud verbum, ſibi, te-
ſtator voluerit grauare, an inſtitutum, an filios in conditio-
ne poſitos. Reſpondeo, quod in dubio teſtator cenſetur uo-
luiſſe grauare inſtitutũ ſub duplici ɔditione, ut ſupra dictũ
eſt, & non prolem in conditione poſitam, ſecundum Imolã,
Alex. & alios in d. l. centurio, à quibus non diſſentit ibi Bart.
ſequitur Bal. & Sal. in l. precibus, C. de imp. & alijs ſubſtit. D.
Alex. conſi. 13. col. fi. lib. 4. Soc. conſ. 141. lib. 1. & conſi. 104.
lib. 3. & Dec. conſ. 182. & eſt communis, & uera ſententia.
Ex qnibus liquido apparet, quod Ludouicus actor etiam ſi
foret in conditione poſitus, non fuit, nec eſt ſubſtitutus Gu-
lielmo proauo.
Sed an poſſit videri ſubſtitutus Ludonico auunculo filio
dicti Gulielmi, erunt fortaſſis qui eum ſubſtitutum putabũt,
quia Petrus frater d. Gulielmi, & ſucceſſiuè alij fratres fue-
runt ſubſtituti ipſi Gulielmo, ſi ſine prole, & proles ſine alia
13 prole decederet, & ſic poſt mortem vltimi de prole. † vbi au-
tem qnis ſubſtituitur poſt mortem plũriũ, & ab ultimo mo-
riente in omnibus bonis, tunc grauati cenſentur inuicem
ſubſtituti, l. Titia, §. Seia, ff. de leg. 2. ſecundum communem
intellectum, quem Bar. Alb. Imo. Bal. & alij communiter ibi
ſequuntur, & in l. vel ſingulis, & in l. ſi pater impuberes, ff.
de vulg. & pup. Soc. conſ. 77. lib. 1. & conſ. 249. materia, col.
5. lib. 2. ſed hoc non obſtante contrarium conſtat, & uerius:
quia poſito quòd Ludouicus actor eſſet de perſonis poſiti
in conditione, quod conſtat eſſe falſum, vt ſupra in exordio
probatum fuit. tamen non poſſet videri ſubſtitutus Ludoui-
co ultimo defuncto filio dicti Gulielmi auunculo ipſius a-
ctoris. Quia ambo, videlicet Ludouicus defunctus, & ipſe
Ludouicus actor, ſunt poſiti in conditione, cum ambo ſint
de prole Gulielmi, licèt ipſe actor ex fratre procreatus ſit:
14 † poſiti aũt in conditione nunquam cenſentur inuicem ſub
ſtituti, ut docet Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, in primo
caſu, ff. ad Treb. Et ratio eſt, quia ſubſtitutio non cenſetur fa
cta ultimo de prole in cõditione poſito, ſed ipſi inſtituto ſub
duplici conditione, ut dictum fuit ſupra, & declarat Bar. in l.
ſed & ſi ſic, ff. de leg. 3. & in l. codicillis, ff. de vſuſ. leg. & Dom.
Alex. conſi. 105. perſpectis. col. 3. lib. 1.
Non ergo obſtat tex. in d. l. Titia, §. Seia. quia procedit quã-
do ſubſtitutio fuit facta poſt mortem plurium grauatorum,
& ultimu moriente. in caſu noſtro ſubſtitutio fuit facta poſt
mortem plurium non grauatorum, ſed ſolum poſitorum in
conditione. Itẽ fuit facta Gulielmo primo inſtituto ſub duo
bus condirionibus alternatiuè, & non ultimo eorum, qui
fuerunt in conditione poſiti. ergo non erunt inuicem ſubſti-
tuti, ut dicit Soci. in d. §. cum ita, quem videant Do. Iudices,
col. 2. verſ. primus caſus. quia decidit formaliter has dubita-
tiones, & aliter Imo. in d. l. centurio, & alios plures ita tene-
re, quos non reſero, quia uideri poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutus pluribus, an & quando dicatur ſingularis ſubſtitu*
tus ultimo tantum morienti.
2 *In ſubſtitutione facta pluribus inſtitutis in plurali, an reſoluã-*
tur in ſingularitatem.

RESPONSVM XVI.

VErba ſubſtitutionis talia ſunt, & ſi dictæ filiæ
ſine filijs legitimis moriãtur, ſubſtituo proximio
rem de parentela. Quæritur utrum ipſæ filiæ vi-
deantur inuicem ſubſtitutæ? Dicebam, quòd ſic. & ſi intel-
ligamus

ligamus illa verba pluralia,ſi dictæ filiæ, reſoluantur in ſuas ſingularitates, tunc uidebatur locum eſſe expreſſę ſubſtitutioni, per quam uocatur proximior, & cum ſuperſtes ſit ipſa proximior,deberet ſuccedere.

1 †Si vero intelligamus illa uerba collectiuè,ideſt ſi omnes moriantur ſine filijs,tunc videbatur locum eſſe tacitæ ſubſtitutioni tali ratione, quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortẽ plurium liberorum, quorum aliquis ſuperſtes uerìſimiliter ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum; tunc intelligitur facta ab ultimo moriẽte.caſus eſt in l. qui duos, ff. de vulg.& pup.qui tex.habet etiam locum in fideicõmiſſa tia ſecundum Soc.in d.l.hæredes,§. cum ita, in 3. membro §.caſus.& ad iſtud propoſitum ipſum adducebam.

Vis tota præſentis conſultationis conſiſtit circa interpretationem horum uerborum,ſi dictæ filiæ,&c.ſi enim intelligamus quod ſtent collectiue,ideſt ſi omnes moriantur ſine filijs,tũc crederem conſultationem prædictorum Dominorum meorum de iure procedere per rationes & fundamenta ipſorum: ſi uerò intelligamus quod ſtent ſingulariter.i.ꝙ illa pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates, tunc ut etiã ipſi concedunt, locus eſſet ſubſtitutioni factæ de proximio-
2 re. † videndum eſt igitur,an illa pluralitas reſolui debeat in ſingularitates? Et videtur ſine dubio dicendum, quod ſic, cum non ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio concepta ſub nomine collectiuo, ſed ſimpliciter,ut l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebel. Et ſi dicatur quando prima ſuperſtes eſt talis, quæ ex tacita mente defuncti habet excludere ſubſtitutum, tunc non reſoluitur, imò fideicommiſſum intelligitur iniunctũ ab ultimo moriente ſecundum Barto.in d.l.hæredes mei,§. cum ita,ad Treb.argumen.l.ſi is,qui ea.§.item ſi pater,ff.de reb.dub.& cum non ſit factum in tota hæreditate, debet,intelligi teſtatorem ſolum uoluiſſe conſeruare ius legitimarũ ſucceſſionum ab inteſtato, l. vel ſingulis, ff.de vulga.& pupi. Ad iſtud,in quo cõſiſtit principale fundamentũ Dominorũ meorum,videtur poſſe reſponderi eſſe aduertendum ſi ſubſtitutus pariter ſit de liberis,tunc non intelligitur fideicommiſſum iniunctum ab ultimo moriente, ſed pluralitas ipſa reſoluitur in ſingularitates,& procedit diſpoſitio dicti §.Caio.ita Imo.& Alex.in d.§. cũ ita. Cum igitur ſit ſubſtitutus proximior de familia,& ipſæ filiæ ſuperſtites dicantur proximiores,& de ſamilia,l.voluntas,C.de fideicomm.locus erat ipſi ſubſtitutioni.

Nec obſtat quod debeat eſſe diſcretio inter ſubſtitutos & grauatos. quia verum, ſed hic eſt manifeſta differentia intelligẽdo defunctam grauatam fuiſſe reſtituere partem ſuam ſororibus proximioribus ſuperſtitibus,aliàs hoc modo nulla poſſet fieri reciproca ſubſtitutio.

Non obſtat quod fideicommiſſum ſit pluraliter iniunctũ ſine diſtributiuo,quia uerum: ſed ubi ſimpliciter fit, pluralitas reſoluitur in ſingularitates,d.§. Caio.

Non obſtat denique doct. Soc. in d. §. cum ita, in primo caſu. quia loquitur quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortẽ plurium poſitorum in conditione. Nos vero loquimur, quando ſubſtitutio non eſt facta poſt mortem omnium,ſed poſt mortem cuiuſlibet,ut patet ex prædictis. in illa materia loquitur quando agitur de tacita ſubſtitutione, nos verò loquimur in expreſſa: quia dico ſuperſtites ſorores ſuccedere,quia ſunt de proximioribus.item ibi Soc.loquitur in ſubſtitutione poſt mortem poſitorum in cõditione:nos in ſubſtitutione poſt mortem grauatorũ, ut de ſe patet & videtur ex Soc.in primo membro,& in ſecũdo, & cognoſcetur differentia inter iſta, licèt quantum ad terminos noſtros de hoc non ſit curandum,& videatur conſ.Dom. Raph.Com.conſ. 55.quod per deciſionem,in primo lib.ubi tacitè, & per locũ à ſpeciali videtur hanc opinionem amplecti.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,maſculis,appoſitum in fideicommiſſo, operatur ut bona conſeruentur in familia deſcendentium maſculorum.*
2 *Verbum,quodlibet ſemper cum miſterio præſumitur appoſitũ.*
3 *Filiorum appellatione maſculi tantum ueniunt ex præſumpta mente teſtatoris,quando filias præterijt.*
4 *A teſtatoris voluntate recedere, eſt contra teſtatoris conſenſum facere.*
5 *Nepos in fideicommiſſo ſuccedit cum patruo in locum patris, quando agitur de hæreditate aui, vel patrui, niſi repugnaret voluntas teſtatoris, & dicuntur gradatim ſuccedere. & nu. 6.& 12.*
7 *Verbum,gradatim,in ſubſtitutione ad decedentes,uel ſuperſtites refertur.*
8 *Relatio ad proxima fieri debet,ubi commoditas patitur.*
9 *Præcedentia declarantur ex ſequentibus.*
10 *Verba ſubſtitutionis vbi non conueniunt, non debet eius diſpoſitio adaptari.*
11 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*

RESPONSVM XVII.

Vridicam exiſtimo præmiſſam cõſultationem excellẽtiſſimi Iurecõſulti, Pręceptoris mei
1 obſeruandiſſimi,Domini Franciſci Curtij, † ꝙ fideicommiſſum conditionale fuerit tranſmiſſum in hæredes deſcendentes ex coniecturis per eum allegatis. Et pro ſecunda coniectura collecta ex illo verbo, maſculis. facit, quia ſi teſtator noluiſſet bona conſeruari in linea deſcendente ſuorum maſculorum, fruſtra adiecisſet verbum, maſculis. Iſtud autem non eſt credendum,
2 † quia quodlibet verbum teſtatoris præſumitur appoſitum cum miniſterio operandi,l.ſi quando,in princ. ff.de legat.1.

Et quod iſta fuerit intentio teſtatoris patet,quia Antoninam filiam præterijt, & filios in nomine ſubſtituit, ſi ſine filijs decederet propter eius filiæ præteritionem.iſto caſu etiã
3 ſi non eſſet dictum verbum,maſculis: †tamen ex præſumpta mente teſtatoris appellatione filiorum tantum maſculi cõtinebantur,ut bona conſeruentur inter maſculos.ita ſignanter decidit Fulg.in l.1.C.de cond.inſt.ſequitur Socin.in Repet.l.cum auus,col.45.in 3.quæſt.ff.de cond.& demonſtr.

Accedat,quod etiam ceſſantibus coniecturis illa opinio, quod fideicommiſſum conditionale tranſmittatur ad deſcendentes,habet uolũtatem teſtatoris pro ſe, licèt communis uideatur in contrarium.ita Fulg.in l.1.C.de his,qui ante ap.tab.& ita etiam atteſtatur Soc.in conſi.77.uiſa facti cõtingentia,col.8.in prima parte.

4 †Cum ergo ita ſit,quòd hæc fuerit uoluntas teſtatoris,iniqua videtur & contra eius conſenſum ab ea recedere.iuris rigor videtur infringere ſecundum Innoc. in c. quia plerique, de immuni.eccleſ.duo tantum ſunt, quæ hanc cõſultationem dubitabilem reddunt,ad quæ præfatus Pręceptor meus non aduertit,& ſuper quib.(ut intelligo) aduerſantes faciunt ſuũ capitale fundamentum.

5 Primo, quia poſito quòd uera eſſet illa opinio, † quod nepos in fideicommiſſo ſuccedat in locum patris ſimul cũ patruo,quando agitur de hæreditate aui, uel patrui: tamen non procederet, quando appareret de contraria uoluntate teſtatoris,quia illa attenditur,l.cum virum, C.de fideicom. ſed in propoſito caſu clarè conſtat ex uerbis teſtatoris, ꝙ patruus ſolum uocatus fuit,& non nepotes, igitur in claris nõ eſt admittenda uoluntatis quæſtio, l. ille aut ille, §. cum in verbis,ff.de leg.3. Quod ita ſit,ponderandum eſt primo, ꝙ teſtator ſubſtituit filios ſuperſtites gradatim & in totum; ſi gradatim,ergo plus uocãtur filij, ꝗ nepotes.quia filij in primo gradu ſunt,nepotes in ſecundo,§.1.Inſt.de grad.ſi uocat ſuperſtites filios in totũ,ergo non nepotes,l. fœminæ, C. de ſecund.nup.in uerbo ibi,totum ad filios primi matrimonij. Sed ulterius conſiderando cognoui,ꝙ non aduerſantur con-
6 ſultationi præmiſſæ,†& ad fundamentum de uerbo, gradatim,reſpondeo ꝙ ſi nepotes ſimul cum patruo ſuccedant dicuntur eodem gradu,& ſic gradatim ſuccedere:nam nepotes ſubintrant in gradum patris ſui, & ex gradu paterno ſuccedunt in hæreditate aui,ſecũdum Bar.in l.1.§.ſi filius, ff.de coniũg.cum eman.lib.Probatur in §.reliquum,in Auth. de hæred. ab inteſt. uenien. & firmat in terminis noſtris Alex. conſ.88.& conſ.137.vol.1.

7 Secundò poteſt probabiliter dici,† ꝙ verbũ,gradatim, referri debeat ad decedentes ſine filijs maſculis,non ad ſuperſtites,quod ſic oſtẽditur.Clarum eſt, ꝙ teſtator ſuperſtites ſimul vocauit in princ. ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ, dum dicit, alij ſuperſtites in totum ſuccedãt.ergo verba illa, gradatim de vno in vnum, nõ poſſunt referri ad ipſos ſuperſtites,quia ſic teſtator in continenti ſe corrigeret,cõtra l. nam ad ea. ff. de cõd.& demonſt. & quod referri debeat ad decedẽtes ſuadetur,
8 †quia relatio ad proximiora eſt ſemper faciẽda. ſi cõmodè fieri poteſt,l.ſi idem cum eodem,§.fi.ff.de iuriſd. om. iud.Comprobatur etiam ex clauſula ſequẽti,ꝙ ſi omnes decedant ſine filijs maſculis, &c. nam ex ſequentib. declarãtur
9 præcedentia,& econtra,l.qui filiabus,& ibi per Moder. & l.ſi ſeruus plurium,§.fi.ff.de legat. primo, cum ſimilibus. Ad fundamentum vero de verbo,in totum,quod magis videtur

urgere. Reſpondeo etiam dupliciter, & primò dico quòd il-
la uerba, ſuperſtites ſuccedant in totum, debent intelligi in
caſu, quo omnes gradatim de uno in vnum deceſſerint ſine
maſculis. ita enim neceſſario dicendum eſt retento funda-
mento ſupra facto, quod verbum, gradatim, referendum ſit
ad decedentes. Et ſenſus illorum uerborum, quòd alius
ſuperſtes, ſeu alij ſuperſtites ſuccedant in totum, &c.

Quod ſi unus præmoriatur ſine liberis, alij ſuperſtites ſuc-
cedant; & ſi ſucceſſerint de uno in unum, præmoriatur ulti-
mus ſuperſtes ſuccedat in totum. Ita enim gradus deceden-
tium, & ordo ſeruatur. verum ſi de uno in unum non de-
cedant ſine maſculis, ſed unus præmoriatur cum maſculis:
tunc quia non deceſſerunt de uno in unum ſine maſculis,
10 ultimus ſuperſtes non uocatur in totum, † quia uerba ſub-
ſtitutionis non conueniunt, ergo nec diſpoſitio, l. quod con
ſtitutum, ff. de teſtamento milit. Et quia eſt tunc caſus o-
miſſus, relinquitur diſpoſitioni iuris communis, l. commo-
diſſimè, ff. de lib. & poſth. ſed de iure communi ſunt, dica-
mus quod agat de ſuccedendo auo ratione fideicommiſſi,
11 tunc vera eſt opinio, † quòd etiam in fideicommiſſo nepos
admittatur ſimul cum patruo, & iuridicè conſuluit primus
Dominus Conſultor. pro qua opinione etiam conſuluit
Com. conſi. 115. incipiente, in hac conſultatione, col. fi. vol.
2. & Socin. in effectu dicit iſtam communem in l. ſi cogna-
tus, colum. pen. ad fi. ff. de rebus dub. ſiue dicamus quòd aga-
tur de ſuccedendo patruo, adhuc nepos admittitur cum pa-
truo, auth. ceſſante, C. de leg. hæred. quod ex quo nepotes
repræſentant perſonam patris, & ſubintrant gradum, & lo-
cum patris.

SVMMARIVM.

1 *Filij appellatione an contineantur nepotes, præſertim quando diſiunctiuè proferetur, uel cum aliqua qualitate excludente nepotem aut agitur de odio alterius, & nu. 7. 12. & 13.*
2 *Proprietati uerborum ſemper ſtatur, ubi non conſtat de contraria uoluntate teſtantis.*
3 *Teſtatoris uerba ſecundum communem uſum loquendi capiuntur.*
4 *Doctoris authoritas non neceſſitat, ſicuti ſanctio legis.*
5 *Alluſio uocabuli quid ſit.*
6 *Communis loquendi uſus attenditur in qualibet diſpoſitione.*
8 *Participium, primogenitũ, reſoluitur in relatiuum & verbũ.*
9 *Statutum, quod non extantibus filijs maritus lucretur dotem, an habeat locum ſi extent nepotes & non filij.*
10 *Inueſtitura proſe, & filijs ex ſe natis, non comprehendit nepotes.*
14 *Nepotem eligere non poteſt grauatus reſtituere hæreditatem uni ex filijs, quem elegerit*
15 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta de filio, an comprehendat nepotem.*

RESPONSVM XVIII.

VErba ſubſtitutionis ita cantant, in omnibus
autem bonis noſtris, in quibus Domi. Ludoui-
cus eſt hæres inſtitutus euaneſcentibus omnib.
gradibus ſubſtitutionum prædictarum ſubſtitui
mus filiam legitimam primogenitam dicti Ludouici ſi ſu-
perniuerit, & ſi non ſuperuixerit & ſupereſſent ex ea liberi
maſculi & legitimi, tunc priorem natum nobis & dictis ſub
ſtitutis ſubſtituimus ſi habilis fuerit. alioquin ſecundo geni
tum, & ſic de alijs ſucceſſiuè.

Quæritur, an euaneſcentibus omnibus gradibus ſubſtitu
tionum trineptis dicti Ludouici ſi ſuperuixerit, & ſi non ſu-
peruixerit an eius trinepotes filii maſculi ſecundum ordinẽ
primogenituræ ſubſtituti intelligantur?

Reſolutio huius quæſiti pendet ab illo prolixo & uulgato
1 articulo, † an appellatione filiæ contineatur neptis, prone-
ptis, abneptis, trineptis, & deinceps, qui latè diſcutitur per
Bar. in l. liberorum, ff. de verbor. ſigni. & in l. Gallus, §. inſti-
tuens, ubi ampliſſimè Mod. Bono. & Sen. ff. de lib. & poſthu.
Ego more meo paucis agam reſecatis ſuperfluis, & omiſſis
his, quæ ad rem noſtram non benè adaptari poſſe cognoue-
ro. Reſpondeo itaque hoc loco trineptem & eius liberos
maſculos non contineri appellatione filij, & conſequenter
ex hac ſubſtitutione non fuiſſe uocatos rationibus ſubſe-
quentibus.

2 Primo, quia † à uerborum proprietate non eſt receden-
dum, niſi de contraria uoluntate teſtatoris appareat, l. non
aliter, ff. de lega. 3. appellatione autem filiæ ſecundum pro-
prietatem verbi non continetur neptis, l. iuſta interpretatio
ne, ff. de uerb. ſignifi. quam ad hoc notat ibi Dy. & Bar. in d. l.
liberorum, col. 5. verſi. ſecundo principaliter eſt uidendum,
Pet. de Anch. in clemen. 1. de baptiſ. & communiter Scribẽ-
tes in d. §. inſtituens.

3 Secundo, † quia ſecundum communem uſum loquendi
ſunt verba teſtatoris exaudienda, l. cum de lanionis, §. aſi-
nam, ff. de fundo inſtr. inſt. leg. l. Labeo, de ſupel. lega. ſe-
cundum autem communem uſum loquendi appellatione
filiæ non continetur neptis ſecundum gl. & Bal. in §. fin. Inſt.
qui teſtam. tut. dari poſſunt. & in §. cum igitur, in Auth. de
non eligen. ſecun. nub. & Iac. Butr. in l. 1. ff. de fide inſtr. & in
1. conſtitut. ſlorum. pariter poſt D. Ant. in proœ. Gregor. col.
3. Alexan. conſi. 1. col. 6. lib. 1. & ita omnes atteſtantur.

Et ſi dicatur non conſtare de aſſerto communi uſu loquẽ-
di: reſpondetur quod credendum eſt tot illuſtribus Doctori
bus atteſtantibus de tali communi uſu, ſecundum Bart. in l.
de quibus, ff. de leg. Pau. de Caſt. conſi. 161. in præſenti cauſa,
circa princip. & licèt non eſſet credendum uni, uel duobus
Doctoribus aſſerentibus ita ſe habere communem uſum lo
4 quendi, tamen Legiſlatori ita aſſerenti ſtandum eſt: † quia
licèt Doct. authoritas non neceſſitet, tamẽ legis ſanctio om-
nes ligat, c. 1. de conſtitut. l. fi. C. de leg. in propoſito autẽ no-
ſtro Legiſlator aſſerit aliter filios, aliter nepotes appellari.
ita dicit Iureconſultus in l. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tut.
& in d. §. fi. Inſt. qui teſtam. tut. da. poſſ. quod nihil aliud eſt
dicere, niſi quòd filij non appellantur nepotes, licèt uerbi ſi-
gnificatio aliud fortaſſe oſtenderet, cum aliud ſit appellatio,
aliud ſignificatio. Et ideo Bal. in d. §. fi. ſic dicebat, aut cõſtat
de mente proferentis, & tunc ſtamus certo. Aut non conſtat,
& tunc aut quæritur de ſignificatione, aut de appellatione.
Primo caſu appellatione filiorum ueniunt nepotes, quia
filius dicitur à philos, quod eſt amor, qui maior eſt erga ne-
potes, quàm erga filios, ſecundum gl. in d. l. liberorum, quod
tamen non affirmo, quia Bar. & alij cõiter tenent, ꝙ uerbo fi
liorum non propriè ſignificãtur nepotes, ut ſupra dixi. Secũ-
do caſu videlicet cum quæritur de appellatione. i. de com-
muni uſu loquendi ſub uerbo filiorum, non cõtinentur ne-
potes, quia aliter filij, aliter nepotes appellantur, d. l. quod ſi
nepotes. & abſque dubio ita ſe habet communis uſus loquẽ
di. Quod ſi opus fuerit, facilè probari poterit, iux. modum
traditum per Bar. in d. l. Labeo. quo fit ut non ſit allegãda
5 † alluſio vocabuli, quæ dicitur reſolutio uocis in proprium
ſignificatum, ſecundum Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo, de cõ-
trou. inueſtit. quia eſto, ꝙ filius diceretur à philos, i. ab amo-
re, & ſic & conueniret nepotib. cæteriſque deſcendentibus:
tamen debet ſignificatio cedere appellationi, ſiue cõi uſui
loquendi, l. librorum, in princ. & §. quod tamẽ Caſſius, ff. de
leg. 3. Nam (teſte Oratio) penes arbitriũ uſus eſt, & norma
loquendi. & licèt D. Alex. conſ. 9. uiſis uerbis, lib. 1. dicat, ꝙ
Doct. fruſtra diſputarũt, an uerbo filij, cõtineant nepotes, &
deinceps, ſi aľr filij, aľr nepotes appellarent ſm cõem uſum
6 loquendi. † nã in unaquaque diſpoſitione cõis uſus atten-
dendus eſt: quia, pace ſua, diſputatio non eſt fruſtratoria pro
pter extenſionem faciendam. uel ex ſtricta ſignificatione cõ
munis uſus ad largam reſultantem ex alluſione uocabuli,
uel ex mente proferentis, l. nominis & rei, §. verbum ex leg.
ff. de uerb. ſignifi. & per ea, quæ traduntur per Bar. in materia
extenſionis, in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure. & per Mod.
in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. mat. & in l. fi. C. de ſacroſ. ecc. & ꝙ
diſputatio Doct. ſit utilis propter materiam extenſionis, pa-
tet ex doct. Bart. in d. l. liberorum, & Mod. in d. §. inſtituens,
& per ea, quæ ſcribunt Doct. in uarijs conſ. de quib. infra.

7 Tertio, † quia ubi uerbum filiæ, profertur diſcretiue, nun-
quam continetur neptis, & minus trineptis, l. lege Iulia, §.
ex hoc capite, ff. de ritu nup. l. pater, ff. de adult. l. ſi quis ince-
ſtum, C. de inceſtis nup. & patet ad oculum: nam ſi teſtator
diſcrete & ſeparatè faciat mentionem de filia, & de alijs li-
beris ex ea naſcituris planè conſtat nolle per uerbũ, filiæ, de-
monſtrare neptes, proneptes, & deinceps, & hoc apertè dixit
Iureconſult. in d. l. liberorum. in caſu autem huius ſubſtitu-
tionis teſtator loquutus eſt diſcretiuè: nam poſt filium uo-
cauit liberos maſculos ex ea naſcituros. ex quo datur intelli
gi, ꝙ teſtator ſubſtituendo filiam, non intellexit ſubſtituere
nepotes, nec etiam neptes. quia ſi ita eſſet, fruſtra loquutus
fuiſſet

fuiſſet diſcretiuè ſeparando nepotes à filia, & hoc argumento utitur Soci. conſi. 49. capio primam, col 5. lib. 1.

Quarto, quia teſtator non ſubſtituit filium Ludouici ſimpliciter ſed filium Ludouici primogenitum, uel ſecundogenitum, iuxta ordinem geniturae, quod idem eſt ac ſi ſubſtituiſſet filiam, quæ ex Ludouico primo, vel ſecundo nata ſit, c. Ioſeph, de uerborum ſignificatio.

8 Quod etiam ex natura participij demonſtratur, † nam illud participium, primogenitum, uel ſecundogenitum, reſoluitur in relatiuum & uerbum, ſecundum glo. in clemen. prima, in uerbo, dignitatibus, de præben. & ſic ſenſus huius participii, primogenitum, idem eſt ac ſi dictum eſſet, filiam quæ primo, uel ſecundo genita ſit à Ludouico: ſed ſi ita dictum foret, non contineretur trineptis abnepte ſeu ab nepote generata, quia conſtat eam nō eſſe genitam à Ludouico, ut formaliter dixit Bart. in d. l. liberorum columna quarta, ad fi. verſic. præterea probatur. & Angel. in l. prima, C. de condition. inſer. ubi dicit, quod ſi ſubſtituatur filius ex tali, puta Titio natus, non intelligitur tunc ſubſtitutus nepos, qui licèt filij appellatione aliàs contineatur, non tamen poteſt dici natus ex Titio. Et idem uoluit Dominus Guido Papæ deciſ. 353. teſtator tres habens filios. & in ſimili idem deter-
9 minauit Barto. conſi. 133. licèt in quæſtione. ubi dicit, † quod ſi ſtatutum dicat maritum lucrari dotem, non extantibus filijs ex ipſo & uxore, quod hoc caſu non continetur nepos, quia non poteſt nepos dici ex eo extare propter uerbum, ex, quod denotat cauſam immediatam, l. prima. §. ex incendio, ff. de incend. ruina, naufr. & Angel. in §. nec illo, in Authen. de trien. & ſemis. ubi dicit, quod inueſtitura pro ſe & filijs
10 ex ſe natis, non intelligitur inueſtitus etiam pronepotibus.
11 † & quia quando uerbum, filius, profertur cum aliqua qualitate excludente nepotem, nunquam continetur nepos, le. cum filiusfa. ff. de teſtamen. milit. ubi filius militis non rectè dicitur filius reſpectu aui, qui non eſt miles, & l. impuberi, ff. de adminiſtratio. tuto. Et ideo Soci. poſt Bart. & alios communiter in dicta lege, Gallus, §. inſtituens, ad
12 fin. dixit † quod licèt nepos abſolute loquendo poſſit dici filius, non tamen poteſt dici filius talis, puta Tiij, cui nepos eſt. Confirmatur, quia filia eſt prima perſona deſcendēs neptis, ſecunda proneptis, tertia abneptis, trineptis quando tractatur de ſimplici fauore deſcendentium quarta, trineptis quinta, l. iuriſconſultus, ff. de grad. ergo appellatione filiæ primogenitæ Ludouici, non continebitur trineptis, quia quod quinta perſona in gradu ſit primogenita, uel ſecundogenita Ludouici exiſtentis in primo gradu, implicat contradictionem, & impoſſibilitatem per naturam, ſecun-
13 dum Bald. conſilio ſecundo, lib. primo, † quia licèt aliàs appellatione filiorum continentur nepotes, & trinepotes. quando tractatur de ſimplici fauore deſcendentium. tamen quā do agitur etiam de odio alterius non contineātur nepotes. etiam quòd eorum fauor ſit, quod contineātur, ſecundum Bart. in dicta l. liberorum, & Mode. in dicto §. inſtituens, ſic declarantes text. in dicta l. quod ſi nepotes, & in dicto §. fin. ubi tutor datus filijs, non intelligitur datus nepotibus: quia licèt ex parte nepotum agatur de fauore eorum, quod habeant tutorem, & defenſorem, quia tamen agitur de onere ipſius tutoris appellatione filiorum non ueniunt nepotes. Ita in propoſito noſtro dicendum eſt, quia licèt agatur de fauore trineptis, quod ſit ſubſtituta, quia tamen agitur de grauamine reſpectu Domini Ludouici primo ſubſtituti, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de uulgar. & pupil. Appellatione filiæ non continebitur trineptis.

Sexto pro iſta ſententia uidetur caſus in l. cum pater, §. hæ-
14 reditatem, ff. de leg. 2. ſecundum intellectum Dy. † ubi grauatus reſtituere hæreditatem uni ex filijs ſuis, quem elegerit, non poteſt eligere unum nepotem, & ſic eſt ibi clarus text. quod ſi ſubſtituatur filius, non intelligitur ſubſtitutus ne-
15 pos. † Et quod in ſubſtitutione fideicommiſſaria, qua ſubſtituuntur filij, vel filiæ, non cenſeantur ſubſtituti nepotes, uel neptes, conſuluit Ludouic. Rom. conſi. 438. in cauſa cōſultationis, columna finali, & Domi. Alexand. conſilio 56. Androandus, lib. 5. Cor. conſ. 182. uidetur prima facie. col. tertia, eo. lib. ſecundo, & conſilio 199. in præſenti conſultatione, columna 12. eodem lib. vbi teſtatur ita fuiſſe conſultum per omnes Doct. Flor. & alios præſtantiores totius Italiæ, & ita fuiſſe iudicatum, & ita etiam conſuluit Soci. conſilio 73. columna ſexta, & pluribus ſeq. lib. quarto, & Decius ampliſſimè conſ. 95. in ſecundo dubio, per totum. Cur. conſ. 46. ſæpe reuoluta, columna nona, & ſequen. & ex prædictis patet reſponſum ad doct. Barto. in d. l. liberorum, & ad alia contraria etiam reſpondent Doctor. in allegatis conſilijs: nam illa doctr. procedit quando agitur de ſolo fauore nepotum. & trinepotum, ſecus ubi agitur etiā de odio & onere alterius, nam prohibitio de non alienando ſub pœna priuationis & deuolutionis in alterum facta filijs, quia eſt odioſa reſpectu filiorum prohibitorū, non porrigitur ad nepotes, licet ſit fauorabilis reſpectu eius, cui in pœnam applicatur, ſecundum Bartol. & alios communiter in l. filiusfam. §. diui, columna finali, ff. de leg. primo. Bal. in l. uoluntas, C. de fideicom. Item doctr. Bar. procedit, quando fit mentio filiorum ſimpliciter, & abſolutè: ſecus ſi cum aliquo adiuncto excludente nepotes, ut in caſu noſtro, ſecundum Soc. poſt alios in dicto §. inſtituens. Aliter etiam reſpondet Dec. in dicto conſilio 49. & aliter Socin. in dicto conſil. 73. ſed aliter non refero. quia uideri poſſunt, & quia ex prædictis ſatis ſuperque colligitur reſponſio ad omnia contraria, quæ adducuntur per Barto. & Domi. Alexand. & alios in uarijs conſilijs relaus per Doctor. in locis præallegatis. Nam omnia ipſa conſilia loquuntur in diuerſis terminis, & eorum rationes ſubuertuntur ex prædictis.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Suus hæres efficitur filius legitimus.*
2 *Sui filij ſunt aut inſtituendi, aut exhæredandi, aliàs teſtamentum rumpitur.*
3 *Diſpenſati præteritione non rumpitur teſtamentum.*
4 *Legitimatio & diſpenſatio quomodo differunt inter ſe.*
5 *Diſpenſatio quò ad ſucceſſionem ex teſtamento non extenditur ad feuda.*
6 *Diſpenſatus ad ſucceßionem, ſi pater uoluerit, non poteſt contratabulare.*
Minus habet ius dicendi nullum, ſi fuerit præteritus, cum ei nō debeatur legitima. nu. 7. 14. & 17.
8 *Filia excluſa à teſtamento, non rumpit teſtamentum ſi ſit præterita, nec poteſt contratabulare.*
9 *Clauſula codicillaris, an impediat detractionem legitimæ ac Trebellianicæ.*
10 *Clauſula codicillaris operatur quòd filius præteritus cogitur reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus.*
11 *Trebellianica detractio non poteſt prohiberi filijs primi gradus.*
12 *Filij ſi ſint præteriti, & cogantur ex clauſula codicillari reſtituere hæreditatem, an ex ea poßint detrahere Trebellianicam, uel ſolùm legitimam iure natura debitam.*
13 *Legitima & Trebellianica eodem tempore non detrahuntur, ſed legitima ſtatim, Trebellianica uerò conditione purificata.*
15 *Dummodo, uerbum, importat conditionem: ſi ponatur iuxta uerbum futuri temporis.*
16 *Legitima non debetur illegitimo.*
Etiam ſi fuerit legitimatus quò ad ſucceßionem ſi tamen patri placuit. nu. 17.
18 *Inceſtuoſi non poſſunt ſuccedere patri.*
19 *Subreptio uitiat diſpenſationem matrimonij*
20 *Reſcriptum diſpenſationis an continere habeat in ſe tacitam clauſulam, ſi preces ueritate nitantur.*
Et ſi motu proprio ſit conceſſa, intelligitur ſi cauſa motiua ſint uera, quòd ab impetrante eſt probandum. nu. 21.
22 *Diſpenſatio conualidat matrimonium & prolem legitimat.*
23 *Probare non tenetur habens intentionem fundatam iuris præſumptione, præſertim iuris ſcripti, ſi preces inueniuntur natura, uel qualitate facti.*
24 *Præſumptio eſt pro allegante ignorantiam. nu. 25.*
Et quòd quis nolit facere actum fruſtratorium.
26 *Impubes quidquid uidet, ignorat.*
27 *Nec poteſt contrahere matrimoniū filia, niſi habeat 12. annos in quorum ultima die reperiatur.*
28 *Principijs ignoratis, omnia quæ ſequuntur, ignorantur.*
29 *Impubes contrahens illicitum matrimonium, non punitur, etiā ſi ſit doli capax.*

30 *Malum inchoatum principio, malos ſolet parere exitus.*
31 *Præſumptio eſt iudicium facere ſecundum formam mandati, & eſſe informatum de neceſſarijs.*
32 *Probatio præſump. ſufficit ad probandum incidenter matrimonium.*
33 *Matrimonium quando incidenter, non principaliter de eo agitur, probatur ex inſtrumento dotis.*
Nec non publica fama 34.
Idem quando agitur de probando dominio 35.
36 *Legitimatio probatur ex colorata poſſeſſione facti ſeu quaſi.*
37 *Legitimi dicuntur etiam nati ex putatiuo matrimonio.*
38 *Pronunciatur in dubio pro matrimonio.*
39 *Nullitas ſententiæ pro matrimonio non reddit filios illegitimos.*
40 *Ignorantia iuris neminem excuſat etiam mulierem, niſi in caſibus expreſſis à iure. & niſi ſit probabilis, non craſſa, & non petatur officio iudicis æquitate ſuadente. & nu. 42.*
41 *Temporis antiquitas excuſat ab ignorantia.*
43 *Sententia ſtans pro matrimonio venit in dubio capienda.*
44 *Ignorantia probabilis alterius ex coniugibus tollit uitium illegitimitatis.*
45 *Natalium cauſa, etiam incidenter propoſita, ſpectat ad forum eccleſiaſticum.*

RESPONSVM XIX.

EX prænarrata facti ſerie plura eliciuntur dubia, ſed duo principalia ſunt, à quib.
cætera dependent: alterum mouet legitimatio
Petri Aymarij ſpurij dicentis teſtamẽtum nullũ
vitio præteritionis: alterum vero mouet diſpenſatio ſuper
tertio affinitatis gradu facta cum parentibus pupillorum in
ſtitutorum, quam tamen prædictus ſubſtitutus nullam & in
ualidam eſſe prætendit. Ego paucis, ut conſultorem de
cet, ſtudebo hæc duo dubia cum ſuis acceſſorijs clariſſimè
reſoluere.
Circa primum uidetur præteritione Petri teſtamentum
1 nullum eſſe, † quia filius legitimatus efficitur ſuus patri &
cõſequitur omnia iura ſuitatis, §. generaliter, in Auth. quib.
mod. nat. effic. ſui. tranſit enim in poteſtatẽ patris, ut ibi
etiam firmat Bal. in l. inuiti, ff. de his, qui ſunt ſui, uel ali. iur.
& ita concludunt Bald. & Alexand. in l. eam quam, C. de fi
deicom. Iaſ. in l. qui ſe patris, columna quarta, in prin. C. un.
2 lib. † ſi ſui ſunt, ergo inſtituendi, uel exhæredandi, alioquin
præteriti rumpunt teſtamentum. l. in ſuis, ff. de libe. & poſth.
& ita concludit Bal. in l. cum in adoptionis, columna tertia,
C. de adopt. & in l. filius à patre, §. primo, ubi Aret. & alij, ff.
de lib. & poſthum. & d. Iaſ. in rubri. C. de poſth. hæred. inſtit.
ubi plures authoritates ad hoc congeſſit, & conſuluerunt
Ang. & Petr. de Anchar. Panorm. Paul. de Caſt. Alex. & alij,
quos refert & ſequitur Curtius conſilio 74. ſuper memora
ta, colum. 16.
Præmiſſis non attentis, contrarium in caſu occurrenti ve
rius eſſe reſpondeo. Et omiſſa diſputatione utrum legiti
3 matio valeat: circa quam plura dicenda ſe offerunt, † dico
quod etiam ſtante ualiditate ipſius legitimationis, nihilo
minus teſtamentum non fuiſſet, nec eſſet ruptum præteritio
ne dicti Petri legitimati, quia non fuit plenè legitimatus,
& primis natalibus reſtitutus, ſed ſolum fuit cum eo diſpen
ſatum quo ad quædam dumtaxat, ut apparet ex tenore di
ſpenſationis ibi, & cum eo diſpenſamus. qui tenor ante om
nia inſpiciendus eſt, cap. porrò, de priuil. cap. ſi Papæ, eo. tit.
lib. 6. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, ff. de uerb. oblig. l. inte
rcit. ff. de ſolut.
4 Probatur etiam ab effectu, † quia ea non dicitur legitima
tio, quæ legitimatum non reſtituit primis natalibus quo ad
omnes effectus, ſed ſi quo ad quædam reſtituat dumtaxat, di
citur diſpenſatio ſecundum Pau. de Caſt. & Moder. in l. ado
ptiuum, §. patronum, ff de in ius uocan. & in l. 1. ff. de iuriſd.
omn. iudic. & in l. pactum quod dotale, ubi Alexand. & Mo
der. C. de coll. Anton. de Butr. cap. per venerabilem, colum.
30. qui fil. ſint legitimi. Felin. in c. poſtulaſti, colum. 13. verſi.
vltimo in hac ſecunda, de reſcript. Et ad confirmationem
plura adducit Curt. in d. conſi. 74. colum. 6. Dec. conſi. 52. &
264. ſtatim allegando, & hac concluſione pleni ſunt codi
ces legum. Fuit enim cum d. Petro diſpenſatum ut poſſit
ſuccedere patri ex teſtamento, & ab inteſtato, dummodo
de eius proceſſerit uoluntate. Item non fuit legitimatus ad
5 ſeuda, † quia diſpenſatio ut poſſit ſuccedere ex teſtamen
to, uel ab inteſtato, non extenditur ad feuda, niſi ſit ſpeciale
dictum, ca. naturales, ſi de ſeudo fuerit controuerſia inter
do. agn. & uaſſ. Item non fuit reſtitutus primis natalibus,
nec abolita naturę macula uſque à principio natiuitatis: ſed
quò ad quædam in futurum diſpenſatus, non obſtante defe
ctu natalium, ut ſonant illa uerba, quamquàm ex damnato
6 coitu traxerit originem. † Diſpenſatus autem vt poſſit ſucce
dere, ſi pater uoluerit, non cenſetur diſpenſatus, ut poſſit cõ
tratabulare, & cõtra uoluntatem ſuccedere, ut firmat Ioan.
Andr. in addi. Spec. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. uerſ. ſed ex facto,
in addit. ſuper uerbo, quidam. ergo præteritus non rumpet
teſtamentum, nec ſibi competet ius dicendi nullum patris
teſtamentum. Ita conſuluit Ang. conſi. 264. dominus Papa,
& Alexan. conſ. 174. ultra ea, in 7. lib. & conſ. 30. in fine, li. 3.
& in caſu noſtro, quod præteritione legitimati cum clau
ſula, ut poſſit ſuccedere dummodo de patris proceſſerit uo
luntate, non rumpatur teſtamentum, firmant d. Alex. & Iaſ.
& Socy. in rub. ff. de libe. & poſthu. Et ita conſuluit in fortio
ribus terminis Dec. in conſil. 264. reuocatur in dubium, co
lum. fin. ubi uult quod etiã plenè legitimatus, & natalibus
reſtitutus quantum ad perſonam, ſi tamen quantum ad effe
ctum ſucceſſionis ſitantum habilitatus ad ſuccedendum, ſi
7 pater uoluerit. † Præteritus non habet ius dicendi nullũ,
quia taliter præterito non debetur legitima ſecũdum Ang.
in l. ab eo, C. de leg. hæred. ergo nec etiam dabitur ius dicen
8 di nullum per ea, quæ traduntur † de filia excluſa à ſtatuto,
ut etiã præterita non poſſit rumpere teſtamentum, nec con
tratabulare, ut docet Bar. in l. fina. §. fin. ff. ad Tertul. & in l. 1.
ff. de bonor. poſſeſſ. contratab. & per Ale. in l. filia dotem, C.
de colla. & in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 3. charta, ff. de
lib. & poſthu. ſiue ergo teneamus quod Petrus fuerit ſolùm
diſpenſatus ad quędam, ſiue quod fuerit plenè legitimatus
quò ad perſonam; quia tamen quantum ad ius ſuccedẽdi
fuit reſtrictus effectus legitimationis ad uoluntatem patris,
nullo caſu contra uoluntatem & contra teſtamentum au
diendus eſt. Et hac reſolutione ſtante, non eſſet ulterius
inquirendum quantum ad hunc Petrum, ſed pro uberiori
9 iure inſtitutorum libet inquirere. † Quid ſi præteritione
teſtamentum nullum foret, ſtante clauſula codicillari in
forma debita, idem Petrus teneatur reſtituere hæreditatem
inſolidum nulla retenta legitima, & Trebellianica? Videre
10 tur forſan dicendum quod ſic, † quia licèt filius præteritus
ſcienter cenſeatur uirtute clauſulæ codicillaris rogatus re
ſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, ut not. in l. ex ea, ff.
de teſtam. & l. eam quam, & l. ex teſtamento, C. de fideicom.
& ſi teſtamentum rumpatur præteritione filij, l. generaliter,
§. ex teſtamento, ff. de fideicom. liber. & docet Bart. d. l. 1. in
5. quæſt. ff. de iu. codic. Ale. & Mod. in auth. ex cauſa, C. de li
be. præte. tñ tãquàm filius legitimã & Trebellianicam detra
here poſſe videtur. legitimam, quia ab ea reijcitur omne
grauamen, l. omnimodo, l. quoniam in nouella, C. de inoff.
teſtam. ergo etiam reijcietur fideicom. quod eſt grauamen
l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de uulg. & pup. Trebellianicam
11 † quia pater ſecundum communem Doctor. ſententiã non
poteſt filius primi gradus prohibere detractionem Trebel
lianicæ, l. iubemus, & ibi Bald. C. ad Treb. traditur per Ale
xand. & alios in l. Marcellus, ff. eodem tit. ad Treb. per No
uiſſimos, maximè Crot. in l. non poteſt, ff. de leg. 1. Dec. con
ſil. 80. ſatis nota eſt. Quod poſſit detrahi legitima, & Tre
bellianica, uidetur probari in ca. Raynutius, & in ca. Raynal
dus, de teſtam. gloſ. & Pau. de Caſt. in l. Papinianus, §. memi
niſſe, ff. de inoffic. teſtamen. Angel. conſil. 99. Petrus de
vrbe.
Præmiſſis non obſtantibus reſpondeo nec Trebellianicã
nec legitimam detrahi poſſe. de Trebellianica conſtat, quia
cõmunis eſt & canonizata ſententia, quòd filius non poteſt
eodem tempore detrahere duas quartas, ſcilicet Trebellia
nicam, & legitimam. ita Barto. concludit, & alij ſequuntur
12 in dicto §. meminiſſe. ubi in ſpecie dicit, † φ ſi teſtamen
tum ſit nullum defectu præteritionis, quia uenientes ab
inteſtato virtute dictæ clauſulæ cenſentur rogati purè, &
ideo reſtituere, non poſſunt præterin detrahere, niſi unam
quartam: ſecus ſi eſſent grauati reſtituere ſub conditio
13 ne, tunc poſſunt detrahere duas quartas, † quia
uenitunt

ueniunt detrahen.diuerſis temporibus,legitima ſtatim, Tre
bellianica purificata conditione.& hoc caſu procedunt text.
in d.capit.Raynutius,& in capit.Raynaldus, ſecundum Do.
Anton. Card.Ancha. Imo. Panormita. & alios ibi,& idem
firmant Barto.& Legiſtæ in l.quamquam,C.ad leg.Falcid. &
conſuluerunt Barto. conſilio 20. factum ſic ſe habet . Bald.
conſilio 36.proponitur,lib.tertio , & conſil.391. factum tale
eſt,co.lib.Alexand.conſilio 26.circa princip. columna fina.
lib.primo & conſi.5.lib.3.Oldrad.conſilio 158. factum tale,
& conſilio 205.prima dubitatio . & hanc dicit communem
Dom.Iaſ.in l.filium , quem habentem, columna quinta,C.
fam.ercif. & Dominus Fabian. in repetit. auth. nouiſſima,
14 quæſtio.24. C.de inoffici. teſtamen. † de legitima eſt maior
dubitatio . Sed ego nec legitimam detrahi poſſe puto, quia
legitimatus ad ſucceſſionem,dummodo de patris proceſſe-
rit uoluntate quantum ad effectum ſucceſſionis , dicitur le-
gitimatus ſub conditione,ſi patri placuerit, quod ſuccedat.
Ita dicût Doctor. in locis præallegatis, maximè in l. pactu ꝙ
dotale , C.de coll. & probatur ex uerborum ſerie . illa enim
15 verba, † dummodo &c. conditionem faciunt , quia aduer-
bia iuncta uerbo futuri temporis important conditionem,
ut docet Barto.in l.prima,ff.de conditio.& demonſtratio . &
Gemin.in capitulo, non poteſt, de præben.lib.ſexto,per tex.
in capitulo,ut præteritæ,de electio. Ceſſante ergo uoluntate
patris,deficit conditio, ergo remanet quantum ad effectum
16 ſucceſſionis bonorum illegitimus. † illegitimo autem nul-
la debetur legitima ſecundum gloſ.in l. prima , ff. de bono-
rum poſſ.contra tab.quam dicit ſingu. Aret.in l.ex facto,co-
lumna nona,ff.de uulga. & pupil. & Iaſ.in l.prima, C.de bo-
norum poſſ.contra tab.& firmat Sali.in auth. item ſi quis, C.
de natur.lib.& ideo Angel.in dicta l.ſi ab eo,C.de leg. hære.
17 & Decius in d.conſilio. 264. tenent , † legitimato cum hac
conditione,ſi de patris uoluntate proceſſerit,non deberi ali-
quam legitimam .

Non obſtat,quod conſuluit idem Decius conſilio 27.quæ
ritur an legitimatus.ubi concludit quod legitimatus graua-
tus per fideicommiſſum poteſt detrahere Trebellianicam,
quia loquitur in legitimato inſtituto , qui hodie dicitur ha-
bere uoluntatem patris, ſi non ſit prohibita detractio , ut
probat Io.de Ana.conſi.67.& Curt.conſi.75.dominus Ludo
uicus.Nos loquimur in legitimato præterito, qui dicit teſta-
mentum nullum contra patris voluntatem,l.filio prꝫterito,
ff.de iniuſto rup.irritoque teſta.

Et hæc quantum ad primum & principalem articulum ,
& ſic quantum ad filium legitimatum præteritum.

Circa ſecundum , & ſic quantum ad Carolum de Sancto
Baſilio ſubſtitutum , uidetur ſubſtitutioni uulgari locum
eſſe, quia filij inſtituti , quibus datus fuit ſubſtitutus ſi non
ſuccederent .

Quæ ſubſtitutio intelligenda eſt ſi non ſuccederent , quia
nollent,vel quia non poſſent, l. cum proponas, C.de hæred.
18 inſtit. † Dicuntur autem non poſſe,quia inceſtuoſi , auth. ex
complexu,& in corpore unde ſumitur, C.de inceſt.nupt.
Quod ſint inceſtuoſi, patet : quia nati ex Honorato Ayma-
rij,& Marg.Aranda terno affinitatis gradu coniunctis, cap.
non debet,cap.fi.de conſangui.& affini. l.qui contra, C. de
inceſt.nupt.

Non obſtat allegata diſpenſatio permanendi in iam con-
tracto matrimonio & legitimatio prolis iam ſuſceptæ, & in
futurū ſuſcipiendæ,quia non cōſtat de poteſtate Dom. Leo-
nardi prætenſi curatoris & Penitentiarij.Nec credendum ui
detur aſſerenti ſibi uiuo uocis oraculo ſummi Pontif. da-
tam fuiſſe poteſtatem.l.1.C.de man. Princip. c.cum in iure.
de offi.deleg. Et quia dicta diſpenſatio eſt nulla uitio ſubre-
ptionis & obreptionis c.quod ſuper,de fide inſtrum. c. 2. de
19 fil.presb.c.non poteſt,de præben.& propoſito , quod † ſubre-
ptio non uitiet diſpenſationem ſuper matrimonio, eſt text.
in c.quia circa.& in cap.quod dilecti , de conſang.& affinit.
ſuggeſſerunt enim Pontifici maximo, quod ipſi ignorabant
impedimentum affinitatis quod ad eorum notitiam poſtea
peruenit.Item quod ſi fieret inter eos diuortium , grauia
inde ſcandala uerisſimiliter poſſent generari. Quæcum pro-
bari debuerunt coram executoribus ipſius diſpenſationis ,
20 † & omnis gratia ad ſupplicationem conceſſa habet in ſe ta
citam conditionem,ſi preces veritate nitantur,c.2.de reſcri.
21 l.& ſi non cognitio,C.ſi contra ius,vel util. pub. † imò etiam
gratia conceſſa motu proprio habet hanc in ſe conditionē,
ſi cauſæ motæ ueræ ſint , ſecundum Car.conſi.96.& conſilio
98.Papa minuit.& ad impetrātem ſpectat onus probādi cau
ſas expreſſas in diſpenſatione,ut firmat in propoſito noſtro
Oldra.conſi.256.Clemen.Epiſcopus.per tex.in l.2. C.de his,
qui uen.ætа.impet.& idem uoluit Panorm.in d.c.a quia cir-
ca,& ſunt doctr.Ioan.Andr.in c.1. & ibi Gemin. & alij, de li-
tis cōt. lib.6.ubi dicunt,quod cauſas expreſſas tenetur impe
trās probare, ſi negenter uere, tacitas vero probare debet ex
preſsè ſequitur Panorm.in c.conſtitutus.columna prima,de
reſcrip.videtur ergo quod diſpenſatio ſit nullius momenti,
quia executor ad diſpenſationem proceſſit ſine cauſæ cogni
tione , & abſque eo quòd fuerit facta fides de ignorantia &
ſcandalis allegatis .

Sed prædictis non obſtantibus reſpondeo , ſubſtitutioni
vulgari locum non eſſe,quia conditio ſubſtitutionis uulga-
ris,ſi illi hæredes non erunt,in primo caſu euanuit per adi-
tionem hæreditatis,l.poſt aditam. C.de impub. & alijs ſub-
ſtitut.in ſecundo capite ſi hæredes eſſe non poſſent,conditio
defecit,quia ſunt,& eſſe poſſunt hæredes,cum ſint ſtante ma-
trimonio contracto in faciem eccleſiæ & diſpenſatione ſu-
per tertio affinitatis gradu,filij naturales & legitimi .

22 † Nam diſpenſatio ſuper tertio affinitatis gradu conuali-
dat matrimonium.& prolem legitimat,c.cum dilecto,& d.
c.quia circa,de conſanguin.& affi.

Non obſtat dum dicitur quod iſtud uerum eſt ſi diſpenſa-
tio ualeat,ſecus ſi ſit nulla & inualida uitio ſubreptionis , &
obreptionis,ut videtur per rationes præallegatas.quia reſpō
detur dupliciter : primo quod ipſa diſpenſatio fuit & eſt le-
gitima rationibus in cōtrarium adductis non obſtantibus .
Pro quorum reſolutione ſubijcio duas concluſiones com-
23 muniter receptas . Prima eſt, quod qui habet intentionem
fundatam iuris præſumptione non tenetur probare narrata
in precibus, capit.ſi.& ibi Panorm.in 4.not. de præſumptio.
Cald.conſilio decimo ſub rubri. de probati. vbi ampliat ut
idem ſit ſi expreſſa in precibus inueniuntur facti natura, uel qua
litate.ſequitur Felin. in capitulo cōſtitutus, columna prima
24 de reſcrip.ius autem † præſumit pro eo, qui allegat ignoran-
tiam , niſi aduerſarius probet ſcientiam , regu. præſumitur
ignorantia,de regu.iur.lib.ſexto,l.uarias, ff.de probationib.
25 Item † lex præſumit quod quis non uelit facere actum con
tra ius,capit.cauſam,quæ.de reſcrip.capit.propoſuit,de con-
ceſſ.prebē.l.quemadmodum, C.de agr. & cenſ.lib.decimo,
l.tertia,ff.de teſtamen.mil.fundata ergo eſt intentio horum
filiorum,quod parentes ſui ignorauerint impedimentum :
nam ſi ſciuiſſent,non eſt præſumēdum quod noluiſſent con-
trahere illicitum matrimonium,ut ſignanter decidit in ter-
minis noſtris Gemi.maximus Canoniſta, conſilio ſexto,pro
declaratione primi dubij,col.ſecunda. Et quod præſuma-
tur coniuges ignoranter contraxiſſe,firmat Panorm. in cap.
peruenit.qui filij ſint legitimi. Et hæc præſumptio ignoran-
tiæ hoc caſu admittenda eſt,quia Magdalena tempore con-
26 tracti matrimonij erat impubes.l.minor 12. annis , † impu-
bes autem quicquid uidet, ignorat,l.1. C.de ſal. mo. & eius,
maximè quantum ad contrahendum matrimonium, nulla
27 eſt uoluntas,c.1.de deſponſ.impu.† Requiritur.n.ad contra-
hen.matrimonium in muliere ætas 12.ann.completorum,
Inſt.de nup.in prin.l.fi.C.quando tutores, vel cur.c.puberes,
de deſponſ.impub.vel ſaltem requiritur,ꝙ ultima dies anni
12.aduenerit ſecundum Hoſt.& Pano.in c.atteſtationes, co.
tit.& traditur in l.ſi quæramus,ff.de teſtamen.ſicut ergo ante
completum 12.annum mulier non creditur habere iudiciū
& diſcretionem idoneam ad deligendum ſibi maritum , d.
c.1.ita etiam non eſt credendum ꝙ habeat iudicium diſcer-
nendi gradus affinitatis,& impedimenta , quæ matrimoniū
28 impediunt . † ignoratis.n.principijs reliqua quæ ſequuntur,
neceſſe eſt ignorare, ſecundum Philoſophum , ut probant
in l.j.& ibi Bal.in prin.ff.de iuſt.& iure. quod dicit ibi Albe.
veriſſimum eſſe,ſi intelligatur de principio, propter quod,vt
in caſu noſtro de matrimonio, propter quod affinitatis im-
pedimentum ſucceſſit. Et quod in impubere præſumatur
ignorantia impedimenti,eſt tex.in c.t.ſi qui matrimonium
accuſare poſſunt.& ibi glo. dicit rationem eſſe , quam ſupra
dixi,quia impubes ignorat quicquid uidet, dicta le. fina. C.
de ſal.mone.& probatur expreſsè in l.impubitas , C.de pœn.
& in l.ſi adulterium,cum ſimilibus,§.1.ff.de adult.ubi dicit ,
29 † quod ſi impubes contraxit illicitum matrimonium , non
punitur, & ſi ſit doli capax , quia in eo non cadit delictum
carnis, quod ignorat ; nec delictum illiciti matrimonij,
quia non nouit quid ſit matrimonium licitum, uel illici-
tum . valet ergo diſpenſatio, etiam quòd non fuerit pro-
bata allegata ignorantia , quia ut dixi præſumitur . va-
let etiam dato quòd non fuerit probatum aliquod im-
minere ſcandalum , quia in precibus non dicitur quod

aliquod immineret ſcandalum, ſed quòd veriſimiliter poſſent ſcandala exoriri. Illud autem, quod ueriſimiliter
30 poſſunt exoriri, ex qualitate facti ſatis probatur, † quia ſolet malos exitus parere quæ malo ſunt inchoata principio. Item illud an veriſimile ſit, uel etiam habet ipſe iudex arbitrari, non teſtibus edocere, ut dicit Card. in clementina, cauſas veri. ucium, in primo notabili, per illum tex. de elect. & de hoc an ſit ueriſimile exoriri ſcandalum, creditur executori, ut probatur in d. cap. quia circa. vbi Papa ſcribit executori quod diſſimulet ſi ſcandalu, ut aſſerit, poſſit euenire: & ſi ex ſe ipſo executor poſſit perpendere ſubiturum ſcandalum, non eſt vlla probatio facieda, c. cum in uia, de ſponſ. Credendum igitur eſt quod executor præuidit à ſe ipſo ſcandalum ueroſimiliter poſſe euenire, aliter enim non diſpen-
31 ſaſſet, † quia non præſumitur iudex contra formam mandati uoluiſſe diſpenſationem exequi, l. Herennius, §. Caia Seia, de euict. Præſumiturque informatus de neceſſarijs ad actũ, ſecundum Aret. in l. ſi quis poſt, colum fin. ff. de teſtamen. & omne iudicis decretum maxime interpoſitum per uiam uoluntariæ iuriſdictionis, præſumitur factum præcedente iuſta, & vera cauſa, l. ab ea parte, ff. de probat. l. manumiſſio, ff. de manum. viii. Ex his apparet diſpenſationem iuridicam eſſe, etiam quod non fuerit aliter probata ignorantia, veriſimilis que ſcandalorum euentus.

Sed poſito quod diſpenſatio nulla foret, adhuc reſpondendum puto filios eſſe legitimatos, & conſequenter ſucceſſibiles. Ad quod demonſtrandum ſubijcio fundamentum concluſionis.

32 Prima concluſio ad probãdum filios eſſe legitimos, quia agitur de probando matrimonio incidenter, & non principaliter, ſufficit præſumpta probatio, c. cauſam, qui filij ſint legitimi. per quem ita concludit Gem. conſ. 27. ſuper dubijs.

Non enim requiritur pleniſſima probatio matrimonij, de quo quæritur incidenter, ſicut quando quæritur principaliter. ita Bal. in l. filium cum diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui,
33 vel alie. iur. † vbi dicit quod inſtrumentum dotis probat matrimonium, de quo incidenter diſputatur, licèt non probet quando de eo principaliter agitur, ſecundum Innoc. & alios
34 in c. illud, de probat. & ita dicit ibi Hoſt. † Hinc ſama publica, quantum ad legitimitatem filiorum, probat matrimonium ſufficiẽter, quia incidenter de matrimonio quæritur, ſecundum gl. Hoſt. & Pano. in c. lator, qui fil. ſint leg. Io. And. in c. peruenit, eod. tit. Gem. in d. conſ. 27. & probatur in c. per tuas, eod. tit.

35 † Sic ad probandum dominium incidenter, minor requiritur probatio, quam ad probandum dominium principaliter, ſecundum Bar. in l. ſi quis in ſuo, ff. de cond. & demonſtr.
36 & dicit D. Anto. in cap. qui fil. ſint legit. not. † quod colorata, ſeu quaſi poſſeſſio maritalis ſufficit ad probandum filios eſſe legitimos, & comprobat Decius conſ. 153. in effectu quæritur, colum. 2.

37 Secunda concluſio, † legitimati dicuntur ij, qui nati ſunt ex matrimonio, etiam putatiuo, c. ex tenore, qui fil. ſint legitimi, & c. peruenit, eod. tit. Et ſufficit quod ſit putatiuum ex parte vnius, d. c. ex tenore, & ibi per Panor. & alios, & per glo. in c. referente, eod. tit. & in c. fin. de cland. deſpon. Cyn. Sal. & alij, in l. qui contra, C. de inceſt. nupt.

38 Tertia concluſio, † in dubio pro matrimonio pronunciãdum eſt, c. fina. de re iud. c. videtur, qui ma. accuſ. poſſ. not. in c. ſi vir, de cog. ſpir. maximè per Hoſtien. & per Legiſt. in l. 1. ff. ſol. mat. & per Canon. in c. 1. de conſt.

Quibus concluſionibus ſic ſtantibus, infertur quòd dicti filij nati ex matrimonio in facie ſanctę matris eccleſiæ inter dictos Honoratũ & Marg. filij efficiuntur legitimi, quamuis non ſint nati ex uero & legitimo matrimonio, obſtante impedimento affinitatis in tertio gradu, & ipſi coniuges ſemper putarunt & crediderunt matrimonium eſſe legitimum. A principio quidem iuſtam habuerunt cauſam credendi matrimonium ualere, quia ignorabant impedimentum, ut ſupra probatum fuit. Et ſi poſt habitam verè impedimenti notitiam diſpenſationem obtinuerunt, quæ diſpenſatio operatur ualiditatem matrimonij, & legitimationis filiorum, d. c. quia circa, & d. c. referente, vbi gl. Panor. & alij, & c. per venerabilem, qui filij ſint legit. & c. 1. 35. q. 8.

Nec obſtat, quod diſpenſatio ſit nulla ea ratione, quòd iudici non conſtiterit de ignorantia, & ſcãdalis allegatis, quia reſpondetur multis modis.

39 Primò, quòd nullitas ſententiæ non habet reddere filios illegitimos, ex quo parentes de ſententia confiſi matrimonium contraxerunt. c. perlatum, ubi caſus, ſecundum unum intellectum, qui fil. ſint legitimi, & ibi Card. & alij not. & Panor. in d. c. per uenerabilem, col. fi. Dato ergo quod diſpenſatio nulla foret: tamen quia parentes de diſpenſatione confiſi in matrimonio perſeuerarunt, non debet talis nullitas reddere prolem illegitimam.

Nec dicatur, quod iſti parentes non debuerunt confidere de diſpenſatione, quam nullam eſſe ſcire debuerunt, cum quilibet præſumatur ſcire iura, l. leges ſacratiſſimæ, C. de le.
40 † & iuris ignorantia neminem excuſet, etiam mulierem, niſi in caſibus expreſſis à iure, l. pen. C. de iur. & facti igno. quia ad iſtud, quod totũ eſt, quicqd dici põt rñdet Pan. dupliciter.

Primo reſpondetur, d. c. referente, quod error iuris quantum ad hoc, ut filij dicantur legitimi iuncta longinquitate temporis, excuſat parentes, allegat tex. in l. qui in prouincia, ff. de ritu nupt. quem Sali. ibi ita ſummat, propter diuturnitatem temporis.

41 Et ignorantia iuris nati ex matrimonio minus legitimo habentur pro legitimis, & ego adduco text. in cap. 1. 35. q. 8. vbi inquit Gregorius, non eſſe ſeparandos, qui neſcienter contraxerunt, ſi multorum annorum curricula ſint reuoluta, & filij ex tali illicito matrimonio ſint procreati. ergo magis tolerandi fuerunt parentes horum liberorum, qui ignoranter contraxerunt, & habita ſententia diſpenſationis obtinuerunt, quem errorem iuris ualidum crediderunt tum propter fauorem matrimonij, tum propter tot annorum curricula, tum propter iuris ignorantiam.

Secundò reſpondet Panor. in d. c. perlatum, & c. per uene-
42 rabilem, † ignorantia iuris probabilis excuſat eos, qui crediderunt diſpenſationem nullam eſſe iuridicam. ita procedit tex. in d. c. perlatum, & in d. c. qui in prouincia. Contraria uerò procedunt in ignorantia iuris craſſa & improbabili, in caſu autem noſtro quis erit, qui non credat huiuſmodi diſpenſationem, quam ſupra tot rationibus comprobaui, eſſe ualidam & legitimam, & quam Gem. Canoniſtarum maximus, defendit in d. conſi. 66. rite? Ergo quis audebit arguere dictos coniuges idiotas, & litterarum penitus ignoras, ꝙ de-
43 buerint ſcire diſpenſationem nullam eſſe? certè nemo, † q̃a ut ſupra dixi, in dubio illa ſententia eſt recipienda, quæ ſtat pro matrimonio, d. c. fi. & ſi ex parte uiri non ſit ita probabilis ignorantia iuris, tamen ex parte mulieris creditur proba-
44 bilis, ſecundum Bald. in l. 3. C. de uſucap. pro hær. † & ſufficit ad excuſandam prolẽ à uitio illegitimitatis, quod alter coniugum habuerit probabilem ignorantiam, d. c. ex tenore. & licèt mulier non excuſetur prætextu iuris ignorantiæ niſi in caſibus expreſſis à iure, d. l. fi. C. de iur. & facti ignoran. tamẽ
45 id ſanè intelligendum eſt, ut non excuſetur ipſo iure, † ſed bene officio iudicis, & ex æquitate excuſatur propoſita exceptione, l. 1. §. fi. ff. de eden. l. cum de indebito, ff. de probat. & firmant gl. & Panor. in c. ſuper literis, de reſcript. & comprobaui in tractatu de peſte, lib. 3. in 6. remedio præſeruatiuo, & ſic ope exceptionis ſaltem excuſanda eſt ignorantia & credulitas horum coniugum, qui bona fide crediderunt ſecũ fuiſſe legitimè diſpenſatum.

Ad ultimum, an iudex laycus ſit iudex competens huius incidentis quæſtionis, qua de ualiditate ſeu inualiditate matrimonij, ſeu de inualiditate ſeu ualiditate diſpenſationis apoſtolicæ quæritur?

Reſpondet Papa Alex. III. in c. lator, & in c. cauſam, qui fil. ſint legitimi. & Honor. in c. tuam. & quia ibi caſus eſt deci-
46 ſus, † quod cauſa natalium ad forum eccleſiaſticum non Laycalem, etiam ſi incidẽter proponatur, ſpectat & pertinet, non eſt amplius de ordine cognitionis inquirendum, nec hæſitandum, l. ancillæ, C. de furt.

S V M M A R I V M.

1 Subſtituto pupillariter competit remedium l. fi. C. de edicto Diui Adria. tollen.

2 Subſtitutio compendioſa facta per hac uerba, caſu quo omnes filij mei decedant ſine filijs, continet pupillarem.

3 Subſtitutio tacita pupillaris excludit matrem inimicam teſtatoris.

4 Subſtituto per fideicommiſſum non datur beneficium l. fi. C. de edicto Diui Adr. tollen.

5 Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij.

6 Subſtitutio pupillaris eſt probanda per ſeptem teſtes, ubi ex teſtamento de ea non apparet.

7 Mors promptè probari poteſt.

L. fi.

8 *L. ſin. C. de edic. Diui Adria. tollen. non habet locum ubi eſt probanda uoluntas defuncti.*

RESPONSVM XX.

VIſis hinc inde allegatis in cauſa uertête inter Aloynam Martinæ petentem ſe immitti in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum quondam Antonij Martini ex una, & Iannettam Capræ ex altera, conſideraui duo dubia eſſe neceſſario diſcutienda, ſuper quibus Domini Aduocati hincinde plura allegarunt.

Primum eſt, an d. Aloyna legitimè intentauerit remediũ l.fin.C.de edicto diui Adr. rollen.

Secundum, poſito quod d. Aloyna à principio potuiſſet intentare condictionem d. l.fi. an exceptiones deductæ pro parte d. Iannettæ Capræ habeant impedire ſummariam cognitionem in executionem d. l. fina. ita quod teneatur d. Aloyna agere iudicio ordinario.

Circa primum uidetur prima facie dicendum, remediũ dictæ l. fi. competere dictæ d. Aloynæ, & conſequenter illud
1 intentare potuiſſe. † Quia beneficium dictæ legis competit etiam ſubſtitutis pupillariter ſecundum glo. Bar. & communiter Scriben. ibi, & Corn. cõſi. 172. primus cõſultationis articulus, colum. 4. lib. 2. ergo competit d. Aloynæ ſubſtitutæ pupillariter filiæ dicti Antonij teſtatoris.
2 † Nam illa ſubſtitutio, caſu quo contingat omnes filios meos ſine filijs decedere ſubſtituo Aloynam, ſubſtitutio cõpendioſa facta per uerbum commune, quæ ẽt continet pupillarem, ut per Bar. & Scribentes in l. Centurio, ff. de uulg. & pup. etiam matre exiſtente in medio, ca. ſi pater, de teſtam. lib. 6. per quem ita concludunt Scribentes communiter in d. l. Centurio, & in l. precibus, C. de impub.

Nec obſtat ſi dicatur quod regia conſtitutio fauore matris interpretatur eam eſſe fideicommiſſariam: quia etiam ſtante dicta conſtitutione in caſu præſenti, huiuſmodi ſubſtitutio compendioſa continet pupillarem, quia ex parte
3 Aloynæ articulatum fuit, † quod Iãnetta mater erat inimica teſtatoris, quo caſu etiam ſecundum formam & tenorem Reg. conſtitutionis, tunc compendioſa continet pupillarẽ, etiam in præiudicium matris prout etiam concorditer uolunt omnes Doct. in l. moribus, ff. de uulg. & pup.

Præmiſſis non obſtantibus ſecundum ea, quæ proponun-
4 tur non credo Aloynę competere remedium d. l. fi. † quia non competit fideicommiſſario ante reſtitutionem factam re, aut uerbo, ſecundum glo. Bart. & alios communiter in d. l. fi. ſtante autem Regia conſtitutione Aloyna cenſetur ſubſtituta per fideicommiſſum, ergo &c.

Non obſtat, quod licèt ex Regia conſtitutione compendioſa non contineat pupillarem in præiudicium matris regulariter: tamen fallit, ſi mater ſit teſtatoris inimica, uel ſi teſtator dixerit quod nolebat quod mater haberet unum obolum, uel æquipollentia uerba, prout articulat pro parte Aloynæ. Quia ad hoc, in quo conſiſtit punctus huius controuerſiæ, reſpondeo quod ad hoc ut ſubſtituto pupillariter competat remedium d. l. fi. oportet quod conſtet de ipſa pupillari ſubſtitutione. Quia ad hoc ut quis poſſit uti remedio d. l. oportet quod exhibeat teſtamentum, d. l. fin. ibi, Iudici teſtamentũ exhibuerit. & ſic oportet quod pupillariter
5 ſubſtitutus exhibeat pupillarem ſubſtitutionem, † quę dicitur teſtamentum ipſius pupilli, l. 2. ff. de uulg. & pup. ex teſtamento aũt exhibito per Aloynam non conſtat de aliqua pupillari ſubſtitutione, quia eius lectura ſtante Regia conſtitutione, apparet ipſam Aloynam non eſſe pupillariter ſubſtitutam, igitur &c. Et ſi dicatur quod ipſa Aloyna intendit probare quòd Iãnetta erat inimica teſtatoris, & quod teſtator dixit quòd nolebat eam habere obolum, uel ſimilia verba: quibus probatis, apparebit ex exhibitione teſtamenti ipſam eſſe pupillariter ſubſtitutam. Reſpondetur multis modis.

Primo, quòd talis probatio concernit petitorium, & exigit altiorem indaginem, unde admittenda non eſt in hoc iudicio ſummario, quod promptam & ſummariam cognitionem deſiderat, ut in ſpecie determinat Alb. de Roſa. in d. l. fina. colum. 6. in fine. Nam ad probandum quod in
6 compendioſa contineatur pupillaris, † quæ regulariter non continetur, ut in caſu noſtro ſtante Regis conſtitutione, requiruntur neceſſario ſeptem teſtes, ut cõcludit Bar. in d. l. 2. colum. penul. ff. de uulga. & pupil. cum quo alij ibi tranſeunt.

Et ſecundò reſpondetur, in iſto iudicio ſummario admittitur ſubſtitutus pupillaris ad probandum mortem pupilli, ſecundum Bar. & alios ibi: ergo etiam debent admitti ad probandum, quòd teſtator erat inimicus, uel quod protulit uerba, quibus apparet quòd uoluit pupillariter ſubſtituere. Reſpondeo quod in probanda morte non agitur de proban-
7 da uoluntate teſtatoris, ſicut in probanda inimicitia. † Item probatio mortis promptè fieri poteſt, non ſic probatio inimicitię, nec probatio quòd teſtator plura dixerit, quàm ſcriptum reperiatur. Item ſummaria cognitio ſuper morte pupilli uerſatur circa acceſſoria. Cognitio autem, an teſtator uoluerit pupillariter ſubſtituere uel ne, uerſatur circa principalem diſpoſitionem, de qua debet ex teſtamento conſtare abſque ulla facti probatione ſecundum Alb. in d. l. fina. colum. 7. uerſ. ſecundum hanc opinionem. Nam ubi requi-
8 ritur probatio facti † ad probandam uoluntatem defuncti, non habet locum remedium d. l. fina. quia talis probatio fieri non poteſt niſi parte citata, & cauſa plenè cognita, l. ſi quando, C. de teſtam. ſecundum glo. Bar. & alios communiter in d. l. fina. in uerbo, depoſitionibus.

Præterea ſtãte hoc dubio, an teſtator uoluerit pupillariter ſubſtituere; & ſtante regula generali dictæ conſtitutionis ꝙ compendioſa non continet pupillarem, matre exiſtente in medio; & exiſtente ipſa matre in poſſeſſione negari non poteſt, quod mater non dicatur legitimus contradictor, cũ poſſideat & alleget titulum cõtrarium titulo ipſius Aloynę: ergo dominus Iudex tenet̃ pronunciare locum nõ eſſe huic ſummariæ cognitioni, ſed agendum eſſe iudicio ordinario ſecundum Bar. in d. l. fina. colum. mihi pen. quem omnes ſequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Doctorum communis opinio ſequenda, etſi contraria uerior uideatur.*
2 *Trebellianica detractionis prohibitio, ad hoc ut facta dicatur, quæ uerba requirantur.*
3 *Trebellianica prohibitio non uidetur facta, quando uerba aliũ ſenſum recipere poſſunt.*
4 *Trebellianica detractio, an filijs poſſit prohiberi.*
5 *Generalis prouiſio non trahitur ad ea, de quibus facta eſt ſpecialis prouiſio.*

AD TREBELLIANVM.

RESPONSVM I.

DVbia, ſuper quibus præſtantiſſimi Domini Aduocati diſcordant, difficillima ſunt, & uulgariſſima; & ſi uellem ſingula, quę à Doctoribus traduntur referre, ad magnum uolumen noſtra aſcenderent Reſponſa: ſed quia in uarijs locis
1 explicatur, quęnam ſit communis ſententia, † paucis agã ſequendo communia, à quibus diſcedendum nõ eſt, etiam ſi contraria ſententia uerior uideatur, teſte Fulg. conſi. 33. Titius teſtamento.

Circa primum, an propter uerbum, pleno iure, in ſubſtitutione adiectum cenſeatur prohibita detractio Trebellia-
2 nicæ. Reſpondeo † non uideri prohibitam. Ad hoc ut Trebellianicæ detractio impediatur, oportet quod facta ſit prohibitio detractionis per uerba expreſſa prohibitiua, ſecundum opinionem Ang. in §. ſi uero expreſſim, in Auth. de hæred. & Falc. quam dicit eſſe communem Ioan. Crot. de Monteferrato in Repet. l. non poteſt. colum. 13. ff. de lega. 1. & ibi allegat infinitas authoritates, & ultra eum reperio ita conſuluiſſe And. Sicul. conſi. 24. colum. 2. & conſi. ſeq. col. penul. lib. primo, Socyn. conſi. 14. col. fin. lib. 1. D. Bened. Capra conſi. 36. punctus, quædam Domina. & conſi. 83. punctus, Ciprianus, in fine. Et licèt Barto. in l. precibus, C. de imp. & ali. ſubſtit. uelit ſufficere quòd facta ſit prohibitio per uerba æquipollentia expreſſæ prohibitioni, ut ſi teſtator iubeat totam & integram hęreditatem reſtitui. quam opinionem dicit communem Alex. conſi. 5. col. 3. li. 3. & cã ueriorem

veriorem ſecutus fuerim in mea Repetitione l. Centurio, ff.
de uulg. & pup. An autē opus eſt quod uerba ſint taliter æqui
pollentia, quod nō poſſint trahi ad alium ſenſum, quàm ad
prohibitionem, ut ſi iuſſerit teſtator ſine diminutione ali-
qua, iſtud eſt de mente Regiæ conſtitutionis ibi. & uidetur
teſtator ſatis expreſsè prohibere ſi mandet ſuam hæreditatē
reſtitui ſine diminutione aliqua. quaſi uelit dicere niſi appa
reat, quod uerba expreſsè importent prohibitionem, nō cre
ditur teſtatorem prohibuiſſe uel totam, uel integram hære-
3 ditatem reſtitui. † Alioquin ſi poſſent alium ſenſum recipe-
re, ad illum trahenda ſunt, & non ad prohibitionem detra-
ctionis Trebellianicæ ſecundum Pau. de Caſt. & D. Philip.
Cor. in auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc. Galiaula poſt
Aret. & D. Iaſ. in d. l. Centurio, col. 87. & D. Phil. Cor. cōſ. 207
col. 3. ad fi. & ſeq. lib. 2. Verum hæc uerba, pleno iure, poſ-
ſunt habere alium ſenſum, quia poteſt intelligi, pleno iure,
reſpectu proprietatis & uſusfructus ac fructuum percepto-
rum. l. Iulianus, ff. de rei uend. l. mater, ubi Bart. ff. ad Treb. l.
fina. §. ſimilique modo, C. de bon. quæ lib. ergo propter talia
verba non poſſumus interpretari, quod teſtator uoluerit pro
hibere detractionem Trebellianicæ, & ita in terminis fir-
mant Pau. de Ca. & Cor. in d. auth. ſed cum teſtator. Galiau
la in d. l. Centurio, col. 87. & d. Bened. Cap. in conſil. prælle
gatis, Fely. in c. audinis, col. 3. de præſcrip. Lud. Rom. conſi.
75. & 79. totum fundamentum.

Ad ſecundum, an teſtator potuerit filijs grauatis prohibe
re detractionem Trebellianicæ. Reſpondeo, etiam ſi uoluiſ
4 ſet, non potuiſſet, † quia communis eſt Doct. ſententia, ꝙ
teſtator poſſit prohibere huiuſmodi detractionem. Limita-
tur, ut non procedat quantum ad filios primi gradus, qui-
bus teſtator non poteſt talem detractionem prohibere, ut
eſt tex. in l. iubemus, C. ad Treb. ſecundum communem in
tellectum: nam uti dicitur quod teſtator non poteſt diſpo-
5 nere, † quod filij primi gradus imputent fructus perceptos
in Trebellianicam, ſic non poteſt illis diminuere Trebellia
nicam per imputationem fructuum, ergo minus poterit in
totum prohibere. Et ita firmant ibi Bald. Sal. Pau. & Cor. &
Sal. in d. auth. ſed cum teſtator, & d. Iaſ. in l. Marcellus, ff. ad
Treb. & d. Alexan. in d. conſi. 5. Ludo. Rom. conſi. 206. licet
ex communi concluſione, Raph. Com. conſi. 25. & hanc opi
nionem ſequitur & dicit eſſe a Docto. communiter receptā
Dec. conſi. 81. ſatis nota eſt quæſtio, col. 2. & conſi. 218. col.
prima, Do. Ioannes de Monferrato in l. nemo poteſt, ff. de
leg. 1. & Guido Papæ deciſ. 52. dicēs hanc etiam à Dalfinali
Curia approbata fuiſſe, & eam etiam communem dicit Ga
liaula in d. l. Centurio, colum. 88. ſubdens ꝙ ita uoluit Bart.
ibi hactenus à nemine ponderatus.

Nec obſtat ſtatutum prouinciale, ſiue Regia conſtitutio,
quia ex lectura eiuſdem conſtat, ꝙ tale ſtatutum additū fuit
ad reprobandam opinionem glo. in l. ſi ut allegas, & in d. au
then. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc. quæ uult quod teſtator
nullo caſu poſſit prohibere detractionem Trebellianicæ,
quam opinionem ueriorem eſſe dixit Do. Alex. in d. l. Mar-
cellus, ff. ad Treb. adducens innumeras authoritates Docto
rum approbantium hanc ſententiam. Ad corrigendam au
tem horum ſententiam, & ad confirmandam opinionem
contrariam, quod teſtator poſſit prohibere talem detractio-
nem, quam ſequuntur Bar. & alij communiter in d. l. Mar-
cellus, emanauit dictum ſtatutum ꝙ teſtator poſſit expreſſe
prohiberi: vnde cum ſtatutum generaliter corrigat iura an
tiqua, & extendat diſpoſitionem d. auth. ſed cum teſtator, ut
procedat etiā in prohibitione detractionis Trebellianicæ,
non debet trahi ad caſum d. l. iubemus, ſpecialiter loquen-
tis de filijs primi gradus, ſecundum glo. quam ibi no. Pau.
de Caſt. poſt Raph. Com. in l. hac conſultiſſima, in glo. 2. C.
6 qui teſtam. facere poſſ. & regulare eſt, † quod generalis diſpo
ſitio non trahitur ad ea, de quibus eſt facta prouiſio ſpecia-
lis, l. doli clauſula, de uerb. obl. & in ſtatuto generali firmat
etiam Abb. Gaud. in tractatu malef. ſub rubr. de mul. quæſt.
à ſtatuto depend. col. 6. nec eſt abſurdum quod ſtatutum no
uum generaliter loquens reſtringatur & limitetur per iura
antiqua, l. nam & poſteriores, ff. de leg. & traditur per glo. &
alios in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogan. cum ſolitis, & uulga
ribus concordantijs.

SVMMARIVM.

*1 Hæreditas non poteſt, nec ad diem, nec ex die dari directò, niſi
teſtator ſit miles, & nu. 6. & 9.*

*2 Hæres ſemel, nunquam deſinere poteſt eſſe hæres directò, ſed be-
ne utiliter, niſi miles ſit teſtator. & num. 7. & 10.*

*3 Hæredes directò inſolidum duo eſſe non poſſunt, ſed benè unus
directò, alter utiliter, & nu. 10. & 12.*

*4 Hæredis inſtitutio, quæ à principio non ualet iure directò, tra-
bitur in fideicommiſſum.*

*5 Trebellianica detrahitur ex directa hæreditate pagani, nō mi-
litis, ubi in pagano conuertatur in fideicommiſſ. & nu. 8.*

11 Trebellianica non detrahitur utiliter.

13 Trebellianica & Falcidia poſſunt prohiberi à teſtatore.

14 Expreſſum dicitur contentum ſub uerborum generalitate.

*15 Trebellianica & Falcidia, quando detrahantur ab hærede nō
conficiente inuentarium. & nu. ſeq.*

*16 Trebellianica detractio non poteſt filijs primi gradus prohi-
beri.*

*17 In Trebellianica computantur fructus iudicio teſtatoris perce
pti, & non extantes, ubi illos reſtituere uelit, nec non bona
alienata ab hærede.*

RESPONSVM II.

MAgnificus quondam Dñs Gulielmus
de S. Felice, miles & Dominus Baroniæ, de San.
Felice, hæredem vniuerſalem inſtituit Segondi-
num & fratrem nepotem ad uſum ſuum ſulum,
& duntaxat. Poſt eius mortem voluit & ordinauit eſſe hære
dem ſuum no. Franciſcum de S. Felice filium dicti Segondi-
ni. quæritur utrum dictus Segondinus, ſiue eius hæres poſſit
quartam Trebellianicam detrahere, tamquàm grauati per
fideicommiſſum reſtituere hæreditatem dicto Franciſco.

Subtilis eſt præſentis dubitationis reſolutio, quæ ab hoc
pendet, utrum Franciſcus iure fideicommiſſi, uel iure hære-
ditario, ſuccedere debeat in dicta hæreditate, & Baronia.

Primo aſpectu uideretur dicendum Trebellianicam de-
trahi poſſe, quia, etſi Frāciſcus per uerba directa legatur ſcri-
ptus hæres poſt Segondinum patrem hæredem inſtitutū ad
1 vitam: † tamen cum hæreditas non poſſit dari ad diem, nec
ex die, l. hæreditas ex die, ff. de hær. inſt. l. extraneum, C. eo. ne
ceſſe eſt fateri, quòd Dom. Segondinus remoto die, ſit hæres
perpetuo.

2 † Nam ſemel hæres, nunquam poteſt deſinere eſſe hæres,
l. ei qui ſoluendo, ff. eod. tit. Quod cum ita ſit, conſequitur
3 quod Franc. non poſſit directò hæres eſſe, † cum duo nō poſ-
ſint eſſe directò Domini eiuſdem hæreditatis inſolidum, l.
ſi ut certo, §. ſi duobus uehiculum, ff. cōmoda. Cum igitur
Franciſci inſtitutio à principio valere non potuerit iure dire
4 cto, † conſequens eſt, vt talis directa inſtitutio conuertatur
in fideicommiſſum, l. Sceuola, ad Treb. not. per glo. in l. uer-
bis ciuilibus, ff. de uulg. & pup. non enim poteſt Franc. inci-
pere hæres eſſe directò ex die, ideſt poſt mortem Segondini
primi hæredis, ergo erit fideicommiſſarius, l. filiusfam. §. ut
quis hæredem, ff. de leg. 1. & ita concludit Imola poſt alios,
in l. hæreditas, Bal. Pau. Alex. & alij communiter in d. l. extra
neum, Bal. in l. miles ita, ff. de teſtamen. mil. & hanc dicit cō-
munem Doctorum ſententiam D. Steph. Bertran. conſ. 123.
ponitur in facto, lib. 3. Cum igitur iure fideicommiſſi ſucce
5 dat Franc. conſequitur, † ut de tali fideicommiſſo poſſit de-
trahi Trebellianica per hæredem grauatum. l. 1. ff. ad Treb. &
Inſt. de fideicom. hæred. per totum. & ita tenet in propoſito
Pau. de Caſt. in l. ſi ita ſcriptum, §. teſtamentum. ff. de lib. &
poſth. & hanc partem videtur amplecti Soci. conſ. 14. ſequen
do ordinem, lib. 2.

Prædictis non obſtantibus reſpondeo, Trebellianicam de
trahi non poſſe, & ſi Franciſcus ſit uocatus iure fideicommiſ
ſi. ſed tamen libet prius demonſtrare quod ſit uocatus ut hę-
res directus, quo caſu in eius præiudicium non poteſt detra-
hi Trebellianica.

6 Ad quod demonſtrandum ſciendum eſt, † quòd miles po
teſt unum hæredem ad diem, & poſt diem, alium hæredem
7 directum facere: † & poteſt miles inſtituere unum ad tem-
pus, & facere quod poſt tempus deſinat hæres eſſe, ut eſt text.
de utroque in l. miles ita, ff. de teſtam. mil. Cum igitur Do-
minus Gulielmus eſſet miles, ut præſupponitur, & verba te-
ſtamenti enunciāt, bene ſequitur quòd potuerit directò in-
ſtituere Segondinum patrem ad uitā, & poſt mortem Franc.
filium, & facere quòd Segondinus primus hęres deſineret in
totum hæres eſſe, & Franc. inciperet directò hæres eſſe.

Hoc

8 Hoc ſic præſuppoſito, † conſtat quod non poteſt detrahi
Trebellianica de hæreditate militis, ut eſt tex. in l. Marcellus,
verſ. quod autem, ff. ad Treb. & in l. in teſtamento, C. ad leg.
Falc. Et licèt ſit dubium, an hodie detrahatur Trebelliani-
ca de fideicommiſſo debito ex teſtamẽto militis, ut tradunt
Barto. & alij, in l. 1. §. in filium, ff. ad Trebel. & plures ſunt, qui
tenent iura antiqua eſſe incorrecta, & ſic non poſſe detrahi,
ut ibi comprobaui poſt Ang. Raph. Com. & Soci. nihilomi-
nus omnes concordant quod de directa inſtitutione, uel di
recta ſubſtitutione facta à milite, nullo modo ſit detraheda
Trebellianica, ut uult Bar. in l. fin. colum. penul. uerſic. ſexiò
quæro, C. de ſacroſan. eccleſi. Dom. Alex. in l. centurio, col. 9.
& ibi nouiſſimi Repetentes videlicet Galiaula, col. 15. verſi.
ſecunda utilitas, ff. de uulga. & pup. & hoc nõ habet dubium,
quia ſubſtitutio, quæ iure directo poteſt ualere, nunquã tra-
hitur ad fideicommiſſ. ca. ſi pater, de teſtam. in 6. not. in d.
9 l. verbis ciuilibus, ff. de uulg. & pup. † Cum igitur miles poſ-
ſit directò inſtituere unum ad diem, & poſt diem, alium etiã
directo inſtituere, d. l. miles ita. uel directo ſubſtituere, d. l.
centurio. bene ſtat noſtra cõcluſio ꝙ de directa inſtitutione,
uel ſubſtitutione, non eſt Trebellianica detrahenda iuribus
præallegatis. ſed ubi talis inſtitutio facta de perſona Frãciſci
poſt mortẽ Segondini non eſſet directa, adhuc nõ poſſet de
trahi Trebellianica, quia ſecundũ Guliel. de Cun. & Ang. in
d. l. hæreditas ex die, & ſi primus hæres inſtitutus ad diem re
10 maneat ſemper directus hæres: † tamen ſecundus hæres in-
ſtitutus poſt diem, erit hæres utiliter. Nec enim repugnat,
quod unus ſit dominus & hęres directus, alius utiliter, ut do
cet Bar. in l. qui ſe patris, C. unde lib. & poteſt unus eſſe domi
nus & hæres uano nomine, & alter re & effectu, ut oſtendit
Do. Iaſ. in l. prima, in fine prin. ff. ad Treb. & bene probatur
in l. cum filio, ubi ſcripſi, ff. de leg. 1.
11 Hæredi autem utiliter non detrahitur Trebellianica, cũ
longè diſtet à fideicommiſſaria, cui ſoli detrahitur, ut uult
Soc. in d. conſi. 14. non enim ex ſeparatis rectè fit illatio, l.
Papinianus exuli, ff. de minor.
Cæterum ubi Franciſcus hæres inſtitutus poſt mortem Se
gondini fratris dicatur fideicommiſſarius & iure fideicom-
miſſi uocatus, non tamen hoc loco putarem de tali fideicõ
miſſo poſſe detrahi Trebellianicam, quia per illa uerba, in-
ſtituit hæredem Segondinum ad uitam ſuam ſolum & dũ-
taxat, ſatis conſtat nolle ab eo detrahi poſſe Trebellianicã.
12 licèt enim paganus non poſſit facere † eum, qui ſemel fuit
hæres, deſinere hæredem eſſe, d. l. ei, qui ſoluendo. hoc uerũ
eſt directo, & nudo nomine: ſed bene poteſt facere quod de
ſinat eſſe hæres utiliter, ut tradunt Moder. in l. prima, in
fine princ. ff. ad Treb. poteſt enim facere, quod reſtituat totã
& integram hęreditatem abſque detractione Trebellianicę,
& alicuius Falcidiæ, auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc.
13 & pro ſe allegauit Do. Alexan. conſi. 5. col. 3. lib. 3. † Atqui
uult hæredem eſſe ad uitam ſolum & dumtaxat, hoc ſaltem
uult quod deſinat hæres eſſe utiliter poſt mortem, quod fa-
cere potuit. ergo hoc uult ꝙ non poſſit detrahere Trebellia
nicam: alioquin remaneret pro quarta hæres utiliter poſt
mortem, l. prima. §. pen. ff. ad Treb. quod certè teſtator no-
luit, ut oſtendunt illa taxatiua uerba geminata, ſolum &
dumtaxat. l. Baliſta, cum l. ſequen. ff. ad Treb. Nec obſtat ſi
dicatur quod nõ uidetur prohibita detractio niſi expreſſim
14 dicatur, §. ſi uerò expreſſim. in Auth. de hæred. & Fal. † Quia
ſatis dicitur dictum expreſſum, quod ſub generalitate uer-
borum continetur. ut docet Bar. in l. prima, in prima q. ff. de
vulg. & pup. in iſtis autem uerbis generalibus, ad uitam ſolũ
& dumtaxat, ſatis includitur quod poſt uitam non ſit ullo
modo hæres etiam in quarta, ergo &c.
Sed fac Franciſcum filium iure fideicommiſſi uocatum,
fac etiam quod non ſit prohibita detractio Trebellianicæ:
15 † quia tamen Segondinus hæres non fecit inuentarium, ex
hoc perdidiſſet ius dictæ quartæ Trebellianicę, quã amplius
detrahere non poſſet, §. ſi quis uero non fecerit, in Auth. de
hæred. & Falc. per quent tex. & per reg. iuris antiqui quod in
teſtamentis, in quibus ceſſat Falcidia ceſſat etiam Trebellia
nica, l. Marcellus, in princ. ff. ad Treb. ita tenuerũt Cyn. Petr.
Alb. Bal. Sal. & Fulg. in auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc.
Lud. Rom. in auth. ſimiliter, C. eo. Bart. conſi. 234. Lena Ma-
terelli, Oldr. conſi. 164. ſatis credo, Iaco. de Are. Bald. Raph.
Com. & Pau. de Caſt. in l. cum tale, §. primo. ff. de cond. & de
monſtra. & Paul. de Caſt. conſi. 36. ſuper primo dubio, lib. 1.
in nouis. Raph. Com. conſi. 141. uiſis, Raph. Fulg. conſi. 41.
caſus talis. Corn. conſi. 303. plura quæſita lib. 1. & conſ. 22. in
hac, col. pen. lib. 2. & conſi. 168. in hac, colum. 4. lib. 3. Andr.
Sicul. conſi. 46. lib. 3. & licèt hic articulus ſit dubius, & con-
trarium teneant Bar. Alex. & Mod. in d. l. Marcellus, in prin.
& contrarium conſuluit Do. Alexan. conſi. 07. uiſis, lib. 4. &
conſi. 21. perſpectis, lib. 5. & Do. Steph. Bertran. conſ. 250. pro
ponitur. tamen opinio affirmatiua quod hæres priuetur,
eſt uerior, & magis communis, ut teſtatur Dec. conſi. 236.
non parua difficultas, lib. 2. Præterea ubi contraria opinio
16 magis placeret, † ea procederet in filijs primi gradus hære-
dibus inuentarium non conficientibus, quibus non poteſt
detractio prohiberi, ut no. in l. iubemus, C. ad Treb. non in
alijs hæredibus extraneis, ita Do. Guido Papæ deciſ. 53. ob-
ſeruatur in iudicando. Vel contraria opinio poteſt procede
re in hærede extraneo purè grauato, qui tenetur reſtituere
incontinenti: ſecus in hærede grauato ad reſtitutionem ex
interuallo. & ratio diuerſitatis, quia primo caſu ceſſat ſu-
ſpicio, quod aliquid ſubtraxerit, ſecundo caſu non, ſecundũ
Pau. de Caſt. conſi. 210. ſuper primo, ſecundum antiquam
impreſſionem, ſequitur Do. Steph. Aufr. in add. Cap. Tho. o-
ſanæ, dec. 314. Item fuit quæſitum an fideicommiſſarius in
hoc tamen art. non audeo me firmare, quia propter uarie-
tatem opinionum ſeruanda eſſet cõſuetudo patriæ, quæ eſt
optima huius dubitationis interpres, ut in terminis noſtris
dixit Raph. Fulg. conſi. 96. pro deciſione.
Denique ubi detrahenda foret Trebellianica, id non ne-
17 gabitur, † quod in ea nõ ueniant imputandi fructus iudicio
teſtatoris percepti, l. in fideicommiſſaria, ff. ad Treb. ſed du-
bitari poteſt, an hæres inuitus teneatur imputare. Iaco. de
Are. Oldr. & Rap. in l. mulier, §. ſi hæres, ff. ad Treb. intelligũt
fructus eſſe imputandos, ſi eos reſtituere nolit: ſed ſi hæ-
res grauatus uelit fructus reſtituere, poteſt Trebellianicam
detrahere de corporibus hæreditarijs. ſed Bartol. & Raph.
Com. in l. ita tamen, §. hæres ex aſſe, eod. tit. uolunt, quod
iſtud relinquatur arbitrio iudicis, arg. l. non amplius, §. fina.
cum l. ſeq. ff. de leg. primo. Ego autem exiſtimo habendam
fructuum diſtinctionem: aut non extant, & hos hæres in
uitus tenetur imputare, nec ualet æſtimationem reſtituere.
Aut extant, & hos non tenetur imputare, ſi uelit eos reſti-
tuere. ita diſtinguit Pau. de Caſt. in d. l. ita tamen. §. hęres ex
aſſe. & medio huius diſtinctionis concordantur uariæ Do
ctorum ſententiæ, quæ in hoc puncto reperiuntur, ſuper quo
puncto non puto inſiſtendum, quia Segondinus non ha-
bet unde fructuum ęſtimationẽ Franc. reddat, ſi uelit quar
tam in corporibus detrahere. Id etiam non omitto, quod
alienata quoque bona, quæ reſtitutioni ſubiecta erant, in
quartam hanc Trebellianicam ueniunt imputãda. d. l. Mar
cellus. §. res. quæ. ff. ad Treb. ex quibus omnibus intrepidè
concludendum eſt de huiuſmodi hæreditate: uel ſi ita ma-
uis dicere, de huiuſmodi fideicommiſſo nullam poſſe de
trahi Trebellianicam.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quid ſit.*
2 *Auus paternus, & maternus, quomodo nepoti ſuccedunt.*
3 *Legum correctio eſt euitanda.*
4 *Lex correctoria ita reſtringi debet, ut minus corrigatur quàm ſit poſſibile.*
5 *Lex noua non trahitur ad antiquas, ſed per eas diſtinguitur.*
6 *Nepos ſicut miles, fingitur habere diuerſa patrimonia.*
7 *Fratres paterni præferuntur uterinis, quò ad bona paterna, uterini uerò præferuntur paternis reſpectu bonorum maternorum: circa autem aliorum bonorum ſucceſſionem, æqualiter ſuccedunt.*
Idem in filijs primi, & ſecundi matrimonij. num. 8.
9 *Creditor, cuius pecunia debitor rem emit, in ea præfertur cæteris, etiam anterioribus creditoribus.*
10 *Aequitas rigori præponitur.*
11 *Bartol. cæteros præcellit æquitate, & ueritate.*
Et eſt Luminare maius Iuris ciuilis. num. 12.
Abb. autem Iuris Canonici eſt maius Luminare, nu. 13.

DE

DE SVCCESSIONE ab inteſtato.

RESPONSVM I.

PRæmiſſa dubitatio Regia, ſeu Imperiali deciſione, non meo Reſponſo egeret, tanta eſt omnium inter iuriſtas diſcordia, ut in quam uelit partē, facilè quiſquis poſſit declinare: Quod auus maternus ab inteſtato ſimul ſuccedat cum auia paterna pro dimidia hæreditatis defuncti nepotis in quibuſcumque bonis etiam à patre prouectis, uidetur caſus in §. conſequēs, in Authen. de hæred. quæ ab inteſta. & in auth. defuncto, C. ad Tertul. clarè ibi deciditur, quod mortuo nepore dimidia hæreditatis defertur parentibus paternis, altera dimidia parentibus maternis, ſi pari gradu ſint. Quod ſi dimidia hæreditatis defertur parentibus maternis, ergo etiam defertur dimidia bonorum, quæ peruenerunt in nepotem ex hæreditate paterna, quæ deſijt eſſe hæreditas paterna, & incipit dici etiam in bonis nepotis, l. penul. §. ueteres, ff. de acquir. poſſeſſ. & quia ſi parentes materni generis ſuccedunt in dimidia hæreditatis nepotis, ergo in dimidia omnium bo-
1 norum. † Quia hæreditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit, l. hæreditas, ff. de reg. iur. & per iſta iura Bald. ita determinauit, & Salv. & Fulg. in d. auth. defuncto. Salv. in authen. itaque, C. com. de ſucc. Nicol. de Vbal. in tractatu de ſucc. ab inteſt. in 2. parte, col. 3. & in ſpecie ita conſuluit Corn. conſi. 286. circa hanc, colum. 4. niſque ad fin. lib. 1. & conſ. 265. circa iſtum articulum, lib. 4. per totum, & ibi colum. fina. uidetur dicere, quod iſtam opinionem, quod non debeat fieri diſtinctio bonorum, tenent Doctor. plures numero & authoritate, allegans idem conſuluiſſe D. Benedictum Capram, & d. Ioan. de Monteſperello.

2 Præmiſſis non obſtantibus, † uerior & æquior eſt alia opinio, quæ uult auiam paternam ſuccedere in bonis, quæ nepoti obuenerunt a patre & auis, uel auiam maternam in bonis, quæ obuenerunt nepoti à matre ex linea materna, in reliquis ſuccedunt æqualiter. quam opinionem tenuit Bart. pater æquitatis & ueritatis, in authen. itaque, C. communia de ſucceſ. & in conſi. 215. incipien. an ſi teſtamentum, & in l. quod ſcitis, §. ſin autem, C. de bon. quæ lib. & in l. poſt dotē, in fine, ff. ſol. matr. Idem tenent Ludo. Roman. & Imo. in d. l. poſt dotem. Ang. & Paul. de Caſt. in d. l. quod ſcitis, §. ſin autem, Lud. Roma. conſi. 40. uiſis & diſcuſſis, in ultimo dubio. Panor. conſi. 75. primo eſt uidendum, colum. fina. lib. 1. & iſtam opinionem dixit æquam Cor. ſibi contrarius, conſ. 47. uidetur prima facie dicendum, col. 3. lib. 1. idem tenuit conſulendo d. Guido Papæ conſi. 50. ex facto tradito, in quarto dubio.

Pro iſta opinione adducitur tex. in d. l. quod ſcitis, §. ſin autem, C. de bo. quæ lib. ubi eſt caſus pro iſta ſententia, quatenus in litera non reperiatur dictio, idem, & ita etiam figurant caſum ibi Albet. de Roſ. & Pau. de Caſt. Nec obſtat in quantum aduerſantes dicūt diſpoſitionem d. l. quod ſcitis, §. ſin autem, fuiſſe correctam per tex. in d. auth. defuncto.
3 quia reſpondet Ludo. Rom. in d. conſi. 40. † quod correctio legum eſt euitanda, l. unica. C. de inoſ. dot. & in dubio ſi fieri poteſt concordia. non eſt dicendum legem fuiſſe correctā, c. cum expediat. de electio. lib. 6. & hoc dicit glo. in materia ſucceſſionum ab inteſta. in Authen. de hæred. ab inteſt. uen.
4 in princip. & † lex correctoria debet reſtringi ut minus corrigat quàm ſit poſſibile, l. ſi ſerui ueſtri, cum glo. C. de nox. act. ca. cum dilectus, de conſuet. Intelligatur ergo authen. defuncto, quod parentes materni & paterni æqualiter ſuccedant, exceptis his, quæ peruenerūt ad nepotem ex linea paterna, quia in illis ſuccedunt ſoli parentes paterni, & in peruentis ex linea materna ſuccedunt ſoli parentes ma-
5 terni. facit, † quia lex noua generaliter loquens nō trahitur ad leg. antiquam ponentem caſum ſpecialem: tunc lex noua diſtinguitur per leges antiquas, l. nam & poſteriores, ff. de leg. & hoc expreſsè determinat glo. ubi latè Moderni, in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. & in auth. offeratur, C. de lit. conteſt. cum ſimilibus. Non obſtat etiam dum dicitur quòd text. d. §. conſequens, uult dimidiam hæreditatis nepotis deberi parentibus maternis, ergo etiam dimidiam bonorū, quæ fuerunt quondam patris, attento quod nomen hæreditatis, eſt nomen uniuerſale: quia ad illud, in quo conſiſtit principale fundamentum tenentium contrariam opinio-
6 nem, reſpondet Pau. de Caſt. in d. auth. itaque, † quod nepos fingitur habere diuerſa patrimonia, ſicut miles, l. 1. & 2. ff. de reſta. milit. Quod etiam ex ſequentibus euidenter demonſtratur, ex quibus dicebat Ludo. Rom. in d. l. poſt dotem, & in dicto conſi. 40. ſatis iuſtificari intentionem auiæ paternæ dato quod tex. in d. §. ſin autem, nō decideret caſum in eius
7 fauorem. † nam ſi frater decedat ab inteſtato relictis fratribus germanis ex parte patris, & fratribus uterinis ex parte matris in bonis patris præferuntur fratres paterni, in bonis maternis præferuntur materni, in alijs pariter ſuccedunt, l. de emancipatis, C. de leg. hæred. & ſequuntur Doct. ibi communiter, & in d. authen. itaque, poſt glo. & ſic frater mortuus fingitur deceſſiſſe cū diuerſis patrimonijs, ſicut miles.
8 † Sic etiam filij primi matrimonij præferuntur filijs ſecundi matrimonij in ſucceſſione matris quo ad bona, quæ ab eorum patre primo marito ad matrem peruenerant, & econtra filij ſecundi matrimonij præferuntur filijs ex primo matrimonio quò ad bona, quæ à ſecundo marito eorum patre ad matrem peruenerant, in reliquis pariter ſuccedant, l. 2. &
9 l. fœminæ, cum alijs ſequentibus. C. de ſecun. nup. † Sic creditores, de quorum pecunia res aliqua empta fuit per debitorem, præferuntur in illa re omnibus alijs creditoribus & anterioribus. l. fi. C. de pign. & in l. idemq́; ff. qui pot. in pig. habe. de quo per Bal. in l. in rebus, C. de iure dot. Et iſta opi-
10 nio eo maximè amplectenda eſt, † quia ut etiam tenentes contrarium fatentur, eſt æquior & humanior, vnde ſuccedit quòd & egregiè & ſanctè dixit Iureconſultus in l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arc. ſatis enim eſt quòd æquitas nobis ſuggerit, etſi ſtricto iure deficeremus. Et hanc opinionem ego etiam amplector rationibus præallegatis, & quia tenentes hanc partem excedunt tenentes contrariam numero, pondere, & menſura: quis enim dubitat, quòd Bart. Ang. Lud. Rom. Imola, Pau. de Caſt. Panor. & Guido Papę, nō fuerint maximi legum uertices, ut de Cheridio, Bola & Paulo, dixit Modeſtinus in l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excu. tut. quis negauerit quod non ſint maioris authoritatis quàm Bal. Salv. Fulg. Nicolaus de Vbal. Bened. Cap. Ioan. de Monteſperello, & Corn. qui huic ſententiæ contradicunt? Certè, nemo.
11 † Bar. omnium iudicio cunctos iureconſultos æquitate & ueritate præcellit, ſecundum Panor. in c. cum nobis, colum. penult. de præſcr. & in opinionibus Bar. reſidet ſubſtantia ueritatis, ſecundum Lud. Rom. conſi. 469. quo ad primum, & Iaſ. in l. pen. col. 3. C. de collat. Et quieſcendum eſt ſub illius
12 umbra, ſecundum Ang. in Repet. l. 1. C. de iud. † Et ipſe eſt Luminare maius Iuris ciuilis, ſecundum Panor. conſi. 3. &
13 Curt. conſi. 57. col. 3. † Panor. autem nunc eſt Luminare maius Iuris canonici, quę duo luminaria magna offuſcant radios aliorum. Et auctoritas Bal. qui eſt Capitaneus opinionis contrariæ tantum diſtat ab authoritate Bart. quantū diſtare ſolent à cupreſſis lenta uiburna. nam Bald. ſæpe ex ſuo capite loquebatur, ſecundum Do. Antonium de Butr. in ca. conſultationibus. de iurepatr. & Corn. qui contrariū etiam conſuluit. ſibi ipſi contrariatur, & opinionem Bar. dixit etiam humaniorem. Cum itaque lex ſcripta, cum æquitas, cum maiorum patrum noſtrorum auctoritas, auiam paternam in bonis paternis præferant auo materno. contrarium putarem ab hac ſententia conſulendo aut iudicando recedere, licèt in ſtricta diſputatione contrarium facilè defenſari poſſet, & hac de cauſa dixi dubitationem hanc egere Imperatoris aut Regis, & non meo Reſponſo.

SVMMARIVM.

14 *Fratres patris uterini admittuntur cum fratribus matris utrinque coniunctis.*
15 *Agnationis & cognationis differentia ſublata, admittuntur pares in gradu ad ſucceſſionem.*
16 *Vinculorum pluralitas ſolùm inter fratres filioſq́; fratrum conſideratur.*
17 *Succeſſionis bonorum diſtinctio conſiderata inter aſcendentes non fit inter patruum & materteram.*
Auth. poſt fratres, non extenditur ultra caſum ſuum. nu. 18.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

RESPONSVM II.

Propoſita conſultatio non modicam uidetur difficultatem continere. Pluralitas uinculorum ſuadet, quod fratres matris, & ſic auunculi utrinque coniuncti præferri debeant uterinis fratribus patris, & ſic patruis coniunctis ex uno latere tantū, iuxta auth. ceſſante, & auth. poſt fratres, & in corp. unde ſumitur, C. de leg. hæred. Alia ratio ſuadet, quod in bonis, quę ad filium peruenerunt ex parte patris, præferendi ſint fratres patris primi uterini; & in bonis, quæ peruenerunt ex latere matris, anteponēdi ſint fratres matris, ſicut diximus in auo & aſcendentibus paternis, qui in bonis, quæ ad nepotem peruenerunt à patre, præferuntur auo, & auiæ maternis, & econtra. In bonis peruentis ad nepotem ex matre præferuntur aſcendentes materni, ſecundum Bar. in auth. itaque, C. communia de ſucceſſ. per tex. in l. quod ſcitis, §. ſin autem, quatenus in littera non eſt dictio, idem, & ibi Paul. de Caſt. C. de bonis quæ liber. quod etiam ſequutus eſt idem Bart. conſulendo conſi. 45. incipiente, an ſi teſtamentū, & in d. l. quod ſcitis, & in l. poſt dotem. ff. ſolu. matr. & ibi Ludo. Roma. & Imo. idem uoluerunt, & Lud. Rom. conſi. 40. uiſis & diſcuſſis, in ultimo dubio, & Guido Papæ conſi. 50. ex facto tradito, in quarto dubio.

Ratio autem correctionis euitandæ nos impellit in aliā
14 ſententiā, ut dicamus † fratres patris uterinos ſimul & æqualiter cum fratribus maternis utrinque coniunctis admittendos,
15 iura omnia clariſſimè diſponunt † pares in gradu pariter ad ſucceſſionem admittendos ſublata agnationis & cognationis differentia, §. conſequens, & ſeq. in Auth. de hæred. quę ab inteſta. quæ iura cum ſint nouiſſima, nec reperiantur correcta, cur ſtare prohibentur, l. præcipimus, C. de appel. cum ſimilibus? Et ita in terminis qōnem noſtrā determinauit Iac. de Belui. in Auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi uerò.
16 ubi dixit, † ꝙ pluralitas uinculorū conſideratꝰ ſolū inter fratres & filios fratrum, uidelicet cum fratres tractant de fratri ſuccedendo, uel filij fratrum de ſuccedendo patruo, & non inter alios agnatos, uel cognatos aſcendentes, uel tranſuerſales. Et hanc ſententiam amplexus eſt Bar. iuris lumen, & pater ueritatis in l. poſt conſanguineos, §. legitima, ff. de ſuis & legitimis, quem ſecutus fuit Bald. conſi. 188. in ſubſtitutione, lib. 1. ubi latè reſpondet contrarijs ſupra formatis. idē firmauit Pau. de Caſt. in authen. poſt fratres, C. communia de ſucceſſ. & in conſi. 360. exordiente, id quod ſupra concluſum eſt, ſecundum antiquam impreſſionem. Nam ſi ultra fratres & fratrum filios, pluralitas uinculorum nihil operatur, d. authen. poſt fratres. ſed ſpeciale inducitur hoc inter ipſos fratres, & fratrum filios, ut in Auth. de conſang. & uter. fratr. parum ante finem. ergo in alijs ſeruabuntur iura uolentia, quod pares gradu pariter ſuccedant. ex illis conſtat quod prima ratio non militat in propoſito.

Non ēt obſtat alia, & ſecūda rō, qa opinio Bar. in d. auth. itaque, non tranſit ſine difficultate. Et ꝯtriū tenent Bald. Sal. & Fulg. in d. auth. defuncto. & Do. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 2. parte, col. 3. & contrarium conſuluit d. Philippus Com. uarijs uicibus, & maxime in cōſi. 265. circa iſtum articulum, lib. 4. ubi reſpōdet ad tex. in d. l. quod ſcitis, & ibi colum. fina. dicit, quod iſtam opinionem, quod non debeat fieri diſtinctio bonorum, tenent Doctores plures numero & authoritate, & idem cōſuluit in conſi. 286. circa hanc, colum. 4. uſque ad fi. lib. 1. ubi reſpondet omnibus contrarijs. Et circa rationes, & reſponſiones potuiſſem hic inſiſtere, ſed nolui, quia uideri poſſunt, & deteſtabile uidetur transferre ſcripta Doctorum de charta in papirum. Et dato quod deciſio Bar. in d. auth. itaque, uerior eſſet, illa procederet in caſu ſuo, ideſt in aſcendentibus, nec tamen extenden. uideretur ad tranſuerſales, ut in ſpecie dixit Ludo. Bolog. in addi. ad tractatum materiarum de ſucceſſ. ab inteſt. car. 10. in additione, quæ incipit, non ſunt multi menſes. ubi
17 conſuluit quòd † ſi ſit quęſtio inter patruum, & materteram non ſit habenda diſtinctio bonorum, quæ inter aſcēdentes fieri ſolet. Et ſi fortè obijciatur, quod Bar in d. §. legitima, & authoritates per me ſupra adductæ, loquantur quando eſt quæſtio inter patruos utrinque cōiunctos, & patruos ex uno latere tantum. Reſpondeo, quòd iſtud non debet nos mouere, quia ſi patruus utrinque coniunctus non excludit patruum ex uno latere, multo minus auunculus utrinque cōiunctus debet excludere patruum ex uno latere tantum. Pręterea ratio, quare Doct. uolunt quod diſpoſitio dictæ au-
18 then. † poſt fratres, cum ſimil. non ſit extēdenda ultra caſum ſuum, ne inducatur legum correctio, militat etiā in noſtro caſu: ergo militabit & eadem iuris cenſura, l. à Titio, ff. de uerb. oblig. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum concordantijs.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 Filio emancipato, an ſuccedant fratres ſimul cum patre in bonis donatis à patre in præmium emancipationis.
2 Legitima debetur aſcendentibus, non fratribus.
3 Querela inofficioſi teſtamenti datur etiam fratri, turpi perſona inſtituta.
4 Rationis identitate licita eſt extenſio in exorbitantibus.
5 Leges correctoriæ ſtrictè ſunt intelligendæ, & interpretandæ.
6 Pater eſt uſufructuarius omnium bonorum aduentitiorum filij emancipati propter remunerationem emancipationis, niſi expreſſè renunciet. & nu. ſeq.
8 Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.
9 Stipulatio facta pro filia, comprehendit hæredes.
10 Stipulatio interpretatur ſecundum iuris, & ſtatutorum formam.
11 Pluralis uocatio verificatur in vno ſingulari, & econuerſo.
12 Patris ſpes, non eſt filium præmori.
13 Nemo præſumitur uelle alium ſibi præferre.
14 Diſpoſitio non trahitur ad caſus incogitatos.
15 Hæreditati uiuentis non poteſt renunciari.
16 Fructus, & uſusfructus, in ſe differunt.
17 Donans fructus ſimpliciter, intelligitur donaſſe fructus pendentes tempore donationis, niſi aliud appareat.
18 Fructus certarum rerum reſeruans, an tacitè dicatur renunciare uſumfructum aliarum rerum.
19 Prius nec poſterius datur in his, quæ fiunt in eodem contextu.
20 Reſeruatio uſusfructus aliquorum bonorum donatorum in præmium emancipationis, operatur ut ſit pater uſufructuarius in totum illorum bonorum reſeruatorū iuxta l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber.
21 Stipulatio dotis reſtituendæ debet intelligi, non extantibus liberis.
22 Pater non debet habere uſumfructum in parte filiorum cum eo ſuccedentium, niſi ille alium titulum prætendat.
23 Dos profectitia ad ſuos deuoluitur mortua uxore, extantibus liberis.
24 Nepotes ex filia mortua, an decedente auo materno imputent dotem matris in legitimam.

RESPONSVM III.

Plura dubia reſultant ex narratione facti, & totidem ſunt, quot ſunt petitiones integerrimi & Excellētiſsimi Iureconſulti Domini Gulielmi Raſcarij, cui ſcripta & Reſponſa mea (ut puto) non diſplicebunt. Nam & ipſe ueram philoſophiam ſectatur, & ego à ueris Iuriſprudentiæ traditionibus non diſcedam.

Circa primum, an in bonis donatis filio in præmium emancipationis ſuccedant ſorores ſimul cum Domino Ludouico de Bariſis patre, iuxta diſpoſitionem auth. defuncto, C. ad Tertul. An uero ſolus pater iuxta deciſ. Bar. in authen. itaque, C. communia de ſucc. ubi uult habēdam eſſe diſtinctionem bonorum, ut in profectis à patre ſuccedant pater & aſcendentes paterni: in profectis à matre, ſuccedant mater & aſcendentes materni: in aduentitiis uero habeat locum diſpoſitio dictæ auth. defuncto. Super quo dubio duo uidenda ſunt. Primum, an deciſio Bart. in d. authen. itaque, procedat de iure. Secundò, poſito quod ſit uera, an procedat in caſu noſtro, in quo non uertitur quæſtio inter aſcendentes, ſed inter aſcendentem & collateralem.

Super primo articulo plurima dicenda ſe offerunt, ſed quia

quia Magnifico Domino Raſcario ea omnia notiſſima
ſunt, procedam concluſiue omiſſis articulis & rationibus,
quæ in locis infra allegandis abundè referuntur. Bald. Saly.
& Fulg. in d. auth. defuncto, tenent non eſſe habendam ullā
diſtinctionem bonorum, ſed pariter aſcendentes paterni, &
materni, & fratres & ſorores ſimul ſuccedere in bonis qui-
buſcunque & undecunque quæſitis, iuxta diſpoſitionem di-
ctæ auth. per illum tex. ponderando illa uerba, dimidia hæ-
reditatis. & ſequitur Sal. in d. auth. itaque, & Nico. de Vbal.
in tractatu de ſucc. ab inteſt. in 2. parte, col. 3. & ſecundum
hanc opinionem conſuluit Corn. conſi. 286. circa hanc, co-
lum. 4. uſque ad fi. li. 1. & conſi. 265. circa iſtum articulum,
lib. 4. per totum, & maxime colum. fi. ubi dixit hanc opinio
nem ſuam. Contra Bar. tenent Doct. plures numero & au-
thoritate, quàm ſint tenentes ſententiam Bar. & quod ita ui-
dit conſultum fuiſſe per D. Benedictum de Benedictis, & d.
Ioannem Petr. & tenendo hanc opinionem, Clariſſimus
Raſcarij rectè peteret tertiam partem, ſeu uerius quartam di
ctorum bonorum tamquàm donatarius dominæ Magdale-
næ ſororis domini Franciſci defuncti: ſed quia opinio Bart.
in d. authen. itaque, eſt magis communis, & iudicio meo
æquior, non credo quòd ſuper hoc Dominus Raſcar. faciat
fundamentum; & quod ſi mater & pater ſimul concurrunt,
quod ſit facienda diſtinctio bonorum, tenuit idem Bart.
pater æquitatis, & ueritatis, in conſi. 215. incipiente, an ſi re
ſtamentum, & in l. quod ſcitis, §. ſin autem, C. de bon. quæ
liber. per illum tex. ubi eſt caſus expreſſus quatenus in lite-
ra non ſit dictio, idem: & ſequitur ibi Alber. de Roſ. & Pau.
de Caſt. figurando caſum, & idem tenet ibi Angel. idem te-
nent Bar. Ludo. Rom. & Imola in l. poſt dotem, ad finem, ff.
ſolu. matr. & Lud. Rom. conſi. 40. uiſis & diſcuſſis, in ultimo
dubio. Panor. conſi. 75. primo eſt uidendum, colum. fi. lib. 1.
Et hanc opinionem dicit æquam Corneus, ſibi contrarius,
conſi. 47. videt̄ prima facie dicendum, colum. 3. lib. 1. & ita
etiam conſuluit Do. Guido Papæ conſi. 50. ex facto tradito,
in 4. dubio. Ex quibus apparet, quod opinio Bart. eſt com-
muniter approbata. Vnde in iudicando non eſſet ab ea re-
cedendum, attento maximè quod aduerſantes fatēntur eam
eſſe æquam, unde dicam cum Iureconſulto in l. 2. §. item
Varus, ff. de aqua plu. arcen. ſatis enim eſt, quod nobis æqui
tas ſuccurrit, licèt ſtricto iure deficiamus. Super ſecundo,
numquid diſtinctio bonorum ſit facienda in caſu noſtro, in
quo agitur inter patruum & ſorores. Videretur prima facie
dicendum quod non, quia diſpoſitio tex. in d. l. quod ſcitis,
attentó communi intellectu uidetur exorbitāſ, ergo reſtrin-
genda, ut non procedat extra caſum ſuum, l. ſi uero, §. de ui
ro, cum uulgaribus, ff. ſolu. matr. Hinc eſt quòd inter aſcen-
dentes tranſuerſales non habet locum talis bonorū diſtin-
ctio ſecundum Ludo. Bol. in add. ad tractat. materiarum de
ſucc. ab inteſt. in additione, quæ incipit, non ſunt multi mē-
ſes, car. 10.

Contrarium tamen mihi uerius uidetur, quia ſubeſt ma
ior ratio, aut ſaltem tanta, diſtinguendo bona quando con
currunt aſcendentes cum tranſuerſalibus, ſicut quando con
currunt aſcendentes cum aſcendentibus. ſi enim pater &
auus paternus in bonis, quæ ex linea ipſorum peruenerunt
in filiū, anteponuntur matri & auo materno, quibus magis
eſt debita hæreditas quàm fratribus & ſororibus tranſuerſā-
libus, quanto magis in eiſdem bonis anteponendi ſunt ip-
2 ſis ſororibus. † Nam aſcendentibus debet legitima, ut in §.
aliud quoque capitulum, cum ſimilibus. ut cum de app. co-
gnoſ. & in c. ſi pater, de teſtam. lib. 6. eiſq; datur querela inoſ
fic. teſtam. l. nam etſi parentibus, ff. de inoſ. teſtam. ſororibus
3 vero, & fratribus † neque legitima debetur, neque querela
competit, niſi inſtituta turpi perſona, l. fratres, C. de inoffi. te
ſtamen. & ex hoc patet reſponſio ad rationem contrariam,
4 † quia in exorbitantibus ex identitate rationis, & multo ma
gis ex maioritate, licita eſt extenſio, l. libertus, §. Senatus, de
ritu nupt. imò poſſunt probabiliter dicere quod diſpoſitio
d. l. quod ſcitis, ſecundum intellectum Bar. & communem,
non uidetur exorbitans, imo ſecundum puram & meram
æquitatem iuris. ſed non inſiſtam ſuper hoc, quia dato ꝙ
eſſet exorbitans, licita foret extenſio, ut prædixi. Et ubi aliàs
diſpoſitio d. l. non eſſet extendenda ad bona, quæ a patre in
filium peruenerunt, tamē quantum ad bona donata in præ
mium emancipationis, contrarium ſuaderi poſſet, tāquàm
donata cenſeantur contracta fiducia, ideſt reſeruato ſibi iu-
5 re ſuccedendi in illis, arg. § fi. Inſtit. de leg. agn. ſucc. † & licèt
diſpoſitio dicti §. ſic correcta fuerit per tex. in d. auth. defun
cto. quia tamen eadem ratio Corrigendi, ſeu ſaltem tanta,
non militat in bonis profectitijs, ſicut in aduentitijs: ideò
crederem diſpoſitionem d. auth. tamquàm correctoriam
eſſe ſtrictè interpretandam, ut intelligatur in aduentitijs, ſe
cus in profectitijs, in quibus nec æquum, nec honeſtum ui-
detur, ut ſorores cum patre ſuccedant: nam correctoriæ le-
ges ſunt ſtrictè & frigidè interpretandæ, ut minus corrigant
quàm ſit poſſibile, ca. cum dilectus, de conſti. l. ſi ſerui ueſtri,
C. de nox. inſuper ex quo poſt mortem filij ſupererant pater
Philippa, Claudia, & Domina Magdalena, non uidetur ꝙ
Magdalena poſſit prætendere ius niſi pro quarta parte. Nec
obſtat inquantum dicitur, quod Claudia deceſſit, hæredita
te non adita, quia in facto præſupponitur mihi contra-
rium.

Petit ſecundò Dominus meus fructus perceptos per Do-
minum Ludouicum auum ex dictis bonis donatis filio de-
functo pro tertia parte, & fructus perceptos ex bonis dona-
tis filio per Do. de Creuiſio, & ante reſolutionē præmiſſam
malè uidetur petere tertiam partem fructuum bonorū do-
natorum per patrem filio, quia in dictis bonis ſucceſſit pa
ter ſolus excluſa Domina Magdalena, ut ſupra demonſtra-
tū. Sed poſito quod Domina Magdalena ſucceſſerit in quar
ta parte, non tamen Dominus meus uidetur iuridice pete-
re integros fructus dictæ quartæ partis, & cæterorum bono-
6 rum donatorum filio per D. Clauſi. Quia † de iure commu-
ni pater in remunerationem emancipationis à lege conſti-
tuitur vſufructuarius pro media parte omnium bonorum
7 aduentitiorum filij emācipati, † niſi in ſpecie renunciauerit
dicto vſufructui, l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quę
lib. Dominus autem Ludouicus nō renunciauit uſufructui,
nec beneficio dicti §. cum autem, in ſpecie. ergo &c.

Nec obſtare videtur deciſio Bal. nouelli in tract. de dote,
in 1 a. parte, ſolio 83. ſecundum impreſſionem meam addu
cta contra primum reſponſum conſultationis noſtrę, tum
quia Bald. dicit quod non firmat eam, ſed relinquit cogi-
tandum, tum quia nulla bona ratione mouetur. Nam illa
ratio, quod pater ſtipulando filiæ, & hæredibus, non intelli-
gatur de ſe ipſo, ſed de alijs hæredibus, nō eſt vera, quia ſe-
queretur quod nec etiam deberet ſuccedere ſimul cum fra-
tribus, vel ſororibus diſiuncti filij, ſi de ſeipſo intellexiſſet,
cuius contrarium decidit ipſe Bald. nec video rationē qua-
re intellexerit magis de ſeipſo pro una parte, quàm pro to-
to. Et quod deciſio Bal. non ſit iuridica, oſtenditur clariſſi-
8 mè, † quia expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur,
l. 3. ff. de leg. 1. l. non rectè, C. de fideiuſſ. ſed ſi ſimpliciter ſti-
9 pulatus fuiſſet filię, † certum eſt quòd intelligebatur etiam
ſtipulatus hæredibus, l. pactum, ff. de proba. & tamen pater
non obſtante tali ſtipulatione ſuccedit ſolus in bonis profe-
ctitijs ſecundum Bar. in l. poſt dotem, in fine, ff. ſolu. matr.
ergo idē ſi expreſſè fuerit ſtipulatus filiæ & hęredib. Secūdò,
10 quia pater in dubio cenſetur ſtipulatus ſecundum formam
iuris, & ſtaturorum ſecūdum Bar. in l. vt iuſiuran. §. ſi liberi,
ff. de oper. liber. ergo ſibi ſoli, cum ſolus de iure ſuccedat ſe-
cundum communem Doct. ſententiam. Non obſtat quod
11 ſtipulatus fuerit hæredibus in plurali: † quia illa pluralis lo
cutio verificatur etiā in vno hærede, ſicut ſtipulatio ſibi hæ-
redíq; ſuo trahitur ad plurale ſi ſint plures hæredes, l. ſtipula-
tio iſta, §. ſed ſi quis, ff. de verb. oblig. facit tex. in l. qui liberis,
§. hæc uerba, iuncta l. ſed ſi plures, ff. de vulg. & pup. Nam plu
ralis locutio verificatur in ſingulari, & ſingularis in plurali,
ſi nihil proponatur repugnare, l. diuus, in fi. ff. de per. hæred.
l. prima, in fine, C. de condi. inſer. traditur per Iaſ. in l. Gal-
lus, §. quod ſi, colum. prima, ff. de liber. & poſthu. Nec enim
pater ſtipulādo filiæ & hæredibus potuit pręuidere, an vnus,
vel plures eſſent futuri hæredes: vnde ſtipulando, ad ius re ſe
12 rendum videtur. † Nec crederem, quod pater vllo modo
cogitaret ſe futurum hæredem ſimul cum fratribus, & ſoro
ribus defuncti, vt præſupponit Bald. cùm non crederet, nec
ſperaret filium pręmoriturum, l. nam etſi parentibus, ff. de
inoſ. teſtam. Nam ſi credidiſſet, veriſimile eſt quod ſibi ſoli
13 ſtipulatus fuiſſet, † quia non eſt pręſumendum, quod alium
ſibi ipſi pręrtuliſſe debuerit, l. præſes, cum glo. C. de ſeruit. &
aqua. Hinc inſero aliam rationem contra Bart. nam ſtante
communi ſententia, quod in profectitijs pater ſolus ſucce-
dat, ſi uelimus tenere cum Bal. oportet præſupponere quod
pater per talem ſtipulationem cēſeatur renunciaſſe iuri ſuc
cedendi ipſi filio, cui bona donauit in fauorem fratrum,
& ſororum ipſius filij, quod mea quidem ſententia dicen-
dum non eſt, tum quia renunciatio nō præſumitur niſi eui
denter conſtet de mente diſponentis, l. cum de indebito, ff.
14 de probat. tum † quia ad caſum veriſimiliter non cogitatū
non

non trahitur diſpoſitio,l. mater decedens,ff.de inoffic.teſta-
15 men.cum vulg. † tum quia renunciaſſet hęreditati viuentis,
16 quod non permittitur,l.qui ſuperſtitis,ff.de acq.hęre.†Dice-
bam dato etiam quod pręmiſſa non procederent, quòd ta-
men pater remăſerat vſufructuarius pro media parte oĩum
bonorum aduentitiorum, & profectitiorum donatorũ in
pręmium emancipationis,per tex.in l.cum oportet, §. cum
autem,C.de bon. quę libe. Reſpondetur mihi iſtud uerum
eſſe,ſed ad propoſitum non facere, quia Dominus Ludo-
uicus donauit etiam fructus bonorum acquiſitorum per
Do.Franciſcum filium,& ſic quantum ad fructus bonorum
donatorum per Dominum de Clauſio ceſſat diſpoſitio d.§.
cum autem, quia Dominus Ludouicus remiſit expreſsè fru
17 ctus dictorum bonorum. ad quod replicari poteſt, † quod
aliud ſunt fructus, aliud vſusfructus,l.fructus, ſolu.matrim.
vnde qui donat fructus,non poteſt dici donaſſe vſumfructũ.
& ſi dicatur quòd Bar.in l.fundi Trebatiani,ff.de vſuſ. lega.
determinat quòd licèt aliud ſint fructus, aliud vſusfructus:
ſi tamen teſtator leget fructus,qui percipiũtur,& percipi po-
terunt ex tali fundo,quod videatur legaſſe vſumfructum at-
tenta mente, quę pręualet verbis, l. 3.C.de lib.pręt. Reſpon.
deo, quod ibi teſtator ſe retulit ad futurum tempus, & ad
fructus in futurum percipiẽdos, ſed in caſu noſtro pater do
18 nauit fructus ſimpliciter. † vnde intelligitur donaſſe ſolùm
fructus extantes, ſeu pendentes tempore donationis, non
etiam fructus naſcituros. Nam ad hoc vt procedat diſpoſi-
tio l.fundi,neceſſe eſt quòd diſponens ſe referat ad futurum
tempus,fructusq; ſucceſſiue naſcituros,vt ibi legitur & colli
gitur ex doctr.Bar.in d.l.fructus. ſed ſi ſimpliciter donet fru
ctus, de extantibus,vel pendentibus, intelligendum eſt; &
maximè in caſu noſtro, in quo pater donans loquitur per
verba pręſentis temporis: donat enim fructus bonorum ac-
quiſitorum vbicunque ſint illa tantum verba, vbicunq; ſint
reſtringunt,& qualificant totam donationem,l.prętor ait,§.
eritq; differentia,& ibi Bar.not.ff.de vi bon.rap.Alexan.con
ſil.48.colum.4.li.1.Dec.conſ.92.col.2.quantum uerò ad bo
na per patrem donata ipſi filio, dicitur quòd etiam non ha-
bet locum diſpoſitio dicti §.cum autem,quia fuerunt dona
19 ta poſt emancipationem. Item † tum quia ex reſeruatione
vſusfructus certarum rerum videtur tacitè remittere vſum-
fructum aliarum rerum. Sed nec iſta obſtare videntur,quia
donatio facta fuit eodem obtentu cum emancipatione, &
20 in pręmium ipſius emancipationis. † Et in his, quę ſunt in
eodem inſtrumento eodemq; contextu, non eſt dare prius
neque poſterius,l.a.§.prius,& ibi latè Moderni, ff.de vulga.
& pupil.l.hęredes palam, §.pen.& fin.ff.de teſtam. & quæ in
continenti fiunt, cenſentur ineſſe,l.lecta.ff.ſi cer.pet.& ſolet
donatio in pręmium emãcipationis ſemper fieri immedia-
tè poſt emancipationem.& tamen tex.in d.§.cum aũt, vult
dimidiatu vſusfructus ad patrem ſpectare niſi expreſsè renũ
ciauerit. Ad reſeruationem vſusfructus certarum rerum, re
21 ſpondetur † ꝙ talis reſeruatio operatur quod in reſeruatis
habeat vſumfructum integrum & inſolidum, quem non ha
buiſſet niſi pro dimidia, niſi ſibi integrum ius reſeruaſſet:
nõ autem operatur quòd pater non velit habere dimidiam
vſusfructus ſibi debiti in alijs rebus.

Ad tertium reſpõſum,quòd dos ad patrem redire debue
rit, quia pater in caſum dotis reſtituendę ſibi eam reddi ſti-
22 pulatus fuit,l.cum dos, ff. de iure dot. Reſpondetur † quòd
talis ſtipulatio debet intelligi in caſum non exiſtentium li-
berorum propter illa verba, quod Deus auertat. Sed vt dixi
iſta ſunt verba patris miſerantis reſpicientia caſum, quo fi-
lia prędecederet. Nec obſtat dũ dicitur quòd iſte ſenſus ſta-
re non poteſt, quia Magdalena in ſtipulationem prius fuit
nominata: nam ſi reddantur ſingula ſingulis, nihil facit
contra hunc ſenſum,quod fuerit, vel non fuerit primò no-
minata.

Ad vltimum,quòd dos ſit imputanda nepoti in legitimã,
non aliter inſiſtam circa replicata, quia communis eſt illa,
quam dixi.

Nec obſtat diſpoſitio auth. item hęreditas,C.de bon.quę
23 liber. quia loquitur † quando pater pręte ndit vſumfructum
in parte filiorum ſimul cum eo ſuccedentium in bonis fra-
tris ratione petitę poteſtatis: ſecus verò ſi pręrendat vſumfru
ctum ſibi deberi alio titulo, in caſu noſtro, in quo titulo re-
munerationis. & ob cãm emancipationis pręrendit dimi-
diam partem fructuum omnium bonorum filij emãcipari,
d.§.cum autem. Vel d.auth. procederet, quando prætende-
ret vſumfructum ſibi deberi quia pater filiorum, qui ſimul
ſucceſſerunt cum eo: ſecus ſi pręrendat vſumfructum,quia
pater filij emancipati, & ſic ex alio iure, & iſta eſt ipſa ueri-
tas. patet, quia diſpoſitio d. auth. item hæreditas, poſita eſt
ante d.§.cum autem. & ſic eſt poſita ad correctionem, d. l.
cum oportet,in prin.non ad correctionem d.§.cum autem,
qui ſubſequitur. Ex quibus patet quod d. Raſcarij nullum
ius habet in fructibus bonorum donatorum à patre filio,ut
ſupra dixi, in fructibus autem aliorum bonorum aduenti-
tiorum ſolùm poteſt prætendere ius in dimidia parte eius
quartæ partis.

Tertio petit Dominus Antonius Franciſcus filius prædi-
cti Domini Raſcarij, dotẽ Dominæ Magdalenæ matris ſuæ
ſibi reſtitui, & hæc uidetur iuridica petitio: quia ſecundum
opinionem Mart. conſuetudine & ſtatuto prouinciali com
24 probatum † mortua matre cum liberis dos profectitia de-
uoluitur ad filios,non ad auum maternum, qui dotem de-
derat,vt latè traditur in l.poſt dotem, ff. ſolu.matr. Et iſtam
op. Mart. dicit etiam de iure veriorem Soc. conſi. 9. proſe-
quendo ordinem,colum.prima,& ſex ſequen.lib.primo.De
cuius veritate aliter non diſcutiam,quia ſtatutum eam con-
firmat. Et quia in contractu dotis maritus ſtipulatus fuit
dotem pro ſe uxori,& filijs ex eo matrimonio procreandis:
ſed tamen in præſenti caſu aduertendum eſt, quia opinio
Martini tam de iure communi ex diſpoſitione ſtatuti limi-
tatur, vt non procedat quando pater dotans ſtipulatus fuit
dotem ſibi reſtitui l.quotiens,ff.ſolu.matr. l.cum dos. ff. de
iure dot.cum ſimilibus. vnde quia Dominus Ludouicus pa
ter in contractu dotis ſtipulatus eſt ſibi reſtitui, non videtur
ꝙ liberi ſuccędere poſſint in dicta dote, ſed re vera debuerit
ad auum ex pacto.

Nec obſtat ſi dicatur quod talis ſtipulatio debet intelligi
liberis non exiſtentibus: quia vt dixi ſtatutum refragatur, &
communis opinio Doctorum eſt in contrarium ſecundum
Sal.in l.dos à patre,circa fi. C. de iure dot. Nec illa uerba,
quod Deus auertat,poſſunt importare tantum, quantum ſi
dictum eſſet caſu, quo matrimonium diſſoluatur ſine libe-
ris: quia & in ſenſu, & in figura ſunt penitus diuerſa. & licèt
Bartol. in l.Caius,ff.ſolu.matrimo.velit quòd ſi pater ſtipu-
letur dotem reddi ſibi, aut ei, cui caſus dederit: tunc intel
ligatur ſtipulatus ſibi, ſi matrimonium ſoluatur morte mu
lieris decedentis ſine liberis, tamen iſtud nihil facit ad ca-
ſum noſtrum, in quo pater ſibi ſoli ſtipulatur dotem reddi
in caſu reſtitutionis dotis,quod Deus auertat. Nam illa uer
ba,quod Deus auertat, referenda ſunt ad mortem filię qua-
ſi dicat pater,quod Deus auertat, vt filia prædecedat. & ſic
uerba ſunt patris,non autem ad caſum exiſtentium libero-
rum referri poſſunt. Præterea deciſio illa Bar.ideo procedit,
quia alternatiuè pater fuit ſtipulatus ſibi & his, quibus ca-
ſus. & Deus reddi de iure voluerit, & ſic cenſetur ſtipulatus
expreſſe nepotibus, quibus de iure, ſeu ex conſuetudine de-
bet reſtitui vt ſupra dixi: ſecus quando fuiſſet ſtipulatus co-
pulatiuè,ſibi & his quibus Deus.& caſus dederit, tunc diui-
denda eſſet dos inter auum & nepotes ſecundum Io. Phi-
lipp.Corn.conſi.154.colum.3.lib.3. ergo quando ſtipulatur
ſibi ſoli reddi, ſi caſus dederit,non erit dos communicãda
nepotibus, & multo magis quando ſtipulatur eam ſibi ſoli
reddi in caſum diſſoluti matrimonij, quod Deus auertat.
Tamẽ propter ſtipulationem inanti factam, etiam pro libe-
ris facta dicetur ſtipulatio aui ſtipulantis dotem ſibi reddi
in caſum diſſoluti matrimonij.debet intelligi ſi diſſoluatur
25 matrimonium liberis non extantibus. † Vnde videamus
an nepotes mortuo auo debeant talem dotem ſibi imputa-
re in legitimam ſibi debitam ex perſona propria. Et paucis
agendo,reſpondeo in legitimam ſibi imputandam, vt con-
cludit Bartol. in l. in quartam,ff.ad leg Falcid. & licèt ali-
qui contradicant, tamen opinio Bartol. eſt communis,
& ab ea in iudicando non eſſet tutum, neque honeſtum
recedere. Et quod opinio Bartol. ſit communiter appro-
bata, atteſtatur Dominus Picus in d. l. in quartam. ubi
latiſſimè diſputat articulum: tandem dicit quod opinio
Bar.eſt ipſa ueritas,& communiter approbata, & idem atte-
ſtatur Dec.conſ.181. ſatis nota eſt quæſtio. colum. fina. Et
hanc opinionem Bartol. examinat & latiſſimè Do. Fab. de
Monte,in authen. nouiſſima, in 8. car. C. de inoffic. teſta.
men. vbi poſt multa hincinde adducta, dicit opinionem
Bart.eſſe veram indiſtinctè,& maximè ſi auus fuerit ſtipu'a-
tus dotem ſibi reddi, vt in caſu iſto. vnde non curabo aliter
adducere argumẽta.quæ pro vtraque parte adduci poſſunt,
tum quia implerem multas cartas, tum quia ſufficit cõmu-
nem eſſe pro nobis, tum quia ſtatutum prouinciale vult ꝙ
liberi etiam quòd dotem habeant ex perſona matris, nihi

Jominus tenentur imputare in legitimam ; tum quia in ca
ſu noſtro nepotes habere uidentur dotem. nõ hæredes ma-
tris. ſed ex prouiſione aui, qui dedit dotem filiæ pro ſe & libe
ris ex illo matrimonio procreandis, quo caſu quando iudi
cio aui nepotes dotem capiunt, tunc eam ſecūdum omnes
tenentur in legitimam imputare, vt per Corn. conſ. 190. pro
deciſione, lib. 2. vbi dicit aduertendum eſſe ad formam ſti-
pulationis: nam ſi ex ea appareat, quod auus voluerit eam
dotem peruenire ad liberos filiæ, ut liberos, nõ ut hæredes;
prout in caſu noſtro, tunc certum eſt talem dotem in legiti-
mam nepotibus imputari.

Laus Deo Optimo Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Patruus an excludat fratrem patruelem, & nu. 6.*
2 *Gradu proximior cæteros excludit.*
3 *Filius quando patrem repræſentat, in eiusq; locum ſubintrat in ſucceßionibus.*
4 *Filij hæredes tranſmittunt ad quoſcunque hæreditatem non agnitam, cuius contrarium nullibi ſeruatur, ut nu. 6.*
5 *Hæres minoris, ex maioris perſona reſtituitur aduerſus omiſſam à minore hæreditatem.*
6 *Filius ſubintrat locum patris, quando agitur de hæreditate patrui. & num ſeq.*
8 *Agnatus proximior priuatur ſucceſſione pupilli, ſi intra annũ non petierit ſibi tutelam decerni facto inuentario, uel pupello prouideri de tutore idoneo.*
Etiam ſi ipſe agnatus geſſiſſet curam utiliter ſine fraude. num 9.

RESPONSVM IIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in viam ueritatis.

1 AD quæſita breuibus reſpondeo. † videtur ꝙ
in hæreditate Alexandri, qui deceſſit in pupilla-
ri ætate, admittatur Petrus patruus excluſo Ber-
nardo fratre patruele eo, quia Petrus patruus eſt
2 proximior Alexãdri uno gradu §. 3. & 4. Inſti. de grad. † & in
ſucceſſione tranſuerſalium ſuccedit proximior, nec habet
locum imputatio, §. ſi plures, Inſt. de leg. agn. ſucc. ubi deci-
ditur iſte caſus. & idem in ſucceſſione cognatorum, l. auun-
culo, C. communia de ſucceſſ.

Nec obſtat quod Alexander & Baptiſta unquam ſe immi
ſcuerint in hæreditate Franciſci eorum patris, cùm deceſ-
ſerint ambo in infantia. ſeu pupillari ætate, & conſequenter
dicantur quod de hæreditate Franciſci patrui prædicti Bernar
3 di, in qua ſucceſſione patrui bene † habet locum imputa-
tio, ſeu filius ſubintrat locum patris, & ſimul ſuccedit cum
patruo, authen. poſt fratres fratrumq; filios, C. de leg. hæred.
& rationem ponit Do. meus in l. fin. col. 2. C. de ſucc. edic.
quia reſpondetur quod dicti Alexander & Baptiſta erant fi-
4 lij in poteſtate. † & ſui hæredes, ex cuius ſuitatis potentia po
tuerunt tranſmittere hæreditatem patris non agnitam ad
patruum & ad quoſcũque, l. ſi fratris, C. de iure delib. l. apud
hoſtes, C. de ſuis & leg. hæred. Bar. & communiter Doct. in
l. uentre, ff. de acqui. hęred.

Secundo reſpondetur, quòd Alexander pupillus prius nõ
ſe immiſcuerit in hæreditate paterna, tamen tranſmiſiſſet
beneficium reſtitutionis in integrum ad patruum hęredem
5 ab inteſtato, † vt is patruus hæres ex perſona minoris poſſit
reſtitui aduerſus omiſſam aditionem, ſecundum Bart. in l.
patronus ff. de acquir. hæred. & in l. qui duos, ff. de reb. dub.
Cuius opinio communis eſt ut atteſtatur D. meus in l. ſi in-
fanti, colum. fin. C. de iure deli. Hæc ſunt, quæ prima conſide
ratione quemlibet in partes patrui inclinarent: quibus ta-
men non attentis contrarium ſuaderi poſſe uidetur effica-
ciſſimis rationibus.

Et primo ſi verum eſt, quod dicunt Ful. & Dominus meus
6 in d. l. ſi infanti, † quod nullibi ſeruetur opinio glo. ibi, uide
licet ꝙ filius ex potentia ſuitatis non tranſmittat hæreditatẽ
prius non aditam ad extraneos hæredes, non eſſet opus ali-
ter diſputare: quia patruus cum non ſit ſuus hæres, ſatis dici
tur extraneus, §. ſui, Inſt. de hær. qual. & diffe.

Secundo, poſito quod hic patruus proximior nunquam
petierit tutelam ſibi decerni, nec inuentarium fecerit, prout
in facto præſupponitur, ſequitur concludẽdum quod ex ne-
gligentia ipſius non fuit adita hæreditas, propter quam ne-
gligentiam beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus
omiſſam aditionem, nec & ius adeundi ex potẽtia ſuitatis
in eum tranſmittitur, ut clarè decidit Bar. in l. qui duos, ff.
de reb. dub. & ſequuntur communiter Scribentes ibi, maxi-
mè Soc. col. 9. uerſ. 6. & ultima concluſio.

His ſic ſtantibus infertur ad deciſionem præſentis dubita
tionis, quod debet dici hęreditas Franciſci patrui, & non hæ
reditas Alexandri, ſeu Baptiſtæ, quia ab ipſis non fuit adita,
nec in D. Petrum patruum fuit tranſmiſſum ius adeundi ex
potentia ſuitatis, nec etiam beneficium reſtitutionis in in-
7 tegrum. † Cum ergo agatur de hęreditate patrui, Bernardus
debet ſubintrare locum patris, & dimidiam hęreditatis ſibi
uendicare, d. auth. poſt fratres. fortius & nunc alium aggre
dior articulum: videtur mihi concludendum, quòd huiuſ-
modi hęreditas in totum debeatur Bernardo excluſo Pe-
tro patruo, quod ſic oſtenditur.

8 † Proximior agnatus, cui ab inteſtato deuoluitur hęredi-
tas pupilli, priuatur ſucceſſione ſi intra annum non petat ſi-
bi decerni tutelam præmiſſo inuentario, uel ſi non petierit
pupillo prouideri de tutore idoneo, l. ſciant, ubi ita clarè fir
mat Bal. C. de leg. hęred. l. 2. §. mater, ff. ad Tert. & hoc proce
9 dit † etiam ſi ipſe proximior bona minoris adminiſtraue-
rit, & curam geſſerit ſine dolo & fraude & utiliter, adhuc pri
uatur, ſi non fecit inuentarium, & ei non fuerint decreta ꝛ
tamen ſecundum glo. in l. 2. §. quod ſi pater, & ibi ſequitur
Barto. ff. ad Tertul. & Bald. in l. matres, C. eo. tit iſte Domi-
nus Petrus patruus dicitur non feciſſe inuentarium, nec pe-
tijſſe ſibi decerni tutelam: ergo ſequitur concludendum, ꝙ
priuatus remanſit in ſucceſſione dictorum pupillorum, quę
ſucceſſio applicatur ſequenti in gradu, & ſic dicto Bernar-
do, l. 2. §. fi. ff. ad Tert. glo. & omnes in d. l. ſciant. & ita in ſpe-
cie conſuluit Petr. de Anch. conſi. 104. incipiente, pro decla-
ratione quæſitorum, & in 2. & 3. dubio. Bar. conſi. 18. uiſo te
ſtamento, & conſi. 215. an ſi teſtamentum, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Acquiſita ex bonis eccleſia tranſeunt ad eccleſiam, non ad proximiores hæredes.*
Etiam ex reſeruatione fructuum poſt reſignationem. num. 2.
Et ſi fuerit acquiſita ex bonis diuerſarum eccleſiarum, fit inter eas diſtributio ad ratam redditnum num. 3.
Nec non partim ex bonis eccleſia, & partim ex patrimonio, fit eodem modo diuiſio inter eccleſiam & hæredem. num. 4.
5 *Cõdemnatus habens bona in diuerſis territorijs, quilibet fiſcus capit bona ſita ſuper eius territorio.*
6 *Ratio ubi eſt eadem, idem ius ſtatuendum.*
7 *Decanato habenti certa bona ſeparata à capitulo applicãtur acquiſita ex eius bonis, aliàs tranſeunt in capitulum.*

RESPONSVM V.

1 AD primum dubium, † ad quẽ pertineãt
bona acquiſita intuitu eccleſiarum, & beneficio
rum, an ad nepotes iure proximitatis, an ad ec-
cleſias ſuorum beneficiorum pro rata, an ad ſo-
lam eccleſiam ſanctæ Crucis, cuius ſolum decanus erat tem
pore mortis? Reſpondeo breuibus ad nepotes iure hære-
ditario nihil de bonis acquiſitis ex redditibus eccleſiæ ſpe-
ctare, cap. fina. de pec. elect. cap. cum ex officij, de teſtamen.
cum iuribus & authoritatibus uulgaribus, & quæ in hoc
2 abundant. Sed aliqualis difficultas videtur eſſe, † an ac-
quiſita poſt reſignationem ex reſeruatione fructuum, &
adminiſtrationis beneficiorum pertineant ad nepotes hæ-
redes Domini Iacobi? Et dubium facit, quia non ui-
dentur

dentur acquiſita mediante titulo beneficij, ſed ex labore adminiſtrationis, & acquiſita ex labore tranſeunt ad hęredes, ca. quia nos, de teſtam. qua ratione dicamus, quod acquiſita ex diſtributionibus quotidianis, hæredibus debentur, non eccleſiæ, & de his poteſt clericus teſtari, ſicut teſtantur ruſtici de denario diurno, ſecundum Hoſtien. & alios, in ca. fina. & in ca. requiſiſti, de teſtam. Gem. conſi. 85. ſuper primo dubio, colum. 3. Sed tamen iſtis non obſtantibus uerius eſt quod acquiſita ex adminiſtratione ſoliti, & reſeruatione fructuum ſpectant ad eccleſiam, non ad nepotes, quia intuitu eccleſiæ acquiſita dicuntur, non ex nudo labore & induſtria, tex. eſt in ca. primo, ſecūdum cōmunem intellectū, ubi exponunt Doctores verbum, ordinem, ideſt titulum, uel adminiſtrationem, & ca. inquirendum, de pecu. cler. & in cap. primo, & ca. quia nos, de teſtam. ibi, quæ conſideratione eccleſiæ perceperint. ſtat igitur vera concluſio, quod acquiſita non debentur hæredibus: ſed an debeantur ſoli eccleſię ſanctæ Crucis, an etiam alijs eccleſijs, quarum longo tempore titulum, deinde adminiſtrationem habuit? Breuiter caſus eſt clarus, quòd diuidi debent inter ipſas eccleſias ſecundū
3 congruam æſtimationem, † & ſi ex decanatu percipiebat ducentum annua, ex canonicatu centum, eccleſia ſanctæ Crucis habebit duas partes, & Capitulum tertiam partem, ca. relatum, 2. & ibi Innocen. Hoſtien. Panor. & alij no. de te
4 ſtam. † & ſimilis diuiſio fit inter hæredes, & eccleſiā, quando defunctus, qui acquiſiuit aliqua bona, habebat eccleſiā & patrimonium, quia præſumuntur acquiſita partim ex reditibus eccleſiæ, partim ex reditibus patrimonij ad ratam redituum, cap. primo, 12. quęſt. 4. Et firmant glo. & Can. in ca. 2. de pecu. cler. Panor. in ca. cum eſſes, in ver. an prælatus poſſit teſtari de fructibus beneficiorum, de teſt. Bald. in l. ſi quis ad declinandam, de epiſ. & cler. Lud. Rom. conſ. 159. ſuper eo. facit quod dicit Bart. in l. prima, ad fin. C. de ſum.
5 Trin. vbi vult † quod ſi condemnatus habeat bona in diuerſis territorijs, quælibet Camera fiſcalis occupabit bona ſita in ſuo territorio. ſequuntur Do. Anto. Petr. de Ancha. & Can. in ca. poſtulaſti, de foro competenti, & Legiſtę in d. l. fina. & in l. ex facto, ubi etiam Bar. ff. de hęredi. inſtit. cum ſolitis concordantijs. Et in caſu noſtro non eſt facienda ius in reſignatione, poſtquàm ex diſpoſitione Papæ percepit redditus. Nam etſi in aliquibus beneficijs nullum ius percipiendi redditus habuiſſet: ſi tamen de facto eos percepiſſet, facienda eſſet diuiſio modo prædicto, ſecundum Goffred. &
6 Barb. in d. c. relatum. † Non enim poteſt dari ratio diuerſitatis inter unum caſum & alterum, ergo idem ius eſſe debet in utroque, l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de uerb. oblig. ſed fortè Capitulū eccleſiæ ſanctæ Crucis optat ſcire, an acquiſita intuitu decanatus ſpectēt ad curam Capituli, an ad curam ſucceſſoris? Ad quod reſpondeo diſtinguen-
7 dum eſſe: † Aut decanatus habet certam dotem, & bona diſtincta ab ipſo capitulo, aut non habet certam dotem diſtinctam, ſed Decanus propter dignitatem percipit de redditibus eccleſiæ plus cęteris. Primo caſu acquiſita pertinent ad curam ſucceſſoris, niſi decanus defunctus, fuiſſet etiam canonicus eiuſdem eccleſię, & tunc eſſet faciēda diſtinctio bonorum, prout dictum fuit ſupra. Secundo uero caſu ſuccedit Capitulum, & acquiſita ſpectant ad curam ipſius, & non ſucceſſoris, ſecundum Innocen. Car. Panor. & communiter Scribentes in d. ca. relatum, arg. c. edoceri, de reſcrip.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 Acquiſita à prælato in dubio præſumuntur de bonis eccleſiæ, & nu. 8 ubi aſsignatur ratio.
Fallit in negotiorum geſtore & adminiſtratore, cuius acquiſita cenſentur de bonis proprijs, & aliunde non adminiſtrationis. num. 2.
3 Acquiſita per officiales fiſci præſumuntur acquiſita non de bonis fiſci, ſed aliunde.
4 Acquiſita per negotiorum geſtorem, ex ſua induſtria præſumuntur acquiſita.
5 Clerici non poſſunt negotiari.
Tenentur eccleſiæ acquirere de eius bonis, nec non & ſeruire. num. 6.
7 Vxor ad euitandum turpitudinis quæſtum, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti.
9 Adminiſtrator reddendo rationem tollit omnem præſumptionē aliàs contra ſe exiſtentem.
10 Prælati ſunt perpetui, & numquam reddunt rationes ita ſaltem exactè & diligenter, ſicut layci.
11 Simulatio non probatur ex ſola perſonarum coniunctione.
12 Prælati aliquando ſunt auari, & ad unguem ſolent rationes exigere, & non præſumuntur aliquid de ſuo dediſſe, etiam eorum conſanguineis.
13 Prælatus poteſt eius conſanguineis, qui ſibi ſeruierunt, aliquid de bonis eccleſiæ donare, mediocriter tamen.
14 Prælatus non præſumitur totum ex bonis eccleſiæ acquiſiuiſſe, ſi aliunde potuit acquirere.
Sed partem aliunde, partem ex bonis eccleſiæ ſimul in omnibus utendo. num. 15.
16 Præſumptio tollit alteram.
17 Acquiſita ex bonis eccleſiæ quò ad uſum prælato ſucceſſori, quò ad proprietatem eccleſiæ reſeruantur.

RESPONSVM VI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

PRæſens conſultatio nullam, uel modicam habet dubitationem, ideo breuibus omiſſo argumentorum conflictu me expediam, faciendo nonnullas concluſiones, ex quibus obſtacula remouebuntur, & ueritas perſpicuè apparebit.
1 Prima concluſio, licèt acquiſita per prælatum præſumantur in dubio acquiſita de bonis eccleſiæ, ca. 1. 12. q. 3. ca. 1. de
2 pecu. cler. † tamen acquiſita per negotiorum geſtorem, vel adminiſtratorem laycum, nō præſumuntur acquiſita de bonis illius, cuius adminiſtrationem gerebat, vt eſt caſus in l. ſi defunctus, C. arbitr. tut. ubi acquiſita per tutorem præſumūtur acquiſita ex induſtria, uel aliàs ab euentu, non ex adminiſtratione. hinc dixit Bartol. in l. facultas, C. de iure fiſci,
3 † quod acquiſita per officiales fiſci, non pręſumuntur acquiſita de bonis fiſci, ſequitur Bald. in l. quiſquis, in fine, C. ſi
4 cer. peta. Dec. conſi. 175. in cauſa ſalſitans, colum. fina. † ſic acquiſita per negotiorum geſtorem, in dubio acquiſita præſumuntur ex ſua induſtria, uel aliunde, & non de bonis eccleſiæ, ſecundum Hoſtien. Card. & alios, in ca. 1. de pecu. cler. Cyn. poſt Dyn. in authen. licentiam, C. de epiſc. & cler. Et ratio differentiæ eſt multiplex.
5 Primo, † quia vt plurimum prælati ſunt deſides, & prohibentur etiam negotiari, ca. 1. & per tot. ne cler. vel monac. ſecus in laycis adminiſtrantibus.
6 Secundo, † quia pręlati eccleſiarum de bonis eccleſiæ tenentur eidem acquirere, & eidem ſeruire, ca. cum ſecundū, de preb. Et ideo ſi reperiantur acquiſita eſſe, neceſſe eſt ꝙ
7 pręſumatur quod acquiſierit ex delicto. † Vnde vt ceſſet turpis quęſtus ſuſpitio, pręſumitur potius acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ, ſicut præſumitur uxor acquiſiuiſſe de bonis mariti, l. etiam, l. Quintus, ff. de dona. inter virum & vxo. quæ ratio ceſſat in laycis non obligatis ex toto deſeruire illi, cuius bona adminiſtrant.
8 Tertio, † quia prælati habent officium perpetuum, unde non eſt dicendum quod aliunde quęſierint: ſecus in adminiſtratione ad tempus, ſecundum Hoſtien. in d. ca. primo, inferentē quòd Vicarius temporalis in aliqua eccleſia, non præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſię.
9 Secunda concluſio, † vbicunque adminiſtrator reddidit rationes, & reliqua reſtituit, nunc etiam quod aliàs aliqua pręſumptio eſſet contra illum, tamen propter redditionem rationis, & reliquorum, talis pręſumptio ceſſat ſecundum Bald. in ca. 1. de cont. inter do. & fid. & in d. l. ſi defunctus, & in l. principalibus, ff. ſi certum peta. & in l. cum oponet, in princ. colum. 2. C. de bon. quæ lib. Cyn. & Petr. in d. authen. licentiam, Dec. conſil. 6. colum. prima. vbi poſt Petrum di-
10 cit, † quod prælati pręſumuntur acquirere de bonis eccleſiæ, quia ſunt perpetui, & numquàm reddunt rationes: & ſi aliquando reddunt, non exactè & diligenter reddunt, ſicut faciunt layci eorum adminiſtratores. Verùm in facto præſupponitur conſtare de quitantia & confeſ-

ſione prælati de receptis: vnde non uideo quid poſſit dici
contra reos conuentos. Nec dicatur quòd iſta confeſſio
fuerit ſimulata, quia prælatus erat frater conſanguineus:
11 † quia ex hoc ſolo non probatur ſimulatio, l. fi. C. de his, qui
bus, ut indig. l. ſi quis poſt hoc, C. de bon. dam. Bart. in l. poſt
contractum, in 2. præſumptio. ff. de dona. cum ſimilib. aliàs
ſi ſola ſufficeret, nullum poſſet eſſe inter coniunctos cõmer
12 cium, quod non eſt dicendum, attẽto maximè † quia præla-
ti ſunt aliquãdo auari, & ſolent quandoq; ad vnguem ratio
nes exigere, ſecundum gloſſ. in ca. ſi pluribus, de præben.
li. 6. facit tex. in c. auaritię cæcitas, de elect. li. 6. & quia in ca
ſu noſtro non præſumitur quòd prælatus aliquid dederit de
ſuo conſanguineis, niſi actor probet, tenet Gem. in conſi. 1.
13 verſ. ad ſecundum de nouis. vbi fortius tenet, † quod ſi con-
ſanguinei geſſerunt negotia prælati, & ijdem ſeruierunt, ꝙ
potuit prælatus eiſdem aliquid donare de bonis eccleſiæ, c.
ad hoc, ca. relatum, de teſtam. licet ergo conſtaret quod præ
latus fratri remiſiſſet partem fructuum, non tamen hæredes
fratris tenerentur ad reſtitutionem, tum quia potuit medio
criter donare, tum quia ſibi debebatur ſalarium pro ſuo ſer
uitio, ut ibi per Gem.

Tertia concluſio, ubi conſtat quòd adminiſtrator, etiam
prælatus, potuit aliunde acquirere quàm ex bonis eccleſiæ,
vel eius, cuius bona adminiſtrauit, ceſſat illa ſuſpicio quod
acquiſiuit de bonis eccleſiæ, vel domini, ca. quicunque, 12.
quæſtio. 3. & d. ca. 1. de pecu. cler. in uer. ſi nihil patrimonij.
ubi Doct. notant, & Panor. ca. cum eſſes, colum. 10. de teſta-
men. Rom. conſi. 159. incipien. ſuper eo, vbi omnes caſus
14 diſtinguit, loquendo in prelato. & inter alia concludit, † ꝙ
ſi prælatus habeat patrimonium, uel artificium, præſumit
quod inde acquiſierit totum ſi non promiſcuè utebatur re-
15 bus eccleſiæ: † aliàs præſumitur quod partim ex bonis eccle-
ſiæ, partim ex ſuo patrimonio acquiſierit, iuxta tex. ſingu-
larem in ca. Sacerdotes, 12. q. 4. ſi uero ſit adminiſtrator lay
cus, concludit quod omni caſu præſumantur acquiſita uel
ex induſtria, uel ex patrimonio proprio, per d. l. ſi defunctus.
at cum in facto dicatur adminiſtratorem tempore admini-
ſtrationis, & ante, & poſt, habuiſſe patrimonium, & plura oſ-
fert induſtria donatoris, certè debet ceſſare omnis ſuſpicio
ſi qua ſuboriatur. Quæ tamen ſuſpicio non conſideratur in
16 iure per prædicta: † una enim præſumptio tollit alteram,
l. diuus, ff. de in integ. reſtit. cum ſimilibus. Ex quibus patet
reſponſio ad omnia contraria, quæ obijci poſſunt.

Circa ſecundum, poſito quod conſtaret penes reos cõuen
tos adeſſe aliqua bona eccleſiæ, an fiſco competat actio? Bre
uiter diſtinguendum eſt, an agat nomine proprio, & non po
17 teſt, † quia bona ipſa ſunt reſeruata ſucceſſori quo ad uſum,
& eccleſiæ prælati defuncti quo ad proprietatem, c. fina. ubi
glo. & alij, de offic. ordi. lib. 6. ſed agit ipſe ſucceſſor. & latè
per Panor. in ca. literæ, de dilat. Aut agit nomine eccleſiæ
in negligentia ſucceſſoris, & uideretur poſſe agere, cap. ſi
quis presbyterũ, de rebus eccl. non alien. ubi Panor. & alij.
Panor. & Fely. in c. cum olim, colum. 2. cum alijs auctorita-
tibus, quas breuitatis gratia omitto, extra de teſtib.

SVMMARIVM.

1 Ius dicendi nullum ad hæredes tranſmittit hæreditatem.
*2 Mater unà cum filia admittitur ad ſucceßionem filiæ de-
functa.*
*3 Teſtamentum nullum dicens ratione præteritionis, debet adi
re hæreditatem.*
4 Filius ſe immiſcens in hæreditate, uidetur eam adire.

RESPONSVM VII.

Diſcuſſæ dubitationes à nouiter ſubortis tã
tum diſtant, quãtum inter vibuma cupreſſi. Pau-
cioribus ergo verbis eas abſoluam.
1 Circa primum uidendum eſt, † an ius dicendi
nullum tranſmittatur ad hæredes? & quia in facto non expri
mitur, an Franciſca deceſſerit ſuperſtitibus ſorore & matre
ſimul, an ſorore tantum. Diſtinctè ad vtrunque reſpõdebo,
ſi deceſſerit ſuperſtite ſorore tantum, tunc dubitatio eſt fru
ſtratoria, quia in omnem euentum ſoror ſuperſtes, in totum
eſt ſucceſſura. ſi enim dicamus ius dicendi nullũ non tranſ
mitti ex potentia ſuitatis ad ſororem, prout uidetur tenere
Iaſ. in l. ſi emancipata, in fi. C. qui admit. tunc per ius accre-
ſcendi portio defunctæ ſororis accreſcet ſuperſtiti, toto tit.
C. quando non pet. par. Si vero dicamus tranſmiſſum ius di
cendi nullum, pro ut tenuit Bald. in c. ſciſcitatis, de reſcrip.
neceſſe eſt dicere ad iſtam ſororem ſuperſtitem fuiſſe tranſ-
miſſum, quia ſola eſt proximior in gradu, §. ſi plures, Inſt. de
2 leg. agn. ſucc. † Si vero deceſſit ſuperſtite matre & ſorore,
quia pariter ſuccedunt, auth. defuncto, C. ad Tert. tunc du-
bitatio erit utilis & probabilis. Do. Iaſ. in d. l. ſi emancipata,
tenet quod non. Et retenta iſta opinione, ſoror ſuperſtes ſo-
la haberet ius dicendi nullum per ius non decreſcendi: ſed
contrarium tenet Bald. in d. c. ſciſcitatis, & contrarium con-
ſuluit Oldr. conſi. 171. incip. thema tale eſt. vbi vult ius di-
cendi nullum tranſmitti ad matrẽ virtute l. vnicæ, C. de his,
qui ante aper. tab. quod etiam tenuit Alexan. in d. l. ſi eman
cipata, poſt Bald. in l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. in fine.
Et ſecundum iſtam opinionem, quam puto veriorem, quã
videtur ſequi Do. Iaſ. in l. ſi à primo, ff. de lib. & poſthu. iſta
ſoror ſuccederet in iure dicendi nullum pro parte ſororis
defunctæ ſimul cum matre, iuxta formam dictę auth. defun
cto. & hęc ſufficiant quò ad primum.
3 Circa ſecundum, indubitati iuris eſt, † quòd is, qui vult di
cere teſtamentum nullum ratione pręteritionis, debet adi-
re hęreditatem ab inteſtato, vt dicit Do. Iaſ. in d. authen. ex
4 cauſa. † Sed cum Delphina ſit filia & ſua hęres, in ea non re
quiritur aditio, ſed immixtio, §. ſui, Inſti. de hęred. qual. &
differ. l. in ſuis, ff. de lib. & poſthu. ſatis igitur erit ſi in libel-
lo ante omnia dixerit Delphina ſe uelle hæredem eſſe, vt di
citur in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. nam ſi filius non neget
ſe hęredem, valet conſequentia, eſt filius ergo hęres, ut per
d. Iaſ. in l. non hoc, C. vnde legitimi. & ſi videbitur, poterit
Delphina adire, ſeu ſe immiſcere ſpecialiter, & de hoc fa-
cere fieri inſtrumentum in forma. &c.

SVMMARIVM.

1 Mater excludit auum paternum. & num. 11.
*2 Mater propter tranſitum ad ſecunda uota, non priuatur ſuc-
ceßione filia, non exiſtentibus fratribus, aut ſororibus utrin-
que coniunctis.*
Quo caſu ſolùm in uſufructu ſuccedit. num. 3.
*Niſi cum conſenſu filiorum, mater ad ſecunda uota tranſijſſet,
tunc ſuccedit etiam in proprietate. num. 4.*
*5 Mater tranſiens ad ſecunda uota poſt annum luctus, dicitur fa
cere iniuriam filijs.*
6 Pactum de futura ſucceßione non ualet.
Niſi ſit iuramento firmatum. nu. 7.
Aut ille conſenſerit ei, de cuius ſucceßione agebatur. nu. 8.
*9 Mater excludit auum paternum, & in ſucceßione filiæ etiam
quò ad dotem, quæ peruenit ex linea ipſius.*
*10 Auus paternus præfertur auo materno in bonis peruentis ex li
nea paterna.*

RESPONSVM VIII.

Super præmiſſo themate, quo quæ
ritur quis debeat ſuccedere, ſcilicet an Alphõſa
mater, an verò Valſatanus auus paternus. non
eſt pluribus inſiſtẽdum, quia communis opinio
1 Doctorum eſt, † quòd mater excludat auum paternum per
tex. in auth. defuncto, & in corpore unde ſumitur, C. ad Ter
tul. & ita ibi tenuit glo. Bald. Saly. & alij. qui reſpondent ad
argumenta Iac. Butr. qui contradicebat & malè. Nec quic-
2 quam facit quod Alphonſa tranſierit ad ſecũda vota, † quia
mater propter tranſitum ad ſecunda vota non priuatur ſuc-
ceſſione filiæ, niſi filia decedat cum fratribus & ſororibus
vtrinque coniunctis ex primo matrimonio, l. fœminæ, in
fine, C. de ſecun. nupt. qui text. non corrigitur per auth. quæ
ſequitur, ex teſtamento, ſecundum Bar. Bal. Ang. & commu
niter Scribentes ibi, & Soc. conſi. 34. col. 6. lib. 1.
3 Nec obſtat etiã tex. in l. mater, C. ad Tert. qui vult, † quòd
mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, non ſuccedit in bonis
acquiſitis filiæ ex ſubſtantia paterna, niſi in vſufructu: quia
etiam diſpoſitio illius l. ſolum procedit quando filia dece-
dit cum fratribus & ſororibus ex primo matrimonio, ſecun
dum Ioan. de Ana. conſ. 101. viſis & ponderatis, & benè pro
batur

batur in fine illius legis ibi, fratribus & ſororibus tranſmiſſa
ra defunctæ. & ita etiam tenet Do.Franc.de Aret. conſi. 40.
præſupponitur in facto, col.pen.
4 Præterea. † pœna priuationis ſucceſſionis, & aliorum bo-
norum, locum non habet quando de conſenſu filiorum, &
eorum qui aliàs eſſent ſucceſſuri, mater tranſiuit ad ſecun-
da uota, arg. l.liberorum, in fine, & l.ſequentis, ff.de his, qui
no.infa. Nam ideo mater priuatur ſucceſſione filiæ propter
5 tranſitum ad ſecunda uota poſt annu luctus, † quia filiu fuit
iniuriata eam derelinquendo, & ad alium uirum tranſeun
do, ut in Authen.de non elig.ſecun. nuben. §.perſpeximus.
& in Auth.de nupt.§.venient.quæ ratio iniuriarū ceſſat quā
do filius & auus, in cuius poteſtate erat, conſenſerunt ſecun
dis nuptijs, quia uolenti & conſentienti non fit iniuria, l.1.
§.uſque adeo. ff. de iniur. Præterea ſpeciali pacto conuenit
& promiſit prędictus auus non opponere contra dictam ma
trem exceptionem conuolationis ad ſecunda uota cum iu-
6 ramento. & ſi dicatur, † quod iſtud pactum non ualet tam-
quàm ſit pactum de futura ſucceſſione, l.fin. & l.pactū quod
dotali, C.de pact. Reſpondetur multiplicite r.
Primo poteſt negari quod ſit pactum de futura ſucceſſio-
ne, ſed ponus pactum de non opponendo exceptionem pri
uationis ſucceſſionis propter culpam matris, quod pactum
conſtat ualere, l.fi.C.de reuoc.donat.no.Bar.in d.l.fin.in ſua
diſtinctio.
Secundò, etſi pactum eſſet de futura ſucceſſione, nihilo-
minus ualeret, tum quia ex parte aui eſſet pactum de non
ſuccedendo caſu, quo deuolueretur hæreditas neptis ad eū
7 propter tranſitum ad ſecunda uota, † quo caſu tale pactum
iuramento roboratum ualet, & eſt obſeruandum, c. quam-
uis, de pact.lib.6. tum quia filia de cuius hæreditate tracta-
tur, conſenſiſſet huic pacto, ut patet ex tenore inſtrumenti
8 dotalis: & † quando is, de cuius hæreditate agitur, pacto cō
ſentit, & in conſenſu perſeuerat uſque ad mortem, ſtādum
eſt pacto, d. l. fi. ubi caſus. Poſſem etiam aliter reſpondere,
ſed iſta pleriſque ſufficiunt.
9 Sed alia ſubintrat difficultas, † an in dote, quæ peruenit
ex linea ipſius aui, auus ſaltem debebat excludere matrem?
Et ratio dubitādi naſcitur ex deciſione Bar. in auth. itaque,
C.communia de ſucceſſ. & in l.quod ſcitis per illum tex. ſe-
cundum uerum intellectum, C.de bon. quæ liber. ubi uult
10 † quod auus paternus pręferatur auo materno in bonis, quę
proueniunt nepti defunctæ ex linea paterna, & ſecutus fuit
Ludo.Roma.in l.poſt dotem, ff.ſolu matr. & conſi. 40. uiſis
& diſcuſſis, in ultimo dubio. & Guido Papæ conſi. 50. ex
facto tradito, in quarto dubio. ita ergo videretur dicendum
in caſu noſtro, vt mater ſit hæres, & ad auum reuertatur dos.
Sed hoc non obſtante, contrarium in caſu iſto reſponden-
dum puto: quia, ut dixi, mater excludit auum ab hæreditate
filiæ, & ſola eſt uniuerſalis hæres, d.auth.defuncto. & conſe-
quenter eſt etiam hæres bonorum, quæ prouenerunt ad filiā
ex ſubſtantia patris, l.hæreditas.ff.de reg.iur.
Non obſtat deciſio Bar.in d.authen.itaque, & in d.l. quod
ſcitis. tum quia illa deciſio non tranſit ſine periculo falſita-
tis, nam contrarium tenent Bald.Salv.Fulg & Corn. in d.au
then.defuncto. & Saly.in d.auth.itaque, & Nicol.de Vbal. in
tracta.de ſucceſſ.ab inteſta.in 2.parte, colum.3. Et contra-
rium conſuluit Corn.conſi.286. circa hanc, colum.4. uſque
ad fi. & conſi.265.circa iſtum articulum, li.4. per totum, &
ibi, colum.fi.atteſtatur quod plures numero, & auctoritate
tenent contra Bart. quod nulla ſit facienda bonorum di-
ſtinctio.
Præterea, poſito quòd deciſio Bar.eſſet uera, tamen nihil
ſeruiret in propoſito, quia illa deciſio Bar. procedit quando
data paritate gradus, auus paternus ſimul concurrit cū auo
materno in ſucceſſione neptis: tunc, quia auus paternus &
eſt hæres, poteſt prætendere bona, quę peruenerunt ad neptē
ex eius linea tamquàm hæres ſibi præcipua deberi; & econ-
uerſo auus maternus etiam bona ex linea materna uti hæ-
11 res habere pręcipua. † ſed iſte nō eſt caſus noſter, quia auus
paternus non concurrit in ſucceſſione cum matre, quæ
eſt prior in gradu, d.auth.defuncto. & ideo cum non ſit ul-
lo modo hæres, non poteſt prætendere aliquid de hæredita-
te ſibi deberi: eſt tamen neceſſe quòd aliquo iure prætendat
auus talia bona ad ſe ſpectare. conſtat autem quod ex con-
tractu, vel quaſi ſibi non debentur, nec ex teſtamento, quia
neptis deceſſit ab inteſtato: ab inteſtato autem mater eſt hæ
res uniuerſalis, vt ſupra dictum eſt, ergo ad eum non poſ-
ſunt vllo iure aliqua hæreditaria ſpectare. Et ne conſulta-
tioni noſtræ deſit auctoritas, allego in terminis ita reſpon-
diſſe Dom.Bened.de Bened.Iureconſul. integerrimum, cō-
ſil.primo: punctus, quōdam Domina Carbona, in 3. dubio.
& Dec.conſi.2. in cauſa iamdiu agitata. vbi conſuluit ma-
trem excludere auum paternum etiā ab hæreditate patris,
nondum adita per filium; eandēq; neptem, quę ad matrē
tranſmiſit patris hæreditatem nō aditam uigore l. ſi infan-
ti, C.de iu.delibe. & iſta eſt ipſa ueritas.

SVMMARIVM.

1 *Pater retinendo dotem uxoris ſuæ defunctæ, cenſetur adire hæ
reditatem pro filio infante.*
*Quod procedit a fortiori, ſi in inſtrumento dotis adeſſet iura-
mentum reſtituendæ dotis, ne cenſetur periurium in retinen-
do dotem, num. 2.*
Vel dotem retinuiſſet per decennium. nu. 3.
4 *Præparatoria etiam non neceſſaria ad aditionem facta per eū,
qui poteſt adire, inducunt aditionem.*

RESPONSVM IX.

1 ANtiqua eſt, & diſputabilis propoſita
dubitatio, † an pater retinendo dotem uxoris ſuæ defunctæ, cenſeat adire
hæreditatem ipſius uxoris pro filio infante, cui
hæreditas delata fuit, in qua multa hincinde fie-
ri poſſunt fundamēta. Sed quia pondus lecturæ me premit,
& quia in iudicando & conſulendo ſequi debemus com-
munem opinionem, breuibus agam.
Reſpondeo itaque, patrem cenſeri adiuiſſe hæreditatem
pro filio infante, ſecundum Bartol.in l.gerit. ff.de acquiren.
hæred. & licèt Franciſcus Ar. Bald. Aret. & Decius contra-
rium uelint: opinio tamen Bart. communiter approbatur,
& ita latè concludit idem Bar. in diſputatione ſua incipien.
debitor in diem, & in conſi. 125. quidam habuit uxorem. ſe
quitur Imola, & Pau. de Ca. in d.l.gerit, & in l.cum antiquio
ribus, C.de iure delib. Alexan.in l.non hoc, C. unde leg. &
Ludo.Rom.conſi.247.prin.dici poteſt. & Corn. conſi. 312.
2 uidetur in hac.lib.4.per totum. † & hoc maximè uerum eſt,
ſi in inſtrumento dotis maritus pater infantis iuraſſet reſti-
tuere dotem receptam in omnem caſum dotis reſtituendę,
quia tunc præſumeretur pater adiuiſſe nomine filij, & ſic
abſque periurio retineat dotem. Et licèt quis uelit tenere
opinionem Bal. & ſequacium. tamen adhuc in caſu noſtro
ſtandum eſſet opinioni ipſius Bar. quia tenentes cōtrarium
3 dicunt opinionem Bar. poſſe procedere, † quando maritus,
& eius hæredes retinuiſſent dotem receptam per decenniū,
quia tūc præſumitur aditio, l.ſi filius, C.de pet.hæred. ita idē
Bald determinat in d.l.non hoc. in caſu autem præſenti ma
ritus & hæredes retinuerunt ultra uiginti annos partem do-
tis receptam, ergo &c. Inſuper non uidetur hæſitandum in
caſu iſto, in quo apud patrem hæredem infantis defuncti re
peritur inſtrumentum dotale, quod à Notario ſumpſiſſe prę
ſumitur animo exigendi reliquam dotis debitæ infanti. ut
hæredi. Ex facto enim præparatorio inducitur aditio, ſecun
4 dum Bart.in d.l.gerit colum.5. vbi vult. † quod præparato-
ria non neceſſaria ad aditionem facta per eum. qui poteſt
adire, inducunt aditionem: ut ſi quis faciat à ſuo Aduocato
formari ſibi libellum contra debitores hæreditarios, ex hoc
præparatorio inducitur aditio. Sic ergo dicendum, ſi quis
extrahi ſibi faciat inſtrumentum contra debitores hæredita
rios nam ex tali inſtrumentorum explicatione debet indu-
ci aditio quia eſt actus, qui non videtur poſſe fieri citra ius
& nomen hæredis, cum non poſſit petere ſibi edi inſtrumen
tum à Nōtario, niſi ſua intereſt, l. ſi quis ex argentarijs, §.per
tinere, ff.de eden.

SVMMARIVM.

1 *Poſthumi natiuitate rumpitur teſtamentum ipſo iure, non ſo-
lùm de iure ciuili, ſed etiam de iure prætorio. & num. 5.*
2 *Poſthumus an tranſmittat ad matrem hæreditatem paternā
non agnitam. & num. 4.*
3 *Teſtamentum nullum præteritione filij conualidatur ex taci-
ta, aut expreſſa approbatione filij. & num. 6.*

6 *Poſthumus ex potentia ſuitatis tranſmittit ad quoſcūque ius immiſcendi cum beneficio abſtinendi. & num.8.*
7 *Teſtamentum nullum non cenſetur præteritus approbare per ſimplicem taciturnitatem, niſi tacuerit per 30. annos.*
9 *Reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam aditionem datur hæredi minoris.*
Ac etiam hæredi hæredis, nu. 10.
11 *Ius adeundi tranſmittitur ad hæredem hæredis, decedentis intra annum.*

RESPONSVM X.

CIrca primum dubium nulla uerſa-
1 tur difficultas. Nam indubitati iuris eſt † naðui-
tate poſthumi præteriri rumpi teſtamentum, l.
prima, & per totum, C. de poſthum. hæred. inſti. l. poſthumo,
C. de bonor. poſſeſ. contra tab. cum infinitis iuribus, quæ no-
tiſſima ſunt, & rumpitur ipſo iure, non ſolum de iure ciuili,
ſed etiam de iure prætorio ſecundum communem ſenten-
tiam Doctor. de qua latè per Alex. & Do. Iaſ. in d. l. poſthu-
mo. ſed omnis dubitatio uerſatur circa ſecūdum dubium,
2 † an poſthumus, quem non conſtat agnouiſſe hæreditatem
patris, illam tranſmiſerit ad matrem? & videtur quòd non,
quia hæreditas non adita, non tranſmittitur, l. unica, §. in
3 nouiſſimo, C. de cad. tol. † Tamen quia teſtamentum nul-
lum præteritione filij, ita demum videtur nullum ſi præte-
ritus dixerit illud nullum: ſecus ſi approbauerit tacitè, uel
expreſſe, l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. Cum ergo filius
poſthumus natus numquàm dixerit teſtamentum nullum,
ſed ſemper tacuerit, ex hoc videtur teſtamentum approbaſ-
ſe, l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. ergo dici non poteſt quod tranſ-
miſerit hæreditatem non aditam, uel ius dicendi nullum
ad matrem. & reperio quòd Dominus Iaſ. in l. emancipata,
in fine, C. qui admit. expreſsè uoluit quòd liberi præteriti nō
tranſmittant ius dicendi nullum uirtute l. vnicæ, C. de his,
qui ante aper. tab. idem D. Iaſ. tenet in d. l. ſi infanti. colum.
pen. C. de iure delib. ubi plus voluit, quod etiam filius præ-
teritus, ex potentia ſuitatis non tranſmittat ius dicendi
nullum.
4 Præmiſſis & ſimilibus non obſtantibus, † in contrarium
eſt ipſa ueritas, & ita eſt tenendum omni ſcrupuloſitate re-
mota. Concludo ergo, quod poſthumus tranſmiſerit ius
immiſcendi, ſiue ius dicendi nullum, quod idem eſt ut in-
fra dicam, ad matrem multiplici ratione.
5 Primò, quia communis eſt Doctorum ſententia, † quòd
poſthumus ex potentia ſuitatis tranſmittat ius immiſcendi
cum beneficio abſtinendi non ſolum ad aſcendentes & de-
ſcendentes, ſed ad quoſcunque. l. uentre, & ibi Bar. & alij cō-
muniter, ff. de acquir. hæred. l. liber homo. §. 1. ff. de ſtip. ſer-
uorum, l. ex militari, §. fi. cum l. ſequenti, ff. de teſta. milita.
l. 3. C. de iure deliber. Et hanc opinionem communem & ve-
ram atteſtatur & ſequitur Alex. conſi. 20. lib. 1. vbi ampliat
in fortioribus terminis, de quibus ibi. & Com. conſ. 150. cir-
ca. colum. prima. & conſi. 208. ad deciſionem, colum. 2. li. 2.
& præcipuè ad matrem, ut eſt caſus ſecundum communem
intellectum, in l. apud hoſtes, C. de ſuis & legitimis. Et quòd
filius præteritus ex potentia ſuitatis tranſmittat ius dicendi
nullum ad quoſcunque, tenuit Bald. in ca. ſciſcitaris, de re-
ſcrip. Bald. in d. l. filio præterito, & ibi Imo. car. pen. expreſsè
ſequitur per tex. in l. 2. C. de poſth. hæred. inſtit. & per text. in
l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquir. hæred. ſequitur Do. Alexan.
in d. l. emancipata, & uiſus eſt ſequi Do. Iaſ. ſibi contrarius,
in l. ſi à primo, ff. de lib. & poſthu. Et in caſu noſtro, quod fi-
lius tranſmittat ius dicendi nullum ex potentia ſuitatis ad
matrem, conſuluit Oldr. conſi. 171. incipiente, thema tale
eſt, & iſta eſt communis ſententia, à qua nullatenus eſt rece-
dendum.
Non obſtat quòd poſthumus non dixerit nullum, quia
propter hoc, quod non dixerit nullum, non videtur appro-
6 baſſe: † nam ſecundum glo. Bar. & Imol. & alios, in d. l. filio
præterito, ad hoc ut teſtamentum nullum præteritione filij
conualeſcat, requiritur quòd filius præteritus approbet ex-
preſſe, vel tacitè, faciendo aliquem actum, qui fieri non poſ-
ſet, niſi teſtamentum ualidum præſupponatur, puta petēdo
bonorum poſſeſſionem contra tabulas: ſed per ſimplicem
7 taciturnitatem † nunquam cenſetur præteritus teſtamentū
approbare, niſi tacuerit per tantum temporis ſpatium, quod
ſit ſufficiens ad præſcribendum ius immiſcendi, quod eſt ſi
tacuerit 30. annos, l. licet, C. de iure deliber. ſecundum Bart.
& communiter Scrib. in d. l. filio præterito. In caſu iſto po-
ſthumus præteritus mortuus præſuppotitur in pupillari æta-
te, ergo &c.
Præterea, poſito quòd ex ſola taciturnitate præteriti cen-
ſeretur approbatum teſtamentum, illud uerum eſſet in ma-
iore, qui habet uelle, & nolle, & in quo cadit approbatio &
reprobatio: ſecus autem in præterito decedente in infantia
ſeu pupillari ætate, quia deceſſit in tali ſtatu, in quo nil in-
telligebat, l. fina. C. de fal. mon. ita declarant Bar. & Imola in
d. l. filio præterito, per tex. in l. 2. C. de poſthu. hæred. inſti. &
in l. Lucius, ff. de iure fiſci. & ex hoc tollitur fundamentum
Do. Iaſ. in d. l. ſi infanti. dum dicit, quod ad hoc ut tranſmit-
tatur ius dicendi nullum, oportet quod præteritus prius di-
xerit teſtamentum nullum. Nam hoc eſt falſum, ut patet ex
8 prædictis, † & quia principaliter præteritus tranſmittit ius
immiſcendi ſibi competens cum beneficio abſtinendi, d. l.
ſi quis filium, §. 1. & tranſmittendo ius immiſcendi, in neceſ-
ſariam conſequentiam & tranſmittit ius dicendi nullum:
quia ſi matri agenti petitione hæreditatis excipiatur de te-
ſtamento, poterit replicare de nullitate, l. ſuus, cum glo. C.
de repud. hæred. l. 1. C. de ord. cogn. declarat Imol. in d. l. fi-
lio præterito, char. 7.
Secundo principali fundamento dico matri competere
ius dicendi nullum, ſeu ius adeundi hæreditatem, quam
9 eius filius propter minorem ætatem adire omiſit: † quia quā-
do alicui defertur hæreditas, & is moritur in minori ætate,
hæredi ſuo propter minorem ætatem iunctam cum morte
competit reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam aditio-
nem, l. qui duos, in principio, ff. de reb. dub. per quem tex. ibi
determinat Bar. Imo. Aret. & communiter alij in l. Panto-
nius, ff. de acqui. hæred. & Bar. conſi. 178. Peruſinus quidam.
& ita tenent Bar. & alij communiter, in l. ſi infanti, C. de iure
deliber. facit quod uult Alexan. in d. conſi. 20. ad fi. ubi con-
ſuluit ex abſentia defuncti iuncta cum morte competere hæ-
redi reſtitutionem aduerſus omiſſam aditionem, per tex. in
d. l. Pantonius. Cor. conſi. 314. videtur primo aſpectu, ad fin.
lib. 4.
Sed dicetur fortaſſis, licèt filius præteritus, uel ex potentia
ſuitatis, uel beneficio reſtitutionis in integrum tranſmiſerit
hæreditatem patris ad matrem, tamen mater ipſa non adi-
uit, neque ſe immiſcuit, nec dixit teſtamentum nullum, vn-
de non poteſt dici quòd ipſi tranſmiſerit, quia in ea ceſſant
prædictæ rationes, quia non eſt ſua, neque minor. Hoc non
10 obſtante dico, † quod ipſa mater tranſmiſit hæreditatem fi-
lij ſui ad ſe delatam, & ſimiliter ius dicendi nullum ad filiā
11 ſuam ex duplici capite. Primo, † quia deceſſit intra annum
poſt mortem filij, tranſmiſit ad filiam ſuam ius adeundi hæ-
reditatem filij, in qua erat etiam iſtud ius ſe immiſcendi in
hæreditate patris beneficio. l. cum antiquioribus, C. de iure
delibe. ita in ſpecie decidit Imola in d. l. filio, char. penul.
Secundo tranſmiſit ius iſtud immiſcendi ad filium benefi-
cio l. unicæ, C. de his, qui ante aper. tab. & licèt D. Iaſ. in d. l.
emancipata, uelit quòd non tranſmittatur ius dicendi nul-
lum beneficio d. l. unicæ, tamen in contrarium ſe habet cō-
munis opinio, & contrarium tenent Bal. & Imo. in d. l. filio,
& Alex. in d. l. emancipata.

SVMMARIVM.

1 *Dos à patre data filia, an conferatur filio.*
2 *Donatio facta à patre filio, non ualet, & aſſignatur ratio.*
Morte tantum confirmatur. num. 3.
Ideo confertur. nu. 4. & 8.
Niſi ſit iurata, quia tunc ſtatim ualet, uti inter uiuos. num. 5. & 7.
6 *Iuramentum facit ſilere patriam poteſtatem, cum ſit de iure Diuino & naturali, in quibus non attenditur patria poteſtas.*
8 *Donatio ualida facta filio confertur, niſi aliter pater diſpoſuerit.*
9 *Acquiſitum ex re paterna per filium, dicitur peculium profectitium, & nu. 13.*
10 *Profectitia ueniunt conferenda.*
11 *Peculium recipit augumentum, & diminutionem.*

Acquiſita

12 *Acquiſita ex induſtria filij, dicuntur aduentitia, & non ueniunt in collatione.*
13 *Conferendum eſt acquiſitum ex re patris, niſi filius abſque licētia patris dediſſet pecunias ad uſuras, quia acquiſitum ex delicto non acquiritur patri. & nu. 14.*
15 *Acquiſitum partim ex induſtria, & partim ex re paterna, dicitur partim aduentitium, & partim profectitium.*
16 *Labores ſuos quis lugere non debet.*
17 *Fratres otioſi non debent uenire ad menſam paratam labore aliorum fratrum.*
18 *Bar. in dictis ueritatis ſubſtantia conſiſtit.*
19 *Acquiſitum per filium à pueritia ex re paterna, aut ex induſtria filij, arbitrio boni uiri relinquitur.*
Attenta regionis conſuetudine, & induſtria filij. nu. 20.
21 *Acquiſita per filium ex re paterna, & propria induſtria, an ueniant in collatione. quinque recitantur opiniones.*
22 *Filius recuſans ſuccedere, non tenetur conferre lucrum, & donationem, niſi lucrum proueniat ex re paterna nu. 24.*
23 *Collatio fit officio iudicis medio æquitatis.*
24 *Profectitia filius reſtituere tenetur hæredibus paternis, cum dicantur hæreditaria.*

RESPONSVM XI.

Tria ſunt propoſita dubia, circa quæ multa ſcribunt Doct. in uarijs locis, ego ſuccinctè reſoluam omiſſo multiloquia.

1 Circa primum, † an donata per patrem filio in
contractu matrimonij ſint conferenda? Videretur quod nō,
2 † quia donatio facta filio in poteſtate, non ualet impediente
patria poteſtate, propter quam pater donando filio cenſetur
donare ſibi ipſi, cum acquiſita per filiū in poteſtate illico ac-
quirantur patri, ita q nullo momento dicunt remanere pe-
nes filiū, l. placet, ff. de acq. hær. l. cū filio, ff. de le. 1. cū ſimilib.
Et quod donatio facta filio in poteſtate nō ualeat, eſt text.
in l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter uir. & vxor.
3 traditur in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. † ſi non ua-
let, reliquum eſt quod confirmetur morte, quo caſu talis
4 donatio, quæ morte confirmatur, † quia habet uim relicti,
non uenit conferenda, ſecundum glo. & communiter Scri-
bentes in auth. ex teſtamento, C. de collat. & iſta eſt commu
nis opinio omnium Scribentium ibi, quam uerā puto, ubi
5 donatio non fuerit iurata: † ſed ubi iurata ſit, teneo dona-
tionem eſſe conferendam, quia ſtante iuramento donatio
6 facta filio ſtatim ualet uti donatio inter uiuos, † nam uir-
tus iuramenti facit ſilere patriam poteſtatem eo, quod iura
mentum ſit de iure diuino, & naturali, capitulo, & ſi Chri-
ſtus, de iureiur. in his autem, quæ ſunt iuris diuini, uel natu-
ralis, non attenditur patria poteſtas, l. item in poteſtate, ff. de
7 his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. † Et quod ualeat donatio fa-
cta filio in poteſtate, ſi ſit iurata, tenet Bal. in l. 3. C. pro dona.
Car. Imola, Panor. & alij, in ca. cum contingat, de iureiur. &
eſt iſta communis opinio ſecundum Dom. Alexan. qui alia
adducit. conſi. 8. viſis & conſideratis, per totum, lib. 2.
8 † Donatio autem ualida facta filio eſt conferenda, niſi pa
ter contrarium diſpoſuerit, d. auth. ex teſtamento. & ita ibi
firmat Dec. col. 4. & ita conſuluit Socin. conſi. 91. uiſa & dili-
genter, col. 4. lib. 1. & Corn. conſ. 289. circa primum, col. 10.
verſ. hoc præſuppoſito, lib. 4.
Circa ſecūdum. an lucra acquiſita per filium ex pecunia
patris, quam in mercimonijs filius exercuit, ueniant fratrib.
9 conferenda? Videretur, quod ſic, † quia quicquid ex re pa-
tris acquirit filius, dicitur profectitium peculium, Inſtit. per
quas per. nob. acq. §. 1. facit tex. in l. profectitia, §. pe. ff. de iu-
re dot. not. glo. in l. cum oportet, in prin. C. de bon. quæ libe.
& Spec. tit. de iud. §. ſequitur, verſi. quid ſi aliter. & retēta hac
opinione lucrum acquiſitū ex trafico pecuniæ paternæ eſſet
10 conferendum, † quia omne profectitium cōferendum eſt,
l. ut liberis, & l. fi. C. de collat. Et iſtam partem ſequitur Bal.
in l. certum, col. 1. C. famil. erc. quia lucrum acquiſitum ra-
tione pecuniæ conſtat eſſe profectitium: lucrum vero acqui-
ſitum ratione operę, & induſtriæ ipſius filij, accedit peculio
conſiſtenti in capitali, quod conſtat etiam profectitium, er-
go & augumentum factum ex induſtria erit profectitium,
quia augumentum peculij eſt unum & idem cum ipſo pe-
11 culio, † quod recipit augumentum & diminutionem, l. pe-
culium naſcitur, de pecu.
12 Contrariam opinionem, † quod lucrum acquiſitum ex
induſtria filij, mediante tamen pecunia patris, dicatur aduē
titium, & conſequenter non ſit conferendum, per d. l. fin. te-
net ubique Bar. videlicet in d. l. cum oportet, col. 1. & in l. il-
lud, C. de collat. & in l. 1. §. nec caſtrenſe, col. 2. C. de collat.
bon. & in tractatu de duobus fratribus, col. 2. & conſi. 156.
13 Matarellus. in quibus locis diſtinguit Bar. † Aut filius ex pe-
cunia patris aliquid acquiſiuit abſque opere & labore ſuo,
& tale lucrum dici debet profectitium, & conſequenter eſt
14 conferendum, † niſi filius abſque licentia patris eam pecu-
niam dediſſet ad uſuras, quia lucrum quæſitum ex uſura nō
dicitur profectitium. ex his enim quæ ex delictis quæruntur,
nihil patri acquiritur, l. quod ſeruus, ff. de acqui. poſſ. l. quod
15 ex furto, ff. pro ſoc. † Aut filius lucratus eſt ex pecunia pa-
tris, cum labore & induſtria ipſius filij, ut quia negociatio-
nem quandam, ſiue mercantiam exercebat, & nūc quodam-
modo in ſocietate medietas lucri attribuitur pecuniæ, me-
dietas perſonæ ſecundum gl. in l. 1. ff. pro ſoc. ſic iſto caſu me
dietas lucri, quæ attribuitur pecuniæ, erit profectitia: altera
vero medietas, quæ attribuitur perſonæ & induſtriæ, erit ad-
uentitia. Nam quod filiusfamilias acquirit ea labore & in-
duſtria, aduentitium eſt & ſibi filio, non patri acquiritur, d. l.
cum oportet. ibi, quæ ex liberalitate fortunæ, uel ſuis labori
bus acquiruntur. & Inſt. per quas perſ. no. acquir. §. quod au-
tem. & iſtam opinionem ſequuntur Raph. Fulg. Pau. D. Iaſ.
& Moder. in d. l. illud, & Ang. & Pau. de Caſt. in d. l. cū opor-
16 tet. Bal. & Sal. in d. l. certum. & iſta opinio æquiſſima eſt, † ne
induſtrioſi lugeant ſuos labores, & ne auertantur ab in-
duſtria, & mercatura, à qua facile ſeducerentur ſi cognoſce-
rent labores ſuos inutiles eis fore, iux. illud poeticum, Quis
uirtutem amplectitur ipſam, præmia ſi tollas. & defectu præ
mij, deſeritur ipſa iuſtitia, c. ſi quis, prima, quæſtio. 2. & c. ha-
17 bebat, 12. quæſt. 1. Nec iuſtum videtur, † quod fratres, qui
tota ætate ſteterunt otioſi, ueniant ad menſam paratam la-
bore aliorum fratrum, qui per uarios caſus, & mille pericu-
la rerum peculium ſibi cōpararunt, l. quod ſi minor, §. Scæ-
uola, ff. de minor. Et ſecundum iſtam opinionem conſuluit
Panor. conſi. 36. circa primum, lib. 2. Ludo. Rom. conſi. 469.
quo ad primum. ibi dicit, quòd licèt legendo tenuerit cō-
18 tra Bar. tamen conſulendo non uult ab eo recedere, † quia
in dictis Bartoli conſiſtit ſubſtantia ueritatis. & iſtam opi-
nionem Bar. dicit eſſe communem Corn. conſi. 130. pro de-
ciſione, lib. 2. & tenendo hanc partem conſtat filium non te-
neri cōferre, quia nec dimidiam, imò nec quartam partem
lucri ex tenore conuentionum initarum cum patre, eſt con-
ſecutus. Tertia fuit opinio Bal. in uarijs locis, quam refert
& ſequitur Domi. Alex. in d. l. illud, quod diuiſio lucri nō ſit
ſemper facienda in duas partes, ut diuidit Bart. quia illa eſt
diuiſio ruſticana, iux glo. in l. Neſennius, ff. de negoc. geſt.
19 † ſed arbitrio boni uiri, qui penſata induſtria filij, & quan-
titate pecuniæ, eam partem lucri attribuet induſtriæ, & eam
partem attribuet pecuniæ, quæ ſibi iuſta uiſa fuerit. & dicit
Sal. in d. l. certum, quod bonus uir conſiderabit non tantum
induſtriam, quantum fidem & creditum filij, quia ex credi-
to & legalitate ſępe homo lucratur abſque magna pecunia.
& dicit Ange. in d. conſi. 85. incipiente, pater habens plures
filios, quod quantum debeat attribui pecuniæ, & quantum
20 induſtriæ, † attendenda eſt conſuetudo regionis, ſecūdum
quam uariantur pretia operarum, & valor pecuniarum, l. 3.
§. fin. & l. centum Capuæ, ff. de eo, quod certo loco. iuncta l.
21 pretia rerum, ff. ad leg. Fal. † vnde finge filium ex centum du
catis ſibi datis per patrem ad mercandum, ſuperlucratum
fuiſſe mille, vbi alius alia centum non fuiſſet veriſimiliter
ſuperlucratus, iniquum foret quòd tantum lucri aſcriberetur
pecuniæ, quantum induſtriæ ſecundum Bald. in auth. ex
teſtamento, C. de collat. & in d. l. cum oportet. Et ſecundum
iſtam etiam opinionem arbitror filium non teneri ad con-
ferendum huiuſmodi lucrum, quia nō eſt tale. quod bonus
22 vir æquo iudicio non debeat attribuere induſtriæ. † Alia, &
quarta fuit opinio Ludoui. Rom. in d. l. illud. ubi conſiderat
quatuor caſus.

Primus eſt quando filius ex pecunia patris negociatur nomine ipſius patris, & tunc dicit lucrum inde acquiſitum, eſſe totum profectitium: ideo conferendum, quia filius tunc negociatur tamquam inſtitor, & negociorum geſtor patris, l. procurator ex re, ff. de procur.

Secundus caſus, quando filius negociatur ſuo proprio nomine, & ſuo periculo, & tunc lucrum totum eſt aduentitiū

ideo

ideo non conferendum , neque patri uiuenti aliquid com-
municandum, argumento l. idemque, §. ſi tibi mandauc-
ro,ff.mand.
Tertius caſus eſt , quando communi nomine patris & fi-
lij,ex pecunia patris negociatur,& tūc procedat opinio Bar.
quod lucrum pro medietate ſit profectitium , pro alia me-
dietate aduentitium .
Quartus caſus eſt,quando ſimpliciter filius negociatur,&
neſcitur cuius nomine,an ſuo,vel patris; & tunc ſecundum
eum lucrum totum erit profectitium,& conſequenter con-
ferendum,arg.l.poſt mortem,cum ibi not. ff. quando ex fa-
cto tut Et retenta hac diſtinctione, etiam hic filius non te-
nebitur conferre , quia in themate mihi proponitur quod
ſuo proprio nomine negociabatur , imo in perſona propria
negociatio tota ſonabat .
Quinta fuit opinio Soc.conſi.92.circa primum,col.ante-
pen.uſque ad fi.lib.1. ubi facit quinque caſus , &omni caſu
concludit lucrum attributum induſtriæ filij,non eſſe confe-
rendum, niſi eo caſu , quo filius exerceat mercantiam tam-
quam inſtitor , ſeu negociorum geſtor ipſius patris : ſed iſte
non eſt caſus noſter , quia conſtat quod filius ſuo etiam no-
mine mercabatur . ergo concludendum , quod non tenea-
tur ullo modo conferre.
23 Circa tertium dubium,† an filius poſſet euitare collatio-
nem lucri & donationis,ſi nollet ſuccedere,non expedit in-
ſiſtere,poſtquàm certiſſimi iuris eſt,quòd non teneatur con
ferre lucrum tamquàm aduentitium .
Si tamen libet intelligere quid iuris , reſpondeo quòd ſi
filius nondum ſe immiſcuit in hæreditate paterna,quod nō
poterit cogi conferre donationem ſibi factam à patre , quia
ceſſat ratio collationis faciendæ, quæ eſt ut is conferat ſua ,
qui appetit aliena,l.prima,in princip.ff.de collatio. bonor.
24 † Nam collatio fit officio iudicis ex æquitate , quæ æquitas
ceſſat quando filius non uult ſuccedere , uel fit per denega-
tionem actionum,quia non admittitur filius ad petendum
ſuam partem hæreditatis,niſi conferat, l.ſi maritus,& l.filię,
C.de coll.In caſu autem,quo filius non petat partem , ceſſat
denegatio actionum,ergo nec officio iudicis, & ſic iure di-
recto,nec per denegationem actionum hæreditariarum , &
ſic per indirectum cogi poterit conferre donata . Sed quò
ad lucrum,ubi foret profectitium,quia in hæreditate patris
diceretur tamquam hæreditarium,cogi poſſet illud hæredi-
bus reſtituere,d.l.cum oportet,C.de bon.quæ liber. & l.pla-
cet,ff.de acquiren.hæredi.& l.cum filiofamilias,ff.de leg.1,
cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

*1 Mater,dum manet in uiduitate , ſuccedit filio unà cum cæte-
ris filijs ſuperſtitibus etiam in proprietate , quam amittit ad
ſecunda uota tranſeundo, ſolumq; uſumfructum retinet , niſi
ſuperſtes eſſet uterinus,uel ſolum ſupereſſent agnati , & quid
de legitima.nu.1.& 12.*
*2 Mater etiam tranſiens ad ſecunda uota , ſuccedit filio non ex-
tantibus fratribus,uel extantibus, ſed uterinis .*
*3 Mater priuatur ſucceſſione hæreditatis filij ,cuius tutelam non
confecto inuentario adminiſtrauit , & quid ſi inceptum non
perfecerit.& nu.5.*
*Vel ſi petijt,alium in tutorem dari,quem non ſolicitauit, ut fa
ceret inuentarium, nu.4.*
*6 Inuentarium imperfectè coram iudice factum ualet ad euitā.
pœnas .*
*7 Mater non priuatur ſucceſſione hæreditatis filij , cui tutorē non
petijt,dummodo ab alio præuenta fuerit .*
*8 Mater à priuatione ſucceſſionis hæreditatis filij excuſatur qua
libet probabili cauſa .*
*9 Matre excluſa admittitur ſoror uterina uti proximior , etiam
ſi extet ſtatutum,quòd excluſa matre cenſeantur excluſi eius
deſcendentes .*
*10 Statuti diſpoſitio odioſa, ac contra ius , & exorbitans , eſt re-
ſtringenda .*
*11 Filio excluſo,non uti filio, ſed ratione alterius qualitatis , non
cenſentur excluſi eius deſcendentes .*

R E S P O N S V M XII.

SIcut de tribus dubitatur , ita in tres partes principales no-
ſtra partienda eſt conſultatio.
Primum, utrum in bonis & hæreditate Franci
ſci, & Petri eius filij, q decesſit in popillari ætate,
ſuperſtite ipſa Catherina matre , vel Ludouico fratre utrin-
que coniuncto,ſuccedat mater,aut frater ?
Secundum, utrum in bonis & hæreditate Ludouici, vlti-
mo loco defuncti,ſuperſtitibus matre, & Iacoba ſorore ute-
rina ex ſuperinducto marito nata, ſuccedat mater ?
Tertium,vbi mater nullum ius haberet in ſucceſſione fi-
liorum,vel quia tranſiuit ad ſecunda uota,vel quia tutelam
adminiſtrauit,non perfecto inuentario , utrum excluſa ma-
tre cenſeatur excluſa Iacoba filia ex ſecundo marito , ſtante
ſtatuto quod ubicunque mater excluditur , cenſeātur etiam
excluſi deſcendentes ab eo ?
Ad primum videtur matrem iure ſuccedendi ſimul cum
Ludouico fratre iux.auth.defuncto, C. ad Tert.priuatā eſſe,
duabus rationibus .
Primo , quia & ſi tempore obitus Franciſci delata fuerit
ſibi hæreditas pro rata , tamen cùm poſtea tranſiuerit ad ſe-
cunda uota,priuata remanſit pro rata bonorum , quæ ad fi-
lium defunctum peruenerant ex ſucceſſione paterna , adeo
quòd ipſo iure deſijt hæres eſſe, de plenaria humanitate gra
tia facta uſufructuaria,l.mater,C.ad Tert.cuius diſpoſitio &
ſi aliquando fuerit abrogata,ut in Auth. de non elige.ſecū.
nub.§.cum igitur.tamen extantibus fratribus,ut in caſu no
ſtro,fuit innouata per Auth.de nupt.§. hinc nobis.ut etiam
tradunt gl.Bar.& alij communiter,in d.l.mater. & licèt Bal.
1 uideatur in contrarium declinaſſe,†tamen ueritas eſt quod
mater priuatur proprietate bonorum filij,quæ profecta ſunt
à patre,etiam ſi erat minor annis uigintiquinque tempore ,
quo ſecundo nupſit ſecundum Ludo. Rom.conſi.179.uiſis,
ad fi.& Matth.in trac.ſuc. ab inteſtato,in ſecundo membro,
verſi.item omnia.& Dom. Steph. Bertran.Doctor egregius,
in conſi.263.non eſt dubium,lib.1. reliquū ergo concluden
dum,quòd hæreditas Franciſci tota & integra peruenerit à
Domi.Ludouicum fratrem utrinque coniunctum, & nō ad
Catherinam matrem iure ſuccedendi priuatam propter trā
ſitum ad ſecunda uota. Quo ſtante non expedit inſiſtere,an
etiam fuerit mater priuata propter non perfectum inuenta-
rium,de quo in ſequenti dubio diſſerendum eſt .
2 Ad ſecundum,† an pari ratione fuerit mater priuata ſuc-
ceſſione dicti Ludouici,ultimo in pupillari ętate defuncti ,
& ad quem deuoluta , an ad Iacobam ſororem uterinam ,
uel ad alios agnatos,& cognatos ulteriores.Do. Phil.Corn.
conſi.242.circa quod.lib.2.fuit in ſingulari opinione, quòd
mater eādem pœnam patiatur propter tranſitum ad ſecun-
das nuptias ſuperſtite ſorore,uel fratre uterino,ſicut ſuperſti
te fratre,uel ſorore utrinque coniuncto; & ſecundum ſentē-
tiam ipſius de iure communi Iacoba ſoror uterina exclude
ret matrem.ſed quia illa eſt ſententia ſingularis , ſequendo
communes ſententias reſpondeo matrem admittēdam ad
hæreditatem Ludouici , in qua reperitur incluſa hæreditas
Franciſci primò defuncti : quia mater per tranſitum ad ſecū
da uota,ita demum priuatur ſucceſſione filij , ſi ſuperſit fra-
ter,vel ſoror utrinque coniuncti,& ſic priuatur ſuperuiuenti
bus aliquibus filiis primi matrimonij,l.fœminæ,§. illud,C.
de ſecund.nup & in Auth.de nup.§.hanc nobis . ubi fortius
probatur quod proprietas hæreditatis Franciſci moriente
poſteà Ludouico conſolidata fuit cum uſufructu in fauorē
matris,quod eſt mirabile ſecundum Bald.conſi.314.Ioanni
& Iacobæ.lib.4.& ita tenent gl.Bar.Bal.& Ange.& alij com-
muniter , in auth. ex teſtamento , C. de ſecund.nupt.& fate
tur idem Corn.in d.conſ.242.& Io.de Anan.conſ.101.viſis.
& Nicolaus de Vbal. in tractatu de ſucceſſi.ab inteſta. in ſe-
cunda parte,uerſ.item limita,niſi omnes.Aret.conſ.40.prę-
ſupponitur,&c.
3 Sed † an mater priuata dici poſſit ſucceſſione Ludouici
in pupillari ætate defuncti , quia eius tutelam adminiſtra-
uit non perfecto inuentario ? Videtur quòd ſic , quia tutelā
legitimè non geſſit,ut eſt tex.clarus in l.2.§. quod ſi pater,ff.
ad Tert.& ibi glo.in ſpecie infert ad matrem , quæ non con-
fecto inuentario adminiſtrauit tutelam , ut priuetur ſucceſ-
ſione filij. & ſequitur ibi Bar. & Ang.Bal. in l.precibus, in 6.
col. C. de impub. & ali. ſubſt. & in l.3. C.ad Tertu. & ita re-
4 ſpondet Bar.conſi.215.an ſi teſtamentum.†quia ſi petijt aliū
tutorem dari,& non ſolicitauerit quòd faceret inuentariū,
priuatur

priuatur ſucceſſione filij,l.2.§. idoneos,ff.de admin.tutor.&
uolunt Cy.& Sal.poſt gl.in l.fi.§.perſonas,C.de admin.tuto.
Socin.conſi.39.uiſis & inſpectis,col.5.lib.1.& quia prædicti
Doctores loquuntur, quando mater nullum fecit inuenta-
5 rium, † dubitatur quid ſi mater incipit inuentarium, & ali-
quid poſuit,aliqua omiſit: videretur idem dicendum, quia
paria ſunt non facere inuentarium,vel minus legitimè face
re,l.fi.C.arbit.tut.l.fi.C.de cut.furioſi, facit tex.in l. quoties,
ff.qui ſatiſd.cog. cum ibi plenè congeſtis per Moder.
Contrarium reperio reſpondiſſe Bal.conſi.4.factum ſic ſe
6 habet,Petr.lib.2. † dummodo in confectione dicti inuen-
tarij imperfecti interuenerit decretũ iudicis, quia habetur
pro inuentario,ſaltem quantum ad euitandas pœnas, argu.
d. l. fi.C.arb.tut.idem tenet Sali.in l.ſciant,C.de leg. hæred.
dicens matrem excuſari à ſolemnitatib. requiſitis,dummo-
do à iudice fuerit quoquo modo tutela decreta. Quod ue-
rum puto in caſu præſenti,in quo præſupponitur inuentariũ
plenè in omnibus bonis factum per alios attinentes ipſius
7 pupilli. Iſtud probo, quia † mater priuata ab alio in petẽdo
tutorẽ filijs, excuſatur à pœna priuationis hæreditatis, quia
non petijt tutorem dari ipſis filijs,ſecundum Io. de Prat.in l.
2.C.ſi aduerſus delictum,per tex.in argumen.in l. ſororem,
C.de his quib.ut ind. refert & ſequitur Io. Fir. in ſuo Reper.
in uerbo,mater.& conſuluit Ang.conſi.166.teſtator.Pari ra
tione videtur excuſandus ſi non confecit inuentarium,quia
8 alius perficeret. † omnis enim probabilis cauſa excuſat ma
trem à pœna priuationis luctuoſæ hæreditatis filij,l.2.§.cõ-
feſſum,ff.ad Tert.facit quod uolunt glo.& Scriben.in l.iaris,
ff.de in ius uoc.& in l.plagij,2.C.de plagiar. Cauſas autem,
quibus ab hac pœna defenditur mater, ponunt gl. & Scrib.
in l.3.C.ad Tert.& in d.l.ſciant.Soc.in d.conſ.39. & cõſ.153.
pulchra,col.pen.& fi.lib.2.ſed quia in facto nulla præſuppo-
nitur,aliter non inſto.
Sed fac matrem eſſe priuatam, ſubintrat tertium dubiũ,
an auitis,an Iacobę ſorori vterinę fuerit Ludouici hęreditas
9 deuoluta, † iure Romano. Iacobæ deberi certum eſt, auth.
poſt fratres,& in corpore,vnde ſumitur, C. de leg.hære.nam
remota matre propter non pętitum tutorem, uel propter
tranſitum ad ſecunda vota, ſubintrat proximior, l.2.§. fin.ff.
ad Tert.l.1.& auth.ijſdem, C.de ſecund.nup.quod maximè
uerum eſt,ſi teneamus ſententiam Cornei d.cõſi.242. quod
tex.in d.l.mater, in fine, loquatur de ſororibus, & fratribus
uterinis;ſed quæſtionem facit ſtatutum patriæ diſponens, ꝙ
excluſa matre cenſeantur excluſi deſcendentes ab ea, tamq̃
à corrupta radice procedentes, l. ſi uiua matre, C. de bon.
mater.& ibi Sal.Raph. & Com. inferunt ad ſtatutum exclu-
dens filiam,ut cenſeatur excludere omnes deſcendentes ex
ea: nam cum excluditur proximior in gradu, ſequens quo-
que videtur excludi,l.1.§.fratre,ff.ſi quis aliq.teſt. prohi. do-
cet Bar.in l.2.§.fi.ff.ad Tert.Bal.in l.maximum uitium,C.de
lib.præt.& in ſimili ſtatuto tradit Pau. de Caſt. conſi.226.di-
cendum eſt.& in l.illam,poſt Bal.vbi etiam Cor.C.de colla.
Verum huiuſmodi ſtatuto non obſtante, reſpondeo Iacobã
ſororem vterinam admittendam, quia proximior, ut dictũ
eſt,excluſis amitis remotioribus.
10 † Non obſtat diſpoſitio dicti ſtatuti, quia talis diſpoſitio
tamquam odioſa,& exorbitans,& contra ius, eſt reſtringen-
da,ut minus corrigat ius commune,quàm ſit poſſibile, reg.
ea quæ,& reg.odia,de reg.iur.in 6.l.quòd uerò contra, & in
l.in his,ff.de leg.Reſtringenda ergo eſt,ut procedat eo caſu,
quo ſimpliciter excluditur quia mater ſua,quia non ſit de a-
gnatione filij hoc caſu,quia infecta & corrupta reputatur ra
dix,neceſſe eſt ut infecta corruptaque exiſtimentur, quæ in-
de proueniunt, ita procedet odioſa ſtatuti cenſura: ſecus ſi
non eſt infecta radix, quod eſt, quando non excluditur ſim-
pliciter quia mater, ſed quia tranſiuit ad ſecunda uota, uel
quia non confecit inuentarium. ita probat doct. Bart. in l.li-
11 berorum,col.5.ff.de uerb.ſigni.ubi dicit, † quòd ſi filius,uel
filia excludatur ratione alicuius qualitatis,& nũ quia filius,
non cenſentur excluſi deſcendentes ex eo, quia qualitas nõ
inficit radicem. & quod non ſit infecta radix patet, quia ipſa
mater admittitur non obſtante tranſitu ad ſecunda uota, nõ
obſtante quòd non petierit tutorem,ſeu non legitimè admi
niſtrauerit caſu,quo filij dicantur facti pauperes, l. matres,
C.ad Tert.uel in caſibus,de quibus ſupra, in quibus nõ poſ-
ſit iure ſuccedere,ſi radix ſuccedẽdi eſſet corrupta.ita in ter-
minis reſpondit,& quæſtionem ſoluit, Com. conſi.234.pro
deciſione,lib.4.per totum.Cuius ſententia admodum ęqua
& rationabilis videtur mihi,aliàs ſequitur quòd ſi mater hæ
reditatem filij repudiaret, quod omnes ex ea deſcendentes
cenſentur excluſi,quia mater eſſet excluſa: quod eſt riſu di-
gnum, quia ſic tolleretur ſucceſſorium edictum,contra l.1.
ff.& C. de ſucceſ.edicto. ſic tolleretur ius accreſcendi, cum
mater & filij ex ea uocentur ad hæreditatem filij eiuſdem-
que fratris,iux.auth.defuncto, C.ad Tert. Non enim mater
excluditur, ſed ſe ipſam excludit non faciendo inuentariũ,
uel conuolando ad ſecunda uota,ergo nõ debet locum eſſe
rigoroſo ſtatuto,loquenti de matre excluſa ab alio,uel à le-
ge;non de matre,quæ ſe ipſam uult excludere, l. fin.§.ſi vero
poſtquam,C.de iure delib. Confirmatur per id, quod con-
ſuluit Dec.conſ.188.in caſu propoſito.ubi concludit, quod
ſtatutum excludens matrem à tutela filij, non cenſetur ex-
cludere auum maternum, quia qualitas ſexus, propter quã
excluditur mater,non militat in auo materno.
Non obſtat, quòd excludatur mater proximior in gradu,
ergo multo magis auus remorior, d. l. ſi uiua matre, quia
iſta ratio procedit quando prioritas gradus, & coniunctio
ſimpliciter conſideratur,tunc excluſa matre proximiore,cẽ-
ſentur excluſi remotiores; ſecus ſi conſideratur aliqua qua
litas qualificans matrem,quæ non qualificat remotiores ab
ea deſcendentes. ita pulchrè tradit Deci.in d.conſ. quia ra-
tio fortior & efficacior eſt in caſu noſtro, in quo nullo mo-
do mater excluditur quia mater, nec quia ꝯiuncta,ſed pro-
pter culpam,uel negligentiam,quæ nullo modo nocere de
bet deſcendentibus ex ea,l.ſi quis filium,C.de inoffi.teſtam.
cum l.3.§.emancipatis,ff.de bonor.poſſ.contra tab. per quæ
iura ita firmauit Bar.in d.l.liberorum,col.6.uerſic.quando-
que filia excluditur propter eius delictum,& in d. l.2.§.fina.
ff.ad Tert.
Cæterum ubi tam Iacoba filia,quàm Catherina mater, eſ
12 ſent excluſæ à ſucceſſione: † attamen mater propter non cõ
fectum inuentarium non eſſet priuata legiuma ſibi debita,
ut gl.Bald.Ang.& alij communiter concluduot in auth. ſed
cum teſtator,C.ad leg. Falc. cum cõcordantijs adductis per
Dom.Iacobum de Giochis in auth. nouiſſima,in 12. quæſt.
verſi.quartò quæritur,C.de inoffi. teſtam. nec etiam propter
tranſitum ad ſecunda uota, maximè cum nulli alij liberi ex
primo matrimonio ſuperſunt,ut per eundem Dom. Iaco.in
d.quæſtione 12.verſic.vltimo quæritur.
Potuiſſem prædicta comprobare alijs pluribus floſculis,
& authoritatibus,quæ omnia ut ſuperflua, more meo ſubti-
cenda duxi,ne cãdida ueritas uerboſis figmentis obumbra-
ta dehoneſtataque videatur.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio compendioſa,eſt qua ſub uerborum compendio plu-*
res comprehendit ſubſtitutiones
2 *Subſtitutio uulgaris expirat per aditionem, pupillaris uerò ad*
ueniente pubertate.
3 *Subſtituto filio excluduntur à matre quò ad legitimam filia*
& Trebellianicam.
4 *Trebellianica detractio non poteſt filijs prohiberi, ſicut nec ipſi*
in legitima grauari.
5 *Legitima & Trebellianica,& ſic dua quarta, detrahi poſſunt*
ex eo teſtamento,diuerſis tamen temporibus non eodem.
6 *Vſusfructus matri relictus extantibus filijs, reſtringitur ad*
alimenta,donec ipſi uixerint.

RESPONSVM XIII.

QVidam Petrus Andreæ de
Canalliono, dum ageret humana habens uxo-
tem, & ab ea unicam filiam naturalem & legiti-
mam,ſuum ultimum condidit teſtamentum,in
quo hæredem uniuerſalem inſtituit ſub hac uerborum for-
ma, & quia hæredum inſtitutio, eſt caput &c. In omnibus
bonis ſuis,&c.hæredem ſuum uniuerſalem,& inſolidum ſi-
bi fecit,& ore proprio nominauit, Ioannam eius filiam na-
turalem & legitimam, & ſuos ipſius Ioannę. & caſu quo d.
Ioanna eius filia & hæres decederet quandocunque ſine
hæredibus legitimis ex ſuo corpore,& ex legitimo matrimo
nio procreatis,eo caſu adueniente,quod abſit, ſubſtituit ei-
dem Ioannæ ſuæ filiæ probum uirũ Ioannem Andreæ eiuſ-
dem teſtatoris fautorem, nec non Claudium eius teſtatoris
conſanguineum, & ſuos ipſius Ioann. & Claudij, æquis ta-
m enpartibus & portionibus inter eos diuidend.

Item & ultra diuerſa legata per eundem teſtatorem in di-
cto teſtamento facta legauit Antonetæ uxori ſuæ centum
florenos monetæ currentis ſoluendæ incontinenti poſt
eius obitum.

Item legauit, & teſtando ordinauit, quod dicta Antonet-
ta uxor ſua ſit, & eſſe debeat Domina uſufructuaria, & ſigno
reſſa omnium & quorumcunque bonorum ſuorum tā mo-
bilium, quam immobilium, & per ſe mouentium abſque
aliquali tacita uel expreſſa, & hoc tantum, quantum uitam
ducet in humanis, nomen tamen ſuum ſeruando uiduale,
& abſque inuentarij confectione, & computi redditione, ita
quod teneat eidem Caſſandræ uendere & alienare de ſuis
bonis tam mobilib. quàm immobilibus ſi ſibi videatur pro
ſoluen. legata & alia onera hæreditaria ſine contradictione
quacunque.

Item legauit eidem uxori ſuæ omnia iocalia & ornamen
ta perſonæ ſuæ, de quibus poſſit & ualeat diſponere pro libi-
to ſuæ uoluntatis.

Hæc ſunt uerba formalia dictarum inſtitutionis, ſubſtitu-
tionis & legatorum præmiſſi teſtamenti, tandem dictus te-
ſtator in ſua dicta uoluntate obijt dictis uxore & filia ſuis ſu
perſtitibus, quæ quidem filia poſt dicti patris obitum hære-
ditati ſe immiſcuit, tenuit, & poſſedit eandem longo tem-
pore, poſtea dicta filia hæres præmiſſa obijt ſua præmiſſa ma
ter dicti teſtatoris uxore ſuperſtitibus.

Certum eſt, quod mater ſuccedit dictæ ſuæ filiæ ab inte-
ſtato decedenti.

Item & quod dicta ſubſtitutio habet locum, & quòd
detur fideicommiſſum uacaturo, euenturo quod ius cōpe-
tit dictæ matri ſuper bonis dicti teſtatoris medio dictæ ſuæ
filiæ defunctæ.

Item ſi aliqua pars prædictorum bonorum dicto medio
competit eidem matri, uenienti in ipſa prole dicti fideic.

Poſt in ſuis matris obitum ſunt uocandi & ſuccedunt, an
vero de ipſis dicta matre diſponente poſſit ad libitum uo-
luntatis.

Item ſi dictū legatum uſusfructus ſit ualidum & poſt in di
cto filio ſuo habeat locum, an uero dicta mater debeat eſſe
tacita prole ſibi adueniente dictæ ſuæ filiæ medio, cum & par-
tem facere videatur, non debuiſſet uendicare locum, ſed in
ſolidum in uictu & veſtitu dicta filia & hærede viuente.

Subſtitutio, quæ ex præmiſſis uerbis caſu quo prædicta Io-
anna eius filia & hæres decederet ſine hæredibus legitimis
ex ſuo corpore & ex legitimo matrimonio procreatis, eo ca
ſu adueniente, quod abſit, ſubſtituit eidem Ioannæ ſuæ filiæ
probum uirum Ioā. Andreę eiuſdem teſtatoris fratrem, nec
1 non Claudium eius conſanguineum, &c. † Dicitur ſubſti-
tutio compendioſa, quia ſub verborum compendio plures
complectit ſubſtitutiones. ſ. vulgarem, pupillarem & fidei-
commiſſariam, ut traditur per Bar. & Scribentes in l. Centu-
rio, in 1. q. ff. de vulg. & pup. & in c. ſi pater, de teſtamen. in 6.
Verum Io. Andr. & cæteri ſubſtituti per uulgarem, hoc loco
2 non poteſt admitti, † quia uulgaris expirat per aditionem
hæreditatis, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs. etiam per pu-
3 pillarē, † & ipſa quoque euanuit adueniēte pubertate filiæ,
l. in pupillari. ff. de uulg. & pup. reliquum ergo eſt. quod ſub-
ſtituti ueniant admittendi per fideicommiſſariam. Hoc ſic
præſuppoſito reſpondeo, Antonettam matrem hæredem ab
inteſtato filiæ ſuæ defunctæ, iux. Senatuſcon. Tertullianum,
poſſe in reſtitutione fideicommiſſi deducere legitimam fi-
4 liæ, † in qua grauari filia nō potuit, l. quoniam in prioribus,
C. de inoffi. teſtam. & Trebellianicam, quæ non fuit prohibi
ta detrahi, imo nec detractionē filiæ prohibere potuit, ſecun
dum Bal. Sali. & communiter Scri. in l. iubemus, C. ad Treb.
per illum tex. & Dom. Iaſ. in l. Marcellus, ff. eod. tit. & Deciū
conſi. 81. ubi atteſtatur, quod iſta eſt communis Doctorum
ſententia.

5 † Nec dicatur, quod duæ quartæ non poſſunt detrahi de
eodem fideicommiſſo, iux. tradita per Bar. in l. Papinianus,
§. meminiſſe, ff. de inoffi. teſtam. quia ſententia Bart. ibi pro-
cedit in fideicommiſſo puro, de quo non ſunt detrahendæ
duæ quartæ quia eodem tempore ueniunt detrahēdę, quod
non licet: ſed de fideicommiſſo uniuerſali ſub conditione,
ſi ſine liberis, uel alia, relicto detrahi poſſunt duæ quartæ, quia
diuerſo tempore ueniunt detrahendæ, legitima. ſ. immedia
tè poſt mortem teſtatoris, Trebellianica uero adueniente
conditione fideicommiſſi, quod licet, & hodie eſt facta ex-
preſſa deciſio in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſt. quæ
etiam obſeruatur in foro Cæſaris ſecundum Bar. in l. quam-
quam, C. ad leg. Falc. Ang. & Mod. in l. cohęredi, §. cum filię,
ff. de uulg. & pup. Alex. conſ. 142. in 2. dubio, lib. 2. Dec. conſ.
55. colum. 5.

Ex præmiſſis clarè liquet, quod mater non tenetur reſti-
tuere ſubſtitutis, niſi ſemiſſem: reliquum vero ſemiſſem cō
ſtat ſpectare ad ipſam, trientē quidem deducere matrē pro
legitima filiæ, & ſit vncia, authen. nouiſſima, C. de inoffic.
teſtam. & ſextan. ideſt uncias duas pro Trebellianica, Inſti.
de fideicom. hæred. in princi. & ſic remaneat reſoluta prima
dubitatio.

Circa ſecundam verò dubitationem, an mater relicta do
mina vſufructuaria & Signoreſſa tantum, quantum uidua-
lem uitam ſeruauerit, debeat habere uſumfructū dimidiæ,
quæ ſubiacet ſubſtitutioni. Paucis agam, quia uulgata eſt
huiuſmodi quæſtio, & eam reſoluit Bar. in l. Titia, §. Titia cū
6 nuberet, verſi. pone filius, ff. de lega. 2. ubi concludit, † quod
ſi mater ſit relicta domina & vſufructuaria donec, uel quo-
uſque, ſiue tantum, quantum uidualem uitam ſeruauerit, li-
cèt uiuente filio nō debeatur matri integer vſusfructus, ſed
alimenta tantum ſecundum conſuetudinem Bulgari: tamē
mortuo filio matri debet integer vſusfructus, quia propter
dictiones, tantum, quantum, legatum dicitur relictum an-
nuum, quod pro primo anno eſt purum, pro ſecundo con-
ditionale, l. legatum, ff. de ann. legat. & per conſequens mor-
tuo filio incipit legatum deberi in perſona ſubſtituti, l. fun-
dum, §. ſi fratre, ff. de leg. 1. & cum ſubſtitutus non ſit de de-
ſcendentibus, uxor debet habere plenum uſumfructū, quia
conſuetudo Bulgari ſolùm ſibi locum vendicat, quando ſu-
perſunt deſcendentes hæredes, & non ſi ſuperſunt tranſuerſa
les. Et ita conſuluit Bar. tribus vicibus, quæ conſilia refert
& ſequitur Dom. Alexan. conſi. 40. uiſo legato, lib. 1. & Ang.
conſi. 102. in d. teſtamento. & Bal. conſi. 50. uiſo teſtamento,
& conſi. 104. caſus talis eſt, lib. 5. Ex quibus reſultat clara
reſponſio, quod mater habet dimidiam hæreditatis ſuo iu-
re tamquam hæres filij, & uſumfructum alterius dimidiæ
tamquam legataria.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

*1 Aedificium factum ante remiſſam nunciationem, eſt deſtruen-
dum. & nu. 6.*

*2 Iuramentum calumniæ ita demum eſt præſtandum, ſi à parte
petatur.*

3 Vtile per inutile non uitiatur.

*4 Nunciatio facta etiam nomine ſocij, prodeſt quò ad demoliendū
non quò ad intereſſe.*

*5 Nunciante nihil intra trimeſtre probante, procedi poteſt in o-
pere oblata fideiuſſione. & nu. 24.*

*7 Nunciatio inepta non impedit ædificium fiendum & poteſt ſper
ni. & nu. 20.*

*8 Nunciatio non nomine proprio, ſed eccleſiæ, uel Reipub. fieri de-
bet contra ædificantem in loco eccleſiæ, aut reip. & nu. 54.*

*9 Nunciare ſolum poteſt nomine proprio habens ius perpetuum
in re, cuius præiudicio ædificatur.*

10 Nunciare non poteſt uſufructuarius.

*11 Eccleſia, & cœmiterium, in nullius bonis ſunt, cum ſint iuris di-
uini.*

12 Layci ſunt incapaces ſpiritualium.

*13 Nunciare ſuo nomine non poteſt Laycus iuris ſui patronatus ec
cleſiæ conſeruandæ cauſa, cum non habeat ius in re, licèt ha-
beat ius præſentandi.*

*15 Iuramentum calumniæ, tacitè & non expreſſè à patre poteſt
remitti.*

*16 Iuramentum calumniæ præſtandum eſt, non in actu nunciatio
nis, ſed coram Prætore, quando petitur remiſſio.*

*17 Creditor petēdo debitorem condemnari, quia non ſoluit, dicitur
expreſſè iterum ſolutionem petere.*

*18 Nullitas ubi principaliter, & non incidenter intentatur, debet
ſeruari iuris ordo, aliàs ſecus.*

19 Nuncians dicitur actor, reus uerò cui nunciatur.

*21 Nunciatio nomine alterius ſine mandato fieri non poteſt, cùm
nemo ſine mandato admittatur ad agendum pro altero, etiā
ſi promittat de rato.*

*22 Rati promiſſio fit, ubi dubitatur de mandato, non quando cer-
tum eſt deficere.*

Pater

23 *Pater pro filio ſine mandato agit, dummodò de rato promittat.*
24 *Nunciatio iuris publici ſeruandi gratia remittitur per ſolam promiſſionem de opere demoliendo abſque ſatiſdatione.*

DE INTERDICTIS.

RESPONSVM I.

OPpidum Cadaroſiæ vnicã habet
parochialem eccleſiam, plures tamen con
dominos, quorum duo, videlicet magnus
& ſtrenuus Capitaneus Alanus & nobilis
& potens Gulielmus de Ancedina, qui
nouis in dies quibuſdam litibus ſeſe agi-
tãt. Nuper autem de intereſſe tuo Deus, de honore unigeni-
ti filij tui Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri contendunt; Ala-
nus cum licentia & decreto Epiſcopi erigere conatur capel
lam in dicta Eccleſia ad tui laudem & gloriam: diſſentit
alter, iactu lapilli nouum opus nunciat tam ſuo proprio no
mine, quàm nomine ſui filij, & Dom. Ioannis Brengarij. hãc
nunciationem ſibi remitti debere inſtat Alanus, tum quia
de calumnia iuratum non fuerat, tum quia ſine mandato,
& filij & Brengarij nomine nunciauerat, & quia promiſit
de opere demoliendo Gulielmus ait, ſuperſedeatur ab ope
re, mox conſtat, mox agatur; agatur inquit Alanus. Verum
elapſo trimeſtri dicitur Alanum ædificaſſe, nunc propon-
tur interdictum de opere demoliendo, quæritur an iuridi-
ce proponatur.

Quia de cauſa tua agitur Deus, mihi ſpiritum & intelle-
ctum tribue, ut tibi, & ueritati ualeam ſatisfacere.

1 Prætor ait, quicquid operis extiterit factum, antequàm nũ
ciatio remiſſa fuerit deſtruatur, l. prætor ait, ff. de noui ope.
nunc. uidetur ergo opus ædificatum ſpreta nũciatione nob.
D. Gulielmi demoliendum eſſe.

Nec dicatur, quod non fuit præſtitum iuramentum calũ-
2 niæ, † quia ita demum iuramentum eſt ſi petatur iurari per
nunciationem, aliàs non, l. de pupillo, §. qui opus, ff. eod. nõ
reperitur autẽ in proceſſu, quod Alanus exegerit huiuſmo-
di iuramentum, unde ex hoc capite non uitiabitur nuncia-
tio. Non etiam dicatur nulla, quia facta alieno nomine,
abſque mandato & legitima ratihabitione, iuxta d. l. de pu-
pillo. §. qui procurator. quia filius prędicti Domini Guliel-
mi ſolenniter ratificauit. & dato quod eſſet nulla reſpectu
filij, & Domini Brengarij: tamen cum ualeat reſpectu ipſius
3 Domini Gulielmi, † non debet utile per inutile uitiari. l. 1.
§. ſi ſtipulanti, ff. de uerb. oblig. reg. utile. de regul. iur. in 6. &
ideo Barto. poſt Iacobum de Are. in d. l. de pupillo. §. ſi quis,
4 decidit † quod nunciatio facta ab uno ex ſocijs ſuo, & no-
mine ſociorum, non proſit ſocijs quo ad intereſſe. prodeſt ta
men quo ad demolitionem operis. quia demolitio eſt indi-
uidua, l. ſtipulatio, §. quæſitum, eo. tit. ſi igitur prodeſt ſocijs,
bene ſequitur quod ualeat nomine ipſius nunciantis.

5 Non denique obſtat, ſi dicatur quod elapſo trimeſtri, in-
tra quod nuncians non iuſtificauit nunciationem, licitum
ſit in opere procedere: quia uerum præſtita, uel ſaltem obla
ta ſatiſdatione. ut in l. unica, C. de noui oper. ubi gl. & Sal. &
c. fi. & pen. vbi Abb. & alij, eod. tit. Sed Alanus non ſatiſde-
dit, nec obtulit ſatiſdare, ſaltem ſecundum formam tradi-
tam per Bar. in l. ſi quis paratus, ff. eod.

6 † Verum præmiſſis & ſimilibus non attentis, arbitror ædi-
ficata non eſſe demolienda, quia Prætor ait, quicquid con-
ſtruitur antequàm nunciatio remiſſa fuerit, uel in eo ſtatu
ſit, ut remitti deberet, demoliendum eſſe, d. l. Prætor.

Sed hic in eo ſtatu erat, ut remitti deberet, ergo ædifica-
ta permanebunt. Quod autem nunciatio remiſſa intelliga
tur, probatur inconuincibilibus rationibus.

7 Primo, † ubicunque nunciatio eſt nulla, uel inepta, tunc
à iure remittitur, & ea ſpreta poteſt ædificari, d. l. de pupillo,
§. nunciationem. not. gl. Bar. & alij, in l. 1. in princ. eod. tit.
Sed iſta eſt nulla, incongrua & inepta. ergo &c. Quod ſit in-
congrua & inepti facta, oſtendo clariſſimè: Aut uolumus
dicere, quod præſens nunciatio facta fuerit iuris publici tuẽ
di gratia, aut iuris priuati ipſorum Domi. Gulielmi & filij
conſeruandi cauſa.

Primo caſu conſtat euidenter, quòd nunciatio eſt mero
8 iure nulla, † quia debuit fieri nomine Eccleſię. & non nomi
ne proprio ut eſt tex. in cap. 1. de noui oper. nunc. ubi not. Pa
nor. quod Prælatus nuncians nouum opus, dicitur nunciare
nomine ſuæ eccleſiæ, Bar. in l. in prouinciali, §. fi. ff. eo. uult
quod ſi ædificetur in loco publico, quod nuncians debet nũ
ciare nomine Reipub. & non ſuo priuato nomine; & gene-
raliter quilibet Prælatus pro iuribus Eccleſiæ acquirendis,
uel conſeruandis, dicitur agere nomine Eccleſiæ, & nõ pro-
prio, c. inter dilectos, ubi Abb. in 1. not. de fide inſtrum. tra-
ditur plenè per Panorm. in c. 3. de dilat. quanto ergo magis
debet Gulielmus Laycus, nullum ius habens in Eccleſia, vel
ſaltem minus ius, quàm Prælatus, debuit nunciaſſe nomine
Eccleſiæ. at ipſe nunciauit nomine proprio, ut apparet ex ar
ticulo libelli demolitorij 18. ibi, quia præſens opus mihi
poſſet præiudicium generare, ideo nuncio nouum opus.

Et clarius ex articulo 26. ibi, quia nomine ſuo proprio &
ſui filij nunciauit.

Et ſic uerum erit, quòd nunciatio tamquam iuris publi-
ci, & iuris eccleſiæ conſeruandi gratia facta, nõ poteſt defen-
ſari, quia facta ſuit priuato nomine.

Secundo caſu, ſi proponatur facta iuris priuati ipſorũ Do
mini Gulielmi & filij tuendi cauſa, tunc etiam dico eã nul-
9 lam, † quia is demum poteſt nomine iuris ſui tuendi gratia
nunciare, qui habet ius perpetuum in re, in cuius præiudi-
10 cium ædificatur. † Hinc uſufructuarius ſuo nomine non nũ
ciat, quia non habet ius perpetuũ, licèt habeat ius in re, d. l.
1. §. vſufructuarius. Hinc creditor, niſi habeat hypothecam
in fundo, non poteſt nunciare. l. creditori. ff. eo. ideo illa uer
ba, iuris noſtri, de quibus in d. l. 1. §. iuris noſtri, &c. intelligẽ-
da ſunt de iure noſtro, quod habemus in re, ut probatur in
d. l. de pupillo, §. Sextus. uer. in poſitiuam. ſed D. Gulielmus
nuncians nullum ius in re, nec ad rem habet in Capella, cu
ius luminibus per nouum ædificium dicitur offici, nec in
fundo ubi ædificatur: ergo iuris ſui priuati gratia nunciare
non potuit.

11 † Eſt enim eccleſia, & cemiterium iuris diuini, & ideo in
bonis priuatorum eſſe non poteſt, §. nullius, Inſt. de rer. diui.
& quia eccleſia & cemiterium, res ſacræ, religioſæ, & ſpiritua
les ſunt, ideo commercium Laycorum effugiunt, l. inter ſti-
12 pulantem, §. ſacram, ff. de uerb. oblig. † ſunt enim Layci in-
capaces ſpiritualium, capitulo Sacroſancta, capitulo Meſſa-
na, de elect.

Nec obſtat ſi dicatur, quod Layci poſſunt habere ius pa-
tron. in eccleſia, c. 1. & 2. & ferè per totum, de iure patr. quia
illud nihil facit ad rumbum. tum quia Dominus Guliel-
13 mus non nunciauit iſtu patrono dictæ Capellæ, † tum quia
etiam ſi ius patronatus haberet tantum iuris ſui patronatus
conſeruandi cauſa, nunciare non poſſet, cum non habeat
ius in re, videlicet in corpore eccleſiæ, nec in prædijs eiuſdẽ,
c. præterea de iure patro. Et quod patronus non poſſit nun-
ciare nouum opus ſuo proprio nomine patet; quia Rector,
& Prælatus ad præſentationem patroni inſtitutus in benefi-
cio, habet ius in re. c. fi. de conceſſ. præb. lib. 6. & poteſt dice-
re ſuum eſſe beneficium, c. ſi obi, de præb. & tamen nomine
ſuo non poteſt, ut ſupra dixi, & firmant Bart. & communiter
14 Doct. in d. l. 1. §. fi. ad fi. † multo minus ergo poterit nunciare
patronus, qui ſolùm habet ius præſentandi, per quod nullũ
ius acquiritur in eccleſia patronata, ca. quod autem, de iure
patr. declarat Panor. in c. 2. & in c. a nobis, de iure patro.

Item probatur ex alio, quia & ſi per nouum opus officere-
tur luminibus Capellæ patronatæ, nihil tamẽ præiudicatur
iuri patronatus, cum ſoli non cohæreat: ergo benè ſequitur,
quod patronus ſuo nomine & pro ſuo intereſſe nõ poterit,
d. l. 1. §. hoc autem edictum.

Secundo ubi non iuratur de calumnia per nunciantem,
nunciatio remiſſa à lege cẽſetur. d. l. de pupillo, §. qui opus.

Nec obſtat, quod ſupra dicebatur, iſtud uerum nunciato
petente debere iurari: alias ubi non petit, iuramentum ta-
15 citè remiſſum intelligitur, † quod poteſt tacitè, licèt nõ ex-
preſſè per partem remitti, c. 1. de iuram. cal. lib. 6. quia in ca-
ſu noſtro non poteſt dici ullo pacto remiſſum, ut probabo,
16 ergo &c. † Vnde ſciendum eſt, quod iſtud iuramentum ca-
lumniæ præſtandum eſt coram prætore, & non tempore &
actu nunciationis; & practica eſt quod iuretur tempore. quo
petitur remiſſio per nunciantem, ſecundum Bart. in d. §. qui
opus. modo ſi uideantur acta, apparebit quod Dom. Alanus
petijt incontinenti remiſſionem ſibi fieri à prætore, quia nõ
extitit iuratum de calumnia. & prætor decreuit citationẽ cũ
comminatione quod ſi Dominus Gulielmus nuncians nõ
compareret facturus, dicturus, & propoſiturus cauſas, quia
remitti nunciatio non deberet ex eo, quod non iurauit de
calumnia; ex hac enim citatione conſtat de intentione nũ-
ciati, quod non intendit remittere iuramentum calumniæ,
imò

17 Imò expreſsè vult iurari: † nam qui petit debitorem condē-
nari, quia non ſoluit expreſsè, dicitur ſolutionem iterum pe
tere, l. prima, & l. ordo, C. de exec. rei iud. Hinc qui petit nun
ciationem remitti, quia nuncians non iurauit, ſans euiden-
ter iuramentum calumniæ exigere videtur. Non etiam ob
ſtat quod in proceſſu dicitur per aduocatum & procuratorē
Domini Gulielmi, videlicet quod ſuper nullitate nunciatio
18 nis debuit dari libellus per nuncianrem, † quia vbi nullitas
principaliter inrentatur, & non incidenrer, ſeruandus eſt
ordo iuris, allegat D. Phil. de Peruſio in c. dilecto, de app. po
terat allegare deciſionem Spec. tit. de lib. concep. §. nunc vi
dendum. ad fi. & in tit. de ſent. §. iuſtè. circa fi. ver. quid ergo,
cum ſimilibus. Qnia reſpondetur, ꝙ illud non debuit adiue
ſari in propoſito noſtro, tum quia nullitas deducitur exci-
piendo, & ſic incidenter, & allegata loquuntur, quando agē
do & principaliter intentatur iudicium nullitatis. quod au-
tem excipiendo nullitas opponatur ſatis apparet, quia nun-
19 ciatio eſt prouocatio ad iudicium, † & actor eſt qui nunciat,
reus verò cui nouum opus nunciatum fuit, l. de pupillo, §.
20 qui remiſſionem, ff. eod. † tum quia, vt ſupra dixi, vbi nun-
ciatio. quæ eſt ipſo iure nulla, ſperni poteſt. eſto igitur quod
non eſſet oblatus libellus nunciationis de iure requiſitæ in
ædificatum ſpræta tali nulla & inepta nunciatione, non fuit,
nec eſt demoliendum. iuxta tradita per Bar. & omnes in d.
l. 1. in princip. ſatis igitur eſt nunciatio quod ſibi competat
exceptio aduerſus nuncianrem malè agentem ad opus de-
moliendum, & ex his reſtat concludendum ædificata non
21 debere deſtrui. Addo etiam, † quod Dominus Gulielmus
nullo modo potuit nunciare nomine filij ſui & Berengarij
abſque mandato, quia nuncians agit & prouocat nunciatū
ad iudicium, d. §. qui remiſſionem, & §. ſi quis prætori, vbi
Bar. & alij. ead. l. ſed nemo admittitur ad agendum pro alio
ſine mandato, etiam quòd velit de rato cauere, l. exigendi,
C. de procur. & quod requiratur quod habeat mandatum,
22 eſt tex. in d §. qui procurator. † & inquantum ibi dicitur, ꝙ
ſatiſdare de rato intelligitur, quando dubitatur de manda-
to, non autem quando certum eſt. & ſi dicatur, quod pater
pro filio vti coniuncta perſona poteſt agere ſine mandato,
d. l. exigendi, & l. ſed & hæ, ff. de procur. ergo etiam poterit
nunciare.

23 † Reſpondeo poſito caſu, quòd poſſet: tamen intelligi-
tur non permittente de rato, l. exigendi. quia eius factum fi-
lio nō præiudicat, l. 3. §. 1. ff. iud. ſol. l. prima, C. quib. res iud.
non noc. in actis autem non conſtat patrem de rato promi
ſiſſe, igitur &c. Condemnandus igitur eſt nuncians, quia no
mine Berengarij non potuit ſine mandato nunciare: nomi
ne vero filij & ſuo & priuato non potuit, vt ſupra. & dato
quod pro filio potuiſſet, tamen debebat de rato promittere,
quod factum non extitit. & ſi contendat intereſſe publico
ſuſtineri debere nunciationem, quę tamen ſuſtineri non po
teſt, cum non fuerit nomine Eccleſiæ, vel Reip. facta, vt la-
tius ſupra demonſtraui: tamen adhuc ſtanre promiſſione
de opere demoliendo, non eſſe opus deſtruendum conſtat.
24 † quia quando nunciatur nouum opus iuris publici conſer
uandi gratia, per ſolam promiſſionem de opere demolien
do remittitur nunciatio, l. non ſolum. §. ſi cum iure, ff. de no
ui oper. nun. Cum igitur hoc caſu tantum operetur promiſ
ſio, quantum ſatiſdatio; ſi fuiſſet ſatiſdatum elapſo trime-
ſtri licuiſſet, ſpreta nunciatione, ædificare. d. l. vnica, C. eo. &
ca. fina. eo. tit. ergo idem dicendum eſt, ſi fuerit promiſſum.
ſuper iſto tamen fundamento nō multum inſiſto, quia alia
ſatis concluduntur conſtructa ad honorem, & gloriam Dei,
ad diuini cultus augumentum eſſe manutenenda, non de-
ſtruenda.

Laus Deo Opt. Max.

Secundum Reſponſum fuit impreſſum ſub num. 48. ſecundū ordinem impreſſionis Lugdunenſis anni 1564. incipit, quu ſtio huius controuerſia.

S V M M A R I V M.

1 Dotis exceptio non excludit poſſeſſorium recuperanda, cùm con cernat petitorium, quo iſtud non excluditur poſſeſſorium.
2 Mulier habens hypothecam, non dicitur poſſidere, niſi adſit ma riti conſtitutum, quo caſu non dicitur habere plenam poſſeſ- ſionem, ſed ſecundum quid ratione pignoris. & nu. 10.
3 Conſtituens debitor ſe poſſidere omnia bona nomine creditoris, an poſſit aliqua bona ex prædictis uendere. & quid ſi nomine emptoris ſe etiam conſtituerit ſe poſſidere.
4 Creditor per ſimplicem hypothecam non dicitur poſſidere, niſi mediante conſtituto, uel traditione.
5 Hypotheca nuda ſolùm conuentionem, pignus uerò traditionem requirit.
6 Mulier mortuo marito poteſt retinere bona ſibi hypothecata, nō tamen apprehenſa per hæredem, donec ſibi ſoluatur dos, dummodo poſſeſſio uacua ad eam perueniat ſine uitio.
7 Clauium traditione transfertur poſſeſſio.
8 Mulier habitans cum hæredibus in domo mariti, iure familia- ritatis præſumitur habitare, ubi aliter de eius uoluntate non appareat.
9 Creditor contra tertium non poteſt uti authoritate ſibi data à debitore apprehendendi bona ſibi hypothecata.
11 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.

R E S P O N S V M III.

QVæritur, an mulier ratione dotis & hypothecæ
poſſit ſe tueri aduerſus agentem Interdicto recu
perandæ poſſeſſionis, aut ratione dotis & hypo-
thecæ uult mulier repellere agētem poſſeſſorio
recuperan. & non poteſt, quia exceptio dotis & hypothecæ
concernit petitorium, ut declarat Bar. in l. 1. C. de Sal. inter.
1 † quod petitorium non poteſt proponi ad excludendū poſ-
ſeſſorium recuperandæ, l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iul.
de ui, c. paſtoralis, de cauſa proprietatis & poſſ. Aut uult agē
tem repellere ratione poſſeſſionis, & ſic tamqnam ipſa mu-
lier creditrix ſuæ dotis poſſederit domum, & conſequenter
non ſpoliauerit agentem, & etiam minus iuridice poteſt,
2 † quia mulier, cui hypothecata ſunt omnia bona mariti, nō
poſſidet. niſi maritus hypothecauerit & conſtituerit ſe tene-
re & poſſidere bona hypothecata nomine ipſius mulieris, vt
not. remiſſiuè per Bar. in l. qui pignor. ff. de acquir. poſſ. & l.
3 Celſus, nu. 15. ff. de uſuca. ubi latius vult, † quod ſi precario
nomine conſtituerit ſe tenere & poſſidere nomine uxoris,
poterit maritus uendere aliquam rem & poſſeſſionem trāſ-
ferre in emptorem, in pręiudicium ipſius vxoris, per tex. in l.
interdum, §. fi. ff. eod. & declarat Pract. Pap. in for. excep. recō
uen. in uerbo, præſcrip. colnm. 4. traditur per Bar. & Scriben
tes in d. l. Celſus, ff. de uſucap. in caſu autem noſtro maritus
non cōſtituit ſe tenere bona precario nomine uxoris, ut pa-
4 tet inſtrumento dotali, ergo &c. † Non enim per ſimplicē
hypothecam dicitur creditor poſſidere, niſi interueniat tra-
ditio uel conſtitutum, & in hoc hypotheca differt à pigno-
5 re, † quia hypotheca nuda conuentione contrahitur: pignus
uerò traditionē requirit, §. item Seruiana, verſ. inter pignus,
Inſt. de act. & ſi maritus cōſtituiſſet ſe precario nomine vxo-
ris poſſidere bona hypothecata, nihilominus vendēdo trā-
ſtuliſſet poſſeſſionem in emptorem ſecundum Bart. & com-
muniter Scriben. in locis præallegatis. vnde nō licuiſſet vxo-
ri de facto ſpoliare emptorem ratione iuris, quod prætende
ret in re vendita, l. ſi quis in tantam, C. vn. ui. l. extat, ff. quod
6 met. cauſa. Aut † vult repellere agenrem, tamquam liceat
mulieri. mortuo marito, retinere bona ſibi hypothecata, do
nec ſibi dos perſoluatur. l. ſi filiofam. in princ. ubi Bart. ff. ſol.
matr. & traditur per Bal. in l pen. C. de pig. act. & etiam ſecū-
dum ea, quæ proponuntur non poteſt: quia ut in facto præ-
ſupponitur, poſſeſſio dictæ domus fuit apprehenſa per hęre-
dem, qui eam uendidit emptori. quod ex eo conſtat, quia
hæres continuè inhabitauit dictam domum uſque ad diem
uenditionis. illud autem, quod dicitur, mulierem poſſe re-
tinere domū pro dote ſua, intelligitur ſi ad eam perueniat
uacua poſſeſſio ſine uitio ſecundum Bal. in l. pen. C. de non
num. pecu. & ſic ſi prius adepta fuerit poſſeſſionem antequā
hęres, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſer. pig. da. manu. in caſu
autem noſtro poſſeſſio dictæ domus tempore uenditionis,
& ante erat penes hæredem: quod ex alio conſtat, quia apud
7 ipſum erant claues, quas tradidit emptori. † dicitur autem
poſſeſſio apud eum eſſe, apud quem ſunt claues, l. clauibus.
ff. de contrahen. emptio. & licèt vxor, ut proponitur, habita-
ret cum hærede ſimul in dicta domo, attamen pręſumitur
8 quòd iure familiaritatis inabitaret, † ſicut quando habita-
bat cum marito, niſi aliter appareret de animo & intentio-
ne ipſius uxoris, ut traditur in l. qui iure familiaritatis, ff. de
acquir. poſſ. & in propoſito firmat Soci. conſi. 131. in pręſenti
conſul-

conſultatione,col.3.lib.1.& Dec.cõſ.232. dura admodum,
& poſito,ꝙ aliqua poſſeſſio fuiſſet penés mulierem creditri-
cem dotis,quod expreſsè negatur : attñ fuiſſet interuerſa &
tranſlata in emptorem immiſſum in poſſeſſionem per hrđẽ
dñm dictæ domus,ſm Bart.in d. l. qui pignoris;nec licuiſſet
ipſi mulieri propria authoritate ſpoliare emptorem ſua poſ
ſeſſione, eo maximè cũ in inſtro dotali non ſit data licentia
9 apprehendendi bona hypothecata propria authoritate,† q̃ ſi
data fuiſſet aduerſus tertium poſſeſſorẽ, fortè uti non licuiſ-
10 ſet,iux.tradita per Sal.poſt Bal.in l.4.C.de pig. † Præterea,ſi q̃
poſſeſſio rõne retẽtion.fuiſſet penes mulierem,illa poſſeſſio
nõ eſſet plena,ſed ſm quid,videlicet rõne pignor.is rõne aũt
dñij,uel quaſi,poſſeſſio dictæ domus ſemper fuit penès hęre
dem debitorem,qui rõne dñij vel quaſi,inhabitabat domũ,
ut not.in l.cum notiſſimi,C.de præſcr.30.uel 40.& in l.1.§.
per ſeruum corporaliter,ff.de acq.poſ.quæ poſſeſſio ratione
dñij,vel quaſi,tranſlata fuit abſque dubio in emptorem, qui
11 eo iure tenebat & poſſidebat dictam domũ rpe ſpolij,† qua
cum fuerit ſpoliatus,procul dubio reſtituendus eſt,in ib.no
tiſſimis.Ex quib.omnib.concurro in ſñiam præſtantis Iure-
conſulti,d.D.Renoardi,qui articulum præſentis cõſultatio-
nis ad plenum diſcuſſit. Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata poſt ſuſpitionẽ deductã,nulla ipſo iure remanet.
2 Arma ſumere pro defenſione,etiam rerum ſuarum,licitum eſt, homines conuocare,uim propulſare, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ.
3 Occurrere in tempore, quàm poſt uulnus illatum remediũ quærere,melius eſt.

RESPONSVM IIII.

SEcundum ea quæ in libello appellatio
nis,ſiue recurſus Claudij Lu
cæ proponuntur,arbitror nulliter & iniquè fuiſſe
1 pronunciatum. nulliter quidẽ,† quia ſm cõem
Scrib.opinionẽ ſñia lata per iudicẽ poſt propoſi-
tam ſuſpitionẽ & recuſationis exceptiones,eſt ipſo iure nul-
la,quia ſtatim ꝙ iudex allegatur ſuſpectus, affecta remanet
eius iuriſdictio,l.1.C.ſi quacunque ſi præd.põt.per quam le
gem ita cõiter concludunt Legiſtæ in l. quia poterat, ff. ad
Treb.Hoſt.Io.And.Car.Flor.Panor.& cõiter Can. in c. cum
ſpeciali,de appe.Ge.& Pet.de Anch.in c.iudex,de off.deleg.
traditur per Bar.in l.multũ intereſt,ff.de cond.& dem.& hac
rõne motus ita tenuit Bal.in c.olim,de exec.& in c.ſuſpicio
nis,de offi.deleg.& in d.c.cum ſpeciali,Sali.in l.apertiſſimi,
C.de iud.& in auth.offeratur,C.de lit.ↄte. & ſic ↄſuluit Pau.
de Caſt.ↄſ.22.circa principiũ.& latiſſimè D.Alex.ↄſ.89. dili
ligẽter ↄſideratis,li.1.Dec.ↄſ.175.in cã falſitatis, col.1. Lud.
Ro.ↄſ.172.cir.primũ.& ita ẽt determinauit Lap.allegatio 1.
2 Iniqua ẽt fuit & iniuſta ſñia lata ↄ̃ Claudiũ,& ↄſortes, † quia
licuit Claudio ad repellendam uim illorũ, qui arbores exci
derunt in ſuo prædio,arma ſumere,& amicos armatos con-
gregare,l.3.§.cum igitur,ff.de ui,& ui ar.& ſi dicatur ꝙ nihil
eſt iuri tã inimicũ,q̃ uis,nec æquitati tã infeſtũ, q̃ conuocati
homines, & armati, ut dicebat Cicero in oratione pro Au-
lo Cecin. Rñdetur uerum eſſe,ſi ad offendendũ uis fiat, & ar
mati homines ↄuocentur, non ſi ad defendendũ, & ↄ̃triam
uim propulſandã, nã uim ui repellere oĩa iura concedunt,
l.vt uim,ff.de iuſt.& iure,& ad defendendũ poſſeſſionẽ, quã
ſine uitio tenemus inculpatę tutelę moderatione illatã vim
licitum eſt propulſare,l.1.C.vnde vi,aliàs flagitioſis,qui legũ
ſeueritatẽ non formidant.daretur occaſio eorũ prædicta au
3 daciam exercendi,& bonis ſuis quoſcũq; ſpoliãdi. † melius
igit̃ eſt depopulatorib.occurrere in tpe, q̃ poſt uulnus illatũ
& bona ablata, remedium quærere,C.qñ lic.vnicuique iud.
ſe uind.Cum igit̃ Claudius,& eius amici non exceſſerint in
defendendo moderamen inculpatæ tutelæ,nulla rõ dictat,
ꝙ condemnari potuerint,lex.n.cõceſſit dño reſiſtere aduer-
ſus uim illorũ,qui arbores cædunt,ſubſecant,vel deglubant,
l.1.§.ꝙ ſi ui,iũcta,l.ſi alius,§.at ſi arbores, ff. quod ui aut clã.
& ita tenet glo. Bart. & alij in d.l.ut uim,concludentes,uim
etiam pro defenſione rerum factam nullam pœnã męreri.
Laus Deo Optimo Maximo.

Reſponſum quintum fuit ut ſupra impreſſum, ſub nu. 152 incipit,veriſſima eſt illorum.

SVMMARIVM.

1 Titulus coloratus, de quo non eſt adamuſſim diſputandum, ſufficit in poſſeſſorio iudicio.
2 Exceptio defectus proprietatis,etiamſi incipiens uellet incontinenti probare,non obſtat in iudicio poſſeſſorio retinendæ.
3 Poſſeſſorium nudum poteſt à Laycis cognoſci.
4 Poſſeſſionem probans antiquiorẽ,obtinet in poſſeſſorio retinẽda.
5 Poſſeſſio defuncti continuatur in hæredem.
6 Interdictum retinendæ ita competit pro turbatione ciuilis, ſicut naturalis poſſeſſionis.
7 Succeſſor alicuius eodem iure utitur.
8 Tempus datum à prætore, uel à lege,à principio cẽſetur utile.

RESPONSVM VI.

LIcèt in beneficialib. iudicia poſſeſſoria cen
ſeantur hr̃e annexam cãm proprieta
tis,quia ad victoriam requiritur probatio ti.iux.
no.per gl.in l.2.§.quædam,ff.de interd.ne detur
in beneficijs.vitioſus ingreſſus,c.1.de re.iu.in 6.
1 † tñ in poſſeſſorio iudicio nõ diſcunt̃ ualiditas,uel inualidi
tas titulorũ,ſed ſolum deducitur pro utraq; parte titulus ad
2 colorandũ poſſeſſionẽ. † Quod maximè procedit in poſſeſ-
ſeſſorio retinendæ, in quo non militat rõ dandi ingreſſum
uitioſum:cùm iã præſupponatur ingreſſus, & in quo agenti
non obſtat exceptio defectus proprietatis, ẽt ſi excipiens of-
ferat ſe incontinenti probaturum,ſm Bar.in l.naturaliter,§.
nihil cõe, in 1.lect.ff.de acq. uel amitt.poſſ.q̃ ſequitur Pan.
in c.in lr̃is, de reſt.ſpol.& dicit eſſe cõem D. Franc. de Aret.
in l.ſi de eo,§.fi.ff.de acq.po.& maximè ſi agatur poſſeſſorio
3 retinendę poſſeſſionis beneficij coram iudicib.Laycis,† qui
ſolum pñt, cognoſcere de nudo & mero poſſeſſorio, ut per
Pano.in c.lr̃as,de iur.calum.Cùm igit̃ inter D. Ioannem de
Gandiaco,& D.Claudium de Vinimilia,agatur interdicto
retinendæ poſſeſſionis beneficij S.Saturnini, nam uterq; pe-
tit manuteneri ſuam ſaluagardiam,videndum eſt ſolũ quis
debeat obtinere in poſſeſſorio, non autem diſcutiendũ eſt
quis titulus præualeat.paucis ergo agendo, puto D.Ioannẽ
manutenendum infraſcriptis rationib.
4 Primo,†quia in poſſeſſorio retinendæ is dr̃ obtinere, qui
probat de antiquiori poſſeſſione,c.cãm, de prob. & ibi not.
traditur per Bar.in l.ſi duo, in prin.ff.uti poſſ. & per Bal. in l.
ordinarij,C.de rei vend.& alibi ſępe.ſed Do. Ioan.probauit
5 de antiquiori,ergo manutenendus.† Nã cũ ſit ſubrogatus in
iurib.& poſſeſſione defuncti, dr̃ in eũ continuata poſſeſſio,
quæ erat penès defunctũ,ut per Ro. dec.64. inci.ſubrogatus
in litem.ſub rub.de reſcrip.ſi ergo fuit cõtinuata poſſeſſio in
ipſum, ſatis ↄſtat eũ anteriorẽ, cũ nulla fuerit diſſentio nec
interuallum pp ↄtinuationem poſſeſſionis defuncti in ſub-
rogatum,& notat̃.per Alex.Aret.& Mod.in l. cum hæredes,
ff. de acq.poſſ.& ſi dicatur ꝙ poſſeſſio continuata eſt ciuilis,
6 non naturalis,iſtud concedam : ſed rñdeo, † ꝙ ita pro ciuili
poſſeſſione conſeruanda competit interdictum retinendæ,
ſi turbetur ab alio per occupationẽ naturalis, ac ſi turbaret̃
in naturali,ut eſt gl.cõiter approbata in l.clam poſſidere, §.
qui ad nũdinas,& in l.naturaliter,§.nihil cõe,ff.de acq.poſſ.
Secundo,quia D.Ioã.fuit ſubrogatus in ius,& poſſeſſione
7 defuncti,dico,† ꝙ ſicut defunctus ſi uiueret, uinceret Dom.
Claudiũ in iudicio poſſeſſorio, ita & ſubrogatus dẽt eumdẽ
D.Claudiũ uincere:quia qui ſuccedit in locũ alterius,eodẽ
iure uti põt,c.eccleſiæ.ut lite pend. & hoc arg. utitur in pro-
poſito Ro.dec.411.ſi lite pendẽte,in nouis. Nec obſtat dum
dr̃ ſubrogationẽ nullius eſſe momenti, tamq̃ nõ factã intra
menſem,iux.regulas Cancellariæ,tñ quia nõ fuit facta fides,
prout debuit de talib.regulis.cũ non fuerit in corpore iuris
inſerta,c.paſtoralis,de fide inſt. tũ qa de ualiditate,uel inua-
liditate non eſt corã curia diſceptandũ:tùm quia ſi diſepta-
ri liber,rñdetur, ꝙ tp̃s ſtatutum ad petendã ſubrogationem
8 non incipit currere niſi à die notitię uacationis,† quia tẽpus
præfixum à prætore, vel à lege in dubio cenſetur utile ſaltẽ à
principio,ut per gl.in rub.de uar.& tempor. præſcrip.& tra-
dit̃ per Bar.& latius Bal.in l.genero, ff. de his, qui not.inſa.
Vltimò dico D.Ioãnem pſerẽdũ,quia D.Claudius aduer-
ſarius nõ ꝓbauit ſe ullo mõ poſſidere : nã cũ obtinuerit ſibi
ↄferri beneficiũ litigioſum,nulla attenta ſubrogatione,non
hẽt fundamẽtũ alicuius coloratæ poſſeſſionis, uel detẽtatio-
nis,imo eius pſẽtia poſſeſſio,ſeu detẽtatio,adeò ẽ affecta, &
adeo nulla,ꝙ carere dẽt oĩ effectu pp decretũ appoſitũ,ca.hi

contra quos, ut lite pend. lib.6.nam illud decretū decemēs
irritum & inane &c.ita afficit poſſeſſionem, ſicut titulū,ſm
Gem.& alios ibi,& firmat Rom.vt lit.pend.deciſ.433. in no
uis,incip.nota nūquid reo,& hæc breuiſſimè dicta ſufficiāt.

S V M M A R I V M.

1 Poſſeſſorio aqua ducēda agens, tenetur probare ſe anno proximo aquam duxiſſe, in petitorio uerò probanda eſt ſeruitus.

2 Aquæductus in alieno, niſi iure ſeruitutis, fieri poteſt.

3 Aquā pluuialē non poteſt in fundum alienū ſine ſeruitute quis immittere, etiam ad inundationem fundi proprij euitandum.

4 Aquam recipere iure natura tenetur inferior, ita tamē quòd ſuperior aliquod opus non faciat, ut aliter aqua fluat, quàm ipſa natura ſolebat.

5 Seruitus aqua ducenda acquiritur ex foſſatis manu factis in fundo alterius per eum, qui ducit aquā tanto tpe, cuius initij non extet memoria: ſecus ſi per dominum fundi, pro eius commodo factum ſit, uel concauatum fuerit ex curſu aquarum.

6 Præſcriptio eſt ſtricti iuris, ut per eam tantū acquiratur, quantum poſſeſſum fuerit.

7 Conſuetudo ſtricti iuris eſt, ut præter uſum nō comprehēdatur.

8 Seruitutem aquaductus habens, non poteſt contra ſolitum quicquam intentare, ut dilatare riuum, ut aliam aquam cum ſolita commiſcere.

9 Pluuia arcenda actio, an detur contra foſſas facientem cauſa exiccandi agrum, & quid de negatoria actione.

10 Denegandum non eſt, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, dūmodo non fiat aliquid in alieno. & nu. 13.

11 Seruitus aqua pluuialis ſemper eſt damnoſa.

12 Alienare dicitur imponens rei ſuæ ſeruitutem.

14 Seruitutem ducendi aquam habens, tenetur ad refectionem, & purgationem foſſatorum & agerum: dominus uerò prædij ſeruientis ad patientiam ſolùm cogitur, niſi teneatur ad ſeruitutem oneris ferendi, pro qua tenetur etiam ad refectionem.

15 Seruitutis iure faciens opus in alieno, tenetur ſolùm nuda cautione promittere, aliàs dēt cauere de dam.inf.cū ſatiſdatione.

RESPONSVM VII.

AD primum, ſi cōitas S.Remigij agit poſ
1 ſeſſorio, certū eſt† q teneat
probare ſe proximo anno per foſſata exiſtētia in
territorio nouarū,duxiſſe aquas,de quib.agitur,
l.1.ff de riu.in prin.ſic ēt qui poſſeſſorio conten
dit,poſſeſſorium probare tenet,l.ſi duo, ff.uti poſſ.c. cōſulta-
tionib.extra de offi. deleg.cum cōcordantiis. nec pōt cōitas
S.Remigij,ēt ſuis expenſis ampliare,aut deprimere, aut at-
tolere foſſata.nec per aliū nuū aquā ducere,d.l.1.§.proinde,
ff. eo.ſi non agitur petitorio,tunc neceſſe eſt q prober ſerui-
2 tutē ſibi deberi,†quia nemo pōt facere aquęductū ī alieno,
niſi iure ſeruitutis deberet,l.quemadmodum, §. ſi protectū,
3 ff.ad leg.Aqu.†& ſi quis uelit immittere aquā pluuialem in
fundum citra ius ſeruitutis, arceri poteſt actione aquæ plu-
uiæ arcendæ,l.1.§.item ſm,ff.de aq.plu.arc.etiam ſi immit-
tat pro diuerſ.aqua à proprio fundo, qui ex inundatione
paludis inundatur,l.2.§.uarratis,ff.eod. uel per negatoriam
actionem,l.2.in prin.ff.ſi ſer.uend. & ita conſuluit Aret.cōſ.
30.uiſo themate,in primo dubio.

Videamus ergo quo iure prętendat Cōitas S.Remigij im
mittere aquas,de quib. in themate, in territoriū nouarū ex
natura agri quia nullū ius pōt prætendere:quia præſuppoſuīt
paludem nouarum,in quam uolūt immittere dictas aquas,
4 eſſe altiorem.†& licet eſſet inferior,legeq; naturæ aquā tene
ret recipere,iux.d.l.1.§.ſi tā lex,ff.de aq.plu.arc.non tñ com-
petit ius cōitati S.Remigij facere aliquod opus, q al'r fluat
aqua,ā ipſa natura ſoleret,d.l.1.§.1.ff.eo. & pñr non licebit
facere noua foſſata pro exiccanda ſua palude,ut ſic aquā nō
ſolitā ipſa natura defluere,mō uirtute operis manu facti de
fluat in territorium,& paludem nouarū. Non ēt pt cōitas S.
Remigij prętendere ſibi ſeruitutem deberi ex cōuentione,
quia de ea non apparet,nec ēt in themate recitato pōt appa-
rere. Reliquū ergo eſt, ut ptēdat licere ſibi immittere aquas
pdictas in paludē, & territorium nouarū rōne ſeruitutis ſibi
debitæ ex præſcriptione & conſuetudine,iux.tex.in d.l.1.§.ſi
tam agri lex nō inueniat uetuſtatē uicē legis tenere.& in iſto
iure conſuetudinario,ut arbitror,conſiſtit fundamentū cōi-
5 tatis S.Remigij, Et hoc puto aduertendum, †an conſtet foſ-
ſata,per quæ ſuper paludem aqua defluit in paludē nouarū,
eſſe facta manu hominis, aut non: nā ſi non cōſtat eſſe manu
facta, ſed ex concurſu aquarū cōcauata fuiſſe ipſa foſſata,iſto
caſu nullum ius eſſet immittēdi aquas in territoriū nouarū,
nec ulla ſeruitus eſſet acquiſita ipſi Cōitati S.Remigij,l.2.§.
idem Labeo,ff.de aqu.plu.arc.ſi vero conſtat cauamenta &
foſſata eſſe manu facta,tunc ſi conſtat, q ſint facta foſſata in
fundo nouarum per illos de S. Remigio ex curſu tanti tpis,
cuius initij memoria nō extat,eſſet acquiſita ſeruitus immit
tendi aquam in dictam paludem,d.l.1.§.fi.ff.eo.Ratio,quia
non pōt fieri foſſatum per homines S.Remigij in fundu no
uarum,citra ius & nomen ſeruitutis:ſecus ſi homines noua
rum feciſſent ipſa foſſata in ſuo,pro commodo, & intereſſe
ſuo,tūc iure facultatis potius duceretur aqua recepta, & iſto
caſu illi de S. Remigio poſſent eam aquam ab illo curſu di-
uertere, & illi de Nouis eam ēt nolle recipere amplius, ſm
Cęp.in d.tract.in d.8.q.uerſ.& ex prædictis,ſequit Dec.poſi-
to ergo q ſit inducta ſeruitus aquæ recipiendæ,quia conſtat
foſſata eſſe facta manu incolarū S.Remigij, talis ſeruitus dr
6 ex præſcriptione ſeu conſuetudine acquiſita.†Sed quia prę-
ſcriptio eſt ſtricti iuris, adeo q tm̄ dicatur præſcriptione ac-
quiſitum,quantū poſſeſſum,l.1.§.ſi quis,ff.de itin.actuq; pri.
vbi Bart. & latius per Fel.in c.auditis,col.6.& ſeq. de pſcript.
Quod verum eſt etiā in præſcriptione tanti tpis, cuius initij
7 memoria non hr̄,ſm Dec.conſ.85.in 2.dubio.†& etiam cō-
ſuetudo eſt ſtricti iuris,quia tm̄ habet de potentia, ā de uſu
actus reperitur,& proprios terminos non egreditur,ſm Bal.
in c.1.q feu.dat.poſſ.D.Iaſ.in l.de quib.col.7.ff.de leg.Alex.
cōſ.106.col.3.lib.2.cum multis alijs authoritatib. quas bre-
uitatis gr̄a nō refero.quatenus ergo ſolita eſt aqua defluere
per dicta foſſata,catenus ius compent Cōitati S.Remigij de
uiari faciendi aquam in paludem Nouarum, & non ultra.
Cum igitur aqua, quæ ex reſtagnatione ſolita eſt iacere in
palude S.Remigij, & aqua, quæ ex deſiccatione uberius ſu-
borietur,& aqua quam Cōitas S.Remigij ex cōuentione re
cepit in ſuam paludem, ſeu aliunde nunquā defluit in ter-
ritorium Nouarum,quò ad iſtas aquas fruſtra allegatur con
ſuetudo ſeu præſcriptio in tm̄, q is, qui præſcripſit ſeruitutē
aquæducendæ per fundum alienū, non pōt congregare om-
nem aquam in unum foſſatum,& deinde in riuū uicini im-
mittere,ſed aliter aqua ſolita eſt intrare in riuum uicini,l.ſu
per iter,in princ.ſm vnum intellectum,quē approbat Cęp.
in tract.de ſeruit.aquæductus,col.10. uerſ.ſed quid ſi ille.&
8 dixit tex.in d.l.1.§.proinde,ff.de riu.†q is,qui eſt in poſſeſſio
ne ducendi aquam per riuum in ſundum vicini,non poteſt
dilatare,nec deprimere riuum ultra ſolitum;nec etiam ſi ex
natura agri,uel ex ſeruitute Cōitas Nouarum teneatur reci-
pere aquam ſuperabundantem, poſſet Cōitas S.Remigij fa
cere in ſuo,uel alieno opus ullū, propter quod aqua in ma-
iori quantitate rapidiori,uel citiori curſu deflueret in palu
dem,& territorium Nouarū d.l.1.§.1. & ideo dixit Impera-
tor iudicib.aquarum,prouidebitis,ut q cō ueterem morē cō
ſuetudinemq; ducendi aquam quicquam innouetur,l.pſes,
& l.ſi manifeſti,C.de ſeruit.& aqua.& iō ille, cui debetur ſer
uitus aquæductus,non pōt uti aquęductu,niſi ſm formā da-
tam ab uſu ſeruitutis:& ppea nō poterit cū aqua ſolita aliā
immiſcere,ſm Ang.in l.qui duo prædia,in prin.per illū tex.
ff.de ſeruit.ruſt.præd. Cęp.in tractatu de ſeru. aquæd. in 8.q.
prin.in princ.ubi alia plura ad iſtud propoſitū adducit, quæ
9 pnt uideri. Et ſi fortè dicatur.†q actio plu.arc.nō competit
cō eos,qui faciunt foſſata agrorū exiccandorū cā, l.1.§. ſed
& foſſas. Rn̄deo q ille tex. dēt intelligi qn̄ aliter nō pnt agri
exiccari.item qn̄ fiunt foſſata agrorū exiccandorū cā tm̄,nō
ēt ſi deriuandæ aquæ cā, ut in ea.l.§.Mutius,in caſu iſto præ-
ſupponitur q etiam deriuandæ aquę fuerint,& per alias par
tes exiccandorum prædiorū gratia diuerti poſſunt,ergo &c.

Secundo rn̄deo,q licēt non competierit Cōmunitati No
uarū actio pluuiæ arc.cōpetunt tm̄ alia remedia,& inter cæ-
tera competit actio negatoria ſecundum Aret. in d. cōſ.30.

Et ſi pertinacius inſtetur,q ſi fiāt foſſata in territorio No-
uarum pro recipienda aqua paludis S. Remigij, erit potius
vtile,quàm damnoſum ipſi Cōmunitati Nouarū, quia etiā
palus Nouarum mediantibus talibus foſſatis exiccabitur &
10 redigetur ad culturam:quo caſu ex æquitate debet pati,†qd
ſibi non nocet & alteri prodeſt,ut dicitur in d.l.1.§.idē aiūt.

Reſpondeo primò, quòd oppoſitum deſtruit propoſitum
11 ex eo,quòd † ſubire ſeruitutem aquæ pluuialis recipiendæ
non poteſt eſſe niſi damnoſum,l.2.C.ad leg.Aqu. attento q
poſſent occurrere tanta aquarum diluuia, quòd inunda-
rent totum territorium Nouarum. Et dato quòd nullum
inunda-

innundationis periculum imineret, ſeruitus ipſa damnum
12 eſt. † alienat.n.qui ſeruitutem rei ſuæ imponit,l.de pupillo,
§.ſextus,ff.de no.ope.nun.& ibi not.per D.Iaſ.& Mode. & dr̄
nocere aqua,eo ipſo ꝙ rapidius deſcendat in fundū vicinū,
q̄ ſoleret,l.in ſumma,§.apud Alphenum,& ibi Imo.ff.eo.ti.
& li q̄ loci naturam aut uetuſtatem defluat,nocere dr̄,d.l.in
ſumma,in princi. & utilitas exiccandi paludem ipſorum de
Nouis haberi poteſt,abſque ꝙ imponatur ſeruitus ipſi palu-
di,& toti territorio recipiendi aquam alienam . ideo nō eſt
talis vtilitas commiſcenda cum damno, attento quod illa
utilitas haberi poteſt ſine damno .
13 Nec obſtat illud,† ꝙ dr̄,uicinum debere pati qđ ſibi nō no
cet,& vicino prodeſt:nam procedit qn̄ vicinus uult aliquid
in ſuo facere,qđ non nocet vicino,tunc tolerandus eſt.ſecus
ſi uelit vicinus aliquid facere in fundo vicini,d.§. idem.aut
ſi uelit aliquid immittere in fundū vicini, l.quemadmodū,
§.ſi protectum, ff.ad leg.Aq.l.ſicuti,§. Ariſto, ff.ſi ſer.uend.l.
flumen.§. fi.& ibi Pau.de Caſt.optimè diſtinguit, ff.de dam.
inf.Ex iſtis itaque liquet nullum ius cōpetere Cōitati S. Re-
migij immittendi aquas,de quib. ꝯtendit, in territoriū No-
uarum,& per ꝯn̄s non poſſe dilatare, nec deprimere foſſata
ad fines immittendi aliam aquam,q̄ ſolitam immitti . & ſic
puto ſufficiēter reſpōſum primo & ſecundo dubio. Ad ſm̄
aūt,quod quęritur,poſito ꝙ Cōitas Nouarum teneretur reci
pere oēs aquas in ſuū territorium,quib.expenſis refici & pur
gari debeant ipſa foſſata. Rn̄deo breuibus, ꝙ iſta dubitatio
reſoluitur per Iureconſ.in l.1.§.fi.ff.de aqu plu.arc.vbi Iure-
14 conſ. determinat, † ꝙ onus reficiendi & purgandi ageres &
foſſata,pertinet ad eum,qui prętendit ſeruitutem aquæ reci-
pien.ſibi deberi,ſm̄ gl.& Doct.cōiter ibi.Ratio eſt , quia re-
gulariter ille,qui dat ſeruitutem,non cogitur facere,ſed pa-
ti, l.quoties,ff.de ſeruit.tit.generali.l.& ſi fortè , §. etiā.uerſi.
nam in omnib.ſeruitutib.ff.ſi ſer.uend. excepta ſeruitute o-
neris ferendi, quia in ea debēs ſeruitutem tenet̄ ad refectio-
nem,l.eam debere columnā,ff.de ſeruit.urba.præd.& iſtam
rationem aſſignat gl.in d.§.fi.& ibi Pau.de Caſt.
Nec obſtat ſi diceret̄ verum eſſe, ſi debens ſeruitutē aquæ
recipiē.nullum cōmodum ꝯſequeretur ex refectione & pur-
gatione,ſecus ſi cōmodū ꝯſequat̄,per reg.ſm̄ naturā,de reg.
iur.ſed Cōitas Nouarū ꝯſequit̄ cōmodū ex pinguedine ter-
rę,quæ extrahitur de foſſatis,& quia exiccabit̄ ēt ſua palus.
Quia rn̄deo, ꝙ qn̄ pōt debens ſeruitutē ꝯſequi ex purgatio-
ne cōmodū , eſt in electione ſua , ſi uelit ipſe reficere ageres
& purgare foſſata,uti cōmodo,aut pati ꝙ per eū,cui ſeruitus
debetur,reficiātur & purgentur. caſus eſt expreſſus ſm̄ intel-
lectū Bar.Imolæ,Pauli de Caſt.& cōiter Scrib. in l.2.§. apud
Labeonem,ff.eo.ubi tex.alternatiuè dicit agendū eſſe cum
dn̄o fundi ſeruientis,ut uel ipſe purget,vel patiatur,& Bar.&
Scrib.ibi,& Pau.in ead.l.§.item Varus,intelligunt qn̄ ex pur
gatione reſult̄ aliquod cōmodū dn̄o prædij ſeruiētis:alias
ſi nullum cōmodū reſultat , præciſè compellitur dn̄s fundi
purgare foſſata,& ageres reficere . & ita latius declarat Bart.
Veron.dict. Cæ.in alleg.tractatu de ſerui.aquæductus,char.
8.col.4.verſ.ſed dubitari poteſt,ſi ſimpliciter.
15 Ad tertiū. † an cōitas S. Remigii teneatur ſatiſdare de dā.
infecto.Rn̄deo,ſi opus faciat in territorio Nouarū iure ſer-
uitutis ſibi debitæ, iſto caſu tenet̄ nuda cautione ꝓmittere
de dam.inf.l.dam.infe.ſtipulatio ꝑtinet & ibi gl.Bar.& Scri.
ff.de dam.inf.ſi vero nō appareat ꝙ liceat ſibi iure ſeruitutis
ducere aquam per prædia illorū de Nouis, tunc tenetur ca-
uere de dam.inf.cū ſatiſdatione, poſtq̄ in alieno opus facit,
ſm̄ Pau.de Caſt.poſt alios,in d.l.damni,per tex. in l. prætor
ait,in prin.& §.1.ff.eo.& ꝙ teneatur cauere de dam.inf.ma-
ximè ſi dubitetur an liceat aquam immittere in fundū alie-
num, eſt caſus ad literam in l.3.§.pen.ff.de riu. cuius uerba
hæc ſunt. De dam.quoque inſe.cauere eum debere,minimè
oportet dubitari. Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 Vaſalli ꝓpter iuramētū fidelitatis tenētur exaltare dominū .
2 Poſſeſſorio ille præfertur, qui antiquiorem probat poſſeſſionem , à decem annis tamen citra. & nu. 12.
3 Furnum,uel in molendinum alterius adire ad coquendum,uel macinandum,eſt facultatis,unde hoc nunquam præſcribitur.
4 Poſſeſſio non acquiritur per actus factos iure facultatis .
5 Prohiberi non poſſunt ea,quæ ſunt facultatis .
6 Iuriſdictio non concernit ut quis eat,uel non eat ad molendum in molendino domini.
7 Imperium in parem,par non habet .
8 Poſſeſſor dicitur etiam turbari uerbis .
9 Poſſeſſorius actus fit per refectionem nomine proprio .
10 Poſſeſſio efficacius oſtenditur ex fructuum perceptione , quàm ex alio actu .
12 Poſſeſſio ſpatio decem annorum præſumitur deperdita .
13 Poßidetur etiam per actum uiolentum .
14 In interdicto retinendæ,poſſeſſio antiquiſſima non prodeſt .
15 Teſtes inimici non ſunt idonei,minus amici .

RESPONSVM VIII.

VIderetur fortè dicendum, litteras recurſa-
les impetratas per D. Gaucherių
non eſſe exequendas, ut puta iniuſtas & inutiles ,
infraſcriptis rationibus .
Primo, quia vr̄ licuiſſe D. Alano cōdn̄o Loci de Taglia-
tis prohibere ſubditis ſuis , ne ad alium furnū accedant ad
1 coquendū p̄ter q̄ ad ſuum.† nam ſubditi ꝓp iur̄m fidelitatis
tenentur exaltare dn̄um ſuū,quantū eis poſſibile eſt, ſm̄ gl.
in c.1.qual.vaſ.iur. deb. fid.ſed ſi ſubditi accedant ad furnū
alterius,non exaltant dominum quātum poſſunt , ergo &c.
Secudu,quia pro parte Dom. Alani probata vr̄ antiquior
quaſi poſſeſſio recipiendi fornagiā ab incolis d.Loci , tanq̄
dn̄s & poſſeſſor furni exiſtentis in d. loco : vnde in iſto iudi-
cio,in quo contenditur de quaſi poſſeſſione d.furni, & iuris
2 recipien. fornagiam,† præferendus vr̄ D.Alanus, qui prob. -
uit de antiquiori poſſeſſione,ſeu quaſi,c.licèt cāin , de prob.
& firmat Bar.in l.ſi duo,ff. uti poſſ.& conſ.112. accuſauit de
vi.Cy.Bal.& alij,in l.1.C.uti poſſ.Bal.in l.ordinarij, C.de rei
vend.Pet.de Anch.conſ.275.ad declarationem .
Sed iſtis non obſtantib. arbitror litteras recurſales exequē
das.& pro ueritate habēda præmitto , quod ad duos fines &
effectus D. Gaucherius à p̄dictis proclamationib. reclama-
uit,ad nos æquiſſime Rector recurſum habuit. Et primo,q̄a
3 ire ad coquendū† ad furnū alterius, eſt facultatis, ar.l.uiam
publicam,ff.de uia pub.& probatur in c.ſignificāte, primo ,
de appel.vn̄ ſi quis mille annis iuerit ad coquendū ad furnū
alterius,non ꝓpea dn̄s furni pōt prętendere ſe p̄ſcripſiſſe ius
prohibendi,ne nouus furnus conſtruatur,& in illo panes co
quantur,ſm̄ Cęp.in tract.ſeruit.præd. ſub rub.de furno.pari
mō ſi quis uenit ad molendum longiſſimo tp̄e, nō ꝓpea D.
Molendini pōt allegare ſe præſcripſiſſe ius prohibendi , ne
ille conſtruat,uel uadat ad aliud Molendinum,ſm̄ Pano.in
c. Abbati S.Syluani,de uerb.ſig. & in c.ꝙ ad tranſlationē, de
ſſi.leg.Bal.in l.1.col.2.C.de ſerui.& aqua.& rō eſt,quia per
4 actus,qui fiūt† iure facultatis,nunq̄ acquirit̄ quaſi poſſeſſio
iuris prohibendi,ſm̄ Pan.& ibi pleniſſimè ſcripſi, in c. cum
eccleſia Sutrina,de cauſa poſſ.& propriet.
Cum itaq; D.Alanus uelit per ſuas proclamationes pro-
hibere ipſi D.Gaucherio ſuiſq; ſubditis ea,quæ ſunt faculta-
tis & liberi arbitrij,bene ſequitur ꝙ iuſta eſt cauſa recurſus,
ut in terminis noſtris Dec.D.Gui.Pap.d.q.exordiente , poſ-
ſedit.& D.Iac.de S.Georgio in tract.de feu.in uerbo,& cum
Molendinis.Non obſtat,ꝙ D.Alanus ſit ꝯdn̄is loci de Ta-
gliatis,quia nō ꝓpea poteſt ꝓhibere D. Gaucherio condn̄o
etiam ipſius loci & cōib. ſubditis , ne uadant ad coquēdum
5 præterq̄ ad furnum ipſius D. Alani , tùm quia † ea quæ ſunt
6 facultatis,prohiberi non poſſunt,ut ſupra dixi;† tùm quia ꝓ-
hiberi ne ſubditi uadant ad alium furnum,uel Molendinū,
non competit ratione iuriſdictionis,ut per Do. Iac.in loco
præallegato.& ſi ratione iuriſdictionis competeret, nullam
D. Alanus haberet facultatem prohibendi in præiudicium
7 Do. Gaucherij condn̄i, † quia par in parem non habet im-
perium,c.innotuit,de elect.l.nam & magiſtratus,ff.de arbit.
Secunda cauſa recurſus fuit etiam iuſtiſſima, quia per di-
ctas proclamationes D.Gaucherius,qui fuit,& eſt dominus
8 & poſſeſſor dicti furni, turbatur in ſua poſſeſſione : † nam ēt
per ꝯdōnem uerbalem turbatur poſſeſſor,ſecundum Bar. in
l.ſi prius,in 5.opp.& ibi latiſſimè D.Iaſ.col.6.& ſeq.ff. de no.
oper.nun.Bal.in l.ordinarij,col.pen.C.de rei uend. Alexan.
conſi.73.videtur,lib.3.& conſ.88.col.pen.lib.5. vnde in hoc
iudicio , quantum ſit reſpectu huius capitis , videndum eſt
quis melius probauerit ſuam poſſeſſionem:nam in iudicio
uti poſſidetis,ille uincit,qui melius poſſeſſionem iuſtificat ,
d.c.licet cauſam,de prob.mihi videtur ꝙ d.D.Cæſariſta me
lius probauerit,quia probauit per plures teſtes , qui ab annis
retro citrà bis refici , & reparari fecit dictum furnum tunc
9 ferè in totum diruptum . † reficere autem ſuo nomine ,

eſt actus poſſeſſorius,& per talem actum probatur poſſeſſio,
l.pe.§.eum qui,ff.de acq.poſſ.l.item facit,ff.de ui,& ui arm.
l.ſi duo,§.hoc interdictum,ff.uti poſſ.& qui furnũ, uel ædes
refecit,dominus eſſe præſumitur,l.ad curatoris,ff.de damn.
infe.Item plures teſtes, maximè 14. & vltimus deponunt d.
D.Cæſariſtam plurib.annis recepiſſe fornagiam à decoquẽ-
tib.panem,& ipſum furnum locaſſe incolis d. Loci.ex rece-
ptione autem fumagij probatur poſſeſſorium,ſm gl.Bart.&
alios in l.quamuis,ff.de acquir.poſſ.& in l.qui uniuerſas,co.
10 tit.† perceptio.n.fructuum oſtendit efficacius poſſeſſorium
quàm cæteri actus,ſecundum Bar.in l.2.C.de acq.poſſ.& in
l.Titia,ff.de ſolut.& alibi ſæpe.

Nec obſtant ꝯria ſupra deducta,& primò nõ obſtat ꝙ ſub-
diti teneantur exaltare dñm ſuum ꝑꝑ iuramentum fidelita
tis,quia iſtud nihil ad propoſitũ facit,ut ſupra demonſtraui.

Non obſtat,ꝙ i interdicto uti poſſid.debeat obtinere, qui
probauit de antiquiori poſſeſſione i quia rñdetur,ꝙ illud ꝓ.
11 cedit,† qñ is, qui probauit de antiquiori poſſeſſione , pro-
baſſet à decem annis citra ſaltem ſe poſſediſſe,tunc uerũ eſt,
ꝙ præfertur is,qui ꝓbauit de antiquiori , quia ſua antiquior
poſſeſſio præſumitur continuata, & iunior poſſeſſio alterius
præſumitur clandeſtina,ſm Bar.in l.ſi duo,& Bal. in d.l.ordi
tarij.ſed ubi non conſtat de poſſeſſione à x.annis citra,tunc
non poteſt præſumi ꝙ antiquior poſſeſſor continuauerit ſuã
12 poſſeſſionem,† cùm ſpatio annorum decem præſumitũ poſ-
ſeſſio deperdita, ſm Bar.in l.Celſus,col.3.ff.de uſucap. ut in
l.ſi de eo,§.ſi fortè,ff.de acqu.poſſ.arg.l.peregrè,ff.eo.de acq.
poſſ.in propoſito autẽ caſu cõſtat ꝙ ab annis 25.citra, d.de.
Cæſariſta incępit poſſidere,prout deponũt tertius , quartus,
quintus,ſextus,& ultimus,teſtes producti ab ipſo D.Alama-
no,qui deponunt ꝙ iam ſunt 25.anni,quib.ſeruitores D. de
Cæſariſta cæperunt fornagiã,& licèt deponant ꝙ per uim ac
13 ceperunt,† nihilominus per actũ uiolentũ quis incipit poſſi
dere.& alterum poſſeſſione ſpoliare,l clam poſſidere,§. fi.ff.
de acq.poſſ.& l.1.per tex.C.unde ui.Item deponunt, ꝙ iam
ſunt anni 25. ꝙ nomine D. Cæſariſta factæ fuerunt inhibitio
nes incolis d. loci,ne alicui ſoluerent fornagiã,niſi ſoli ſibi:
ex qua inhibitione colligitur ꝙ uſque tunc erat in poſſeſſio
14 ne D.de Cæſariſta non ſolùm annorum 10.ſed & 25.† fruſtra
in interdicto retinendæ allegatur antiquiſſima poſſeſſio , ut
ſignanter & in terminis determinat Cur.conſ.24.ſuper eod.
15 col.2. Prætereà† omnes ferè teſtes deponentes de antiquiori
poſſeſſione Domini Alamani ſunt inimici,D.de Cæſariſta,
ut probatum fuit,ergo non ſunt idonei,c.repellantur,de ac
cuſ.c.accuſatores,4.q.5.Item ſunt amici ipſius domini Ala-
mani,ergo non poſſunt dici teſtes integri , ſecundum Alex.
conſ.5.col.3.lib.1.& Dec.conſ.105.col.4. ex quib.concludẽ-
do puto litteras recurſales eſſe exequendas.

Laus Deo Opt.Max.

Reſponſum nonum, eſt ut ſupra impreſſum ſub nu. 45. incipit, remedium canonis.

S V M M A R I V M.

1 *Aedificia priuata non poſſunt fieri deſuper Eccleſiam ſine licentia Pontificis.*
2 *Sacro in loco nihil poteſt fieri,nec immitti , minus etiam ſuper portas muroſvè ciuitatis.*
3 *Eccleſia Baſilica dei,& non domus Laica, eſſe debet.*
4 *Eccleſiam Dei non poteſt Princeps incaſtellare , nec aliquid in, ea conſtruere,niſi propter neceſſitatem , ad tempus tamen , & cum licentia Epiſcopi.*
5 *Nunciare quilibet de populo poteſt uolenti ædificare ſuper Eccleſiam , nec non intentare contra eum interdictum, quod ui, aut clam.*

R E S P O N S V M X.

QVæritur primò,an prior S. Mariæ de Bello
vedere loci de Arcubus diœceſis
1 Foroiulien.†licitè potuerit,poſſitq; ſua authori-
tate deſuper Eccleſiam cameras,gallariam.hor-
rea,&c.huiõi ædificia priuata conſtruere? Ego
non licere ſine permiſſu Pontificis ſuper Eccleſiam ædifica-
2 re,habitareq; uideo. † Ait.n. Prætor, in loco ſacro facere in
eumvè immittere quid,ueto.l.1.ff.ne quid in loco ſac.

Et ſi ſuper muros portasq; ciuitatis ſine Principis licentia
ædificare habitareq; ꝑꝑ fortuita non licet incẽdia, l.fi. ff.eo.
3 ti. quãto minus ſuper Eccleſiã licebit.†indecens.n.eſt Eccle
ſiam domũ uideri Laicam, & non dei baſilicam.c.relinqui,
4 de cuſt.Euchar.†Hinc eſt,ꝙ etiam Principi non licet Eccle-
ſiã Dei incaſtellare,nec de ſuper propugnacula ꝯſtruere,niſi
urgente neceſſitate,& petita licentia ab Epiſcopo , & ad tps
tñ,ſm Hoſt.in Sum.de immu.Eccl.& facit tex.in c.nulli, &
in c.nõ oportet,42.diſt.Nec dicatur ꝙ interdictum,ne quid
in loco ſacro fiat,ſit prohibitoriũ,& non ẽt reſtitutorium :qa
& ſi illud interdictum ſolùm detur ad prohibendũ ne quid
fiat in loco publico. l.2.§. locorum ,ff. ne quid in loco pub.
5 declarat Bar.in l.1.ff.ne quid in loco ſacro:† põt ẽt quilibet
de populo nunciare nouum opus uolenti ędificare ſuper ec
cleſiam,l.1.§.nunciamus,ff.de noui oper.nun.& ꝯ eum, qui
ædificauit in loco ſacro,aut religioſo,uel publico , cuilibet
de populo competit interdictũ,quod ui,aut clam, l.uim fa-
cit,§.fi.ff.quod ui,aut clam. Adde ꝙ inter ędes ſacras & ædi
ficia priuata debet eſſe diſtantia 15. pedum, in quo ſpatio ſi
quid conſtructũ fuerit,debet deſtrui,l.ſi cui, C.de edic.prin.
& quecunq; ædificia operib.publicis cohęrentia Archadius
& Honorius imperatores dirui proſternique iuſſerunt,l.ædifi-
cia,C.de oper.pub.Theodoſius quoque præcepit , ne in ali-
qua parte Eccleſiæ tabulato quicq̃ opere fieret,neque ſtatio-
nes,iux.Eccleſiam fabricarent,l. baſilica,C.eo.ti.Concludo
igitur cuilibet de populo competere actionem in factũ,quę
in locum interdicti ſubrogatur,§.fi.inſt.de inter.contra prio
rem,qui ſine licentia Epiſcopi ędificauit ſuper Eccleſiã, do-
mum & gallariam,ut etiam fatetur Specu.tit.de relig.dom.
verſ.porro,ubi docet modum libellandi , & articulandi .

S V M M A R I V M.

1 *Nemo plus iuris contra tertium , in alium transferre poteſt , quàm ipſe habet. & nu.14.*
2 *Exigendi ius nemo à ſe ipſo habet.*
3 *Loquentis perſona in generali ſermone non continetur.*
4 *Fiſcus eſt immunis ab omnibus uectigalibus, licèt uendiderit gabellam alicui.*
5 *Actiones contra ſe ipſum nemo cedere cenſetur.*
6 *Statuta locorum non ſunt contra dominum interpretanda.*
7 *Ex conſuetudine tanti tẽporis,cuius initij memoria non extet , acquiritur ius colligendi gabellam.*
Quæ talis cõſuetudo hẽt pãtẽ principis,& uim priuilegij.n.8.
9 *Priuilegiũ ꝓbatur & præſumitur ex poſſeſſione tãti tpis, cuius initij nõ extet memoria,nec hoc caſu requiritur Principis ſnĩa.*
10 *Lex generaliter loquens,generaliter eſt intelligenda.*
11 *Datij uini exactionem nullus inferior, etiam Comes , uel Baro non habet de iure.*
12 *Totum dicens,nihil excludit.*
13 *Remittentibus iura ſua,amplius non datur ad ea regreſſus.*
14 *Obligarũ licèt nemo ſe ipſũ habeat,põt tamẽ ſe alteri obligare.*
15 *Paſſio & actio non cadit in eodem ſubiecto.*
17 *In præſcriptione iuris exigẽdi datiũ requiritur cõtra ſupremũ Principem tantum tempus , cuius initij non extet memoria: contra verò inferiorem, ſufficiũt triginta, uel 40. anni.*

R E S P O N S V M XI.

VIderetur prima conſideratione dicẽdum
prædictum mag.Do. Melchionẽ
nõ teneri ad gabellam ſeu datium vini , quia in
donatione facta per ipſum uniuerſitati non in-
cluditur ius prohibendi uenditionem vini do-
mino Loci.Quod ex pluribus demonſtrari poſſe videtur.
1 Primo,† quia nõ potuit dominus donator plus iuris trãſ-
ferre in uniuerſitatem,quàm ipſe haberet,l.nemo plus iuris,
2 ff.de re.iur.ſed ipſe † donator non habebat ius prohibendi,
neque exigendi à ſe ipſo,l.pe.ff.de arbit.&c.
3 Secundo,quia in generali illa donatione banni non con
tinetur perſona loquẽtis,l.inquiſitio, C. de ſol.l.ſi mercede,
§.fi.ff.de action.emp.l.1.ff.de ſenat.
Tertio facit tex.in l.licitatio,§.fiſcus,de pub. ubi decidit,
4 † fiſcum immunem eſſe ab omnib.uectigalib.& gabellis.&
per illum tex.dicunt ibi Bar.& alij,ꝙ communitas,quæ uen
didit,ſeu locauit gabellam ſalis quibuſdam mercatorib.nõ
tenetur ſoluere gabellam , ſi emat ſalẽ ab ipſis mercatorib.
ſequuntur Bal.& Sal.in l.emptor,C.de hære.uel act. uendit.
Alex.conſ.149.col.2.lib.2.
5 Quartò facit,†quia nemo cenſetur cedere actiones cõtra
ſe ipſum,l.ſi peculium,§.ſicut, ff.de pec.leg.ubi dr̃,ꝙ in lega
to facto per dñum ſeruo ſuo, non comprehenduntur actio-
nes peculiares ꝯ ipſum dñum.& per illum tex.dixit Bal.in l.
2.C.an ſer.ex ſuo facto, † ꝙ ſtatuta locorum non ſunt inter-
pretan-

pretanda contra dominum. & dixit Bal. in l. milites, in fine, C. de teſtam. milit. quod ſi Ciuitas conceſſerit ſuis Conſulibus plenum & liberum arbitrium ſtatuendi & diſponendi per menſem, non cenſetur dediſſe aliquod arbitrium ſtatuē di in præiudicium ipſius ciuitatis. & faciunt plura alia, quæ tradūtur per D. Iaſ. in l. frater à fratre, col. 8. ff. de condict. indeb. & per Canon. in c. petitio, de iureiuran.

Præmiſſis non refragantibus, contrariam ſententiam amplectendam puto, quia conſtat gabellam uini ſpectare ad uniuerſitatē ex conſuetudine tanti temporis, cuius initij me
7 moria non reperitur, † nam ex conſuetudine tanti temporis acquiritur ius colligendi gabellam uini à quibuſcuque, c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de uerb. ſigni. c. innouamus, de cenſ. l. licitatio. §. earum, & l. ſi publicanus, §. in uectigalibus, & ibi Bar. & alij, ff. de pub.

8 † Nam conſuetudo tanti temporis, cuius non reperitur memoria, habet poteſtatem Principis, l. Domini Prædiorū, C. de agr. & cen. lib. 11. Bal. in l. nec exemplo, C. de probati. Item habet uim priuilegij, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de acq. quot. & æſt. l. fi. ff. de aq. plu. arcen.

Poteſt etiam uniuerſitas Caſtri noui dicere ſe habere ius
9 exigendi iſtud datium uini ex priuilegio Papæ, & ad † priuilegium probandum deducere poſſum ſpatium tanti temporis, cuius initij memoria non inuenitur. nam ex poſſeſſione tanti temporis præſumitur priuilegium, ſi allegetur, ſecundum Bar. in l. cum de in rem uerſo, ff. de uſur. Panor. in c. peruenit, poſt Dom. Ant. de cenſ. & in c. cura, de iure patro. Oldra. conſ. 336. Alex. conſ. 6. lib. 1. & conſ. 85. col. 2. eod. lib. Raph. Cuma. conſ. 83. quia cauſa, & Raph. Fulg. conſ. 166. in quæſtione, quæ uertitur, Dec. conſi. 152. in cauſa emptionis, & alibi ſæpe. & ita in proprijs terminis decidit Sal. in l. uectigalia, col. fi. C. no. uecti. ind. non poſſ. & Bal. in tract. præſcriptionum in 4. q. 5. partis principalis. ubi dicit, quod in præſcribendo iure exigendi gabellam non requiritur ſcientia ſuperioris, quando allegatur tātum tempus, cuius initij memoria non extat. & quod iſta eſt communis opinio, ut etiā atteſtatur Dominus Alex. in d. conſ. 6. & Bar. in tracta. de gabell. quæſt. 10. primæ partis, licèt Bar. in d. §. in uectigalibus, tenuent contrarium, de quo per Fel. in c. cum nobis, & in c. cum non liceat, de præſcrip. ſi ergo uniuerſitas habet ius exigendi iſtud datiū uigore priuilegij habito à ſupremo Principe, uel uirture præſcriptionis, ſiue conſuetudinis, nulla ratio impedit quod non poſſit iſtud datium exigere à Domi
10 no Melchione, † quia priuilegium, uel conſuetudo generalis eſt, & neminem excipit, ergo generaliter eſt obſeruanda, l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præſt. & retento hoc fundamento quod ex priuilegio, uel præſcriptione iſtud ius exigendi competat uniuerſitati, ceſſant omnia fundamenta adducta ſupra in fauorem D. Melchionis, quia procederent, ubi uniuerſitas habuiſſet iſtud datium ab ipſo Domino Melchio
11 ne, quod non habuit, nec habere potuit: † quia de iure nullus inferior, & ſi ſit Comes uel Baro, habet ius exigendi datium uini. neque talem gabellam poteſt inducere in ſua iuriſdictione, d. l. uectigalia, & ibi in ſpecie Sal. & Bart. in tract. de Gabel. q. 3. primæ partis. Sed poſito quod Do. Melchion habuiſſet ius ſochetti a feſto Sancti Petri Meſſonetij, uſque ad aliud feſtum ſancti Petri, dico, quod illud fuiſſet trāſlatum titulo donationis in ipſam uniuerſitatem, quia ceſſit & remiſit omne ius banni, ac omnia iura & actiones ſuper edicto & banno uini ſibi competentibus & competituris,
12 ut clarè legitur in inſtrumento donationis. † Et qui totum dicit, nihil excludit, l. à procuratore. C. mand. c. ſolitæ, de ma
13 iorit. & obed. † & remittentibus iura ſua non eſt ad ea amplius dandus regreſſus, l. e. quæritur, §. ſi uenditor, ff. de ædil. edicto.

Non obſtat in quantum dicitur, q̄ non potuit ius banni contra ſe ipſum cedere uniuerſitati, cum ius non haberet exigendi à ſe ipſo, neque ius ſibi prohibendi: quia iſtud, ſuper quo principaliter ſe fundare uidetur Dom. Melchion,
14 nihil facit: nam illud, quod dicitur, † quòd nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ipſe habet, uerum eſt cōtra tertium, ſed contra ſe ipſum quilibet transfert plus iuris quàm contra ſe habebat.

15 † Nemo. n. habet ſe ipſum obligatum, † quia actio & paſ
16 ſio, non cadit in eodem ſubiecto, l. Vranius, ff. de fideiuſſ. & tamen quilibet poteſt ſe ipſum alteri obligari, l. obligamur, ff. de action. & obligat. potuit ergo Dominus Caſtri noui ſe obligare ad ſoluendum datium uini, prout ſe obligauit. Nam ſi in iuribus banni erat iſtud ius, quòd Dominus Caſtri noui poſſet à feſto Sancti Petri Meſſonetij, uſque ad feſtum Sancti Petri de menſe Auguſti uendere, uel uendi facere uinum abſque ſolutione ſocheti, certè illud tranſtulit in uniuerſitatem, quia ceſſit & donauit omnia iura banni. ſi uero ius uendendi uini ſine ſolutione gabellæ, eſt quid ſeparatum à banno, & à iuribus banni, doceat dominus quo iure poſſit. Nam, ut ſupra dixi, ſi quod ius habuiſſet, per tātum tēporis ſpatium uniuerſitas illud præſcripſiſſet, imo p̄ ſpatium 30. uel 40. ann. cōtra ipſum cucurriſſet pręſcriptio, l. omnes, & l. ſicut, C. de præſcriptio. 30. uel 40. ann.
17 † Nā illa concluſio, quod ad præſcribendum ius exigendi datium requiratur tempus, cuius initij memoria non reperitur, procedit quando agitur de præſcribendo iure exigendi datium contra ſupremum Principem. Sed ſi agatur de præſcribendo iure exigendi formato in perſonam inferioris, & in eius præiudicium, ſufficit tempus 30. annorum, ſecundum Bar. in d. §. uectigalibus, quem ſequuntur communiter Doctor. ut per Bald. in loco præallegato. Cum igitur Dominus Caſtri noui potuerit ſe obligare ad ſoluendum datium, licèt ius exigendi ab ipſo met non haberet, reſtat concludendum quòd ſi uelit uendere uinum ad minutum, quod teneatur ſoluere datiū, & ita in terminis decidit Bart. conſi. 226. cauetur ſtatuto Montis Polciani, ſecundum meā impreſſionem. & idem decidit Bar. in l. 1. C. de naui lib. 11. arg. l. 1. §. ad municip. ff. ad leg. Falci. & ſequitur Aret. in l. inter cætera, §. hoc Senatusconſultum. ff. de leg. 1.

Non obſtat, quòd in generali diſpoſitione non contineatur perſona loquentis, quia uerum, ubi ratio diſponētis nō militat in perſona loquentis, ut ſi loquens promittit aliquē defendere contra quamcunque perſonam, non intelligitur contra ſe ipſum, quia ratio diſponentis non patitur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio territorij & dominij comprehendit etiam ius depaſcendi pecora.*

2 *Poſſeßio iuris depaſcendi, non datur abſenti iure & nomine ſeruitutis.*

3 *Seruitus non præſumitur, niſi probetur.*

4 *In interdicto uti poßidetis, duo ſunt probāda, uidelicet poſſeßio tempore litis conteſtata, & turbatio.*

5 *Poſſeßio libertatis retinetur, & ſeruitutis negatiua acquiritur per actus prohibitiuos, dummodo eis ſit acquietum, & ſortitus ſit plenus effectus. & nu. 20. & 23.*

6 *In interdicto uti poßidetis, ille obtinet qui poſſeßionē probauit per teſtes numero plures.*

7 *Teſtes uerißimilia deponere dicuntur, quando eorum depoſitio concurrit cum iure communi.*

8 *In interdicto uti poßidetis, data paritate probationū, ille obtinet qui ius commune, & iuſtum titulum pro ſe habet & numero 39.*

9 *Poſſeßio cauſata à iure & proprietate, iuſtior dicitur.*

10 *Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli.*

11 *Poſſeßio per particulares non acquiritur ſine mandato uniuerſitatis, hoc eſt pluribus ut uniuerſis, ſed bene ut ſingulis.*

12 *In interdicto uti poßidetis, ille obtinet qui probat antiquiorem poſſeßionem.*

13 *Inhibitio iudicis cum clauſula, niſi, eſt ſententia interlocutoria.*

14 *Præceptum inhibitorium cum clauſula iuſtificatiua, remanet firmum & uim rei iudicatæ habet, citato non comparente.*

15 *Poſſeßio ſeruitutis acquiritur ex inhibitione, cui fuit paritum.*

16 *Contumacia & negligentia officialium, an noceat domino.*

17 *Territorij cura & protectio ad officiales ſpectat.*

18 *Citare ſufficit eos, de quorum intereſſe ageretur.*

19 *Poſſeßio transfertur ex inualida ſententia executioni miſſa ſicut ex contractu, & prodeſt præſcribenti.*

21 *Poſſeßio obedientia prohibendi, non acquiritur per actus negatiuos conſiſtentes in non faciendo, cum potuerit à facto deſiſti ocio, uel quia non expediebat.*

22 *Actus indifferens in præiudicialibus habetur pro diſſenſu.*

23 *Poſſeßio præſentandi non acquiritur ex ſola præſentatione, ſed ex inſtitutione, & ex poſſeßione beneficiorum adepta ab electo.*

25 *Vniuerſitati non infertur præiudiciũ per particulares acquie-ſcentes prohibitioni minusq́; alijs particularibus, quibus non fuit prohibitum. & nu. 34. & 35.*

26 *Poſſeßionem non acquirunt contra non ſoluentes, datiarij exigentes pedagium ab aliquibus.*

27 *Teſtes in unã ſententiã tantum concordantes, non dicuntur ſingulares.*

28 *Teſtis deponens per xx. ann. alius per xxx. non dicuntur ſingulares.*

29 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum quaſi poſſeßionem ſeruitutis.*

30 *Sententia eſt ipſo iure nulla, ſi iudex ſe referat in ſpecie ad certos teſtes ſingulares, uel ad certa acta nulla: ſecus ſi dicat in genere, quia probatum fuit.*

31 *Teſtes ſingulares faciunt ſemiplenam probationem, quando ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua.*

32 *Teſtes ſeruitores, & domeſtici, nec non ſubditi, non ſunt integri, nec omni exceptione maiores, ſed ſuſpecti.*

33 *Iuramentum ut deferatur in ſupplementum probationis, requiritur quòd teſtis ſit omni exceptione maior.*

36 *Conſuetudo inducitur ex uſu particularium, per quam conſuetudinem ius omnibus acquiritur.*

37 *Poſſeßio per particulares ad hoc, ut acquiratur uniuerſitati, requiritur ſcientia eius regentium.*

38 *Poſſeßio etſi per particulares ſine mandato non acquiratur uniuerſitati, tamen retinetur & conſeruatur.*

RESPONSVM XII.

AGunt ſyndici Maleccnę utili in
terdicto retinendæ quaſi poſſeſſionis depaſcẽdi
eorum animalia, ſcindendi ligna, & gypſi, ſeu
Gliſſis coquendę in territorio de Albo Ruſſo cõ
tra uniuerſitatem & ſingulares perſonas & officiales dicti
loci de Albo Ruſſo, turbantes homines Malecenæ in ſua
quaſi poſſeſſione, & pro fundamento agentium deducun-
tur plura, & ex aduerſo plura opponuntur, quæ in præmiſſa
facti narratione Latius uideri poſſunt. quibus ſtantibus,
quæritur quis melius probauerit, & quales debent eſſe par-
tes iudicis.

Videretur reſpondendum pro uniuerſitate, & Domino
de Albo Ruſſo, quod habent intentionem fundatam
1 de iure communi. † Nam cum ſint diuiſa territoria,
& dominia, iuxta leg. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure.
& diuiſa dicuntur iura depaſcendi pecora, ſcindendi Li-
gna, & Gliſſis coquendi. Vnde uniuerſitas Malacenæ, quæ
prætendit habere talia iura in territorio & prædijs alienis,
2 tenetur probare, † quia citra ius & nomen ſeruitutis non
poteſt prætendere ſe quaſi poſſidere talia iura. l. Quintus
3 Mutius. ff. ad leg. Aquil. † & regulariter ſeruitus non præſu-
mitur, niſi probetur. l. altius, C. de ſeruit. & aq. l. per agrum,
C. eod. tit. Item ipſa uniuerſitas Malacenę eſt actrix in hoc
4 vtili interdicto vti poſſidetis, ergo † tenetur probare duo,
ſcilicet turbationem & poſſeſſionem, etiam tempore litis
conteſtatæ § hodie, Inſt. de interd. traditur per Bart. in l. 1. §.
fina. ff. vti poſſ. Non videtur autem probaſſe aliquam quaſi
poſſeſſionem, ergo abſoluendi ſunt dominus & vniuerſitas
de Abo Ruſſo, l. qui accuſare, C. de eden. c. vnico, vt eccl. be-
nef. Nec obſtant depoſitiones decem & ſeptem teſtium de-
ponentium de quaſi poſſeſſione hominum de Malecena,
quia pro parte domini & vniuerſitatis Albi Ruſſi, producti
fuerunt 24. teſtes, qui deponunt ſe uidiſſe pecora illorum
de Malacena, depaſcentia in territorio Albi Ruſſi, capi &
detineri per officiales Albi Ruſſi, & vidiſſe homines Male-
cenæ ſcindentes ligna, uel facientes fumos in dicto territo-
5 rio Albi Ruſſi pignorari, & ſequeſtrari, † quibus actibus pro
hibitiuis non ſolùm retinetur quaſi poſſeſſio libertatis, ſed
etiam acquiritur quaſi poſſeſſio ſeruitutis negatiuæ, vt ſerui
tus non paſcẽdi pecora. l. 1. C. de ſeruit. & aq. ex quibus acti-
bus videtur melius iuſtificata quaſi poſſeſſio libertatis ipſo-
rum de Albo Ruſſo, quàm quaſi poſſeſſio ſeruitutis, quam
prætendunt illi de Malæcena, duabus rationibus.

6 Primo, † quia quaſi poſſeſſio libertatis iuſtificatur per te-
ſtes numero plures, ergo in hoc interdicto uti poſſidetis, de
bent obtinere ſecundum Bar. in l. ſi duo, ff. uti poſſid. per tex.
in l. ob carmen, in fine, ff. de teſt. ſed eſt in propoſito tex. cla-
rior in c. licet cauſam, de probat.

7 Secundo, † quia teſtes deponentes de quaſi poſſeſſione
libertatis, deponunt ueriſimilia, cum ius commune con-
8 currat cum eorum depoſitionibus. † Nã data paritate pro-
bationum in hoc interdicto, is debet obtinere, qui habet
ius commune pro ſe, ſecundum Innocen. & Canon. in cap.
auditis, de præſcrip. ſeq. D. Anto. in d. c. licèt cauſam, & Lud.
9 Roma. conſi. 271. uis tota. † Tanto enim iuſtior eſt poſſeſ-
ſio, quãto magis eſt a iure & proprietate cauſata, ſecundum
Bald. in l. data opera, colum. fina. C. de acc. & in l. non igno-
rat. C. de fruc. & lit. expen. Ex alio quoque nõ videntur dicti
teſtes producti pro parte agen. probare, quod uniuerſitas
Malecenæ ſit in aliqua quaſi poſſeſſione: licèt enim depo-
nant quod aliqui particulares aliquando ligna inciderint,
gliſſem decoxerint, pecora depaſcenda immiſerint in ter-
ritorio de Albo Ruſſo, non tamen ſufficienter ex hoc pro-
batur quod vniuerſitas Malecenæ ſit in quaſi poſſeſſione,
10 † quia aliud ſinguli, aliud vniuerſitas. l. ſed ſi hac, §. qui ma-
numittuntur, ff. de in ius uoc. Debuerunt enim teſtes depone
re quòd particulares, quos uiderunt talia facere nomine &
11 mandato uniuerſitatis gerebant, † quia per particulares nõ
poteſt acquiri uniuerſitati poſſeſſio, uel quid aliud ſine man
dato, l. 1. §. fi. ff. de acq. poſſeſ. & ibi Bar. & ita in propoſito de-
terminat Raph. Com. conſi. 58. uiſis inſtrumentis, & Cępol.
in tract. ſeruit. ruſticorum, ſub rub. iuris depaſcen. colum. 8.
& Corn. conſi. 148. uiſo, ad fi. li. 1. & conſi. 46. in cauſa uertẽ-
te, col. 3. lib. 3. & conſi. 63. & ſi in hac, col. 2. lib. 4.

Præmiſſis non obſtantibus, arbitror vniuerſitatem, & ho-
mines Malecenæ melius probaſſe, & conſequenter manute
12 nendos fuiſſe, & eſſe in ſua quaſi poſſeſſione. Nam † qui pro
bat de antiquiori poſſeſſione debet in hoc interdicto obti-
nere, d. ca. licèt cauſam, de proba. firmat Bar. in l. ſi duo, & in
conſi. 112. accuſatus. Bald. & alij, in l. 1. C. uti poſſ. & in l. ordi
narij, colum. 4. C. de rei uendic. Communitas autem Male-
cenæ probauit de antiquiori quaſi poſſeſſione, tã per inſtru-
mentum ſententiæ latæ uſque de anno 1435. quàm per te-
ſtes, ergo &c. Nec obſtant quæ contra ſententiam oppo-
nuntur.

Primò non obſtat, dum dicitur quòd dicta ſententia eſt
nulla, quatenus reſpicit præiudicium domini de Albo Ruſ
ſo, quia ipſe dominus non fuit citatus in illo iudicio, l. de uno
quoque, ff. de re iud. l. nam ita diuus, ff. de adop. l. nec quic-
quam, §. ubi decretum, ff. de offi. procõſ. quia reſpondetur
multipliciter. Primo, quod fuit citatus baiulus & inhibitus
per d. Rectorem Comitatus, ne vniuerſitatem & homines
Malecenæ moleſtaret in ſua quaſi poſſeſſione. quę inhibitio
tranſiuit in rem iudicatam, cum baiulus inhibitus per Iudi-
13 cem non comparuerit, nec inhibitioni contradixerit, † nam
Iudicis inhibitio cum clauſula, niſi, eſt ſententia interlocu-
toria, cùm omnis uox Iudicis dicatur interlocutoria, ſecun
dum glo. in l. cum clericis, in uerbo, ſententiarum, de epiſc.
& cler. & in §. ad excludendas, in uerſ. interlocutionibus, in
Auth. de litig. Imo talis ſententia interlocutoria cẽſetur ha-
bere uim diffinitiuæ inhibito non comparente nec contra-
dicente, cùm definiuerit negotium principale, de quo agit,
uidelicet poſſeſſoriũ, vt probat lautiſſimè Fel. in rub. de re iu.
14 colum. 3. uerſ. ad illud de præcepto. & † tale præceptum in-
hibitorium cum clauſula iuſtificatiua, remanet firmum, &
citato non comparente vim obtinet rei iudicatæ, ſecundũ
Bal. in rub. C. com. uel epiſt. Alex. & Mod. in l. de pupillo, §.
15 meminiſſe, ff. de noui oper. nunc. † ex iſta ergo inhibitione,
cui officiales de Albo Ruſſo acquieuerunt, acquiſita foret
quaſi poſſeſſio harum ſeruitutum uniuerſitati Malecenæ, l.
1. C. de ſeruit. & acq. not. per gl. & Scrib. in l. qui luminibus,
ff. de ſeru. urb. præd.

16 Et ſi dicatur, † quòd negligentia & contumacia officia-
lium non debet nocere domino, arg. l. fin. C. de acquir. poſſ.
& expreſsè uoluit Bal. conſi. 370. uerba reſcripti, lib. 3. & Sal.
in l. uectigalia, C. no. uect. inſt. non po.

Reſpondetur quòd communis opinio eſt in contrarium,
quod ſcientia & patientia Iudicis ſufficiunt ad hoc, ut quis
acquirat quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium in præ-
17 iudicium domini, † quia ad curam Iudicis & officialis ſpe-
ctat protectio territorij, ſecundum Bal. in l. ſi publicanus, §.
fina. ff. de pub. & in l. ne quid, ff. de incen. rui. nau. & d. Alex.
conſi. 6. viſo themate. lib. 1. ubi dicit hanc eſſe communem
Doct. ſententiam, & ſequitur Balb. in tract. præſcrip. in 4. q.
4. partis principalis. Inſuper cum agatur principaliter de præ
iudicio vniuerſitatis de Albo Ruſſo, ad cuius uſum publi-
cum

cum ſunt paſcua & nemora deputata, non fuit neceſſariò ci
18 tandus dominus loci, † cum ſufficiat citatos fuiſſe eos, de
quorum intereſſe principaliter diſcutitur, l. ſi ſeruus pluriũ,
§. 1. vbi latè Moder. ff. de leg. 1.

Præterea ex inutili & inualida ſententia executioni demã
data transfertur poſſeſſio, ſicut transfertur ex inutili contra-
ctu ſecuta acquiſitione, l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acq. poſſeſ. quæ
19 poſſeſſio acquiſita mediãte titulo, † ẽt nullo & inualido, pro
deſt & ad præſcribendum, vt per Fely. in c. ſi diligenti, col. fi.
& ca. de quarta, de præſcrip. Cum itaque uniuerſitas & ho-
mines Malecenæ vigore dictæ ſententiæ fecerint depaſcere
eorum pecora, & ligna inciderint, & furnos gypſi fecerint,
à die latę ſententię vſque ad diem præſentem, fruſtra allega-
tur nullitas ſententiæ.

Non etiam obſtat quòd poſt dictam ſentẽtiam officiales
Albi Ruſſi quandoque aliquos paſtores inqueſtrauerint,
vel pignorauerint, quia per tales inqueſtrationes & pignora
tiones vniuerſitas & homines Malecenę non fuerint priuati
ſua quaſi poſſeſſione: nec propterea deſierunt poſſidere, cũ
20 numquàm inquiſitionibus acquieuerint, † nam ex actibus
prohibitiuis numquàm acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi pro-
hibiti acquieuerint prohibitionibus, cap. ſignificante, de ap
pel. not. per glo. in d. l. qui luminibus, nec propterea quod
homines Malecenæ deſtitiſſent ab immittendo animalia,
& furnos faciẽdo, & ligna incidẽdo, in territorio Albi Ruſſi
perdidiſſent ſuam quaſi poſſeſſionem, nec officiales Albi
21 Ruſſi dicerentur in quaſi poſſeſſione prohibendi, † quia per
actus negatiuos conſiſtentes in non faciendo, non acquiri-
tur quaſi poſſeſſio obedientiæ prohiben. ſecundum Innoc.
in c. olim, 2. per illum tex. de reſt. ſpol. Et ratio eſt, quia cer-
tum non eſt quod non faciens deſiſtat à faciẽdo animo obe
diendi, cum poſſet deſtitiſſe ocio, vel ex cautela, vel quia
non expediebat ſibi facere. & ideo cum ſumus in dubio,
22 deſiſtens non creditur cõſentire, ſed potius diſſentire, † quia
in præiudicialibus actus indifferens reputatur pro diſſenſu,
l. qui vas, §. vetare, ff. de furt. Ita concludit Bald. in l. liberti li-
bertæq;, colum. 1. C. de oper. liber. & in l. data opera, col. 10.
C. qui acc. non poſſ. Quinimo ſi conſtaret quod aliqui fuiſ-
ſent inquiſiti, & ſucceſſiuè condemnati, adhuc non propte-
reà dicerentur illi taliter condemnati, priuati ſua quaſi poſ-
ſeſſione, nec officiales Albi Ruſſi eſſent in quaſi poſſeſ-
23 ſione prohibendi, † quia ad hoc vt per aliquem actum ac-
quiratur quaſi poſſeſſio in præiudicium alterius poſſeſſoris,
oportet quod talis actus fuerit ſortitus ſuum debitum effe-
ctum ſecundum Innocen. in ca. dilectus, in gl. mag. de præb.
24 vbi concludit, † quod ex præſentationibus, & electionibus
non poteſt dici acquiſita poſſeſſio præſentandi, vel eligẽdi,
niſi etiam fuerit ſecuta inſtitutio & confirmatio. & firmat
Oldr. conſi. 310. thema quæſtionis. Imo etiam probat quod
electus & præſentatus conſecutus fuerit poſſeſſionem bene
ficij, ſecundum Card. conſi. 12. ſub rub. de iure patr. & Dec.
conſi. 117. & conſi. 124. cum ſimilibus.
25 † Quinimò ſi conſtaret, ꝙ inquiſitiones & condemnatio-
nes forent ſortitæ debitum effectum, vt quia inquiſiti & con
demnati ſoluiſſent cõdemnationem: attamen per obedien
tiam aliquorum particularium non præiudicaretur vniuer-
ſitati & hominibus, qui non conſenſerunt condemnationi-
bus & ſolutionibus, reg. non debet alteri per alterum, de
reg. iur. in 6. & dicebat in propoſito Pau. de Caſt. in l. ſerui-
26 tutes. 2. ff. de ſeruit. † ꝙ ſoluentes pedagium non præiudicãt
alijs, qui nunquàm ſoluerunt, nec exigens pedagium poteſt
dici in quaſi poſſeſſione exigendi in præiudicium illorum,
qui non ſoluerunt. & idem voluit Flor. in l. ſi communem,
& in l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſt. præd.

Nec pariter obſtat, dum dicitur quod dicta ſententia eſt
nulla, quia lata ex falſa cauſa, cum ſit lata ea ratione, quia cõ
ſtabat de quaſi poſſeſſione illorum, de Malecena, quod fal-
ſum prætenditur, cùm teſtes, ſuper quibus fundatur ſenten-
tia, dicantur ſingulares, & obſcurè depoſuerint, & prout la-
tius in quadam cedula deductum fuit per Aduocatum illo
rum de Albo Ruſſo, quia ad iſtud reſpondetur multis mo-
dis. Et primò non deſino mirari de Domino Aduocato,
qui dicat teſtes nunc productos eſſe ſingulares, quia nõ poſ-
ſent melius deponere, nec magis eſſe cõcordes, cum omnes
deponant à ſuo tempore citra ſemper recordari vidiſſe ho-
mines Malecenæ depaſci facere eorum pecora & armenta,
ligna ſcindere, & gypſum coquere in territorio Albi Ruſſi,
videntibus, ſcientibus & non contradicentibus domino &
27 hominibus eiuſdem loci. † Iſti enim teſtes concordant in
vnã ſententiã, ergo non poſſunt dici ſingulares, l. qui ſentẽ-
tiam, C. de pœn. nam teſtes nõ dicuntur ſingulares reſpectu
actuum, ſed reſpectu finis, ſecundum Bal. in l. 1. C. de teſtib.
Quinimo illi teſtes concordant in tempore & actibus, licet
28 unus deponat de antiquiori tempore quàm alius, † nam ſi
vnus teſtis dicat, quod vidit homines Malecenæ poſſidere
per 20. annos, alius per 30. alius per 40. tales teſtes non dicun
tur ſingulares. ita ſignanter determinat Bal. in l. 1. col. fi. C.
de reſt. ſeq. Fely. in ca. licèt ex quadam, colum. 3. de teſtib.
29 Inſuper † & ſi eſſent ſingulares, tamen hoc loco probarẽt,
quia agitur de probanda quaſi poſſeſſione ſeruitutis depa-
ſcendi, ligna faciendi, & gliſsis coquendæ, quæ per teſtes
ſingulares concludenter probatur, ſecundum Innoc. in cap.
qualiter, 2. colum. 1. de accuſ. vbi dicit, ꝙ quaſi poſſeſsio
dominij probatur per teſtes ſingulares, ut ſi unus dicat vidiſ
ſe Titium colligere granum, alius ordeum. & ratio eſt, quia
diuerſitas temporis & teſtium, nõ diuerſificat id, de quo ſub
ſtantialiter quæritur ſecundum Bald. Do. Ant. Imo. Panor. &
Fely. in d. c. licet ex quadam. Præterea etſi teſtes eſſent ſingu
lares, non tamen ſententia eſſet ipſo iure nulla.

Nec obſtat dictum Innocen. in c. cũ Bertoldus, de re iud.
dum dicit ꝙ ſententia nulla eſt, ſi iudex condemnet Titium
expreſſa cauſa, quia per A. & B. probatum fuit, cõſtito quod
30 per A. & B. non fuerit probatum, † quia illud procedit, quan
do expreſsè iudex ſe refert ad certos teſtes in ſpecie, vel ad
certa acta, tunc verum eſt ꝙ ſententia eſt nulla, quia per re-
lationẽ ad illa acta, conſtat eãm falſam eſſe. ſecus autem ui-
detur, quando non refert ſe ad certas probationes, ſed in ge
nere dicit, quia probatum extitit. vt in caſu noſtro, quia tunc
iudex potuit aliunde formare motum animi ſui, ſecundum
Panor. in c. inter cæteras, colum. pen. de re iud. & Alexand.
conſ. 123. diſcuſsis hæſitationibus, colum. 4. li. 1. Vel dictum
Innocen. procedit, quando nihil probatum apparet, ſecus
ſi ſemiplenè, vt in caſu noſtro. licèt enim teſtes ſingulares
non plenè probent, ca. licet cauſam, de prob. l. ob carmen, §.
31 fina. ff. de teſti. † tamen ſaltem probant ſemiplenè, quando
eorum ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua,
vt docet Bald. in rub. de controuer. inueſt. vbi hoc caſu dicit
teſtes ſingulares facere ſemiplenam probationem, ita quod
deferri poteſt iuramentum in ſupplementum, & ſequitur
Fely. in d. c. licèt ex quadam, colum. 3. nam ſi ſemiplenè pro-
batum fuit, non poteſt dici ſententiam latam fuiſſe ex cauſa
omnino falſa.

Non obſtat etiam, dum dicitur ꝙ dominus & vniuerſitas
Albi Ruſſi probauit ſuam quaſi poſſeſsionem per teſtes nu-
mero plures. quia reſpondetur varijs modis.
32 Primo † quod aliqui ipſorum teſtium ſunt ſeruitores, &
domeſtici ipſius domini de Albo Ruſſo, qui nõ ſunt idonei
teſtes, l. 2. C. de teſtib. c. in literis, eo. tit. Alij omnes ſunt ſub-
diti eiuſdem, qui etiam non ſunt integri teſtes, ſecundum
glo. in l. idonei, ff. eod. & licet Spec. tit. de teſt. §. 1. verſic. ſed
numquid vaſſalus, & in tit. de ſta. mona. §. 1. verſ. 12. & gl. in
c. accedens primo, vt lite nõ conteſt. voluerit ſubditũ ratio-
ne iuriſdictionis non repelli à teſtimonio ferendo pro do-
mino, tamen teſtimonium ſubditi non poteſt dici integrũ
teſtimonium, nec ab omni ſuſpitione remotum, ſecundum
Do. Franc. Cur. in l. admonendi, col. 2. ff. de iureiuran. ubi ex
33 hoc † infert, quod non poteſt deferri iuramentum in ſupple
mentum, quia teſtimonium ſubditi non faciet ſemiplenam
probationem. Item intelligo, ꝙ ſunt ſubditi non ſolum ra-
tione iuriſdictionis, quo caſu procedit dictum Spec. in d. §.
1. ſed etiam ſunt ſubditi ratione bonorum, pro quibus tenẽ
tur ad annuos cenſus, & annua ſeruitia, quo caſu certum eſt
quod non ſunt teſtes idonei, vt per Ale. conſi. 32. li. 1.

Secundo reſpondetur, quod tales nihil probant, quia ſo-
lùm deponunt ſe uidiſſe aliquos particulares homines Ma-
lecenæ depaſci facientes eorum pecora, uel ſcindẽtes ligna,
uel facientes furnos, inqueſtrari & pignorari per officiales
34 Albi Ruſſi: quia ex talibus inqueſtrationib. & pignorationi
bus non probatur concludenter, quòd vniuerſitas & homi-
nes Malecenæ fuerint priuati ſua quaſi poſſeſſione, nec per
officiales Domini de Albo Ruſſo ſint in quaſi poſſeſsione
prohibendi, vt ſupra abundè probaui.

Tertio reſpondetur, ꝙ ſi coniungantur teſtes, qui olim de
poſuerint tempore latæ primę ſententię, cum teſtibus nuper
in hoc iudicio productis per plures teſtes remanebit iuſtifi-
cata quaſi poſſeſsio illorum de Malecena. Dicimr etiam in
narratione facti, quod teſtes producti pro vniuerſitate Albi
Ruſſi potius probant intentionem uniuerſitatis Malecenæ:
ſed quia eorum dicta non uidi, non poſſum dare certum re
ſponſum.

Non

Non denique obſtat dum dicitur, quòd teſtes ꝑducti pro
parte uniuerſitatis Malecenæ non probant, quia non depo-
nunt quod uiderint animalia depaſci, & ligna incidi, gipſ-
ſemque coqui per homines Malecenæ nomine eiuſdē uni-
uerſitatis, & de eius mandato. quia reſpondeo tripliciter.
35 Primo, † quod illa concluſio quod nō acquiratur vniuer-
ſitati poſſeſsio vel quaſi, niſi appareat de mandato, procedit
quando agitur de acquirenda poſſeſsione ipſi uniuerſitati,
& ſic pluribus ut uniuerſis: ſecus ſi agatur de acquirenda
quaſi poſſeſsione pluribus ut ſingulis. nam tunc ex actibus
particularium acquiritur omnibus & ſingulis. & ratio eſt,
36 † quia ex uſu particularium inducitur conſuetudo, per quā
ius omnibus acquiritur, l. ſed & ea, ff. de leg. l. 1. C. quæ ſit lō-
ga conſu. unde ſi quæratur, an ex uſu particularium acquiri-
tur quaſi poſſeſsio uniuerſitati, ut ad utilitatem uniuerſitatis
poſſint ligna incidi, uel pecora uniuerſitatis depaſci, uel
gypſum coqui; & tunc uera eſt concluſio quod requiritur,
quod particulares mandato uniuerſitatis ligna inciderint,
pecora paſcendi, & calcis coquendæ omnibus particulari-
bus, uel ut ſingulis, & non ut uniuerſis, & tunc nullum requi
ritur mandatum. nec opus eſt quod nomine uniuerſitatis
particulares fuerint uſi iure talium ſeruitutum. ita declarat
Alb. de Roſ. in l. ſicut, §. 1. ff. quod cuiuſq; uniuer. nom. ſic in
telliges glo. ibi, quæ ſic intellecta effugit morſus eorum, qui
eam impugnant. & bene facit tex. in l. uēditor, §. ſi conſtat,
ff. com. præd. ubi deciditur ex uſu particularium induci poſ
ſe conſuetudinem incidendi lapides in fundo alterius.
37 Secundo reſpondetur, † ꝙ ad acquirendum uniuerſitati
per ſingulas perſonas, ſufficit ſcientia regentium, ſecūdum
Cepol. in tract. ſeruit. ruſtic. ſub rub. de ſeru. iur. depaſc. per
tex. in l. municipio, ff. de cond. & demonſtra. iuncta l. qui pa
titur, ff. mand. & iſtud & uolunt Aret. & Soci. in l. 1. §. ſi. ff. de
acq. poſſ. in caſu præſenti conſtat de ſcientia ſyndicorum tā
ex proceſſu antiquo quàm nouo, ergo &c.
38 Tertiò reſpondetur, † quod licèt ad acquirendum poſſeſ-
ſionem uniuerſitati requiratur mandatum, tamen ad retinē
dum unus ſolus de populo utendo conſeruat poſſeſsionem
ſemel acquiſitam ipſi uniuerſitati, ſecundum Paul. de Caſt.
in d. l. ſicut, §. 1. & ſequitur Com. in conſilijs ſupra in oppoſi-
tum adduct. ſed per ſententiam, de qua in actis conſtat iam
vſque de anno 1525. & ante per tantum tempus, cuius initij
non conſtabat memoria. acquiſitam fuiſſe poſſeſsionem iu-
rium, de quibus contenditur, ergo potuit per uſum particu-
larium conſeruari abſque ullo mandato. Nec quicquam
39 facit, † ꝙ in interdicto vti poſsidetis, is debeat obtinere, qui
habet pro ſe ius commune, quia uerum data paritate proba
tionum: ſed ſi aduerſarius melius probet, is dicitur palmā
reportare, non obſtante quod ius commune opituletur al-
teri, ſecundum Do. Anto. in d. c. licèt cauſam, col. 3. poſt Ioā.
Andre. ibi, & in c. in noſtra, de teſtib. Conſtat autem ex præ
dictis, quòd vniuerſitas & homines Malecenæ longè melius
iuſtificarunt ſuam quaſi poſſeſsionē, ergo in ea ſunt manu-
tenendi, & in eorum fauorem pronunciandum puto.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*
2 *Poſsideri etſi non dicatur actio perſonalis, in ea tamen datur quidam ſtatus actiuus tantum, non paſsiuus qui non poteſt poſsideri.*
3 *Poſsidens non pati, ſed agere dicitur.*
4 *Poſſeſsionis, & quaſi diffinitio.*
5 *Diffinitum non competit, cui non conuenit diffinitio.*
6 *Patiens ſine agente nihil poteſt.*
7 *Donare dicitur epiſcopus alicui, conferendo ei beneficium, licèt illud conferre teneatur. Idem de patrono præſentante clericum.*
8 *Eligendi ius habentes, poſſunt per alium eligere.*

RESPONSVM XIII.

NOn video, qua poſſeſsione uel quaſi fue
rint ſpoliati Tropilinus Mu-
rettus & Conſortes propter uenditionem qua-
tuor tabulariorum, ad quæ exercen. Conſules
ſoliti ſunt eligere quatuor Notarios ciues, & im
mobilia poſsidentes in Ciuitate, vel diſtrictu Arelaten.
& ad demonſtrandum, quòd non fuerint, nec ſunt vllo mo
do ſpoliati, duo faciam.
Primo oſtendam quod Notarij actores nullam habent,
nec habere poſſunt poſſeſſionem, uel quaſi in dictis tabula-
rijs, & conſequenter non poſſunt dici ſpoliari poſſeſſione,
1 † quia priuatio præſupponit habitum, l. decem, ff. de uerbor.
obligatio. ca. ad diſſoluendum, de deſp. impub. ca. olim, de
reſt. ſpoliat.
Secundo, poſito quod haberent aliquam poſſeſſionem,
ſeu quaſi, demonſtrabo quod ea non fuerunt ſpoliati, ex qui
bus clariſſimè apparebit actores malè intentaſſe poſſeſſoriū
recuperandæ.
Circa primum, præſuppoſito quòd Conſules deberent eli
gere quatuor Notarios Arelatenſes, immobilia poſſidētes,
non tamen particulares Notarij agentes poſſunt dicere ſibi
competere aliquod ius reale, ſed ſolùm haberent actionem
perſonalem contra Conſules ad ipſos cogendum eligere
quatuor Notarios ex ipſis Notar. l. cum quidam, & ibi tradi-
tur per Bar. ff. de leg. 2. hi autem, quibus competit ſola actio
perſonalis, non poſſunt ullo modo prætendere ſe ſpoliatos
2 aliqua poſſeſsione, † quia actio perſonalis nō habet aliquod
ſubiectum, quod poſſit poſſideri, cū perſonæ adhæreat, quæ
non poſſidetur, l. liber homo, ff. de acq. ret. dom.
Et ſi dicatur, quod licèt in actionibus perſonalibus nō ſit
dare poſſeſſionem uel quaſi, eſt tamen dare quendam ſtatū,
quo ſi quis fuerit ſpoliatus, poteſt agere ut ad antiquum ſta-
tum reponatur, c. quærelam, ubi Abb. col. ſi. de elect. & tradit
Dec. conſ. 136. per totum.
Reſpondeo uerum, ſi ſit aliquis ſtatus actiuus, ut in d. cap.
querelam, ubi habens actionem perſonalem ad penſionem
annuam, dicitur habere ſtatum percipiendi ipſam penſio-
nem, à quo ius percipiendi dicitur quaſi poſſideri? Secus ſi
ſit aliquis ſtatus paſſiuus, prout in occurrenti caſu: nam No
tarij ſunt in eo ſtatu, ut eligantur, qui ſtatus paſſiuus eſt, nec
3 poteſt poſſideri. † poſſidens enim agit, non patitur, l. ſic eue
4 nit, ff. de cap. & poſtli. reuer. † nam poſſeſſio eſt ius inſiſtendi
rei non prohibitæ poſſideri. quaſi poſſeſſio eſt potentia quæ-
dam deducendi iura quaſi poſſeſſa ad exercitium, ſecundū
Bar. Ang. & Imo. in l. 1. ff. de acq. poſ. & latè declaraui in rub.
5 de cau. poſſ. & propriet. † Neutra autem harum diffinitionū
conuenit paſſiuo ſtatui Notariorum, ergo non etiam conue
nit diffinitum, l. 1. §. dolum, ff. de dolo.
Nam ſi Notarij reponantur in eo ſtatu, ut eligantur, ſi uo-
luerint illum ſtatum deducere ad exercitium, nō poterunt
6 aliquo modo, † quia patiens nihil poteſt, niſi agens uelit in
patientem agere, ſecundum Bar. in l. ſerui electione, ff. de le-
gat. 1. & ſi uelint Notarij agere, ut eligantur, non poſſunt niſi
per actionem perſonalem, ſecundum Bar. in d. l. cum quidā.
ergo bene ſequitur, quod ipſi non poſſunt prætendere ſe fuiſ
ſe aliqua poſſeſſione uel quaſi ſpoliatos.
Secundo particulares Notarij agentes ſuo priuato nomi-
ne, non poſſunt ſpoliari aliqua poſſeſſione uel quaſi, quia li-
cèt Conſules tenerentur eligere quatuor Notarios Arelatē.
non tamen teneātur eligere magis ipſos actores, quàm alios
Notarios, qui ſapienter noluerunt agere. ex quo ſequitur ꝙ
electio reſpectu ipſorum agentium caſu, quo fuerint aliquā
do electi, uel in futurum contigeret eos eligi, diceretur gra-
7 tia & donatio, c. relatum, de præben. & ibi not. Panor. † quod
licet Epiſcopus teneatur conferre beneficia uacantia, tamē
reſpectu eorum, quibus confertur, collatio dicitur donatio.
ad idem tex. in c. ſi. de offi. Vica. & ſimiliter præſentatio dici
tur donatio reſpectu eorum, qui à patronis præſentantur, c.
dilectio, ubi Pano. in 1. not. de teſtam. hi autem, qui de gra-
tia recepti fuerint, uel recepturi ſunt, non poſſunt prætende-
re ſe ſpoliatos, quia Conſules non tenentur eos eligere, ſi no
lint. Et ſi inſtetur, quod Conſules omnino teneantur elige-
re quatuor ex omnibus Notarijs Arelaten. Reſpōdeo, quod
iſti particulares non agunt interdicto recuperandæ nomine
omnium, ut patet ex tenore libelli, ſed agūt ſuo priuato no-
mine: ergo malè, quia priuato & particulari nomine nullus
poteſt prætendere ius habere niſi de gratia.
Circa ſecundum, poſito quòd Notarij Arelaten. diceren-
tur eſſe in aliqua quaſi poſſeſſione, non tamen per uenditio
nem tabulariorum fuiſſent ſpoliati, quia Conſules & conſi-
lium uendiderunt quatuor tabularia Ludouico de Tur-
ri, cum pacto quòd teneatur, & debeat inſeruire & pro-
uidere de quatuor Scribis, qui tabularijs inſeruiāt, prout eſt
aſſuetum, & ſic in effectu uendiderunt ius eligendi & proui-
dendi tabularijs de quatuor Scribis. per uenditionem, aūt
iuris eligendi in aliquo non præiudicatur Notarijs eligen-
dis,

8 dis,ſed per ipſam electionem: † nam habentes ius eligendi, non prohibentur eligere per alium,l.item eorum,§.ſi Decuriones,ff.quod quiſque vniuer.nom. l.unum ex familia,§.1. ubi Bar.ff.de leg.1.c.R.Canonicus,ubi Feli.col.fi.de offi.de leg.c.ſi compromiſſarius,de elect.lib.6. cum ſimilib.

Secundò non poſſunt dici ſpoliati, nam ut intelligo,emptor elegit quatuor Notarios Arelaten. vnde illæſus remanſit ſtatus ipſorum Notariorum. Et ſi inſiſtetur dicendo quod emptor non ſeruauit formam conſuetam ſeruari in electionibus Notariorum iuxta decreta & ordines illius urbis, & ſimiliter ius eligendi uenditum fuit per Conſules & ius prouidendi tabularijs ſub diuerſa forma; reſpondetur quod ex hoc non poſſunt Notarij Arelaten. prætendere electionem nullam,uel caſſandam,uel irritandam, tamquam factã forma non ſeruata, c.quia propter,de elect.& ca. cum dilectus, de conſuet. vbi Papa mandat caſſari electionẽ capituli Andren.quia facta non fuit exiſtenti de gremio Eccleſiæ,prout conſueuerat,& tradiuit per Spec.tit.de conſuet.in prin.

Et hæc quò ad poſſe.recuperan.utrum autem licuerit pro utilitate communi uendere ipſa tabularia contra conſuetudinem & decreta ordinis, non diſcurro, quia iſtud reſpicit petitorium,de quo ad præſens non agitur.

Laus Deo Opt. Maximo.

Reſponſum 14.eſt ut ſupra impreſſum ſub nu.53. ex longo. & Reſponſum.15.ſub nu.142.incip. licèt Decius conſ.

SVMMARIVM.

1 Præſcriptionis exceptio non obſtat agenti condictione can.reintegran. ſed in petitorio,uel poſſeſſorio adipiſcenda.

2 Præſcribens poteſt uendicare dominium,etiam contra dominũ.

RESPONSVM XVI.

1 QVæritur, † an agenti condictione canon. reintegrãda,obſtet exceptio præſcriptionis? Ego non obſtare crediderim, quia concernit petitorium,& ita reſpondet dominus Alexan.conſi.200.viſo & diſcuſſo,colum.pen.li.2.& conſ.6. colum. pen.li.3.& conſi.90.& duobus ſeq.lib.5. Et ita communiter reſpondet Doct. ſchola, teſte Decio conſi. 57. col. pen. Nec obſtat ſi dicatur, quòd hoc medio fruſtratoria erit præſcriptio, ſi præſcribens non poſſet ſe illa iuuare, ut dicebat Balb.in tracta.præſcr. in 4.parte, q. 24. quia reſpondeo,
2 † quod utilis erit quantum ad vendicandum dominium & contra dominum,iuxta diſpoſitionem l.ſi quis emptionis, C. de præſcr. 30. uel 40. ann. uel erit utilis ad excipiendum contra agentes petitorio, uel poſſeſſorio adipiſcendæ, ſecus ſi contra agentes interdicto recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 Can. reintegranda, non poteſt intentari contra poſſeſſorem cum titulo & bona fide cauſam habentem ab alio bona fidei poſſeſſore, ſecus ſi à vitioſo,datur tamen primo caſu condictio. l.fin. C.de acq.poſſ.

RESPONSVM XVII.

1 QVæritur etiam, an remediũ† Can. reintegranda,intẽtari potuerit contra Iacobum poſſeſſorẽ cum titulo & bona fide? Videretur prima fronte φ nõ, per tex.in l.ſiue autẽ,§.ſi duobus,ff. de Publ. in rẽ act. ubi ꝑ Publicianã actionẽ poſſeſſio dr̃ non auocari à poſſeſſore cũ titulo & bona fide: minus ergo uidetur poſſe auocari per remedium poſſeſſoriũ,& ita tenent Bald. Ange. & Imol.in l.rem, quæ nobis.ff. de acq. poſſ. And. de Bar. & Io.de Plat.in l.ſi coloni.C.de agr.& cenſi.Paul.de Caſtro in l.& ideo,§.Neratius,ff.de cond.fur.Imo.in c. ſæpe, de reſtit. ſpol.Spec.ti.de pet.& poſſ.§.1. verſi.quid ſi peto. Bal. in l. 2. C.de furt.Ang.conſi.116.dictus libellus.D. Ale.conſi.118. in cauſa & lite,col.1.& ſeq.lib.2.Soc.conſi.39.lib.1.& conſi. 226.col.6.lib.2.

Ego tamen contrariam amplector ſententiam, per tex. in c.2.ibi,à quibuſcunque,3.q.1.& in c.eccleſia,ibi,à quocũq;, 3.q.2.& per alias rationes,quas adduxi in d.c.ſæpe,in prima q.4.princ.& hanc ſententiam amplectuntur etiam Innocen. Hoſt.Card.Do.Anto.Panor.& alij communiter, in d.c.ſæpe,& in c.ad ſedem,eod.tit.vbi ab eis dicitur, quòd hæc eſt communis Doctorum opinio,quam communem etiam affirmat & ſequitur Do.Alex.ſibi contrarius, conſi.91.colum. fina.lib.5.& Soc.etiam ſibi contrarius cõſi.89. colum. fina. li.1.& hanc,etiam ſequuntur Aret.& Moder.in d.l.rem,quę nobis, & Petr.de Ancha.conſi.402.circa recuperandam, & Dec.conſi.57.conſideratis omnibus,col penul.& conſ.136. colum.fina.

Puto tamen concordari poſſe hanc Doctor. uarietatem, diſtinguendo inter poſſeſſorem cum tit. & bonafide habentem cauſam ab alio poſſeſſore bonæfidei: & tunc procedat opinio Bar.& ſequacium, & inter poſſeſſorem cum tit.& bona fide habentem cauſam a vitioſo authore, ut in caſu propoſito: & tunc procedat opinio communis, ut contra eum detur condictio canonis reintegran.arg.auth. malæfidei,C. de præſcr.long.temp.ſed quamquam ceſſaret remedium dicti canonis,competere tamen uidetur condictio ex l.fin.C. de acq.poſſ.quæ datur etiam quando poſſidens precario nomine,alteri poſſeſſionem tradidit,ſecundum glo. ibi,quam approbant Cyn.Ang.& Raph.Fulg.& ita reſpondet Com.cõſil.228.excogitabam,lib.2 & ultra adducta per eum ita clariſſimè determinat Bal. in rub. C. de contr. emp.q.16.& ita ſeruatur in practica,ſecundum Cyn.in d.l.fina.

SVMMARIVM.

1 Seruitus iuris paſcendi pecora in fundo alieno poteſt eſſe realis, perſonalis, mixta & quoddam ius perſonale, ſeu actio perſonalis contra concedentem.

2 Seruitus realis quæ dicatur quæve perſonalis,& quæ dicantur iura perſonalia. & nu.4.

3 Dictio, niſi, ſequens negatiuam, ponit & affirmat.

5 Interdicta omnia ſunt in rem, & dantur contra quemlibet.

6 Actio perſonalis datur ſolùm contra promittentem.

7 Actio confeſſoria, an & quando competat pro obligatione perſonali.

8 Sententia acquiritur ius depaſcendi.

9 Ius & facultas immittendi animalia in fundo alieno cauſa de paſcendi acquiritur ex poſſeſſione immemorabili.

10 Libera præſumitur qualibet res.

11 Mandatum ſpeciale requiritur ad tranſigendum.

12 Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis.

13 Zerbida, & erema loca, ſunt domini territorij, in quo ſunt ſita, niſi contrarium probetur.

14 Alteri per alterum non poteſt iniqua conditio inferri.

15 Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.

16 Seruitus perſonalis non poteſt alteri cedi.

17 Regula, quod potuit, &c.

18 Seruitus extinguitur mutatione rei.

19 Paſcua loca conſiſtunt in ſola pecorum paſtione.

20 In præſcriptione ſeruitutis requiritur poſſeſſio, ſeu quaſi, ſcientia & patientia domini prædij ſeruientis ac bona fides.

21 Poſſeſſio ſine mandato non acquiritur vniuerſitati per particulares, licèt retineatur.

22 Vniuerſitatis ſcientia & patientia probatur per ſcientiam & patientiam maioris partis.

23 Bona fides in dubio præſumitur, ubi allegatur, ac adeſt titulus, aliàs ſecus.

24 Titulus,qui poteſt reprobari, non excuſat à mala fide.

25 Iuris ignorantia non cauſat bonam fidem, nec præſumitur.

26 Poſſeſſio centum annorum, dicitur immemorabilis, & quando communis opinio eſt, quòd non ſit contraria memoria.

27 Interdicto uti poſſidetis agens,duo probare debet, turbationem & poſſeſſionem tempore turbationis & litis conteſtatæ.

28 Vniuerſitas quando poſſit ex facto particularium conueniri.

29 Probatio incerta non releuat probantem.

30 Qualitas, quæ certo tempore debet adeſſe,eſt probanda quòd illo tempore adfuerit præciſè.

31 Poſſeſſio de præſenti quando præſumatur ex poſſeſſione de præterito.

RESPON-

RESPONSVM XVIII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

VT clarior ſit dilucidatio pſentis cō-
1 ſultationis, præ mitto † quod ius depaſcendi pe-
cora in ſundo alieno poteſt eſſe ſeruitus realis,
item ſeruitus perſooalis, ſeu mixta: item & ter-
tiò ius quoddam perſonale, ſeu actio perſonalis contra cō-
2 cedētem. dicitur autem † realis ſeruitus, quando à re, ideſt à
ſundo ſeruiente ad utilitatem uicini prædij dominantis de-
betur, in qua pecora agri ſtercorandi gratia iacēt, l. pecoris,
ff. de ſeruit. præd. ruſt. & iſtud eſt expeditum, l. 1. ff. com mu-
nia præd. dicitur autem ſeruitus perſonalis, quando à ſun-
do ſeruiente debetur alicui perſonæ, non cootemplatione
alicuius prædij dominantis. Ius autem perſonale, ſeu obli
gatio quædam perſonalis, & non ſeruiens, dicitur quando à
perſona perſonæ debetur, & non à fundo ſeruiente, ut tradi-
tur in l. ut pomum, per glo. Bar. & Scribentes, ff de ſeruit. tit.
generali. Sed difficultas conſiſtit in intelligentia, quando di
catur conſtituta ſeruitus perſonalis, & quaodo ius quoddā
perſonale, ſeu obligatio perſonalis, & in iſto puncto uarij
uaria dicunt. Ego omiſſa relatiooe opinionum, dico pro
coucordia omnium diſcordantium, quod ius depaſcendi
pecora in fundo alieno, & ſimilia iura conceſſa perſonæ
abſque ulla cootemplatione fundi dominantis eſſe ſimpli-
citer iura perſonalia, & nō ſeruitutes perſonales, ſeu mixtæ,
ſecundum glo. in d. l. pecoris, & Bart. in l. Mela, in fine, ff. de
alimen. & cib. leg. Sal. & Bald. in rub. C. de uſufr. Do. Iaſ. in
§. æquè, colum. 3. Inſt. de Act. fallit, ubicunque ſimilia iura
tendunt ad diminutionem omnium fructuum, uel certæ
quotæ, ut declarat Paul. de Caſt. in d. l. ut pomum, ſeu ubi-
cunque conceditur aliquod ius indeterminatum, quod po-
teſt determinationem accipere ſecundum neceſſitatem per
ſonæ, cui conceditur, vt declarat Imo. in l. apud Iulianum,
§. ſi quis alicui, ff. de lega 1. Alex. conſi. 8. lib. 5. iſto caſu erit
ſeruitus perſonalis duobus tantum concurrentibus. Primo,
quod uerba executiua dirigantur in perſonam eius, cui con
ceditur, ſecundum Raph. Fulgo. in rub. C. de uſuſruct. arg. l.
fundi Trebariani, ff. de uſuſr. leg. Secundo, quod uerba con
ceptionis ſonent in ius, puta concedo tibi ius paſturandi in
ſundo meo: ſecus ſi ſonent in pactum, puta ſi promitto me
nihil facturum, quo minus poſſes depaſci ſacere pecora in
ſundo meo, l. 2. §. item ſi in facto, ff. de uerb. oblig. & ſecus
ſi ſonent in potentiam, ſeu facultatem executiuam, conce-
do tibi licentiā & & facultatem immittendi pecora in fun-
do meo, ſecundum Bat. in l. pater, ante fin. ff. de dote prel. &
Pau. de Ca. in l. Lucius, in fine, ff. de ſeruit. ruſt. præd. & Barth.
Veron. in tractatu ſeruit. urban. cap. 2. col. pen.

Reducendo prædicta ad propoſitum, dicendum eſt quòd
ius depaſcendi, quod prætendunt cōe & homines Podij
Guigonis actores, non ſit ſeruitus realis, ſeu prædialis, cùm
non fuerit conceſſa per tranſigentes contemplatione alicu
ius prædij uicini dominantis, generaliter quibuſcunque
hominibus Podij Guigonis habentibus prædia & non ha-
bentibus: non etiam uidetur ſeruitus mixta ſeu perſonalis,
quia verba conceſſionis, de quibus in inſtrumento tranſa-
ctionis & proclamationis, ſonant in factum, & non in ius.
Verba enim tranſactionis cantant hoc modo, De cætero nō
audeant homines Podij Guigonis immittere cotū anima-
lia in territorio Mirabelli cauſa depaſcendi, niſi in plano Po
dij Guigonis. & ſic uult dicere à contrario, quòd audeant
3 immittere in dicto Podio: † dictio enim, niſi, ſequens nega-
tiuam, ponit & affirmat, l. age, C. de tranſactio. conſtat au-
tem hæc uerba, audeant immittere, potius ſonare in factū,
& in potentiam, quàm in ius. ergo &c. Similiter verba pro-
clamationis & præcepti, ita ſe habent, nulla perſona audeat
impedire homines Podij guigonis ire, & agere, ac anima-
lia depaſcendi cauſa immittere, & tenere in dicto plano.
4 † Sonant enim hæc uerba in factum, d. §. ſi in facto. ergo &c.
Et quòd iſto caſu, quando uerba ſonant in factum & poten-
tiam, ius paſturandi non dicatur ullo modo ſeruitus, ſed ius
quoddam perſonale. etiam uoluit idem Bartholom. Veron.
In allegato tractatu urb. ſeru. ſub rub. de quibuſdam obliga-
tion. an dicatur ſeruitus. ubi ſe remittit ad ea, quæ dixerat
in ca. 2. eiuſdem tracta. & quòd iſto caſu ſit obligatio & non
ſeruitus, uoluit etiam glo. & Bar. in d. l. pecoris, & in l. Me-
la §. fina. ff. de alim. leg.

Iſtis ſic præmiſſis uidetur quòd dominus Franc. Planche-
tæ, & ſyndicus Podij Guigonis nō rectè agant contra uniuer
ſitatem Mirabelli utili interdicto, uti poſſidetis, eo prætextu
quòd turbantur in eorum quaſi poſſeſſione depaſcendi eo-
5 rum animalia in dicto plano: † quia interdicta omnia ſunt
in rem, & dantur contra quemlibet, l. prima, in fine, ff. de in-
ter. Ideo non competunt pro obligationibus perſonalibus,
6 ex quibus oritur † actio perſonalis, quæ datur contra eum
ſolum, qui promiſit, l. fina. ff. de conſt. pecu. l. fina. ff. de con-
traheo. emptio.
7 † Non etiam pro obligationibus perſonalibus competit
actio confeſſoria, §. æquè, Inſti. de action. Et expreſsè uult
Bar. in d. l. ut pomum, & in d. l. Mela, quia actio realis eſt, &
competit in rem, non in perſonam.

In contrarium, quòd rectè agunt, probatur ſic: licèt regu-
lariter pro obligationibus perſonalibus non poſſit agi con-
feſſoria actione ad uendicandum ius obligationis, per iura
pro contraria parte adducta: tamen fallit quaodo obligatio
perſonalis habet ſimilitudinem cum ſeruiente, ut in caſu
noſtro. ita in proprijs terminis determinat Pau. de Caſt. in
d. l. ut pomum. ſicut etiam competit utilis confeſſoria pro
iure eligendi prælatum, ſecundum Innocen. in c. abbate, de
uerb. ſignif. & in ca. bonæ, de elect. Et hac ratione attenta di
cendum eſt etiam quod competit utile interdictum uti poſ
ſidetis, contra turbantes, l. penul. ff. de ſeruit. quod admittit
idem Paul. ſequitur Cępol. in d. tract. ſer. vrban. c. 2. col. fi. ex
quibus uidetur concludendum, quòd ſiue agant petitorio,
ideſt utili confeſſoria, ſiue poſſeſſorio retinendæ, ideſt utili
interdicto uti poſſid. quòd rectè & iuridicè actionē propo-
fuerint. Quid tenendum? ego arbitror, ꝙ non rectè agant
contra uniuerſitatem Mirabelli: & poſito ꝙ eſſet intentata
legitima actio, non tamen fuerunt probata neceſſaria ad ui
ctoriam, ideo actoribus non probantibus reos fore abſoluē
dos, l. qui accuſare, C. de eden. c. unico, ut eccleſiaſt. beneſi.
& pro clariori reſolutione demonſtrabo primo actores nul
lum ius habere in petitorio, poſteà oſtendam non eſſe iu-
ſtificatam intentionem actorum quantum ad obtinendum
in interdicto uti poſſid.

Pro actoribus, ꝙ ſibi competat confeſſoria, facit primò,
quia ius & ſeruitus depaſcendi conſtituitur pactionibus, &
tranſactionibus, §. pen. Inſt. de ſeruit. conſtat autem de tran-
ſactione exhibita, ergo &c.
8 Secundo † per ſcientiam, cōſtituitur & acquiritur ius de-
paſcendi, pro quo competit confeſſoria, ut ſupra dixi: & ꝙ
per ſcientiam acquiratur, probatur in l. uſuſfructus, §. 1. ff. de
vſufr. per quam ita concludit Cęp. in tract. ruſt. ſeruit. ſub
rub. de ſeruit. iuris depaſc. colum. 4. uerſ. 4. principaliter, cō-
ſtat autem de ſententia, quæ iam annis ſupra ducentum trā-
ſiuit in rem iudicatam, & de qua in actis. Et ſi dicatur quod
non eſt ſententia, ſed præceptum Iudicis. Reſpondeo, tale
præceptum habere uim ſētētiæ, l. de pupillo, §. meminiſſe,
ff. de noui oper. nunc. cum ſimilibus.
9 Tertiò facit, † quia ex poſſeſſione, ſeu quaſi immemora-
bili, præſcribitur ius & facultas immittēdi animalia in fun-
do alieno paſturandi cauſa, cum talis longiſſima poſſeſſio
habeat uim tit. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid.
traditur in propoſito caſu per Cępol. in d. rub. de ſeruit. iur.
depaſ. videtur autem conſtare de quaſi poſſeſſione imme-
morabili tam ex infraſcriptis inſtrumētis, quàm ex teſtibus,
ergo &c.

Præmiſſis minimè refragantibus, in contrariam ſenten-
tiam trahor ex infraſcriptis rationibus.

Primo, quia agunt malè actores confeſſoria, ut ſibi liceat
immittere animalia in uineas in dicto plano exiſtentes. Pro
10 batur ſic, † quælibet res præſumitur libera, niſi probetur ſer-
uitus, l. altius, C. de ſeruit. & aqua. ca. cum eccleſia Sutrina,
de cauſa poſſ. & propr. cum ſimilibus. & tanto magis in ca-
ſu noſtro, in quo natura rei repugnat prætenſo iuri immit-
tendi animalia in uineas, quæ ſui natura non congruam re-
cipiunt ſeruitutem ſeu ius depaſcendi animalia, l. inſtrumē-
ta ff. de fund. inſtr. quod etiam & articulatum & probatum
fuit. Si modo demonſtrauero neque allegata inſtrumen-
ta, neque teſtes probare ullum ius depaſcendi competere
ipſis actoribus in dictis uineis, remanebit concluſio mani-
feſta, quòd Rei ueniunt abſoluendi. Actores primo fundāt
intentionem ſuam ſuper allegata tranſactione, ſed re uera
non ſuffragatur ipſis in aliquo contra communitatem Mi-
rabelli ex pluribus.
11 Primò, † ad tranſigendum requiritur ſpeciale mandatū,
l. tranſactiones, C. de tranſac. l. mandatum, ff. de procur. ſed
tranſigentes

tranſigentes nomine communis & hominum Mirabelli
non habebant mandatum, ut conſtat ex lectura tranſactio-
nis: ergo in præiudicium ipſius communitatis fruſtra allega
12 tur ipſa tranſactio. Et ſi dicatur, † ex diuturnitate temporis
præſumi mandatum, ut uoluit D. Iaſ. in l. ſciẽdum, colum. 8.
ff. de uer. oblig. & Dec. conſi. 199. in fine. Reſpondeo du-
pliciter.

Primo, quòd communis opinio eſt, quòd etiam ex curſu
mille annorum, nunquam præſumatur mandatum, ſecun-
dum Bald. in l. 1. C. ſi ex falſ. inſtru. Alex. in l. qui in aliena, in
princ. ff. de acq. hæred. & in conſi. 1. lib. 4. & Fel. in c. ſicut, de
re iud. & Cur. conſi. 49. col. 5. & col. 17. ubi infinitas authori-
tates adducit. quæ uideri poſſunt.

Secundo dico, quòd contraria opinio poſſet fortè proce-
dere, ubi actus fuiſſet celebratus procuratorio nomine, &
mandatum enunciatiuum, ut loquitur Dec. in d. conſi. 199.
ſecus ubi actus ſimpliciter geritur alieno nomine, & non
procuratorio, ut in caſu præſenti, in quo trãſigentes promit
tunt de rato nomine abſentium nullum mandatum enun-
ciando.

Tertiò reſpondeo, quòd planum, de quo cõtenditur, tem-
pore tranſactionis pleno iure & in totum erat in dominio
Domini Dalphini, & nunc etiam quantum ad directum do
minium reſpectu uinearum eſt ipſius: quantum ad utile eſt
priuatarum perſonarum, ut præſupponitur in themate, & et
in proceſſu. & ego comprobo, quia tempore allegatæ tranſa
13 ctionis dictum planum erat Zerbidum & eremum. † Con-
ſtat autem zerbida & erema etiã in dominio eius, in cuius
territorio ſunt ſita, niſi probetur quòd alius ſit dominus, ſe-
cundum Soc. poſt Pau. de Caſt. in l. 1. colum. 4. ff. de acquir.
poſſeſ. & in conſi. 127. uiſis capitulis, lib. 1. Hoc ſic præſuppo-
ſito, dico quòd etiam ſi tranſigentes habuiſſent mandatum
à communitate Mirabelli, non etiam potuiſſent in fundo
alieno imponere aliquam ſeruitutem nec obligationem,
l. ſi unus, ff. de ſeruit. l. prima. ff. communia præd. & reg. iur.
14 eſt, † ꝙ alteri per alterum non poteſt iniqua conditio affer-
ri, reg. non debet, de reg. iur. & ante omnia obſeruandum
eſt, ne pactum unius alteri noceat, l. ſi unus. §. ante omnia, ff.
de pact. Et ſi dicatur, communitatem Mirabelli potuiſſe cõ
cedere ius paſturandi hominibus Podijguigonis ex eo, ꝙ
ipſa habet ex conſuetudine tale ius depaſcendi. Reſpondeo
dupliciter. Primo dico non eſſe uerum quòd communitas
Mirabelli habeat ius depaſcendi in uineis, ut conſtat ex te-
ſtibus. Secundo dico, ꝙ ſi haberet, quod non propterea poſ-
ſet concedere ius depaſcendi alteri in fundo, qui ſibi ſeruit,
15 eo quia † ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, l. 1. ff. de uſufru.
leg. Et ſi pertinacius inſtetur quod communitas Mirabelli
habens ius depaſcendi potuit ſaltem illud cedere commu-
nitati Podijguigonis. Reſpondeo etiam dupliciter.
16 Primo reſpondeo, quòd cũ iſtud † ius uel ſit ſeruitus per-
ſonalis, uel ſibi aſſimiletur, quod non eſt ceſſibile, imo ipſa
ceſſione extinguitur, Inſt. de uſufr. §. fina. & Inſt. de uſu, &
habit. §. 1.

Secundò reſpondeo, dato quòd potuiſſet cedi, quòd com
munitas Mirabelli non ceſſit ius ſuum quod habebat, ſed
nouum ius uoluit concedere, ut apparet ex lectis trãſactio-
nibus, quod non potuit, d. l. prima, ff. de uſufr. leg. vnde ſuc-
17 cedit illa uulgata reg. † quod potuit noluit, quod uoluit,
adimplere nequiuit, l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, uel
ſibi. Et ſi dicatur ſaltem tranſigentes teneri ad patientiam,
& ad damna & intereſſe: iſtud non negauerim, ſed benè ne
gabo agi poſſe contra communitatem Mirabelli, quæ non
tranſegit; & minus contra dominos vinearum, qui non uo
lunt, nec debent pati, quod animalia paſcantur in eorum
vineis.

Tertiò principaliter oſtendo nullum ius depaſcendi com
petere actoribus uigore allegatæ tranſactionis, & minus ui
18 gore proclamationis, de quibus in actis: † quia mutatione
rei extinguitur & tollitur ſeruitus & ius depaſcendi, l. quod
tamen, §. certè, & l. reperi, §. mutatione, ff. quemad. uſusfru.
amit. l. ſeruitutes, §. ſublatum, ff. de ſeruit. urb. præd. Dato
ergo quòd eſſet conceſſum ius depaſcendi actoribus uirtu-
te dictæ tranſactionis & proclamationis: tamen quia tem-
pore conceſſionis planum erat zerbidum eremum & incul-
tum, & ſic erat paſcuum, & poſtea ſcientibus & patientibus
ipſis hominibus Podijguigonis fuit redactũ ad uineas: hac
rei mutatione eſſet ſublatum ius depaſcendi, l. Labeo ait,
cum l. ſeq. ff. de aq. pluuia arcen. per quam ita determinat
idem Cępo. in allegata rub. de ſeruit. iur. depaſc. colum. 14.
uerſ. tertio caſu, quando tam dominus. &c.

Quid fortius, mihi uidetur ꝙ etiam ipſis inuitis licuerit
proprietarijs reducere paſcua dicti plani ad uineas, & ſic rei
mutatione licuerit extinguere ius depaſcendi. quod proba-
tur ex eo, quia in allegata præconizatione, ſeu pręcepto Iudi
cis, reſeruatur ius proprietatis cuilibet domino & poſſeſſori
dicti plani: ergo etiã reſeruatur quòd poſſit mutare paſcua
in uineas, quia reducere inculta ad culturam, eſt ius proprie
tatis, l. domini prædiorum, & l. ſequenti, C. de omni agro de
ſer. lib. 11. Item probatur ex eo, quia (ut intelligo) eſt con-
ſuetudo generalis, maximè in illis partibus, quod etiam in-
uitis his, qui habent ius paſturandi, licet dominis reducere
erema ad culturam & uineas: quæ conſuetudo dat interpre
tationem tranſactioni & præcepto Iudicis, quod ius depa-
ſcẽdi in paſcuis eremis & incultis durare habeat uſquequo
paſcua durabunt, nõ ſi poſteà ad uineas & culturam redacta
fuit. ita in ſpecie per iſta duo uſtima fundamenta conſuluit
Corn. conſi. 188. incipien. quia petitio, colum. pen. lib. 4.

Quarto principaliter dico, ꝙ etſi conceſſum fuiſſet ius de
paſcendi in dicto plano per tranſactionem & per ſcientiam,
tamen talis conceſſio debet ciuiliter interpretari, ut non in
telligatur etiam in uineis, ut eſt caſus in l. ſi cui, ff. de ſeruit.
ibi, non tantum per medias uineas, &c. Et iſtam interpreta-
tionem probo ex uerbis dictæ tranſactionis, dum dicitur in
ea, quod dicti tranſigentes intendunt paſcua diuidere & ter
minare. Pondera uerbum, paſcua, quod nullo modo inclu-
19 dit uineas. † ea enim paſcua dicuntur, quorum fructus in
ſola pecorum paſtione conſiſtit, l. ſylua cædua, §. fina. ff. de
verb. ſign. in tantum, quòd ſi ſalce colligantur herbæ, iam
non paſcua, ſed prata dicuntur, l. pratum, ff. eod. tit. & hoc
uoluit glo. per illum tex. in l. prima, C. de paſc. publ. & priu.
lib. 12. Ex his liquido conſtat, quod actores malè fundant
intentionem eorum ſuper inſtrumento tranſactionis & in-
ſtrumento præcepti ſeu præconizationis. Supereſt uidere,
an bene ſe fundẽt in præſcriptione. & paucis rem ipſam per-
ſtringendo, arbitror etiam quòd non fuerint probata neceſ
ſaria ad præſcribendum ius depaſcendi, quod eſt incorpo-
rale, Inſt. de reb. corpor. & incorp. & pro fundamento præſup
20 pono, † quòd ad præſcribendum ſeruitutem depaſcendi re
quiritur poſſeſſio, ſeu quaſi, quia ſine poſſeſſione præſcriptio
non cauſatur, l. ſine poſſeſſione, ff. de reg. iur. l. uſucapio, ff. de
vſucap. Secundo requiritur ſcientia & patientia domini
prædij, in quo prætenditur ſeruitus, l. 2. C. de ſeruit. & aqua.
Ratio eſt. quia ſubiectum huius iuris eſt vſus & patientia ad
uerſarij, ſecundum Bar. in l. 3. §. unde ui, ff. de ui, & ui arma.
Patientia autem haberi non poteſt, niſi data ſcientia: ergo
ſcientia & patientia erunt neceſſaria. & ideo Bar. in d. l. 2. in
ſtruit nouos practicantes, ꝙ debeant articulare de ſcientia
& patientia eius, contra quem agunt, & eos ſimiliter docet
Panor. conſi. 18. in cauſa & quæſt. colum. fi. lib. 2. & conſi. 23.
col. fi. eod. lib. Tertio requiritur bona fides, c. fi. de præſcrip.
Quartò requirit̃, ꝙ uolens præſcribere ſit uſus iure ſuo, ideſt
eo animo, ut uelit uti tali iure, inuito aduerſario: ſecus ſi iu-
re amicitiæ, uel familiaritatis fuiſſet uſus, l. fi. ff. quemad. ſer.
amit. dixi latè in c. eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & prop.
Quinto requiritur poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio tanti tempo-
ris, cuius initii memoria non extet in contrarium, quia ha-
bet cauſam diſcontinuam, ſecundum Cępo. in d. rub. de ſer
uit. iur. depaſc. col. 7. uerſ. tertio acquiritur. niſi allegetur ti-
tulus, quo caſu ſufficit quaſi poſſeſſio 10. annorum inter prę
ſentes, & 20. inter abſentes, ſecundum eundẽ Cępo. poſt glo.
in l. ſeruitutes prædiorum, ff. de ſeruit. & in l. 1. §. denique, 2.
ff. de aq. plu. arcen. ſed huiuſmodi requiſita nullatenus fue-
runt probata, ergo &c. Non fuit probatum primum requi-
ſitum. quod eſt potiſſimum & ſubſtantiale, uidelicet poſſeſ-
ſio ſeu quaſi: licet enim teſtes deponant ſe uidiſſe aliquos
particulares immittere eorum beſtias, & ſe ipſos immiſiſſe,
non tamen probant ꝙ uniuerſitas Podijguigonis unquàm
poſſederit. ad hoc enim ut uniuerſitas dicatur poſſidere per
particulares, requiritur ꝙ ſit articulatum, & probatum ꝙ illi
particulares depaſci faciebant eorum animalia de manda-
to & ſcientia eorum, qui præſunt regimini & adminiſtratio-
21 ni Reipub. Ratio, † quia communitati acquiri non poteſt
poſſeſſio per particulares ſine mandato, l. 1. §. fi. ubi Bar. ff. de
acq. poſſ. nõ tamen per incolam ratione ſubiectionis acqui-
ritur Ciuitati, ſecundũ Bar. in l. ita ſtipulatus, §. Griſogonus,
ff. de uerb. oblig. ergo etiam per ruſticum non acquiritur ra
tione ſolius ſubiectionis poſſeſſio uillæ ſeu opidi. Et in ter-
minis noſtris, ꝙ non dicatur probata poſſeſſio, ſeu quaſi de-
paſcendi ex parte cõitatis, licèt ſit probatum ꝙ aliqui parti-
culares depaſci fecerunt eorũ animalia, ꝯſuluit Raph. Com.
conſi.

conſi. 158. niſi s inſtrumentis. & firmat etiam Bartho. Veron. in d. rub. de ſeruit. iur. depaſc. colum. 8. Bar. & Paul. de Caſt. in l. ſicut, §. 1. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. reſpondent ad glo. ibi, quæ videtur velle contrarium, vt procedat quantum ad retinendam & conſeruandam poſſeſſionem ſemel acquiſitam, quæ benè per particulares de vniuerſitate poteſt conſeruari & retineri abſque mandato Communitatis, non autem acquiri. & ita ſæpe conſuluit Com. conſi. 148. uiſo, ad fin. lib. 1. & conſi. 45. in cauſa uertente, col. 3. lib. 3. & conſ. 63. etſi hæc, colum. 2. lib. 4.

Non tamen fuit probatum ſecundum, ſcilicet ſcientia & patientia Communitatis Mirabelli. & licèt teſtes producti pro parte agentiũ deponant quod ipſi paſturarunt in uineis dicti plani, ſcientibus, & videntibus, & patientibus pluribus hominibus loci Mirabelli, non tantum probatur quod Com-
22 munitas ſeu populus Mirabelli ſciuerit & paſſus fuerit. † ad hoc enim ut probentur ſcientia, & patientia vnius Communitatis, requiritur quod articuletur & probetur quòd ſaltem maior pars populi ſciebat, & patiebatur, quod in caſu noſtro articulatum non fuit, nec teſtes hoc dicunt, ergo nõ dicitur probata ſcientia, & patientia Communitatis Mirabelli. Ita ſignanter conſuluit Panor. in d. conſi. 18. in cauſa & quæſtio. colum. fi. lib. 2. Alexand. con. 136. in cauſa & lite, colum. 6. lib. 2. Quinimo probatum fuit pro parte Communitatis Mirabelli, quòd paſculantes in vineis fuerunt pignorati & condemnati, & conſequenter conſtat quòd ipſa Communitas quando ſciebat animalia immitti in vineis, prohibebat, & non patiebatur.

Tertium requiſitum, ſcilicet bona fides, non etiã fuit pro-
23 bata. & ſi dicatur, † quod in dubio præſumitur quis bona fide poſsidere, l. penul. C. de euict. Reſpondeo dupliciter. Primo, ꝙ verum eſt ſi allegetur, aliàs non præſumitur, ſecundum Bald. in c. 1. §. ſi quis, in tit. ſi de feu. fuer. controuer. inter dom. & agn. vaſ. Bal. & Ang. in l. ſuper longi, C. de præſcrip. lon. temp. Ang. in l. cum quis, §. fina. ff. de pub. Alexan. conſi. 99. in cauſa & lite, col. pen. lib. 2. & conſ. 136. colum. 7. eodem lib. in caſu autem præſenti non allegarunt actores ſe bona fide immiſiſſe animalia in vineis, ergo &c. Secundò reſpondeo, quod qui poſsidet ſine tit. præſumitur mala fide poſsidere, l. cum querebatur, C. unde vi. l. ſuriun. §. fina. ff. de acq. poſſeſ. & ita volunt Cyn. & Bald. in d. l. ſuper longi. Alb. & Do. Iaſ. in l. clam poſsidere, in pri. ff. de acquir. poſſeſ. Homines autem Podij Guigonis ſine titulo hactenus immiſerunt animalia in vineis, ergo &c. Nec obſtat ſi dicatur, quòd imo ipſi aſſerunt ſe immiſiſſe uirtute allegatæ tranſactionis. quia reſpondeo, quod dicta tranſactio non præſtat tit. maximè immittendi animalia in vineis, ut
24 ſupra latiſsimè probaui. † Titulus autem, qui poteſt aliqua ratione, vel cauſa reprobari, vel reſcindi, non excuſat à mala fide, ca. apoſtolicæ, de donat. cum glo. vbi Imola not. & adducit tex. in l. cauſæ, §. interdictum, cũ l. ſeq. ff. de minor. hoc firmat etiam Alex. conſi. 45. circa præſentis conſilij materiã, lib. 3. reſpondens ad tacitum obiectum, ſi dicatur ꝙ Communitas Podij Guigonis potuit probabiliter ignorare, an contractus trãſactionis ualeret, & utrum eius virtute liceret animalia immittere in vineis: nã hoc dicere nihil eſt, quia
25 eſt allegare iuris ignorantiam, † quæ non præſumitur, l. leges, C. de leg. l. ſi hæredes ab eo, in fine, ff. ad Treb. & quæ iuris ignorantia nõ cauſat bonam fidem, quantum ad præſcriptionem, l. nunquam, in princ. & l. ſi fur, §. 1. ff. de viucap. l. quemadmodum, C. de agr. & cenſ.

Quartum requiſitum, uidelicet quaſi poſſeſsio, cuius ini-
26 tij memoria non habetur, nõ etiam probata fuit. † Nam ad probandum, quod non conſtet memoria in contrarium, requiritur quod probetur vſus & poſſeſsio centum annorum, ſecundum Cyn. in l. 2. in 9. q. C. de ſeruit. & aqua. Innocen. & Do. Anto. in ca. veniens, ad fi. de teſtib. Cępo. in tracta. ſeruit. vrb. c. 19. col. 2. vel ſaltem quod probetur quod communis opinio hominum eſt, quòd non ſit contraria memoria, l. ſi arbiter, ff. de prob. ſecundum Bar. in l. prima. §. labeo, in fine, ff. de aqua plu. arcen. Alexan. in d. cõſi. 135. colum. 5. Raph. Com. conſi. 77. viſis libello, &c. glo. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. Teſtes autem actorum non deponunt de annis quadraginta, nec etiam dicunt communem opinionem, etiam quod ſit contraria memoria, ergo &c. Et ſi dicatur, ꝙ deponunt ſaltem de poſſeſsione 20. annorum, quæ iuncto tit. tranſactionis, aut ſcientiæ, ſufficit ad præſcriptionem ſecundum glo. in d. l. ſeruitutes. Reſpondeo quòd allegata tranſactio, & allegata preconizatio, maximè quantum ad ius immittẽdi animalia in vineis, non præſtat cauſam præſcribendi, ut ſupra demonſtraui. vnde fruſtra totiens allegantur. Inſuper etſi teſtes producti pro parte agentium probarent aliquo modo vniuerſitatem Podij Guigonis eſſe in quaſi poſſeſſione: tamen quia pro parte Communitatis Mirabelli tàm per teſtes, quam per inſtrumenta probatum fuit, quod ſæpius homines Podij Guigonis depaſci facientes in uineis animalia, fuerunt pignorati & condemnati, & conſequenter fuiſſet interrupta præſcriptio, ca. illud, de præſcrip. Et hæc ſcripſiſſe ſufficiat, quantum ad petitorium.

Circa ſecundam dubitationem, an ſaltem Do. Franc. & Syndicus Podij Guigonis probauerint neceſſaria ad uictoriam obtinendam in interdicto uti poſſidetis? Omiſſa ſuperflua diſcuſſione, arbitror quòd non: & pro clariori demõ-
27 ſtratione ſciendum eſt, † quod agens interdicto uti poſſidetis, contra turbantes, oportet duo probare, uidelicet turbationem, & quod tempore illatæ turbationis, & tempore litis conteſtatæ, turbatus poſſederit, l. 1. §. interdictum autem, & l. 2. ff. uo poſſ. §. retinendæ, Inſt. de interd. traditur per Bartol. in d. l. 1. §. quod ait prætor, ad fin.

Primum autem requiſitum, quòd uniuerſitas Mirabelli, contra quam agitur, turbauerit ipſos actores, non uideo probatum: licèt enim teſtes deponant, quod certi homines de Mirabello pignorarint, & acceperint animalia depaſcentia de anno præterito in uineis, non tamen ſequitur, ergo uniuerſitas turbauit, vt ſupra dixi.

28 † Nam ad hoc, vt pro facto particularium poſſit uniuerſitas conueniri, requiritur quod conuocato conſilio ſono cãpanę, particulares de loco ſimul uniti ad exequen. cõſilium Communitatis turbauerint alium, ſecundum Bart. in l. aut facta, §. fi. ff. de pęn. cum concordan. allegatis per Fely. in ca. cum omnes, colum. 14. cũ ſequen. & col. 16. de conſt. & ſaltem oportet probare quòd uniuerſitas ratificauerit turbam illatam per particulares de loco, ca. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. Imo nõ ſufficeret probare, quòd uniuerſitas ratificaret turbam, niſi etiam probaretur quòd illa turba illata foret per particulares nomine uniuerſitatis, ut latè per Cur. conſi. 21. colum. 5.

29 Præterea, † probatio incerta non releuat probantem, ca. in præſentia, de probat. l. non hoc, C. unde leg. unde cum turba illata per certos homines de Mirabello, ſeu pignoratio animalium, potuerit fieri nomine & ad inſtantiam eorum, quorum ſunt uineæ, ſecus ad inſtantiam uniuerſitatis: concludendum eſt non eſſe probatum ꝙ uniuerſitas Mirabelli turbauerit ipſos actores.

Secundum etiam requiſitum, quòd ipſi actores tempore illatæ turbæ, & tempore litis conteſtatæ, eſſent in quaſi poſſeſſione, non reperio probatum: nam ut ſupra dixi, etſi teſtes producti pro parte actorum cõcludunt particulares quoſdã immiſiſſe retroactis temporibus animalia in uineis facta vindemia, non tamen propterea infertur, ergo uniuerſitas Podij Guigonis eſt in poſſeſſione. Inſuper etſi deponant retroactis temporibus, quoſdam immiſiſſe poſt uindemiam animalia eorum in uineis, non tamen deponunt quòd tempore illatæ turbæ actores eſſent in quaſi poſſeſſione, quod
30 erat neceſſe, d. §. interdictum autem; Facit, quia † quando qualitas debet adeſſe certo tempore, oportet præciſè probare quòd illo tempore adeſſet, ſecundum Bar. in l. nõ ſolum, §. ſed & probari, ff. de noui oper. nunc. cum ſolitis iuribus & authoritatibus ibi deductis per Alexan. & Modet. Nec di-
31 catur, † quod ex poſſeſſione de præterito præſumitur poſſeſſio de præſenti, ut per Bar. in l. ſiue poſſidetis, C. de proba. per Panor. & alios in d. c. cum eccleſia Sutrina. Et eſt uerum ſi reus iſtud alleget, ſecus ſi ſit actor, qui nõ audietur, niſi uerè probet ſe poſſidere tempore neceſſariò ad uictoriam, ſecundum Bald. in l. fi. C. de edicto diui Adr. tollen. Matb. in not. 116. incipiente, nota mirabilem doctrinam. Et in iſtis terminis procedit glo. in c. uolumus, 16. q. 4. & glo. in d. c. cum eccleſia Sutrina. quã hoc modo ab impugnationibus Doc. ſaluare debemus, ut ibi latius legendo declaraui,

S V M M A R I V M.

1 *Interdicto utili retinendæ poſſeßionis duo ſunt ab actore probanda, quaſi uidelicet poſſeßio, & turbatio tempore poſſeßionis, & num. 10.*

2 *Poſſeßio acquiritur uniuerſitati per particulares gerentes actũ de eius, uel agentium uoluntate.*

3 *Poſſeßio ad hoc ut acquiratur contra aliquem, requiritur eius ſcientia & patientia.*

Vniuerſitatis

4 *Vniuerſitatis ſcientia & patientia non perfectè probatur, niſi probetur maiorem partem populi ſenſiſſe, & paſſum fuiſſe.*
5 *Poſſeßionem retinet uniuerſitas per particulares.*
6 *Poſſeßio contra alium nuda conuentione non acquiritur, nec dominium, ſed per apprehenſionem corporalem.*
7 *Poſſeßio incorporalium, puta iuris depaſcendi, acquiritur per uſum paſcendi, & patientia aduerſarij.*
8 *Paſcua loca in ſola paſtione conſiſtunt.*
9 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Poſſeßione de præterito præſumitur præſens poſſeßio, niſi contrarium probetur.*
12 *Poſſeſsio ac titulus non acquiritur, nec probatur per præcepta negatiua, quàmuis illis paritum ſit. & nu. 17.*
13 *Tranſactio non poteſt fieri per procuratorem, niſi habeat ſpeciale mandatum, & de eo conſtet.*
14 *Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis, ſecundum communem Doct. opin. niſi fuerit in actu geſto per procuratorem ennunciatum.*
15 *Tranſactionis diffinitio.*
16 *Expreſſa demonſtratiuè nihil diſponunt, ſed tantum diſpoſita declarant.*
18 *Seruitus iuris paſcendi tollitur per rei mutationem ſciente & patiente ſeruitutis domino, & non reclamante, quia tunc res mutari non poteſt. & nu. 19.*
20 *Turbatio poſſeßionis, an verbis ac iudiciali contradictione inferatur, ſicuti facto.*
21 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

DE INTERDICTA POSSESſione, & proprietate.

RESPONSVM XIX.

SEntentia, per quam pronunciatum fuit d. Syndicos & homines Podijgnigonis fore & eſſe manu tenendos in quaſi poſſeſſione iuris depaſcendi animalia in uineis hominum Mirabelli, iniqua mihi videtur, & iniuſta rationibus aliàs per me deductis, & infra deducendis. Primò, quia non fuit probatum quòd uniuerſitas Podijguigonis vnquam fuerit in aliqua quaſi poſſeſſione depaſcendi animalia in vineis, quod probandum fuerat ne
1 ceſſario. † Nam in utili interdicto retinen. poſſeſſ. quod intentatum fuit, & ſuper quo iudicatum reperitur, oportet actorem probare duo, ſcilicet quaſi poſſeſſionem, & turbationem l. 1. §. interdictum autem, & l. 2. ff. uti poſſid. & ca. licèt cauſam, de probat. & licèt pro parte uniuerſitatis Podijguigonis fuerit probatum quod aliqui particulares fecerūt depaſci eorum animalia in dictis vineis, non tamen ex hoc ſequitur quod fuerit probatum uniuerſitatē Podijguigonis
2 eſſe in quaſi poſſeſſione depaſcendi: † quia ad hoc, ut per particulares acquiratur poſſeſſio, ſeu quaſi vniuerſitati, opus eſt quod particulares depaſci fecerint animalia de mandato & uoluntate uniuerſitatis, & eorum qui uniuerſitatis adminiſtrationem habent, l. 1. §. fi. ubi Bar. ff. de acquir. poſſeſ. Et ita in propoſito firmat Cępol. in tract. ſeruit. ſub rub. de ſeruit. iur. depaſc. & Raph. Com. conſi. 158. uiſis inſtrumentis. & Corn. conſi. 148. viſo, ad fi. lib. 1. & conſi. 46. colum. 3. li. 3. & conſ. 63. colum. 2. lib. 4. In caſu autem præſenti nec articulatum, nec probatum fuit, quòd particulares, qui depaſci fecerunt eorum animalia in uineis, id fecerint de mandato & uoluntate uniuerſitatis, ſeu eorum, qui præerant regimini ipſius uniuerſitatis Podijguigonis, ergo &c.

Sed ubi etiam articulatum & probatum fuiſſet, quod de mandato præſidentium regimini uniuerſitatis Podijguigonis particulares depaſci fecerūt eorum animalia in uineis, non tamen adhuc dicitur probata quaſi poſſeſſio depaſcendi animalia in uineis hominum Mirabelli, cùm non appareat quòd particulares depaſci fecerant animalia ſciente &
3 patiente uniuerſitate Mirabelli. † Nam ad acquirendam quaſi poſſeſſionem depaſcendi, requiritur ſcientia & patientia eius, contra quem agitur, ſecundum Bart. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Panor. & ibi dixi, in ca. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & propr. Verùm Syndici, ſeu uniuerſitas Podijguigonis, quæ agit utili interdicto uti poſſidetis, contra uniuerſitatem & homines Mirabelli, non probauit quod vnquàm depaſci fecerint animalia de ſcientia & patientia Communitatis & hominum Mirabelli, ergo &c. Et licèt teſtes uiſi ſint deponere quod particulares Podijguigonis depaſci fecerint animalia ſcientibus & patientibus hominibus Mirabelli, non tamen ex hoc dicitur probata ſcientia, & patientia uniuerſitatis & hominum Mirabelli:
4 † quia ad hoc ut plenè probetur ſcientia, & patientia uniuerſitatis, requiritur quod articuletur & probetur, quod ſaltem maior pars populi ſciebat & patiebatur, vt docet Pau. conſi. 18. in cauſa, colum. fina. lib. 2. & Dom. Alexan. conſi. 136. in cauſa & lite, lib. 2. in caſu autem noſtro iſtud nec articulatum, nec probatum fuit, ergo &c. Quinimo pro parte uniuerſitatis, & hominum Mirabelli fuit articulatum, & probatum, quod ipſa uniuerſitas & homines, quando ſciebant animalia depaſcere eorum uineas, ea pignori capiebant & detinebant, & depaſci facientes mulctabant. Nec dominus Aduocatus, qui pro uniuerſitate Podijguigonis nixus fuit meis fundamentis reſpondere, ad iſta quicquam reſpondet: ſed pro reſponſione præſupponit quod per inſtrumentum proclamationis, & per inſtrumentum tranſactionis, cōſtet de quaſi poſſeſſione uniuerſitatis Podijguigonis,
5 & propterea infert † quod licèt per particulares non acquiratur quaſi poſſeſſio uniuerſitati, niſi conſtet de mandato pręſidentium: tamen per particulares retinetur, ſecundum Paul. de Caſtr. in l. ſicut, §. 1. ff. quod cuiuſque uniuer. nomi. Sed meo iudicio, errore labitur: non enim per prædicta duo inſtrumenta conſtat de ulla poſſeſſione depaſcendi in uineis hominum Mirabelli: tamen quia nudis proclamatio-
6 nibus, † nudiſque conuentionibus non acquiritur poſſeſſio, nec dominium, l. nunquā nuda, ff. de acquir. rer. dom. in acquirenda enim poſſeſſione rerum corporalium requiritur corporalis apprehenſio, l. 3. in princip. ff. de acq. poſſeſ.
7 † in acquirenda uerò quaſi poſſeſſione iurium incorporalium, ut eſt ius depaſcendi, requiritur uſus depaſcendi & patientia aduerſarij, l. 3. §. dare, ff. de vſufr. qui uſus & patientia ex ſolis proclamationibus & conuentionibus non probatur, l. quotiens, ult. ff. de ſeruit. tit. generali. Inſuper etſi ſolis conuentionibus probaretur quaſi poſſeſſio, quod conſtat eſſe falſiſſimum, non per inſtrumenta prædicta probaretur ulla quaſi poſſeſsio depaſcendi animalia in uineis, eo quia de uineis nulla fit mentio in inſtrumentis. & licèt dicatur, quòd homines Podijguigonis poſſint animalia depaſcendi cauſa immittere in plano contentioſo: iſta tamen poteſtas ſanè eſt interpretanda, ut ſcilicet poſſint immittere animalia in plano paſcuo, non autem in uineis, l. ſicut, ff. de ſeruit. Quod conſtat etiam ex uerbis tranſactionis ibi, diuidat paſcua dictorum locorum.
8 † Ea enim paſcua dicuntur, quorum fructus in ſola paſtione conſiſtunt, l. Sylua cædua, §. fina. ff. de uerbor. ſignific. Vineæ ergo non erunt in tranſactione comprehenſæ, cum non ſint, nec nominentur paſcua, ut etiam no. in l. prima, C. de paſc. pub. & priu. Miror itaque, quod præſtantiſſimus Dominus Aduocatus Podijguigonis auſus fuerit dicere, quòd per inſtrumenta prædicta probetur, uniuerſitatem Podijguigonis eſſe in quaſi poſſeſſione depaſcendi animalia in dicto plano; & eo magis demiror, quia ex depoſitionibus teſtium conſtat, quod tempore dictorum inſtrumentorum nullæ erant in dicto plano uineæ, ſed ex poſt plātatæ fuerunt.

Quia ergo ratione potuit aſſerere, quòd per dicta inſtrumenta probetur quaſi poſſeſſio depaſcendi uineas, quæ cum inſtrumenta ipſa conficerentur, in rerum natura non
9 erant. † Non entis enim nulla poteſt probari poſſeſſio, l. prima, ff. de vſufruct. l. eius, qui. ff. ſi cert. peta. Verùm vbi probatum fuiſſet, quod Communitas Podijguigonis aliquando fuerit in quaſi poſſeſſione, quod probatum non
10 fuit, adhuc ſcientia foret, quia oportuit probaſſe † quod ipſa Communitas eſſet in quaſi poſſeſſione tempore, quo aſſerit ſe fuiſſe turbatam, d. l. prima, §. interdictum autem, ff. uti poſſid. quod minimè probatum fuit: nam teſtes deponen. quòd ipſi aliquando depaſci fecerunt, & alios depaſci facere uiderunt, non deponunt de tempore turbationis, ſed de anteriori tempore, ut lectura ipſorum de-
11 monſtrat. Nec dicatur, † quod ex quaſi poſſeſſione de præterito præſumenda ſit quaſi poſſeſſio de præſenti: quia, ut aliàs dicebam, talis præſumptio ſolum iuuat reum aſſerentem ſic poſſidere de præſenti, non autem releuat actorē ab onere probandi poſſeſſionem de præſenti; ſi eam pro ſe

alleget.ſecundum Bal.in l.fina.col.fi. C.de edicto diui Adr.
tollen.& not.Math.notab.160.nota mirabilem. Et ad iſta,
quæ tãgunt ſcopum, aduocatus aduerſantium obmuteſcit:
cætera,quæ titulum & petitorium concernunt, leuiter pro-
ſequitur, ita quod nec tantillo elidunt noſtra fundamenta,
ut ſtatim apparebit. Et licet hæc ſufficiant ad oſtendẽdã ini-
quitatem ſententiæ in ea parte, qua pronunciatum fuit dd.
Syndicos & homines Podijguigonis eſſe in quali poſſeſſio-
ne depaſcendi: quia tamen Iudex arbitratur prædictos ſyn-
dicos & homines Podijguigonis habere titulum & ius de-
paſcendi,ut ex lectura ſententiæ dignoſcitur, libet oſtende-
re quod nec etiam ullum titulum habeant, nec ius aliquod
depaſcendi in vineis.præſupponitur etiam conſtare de titulo
ex allegato inſtrumento proclamationum pœnalium pro-
hibentium hominibus Mirabelli, ut non habeant turbare
homines Podijguigonis in facultate depaſcendi. Sed ad
12 iſtud reſpondetur, † quod per præcepta negatiua, etiam ſi il
lis paritum ſit. non probatur titulus, neque poſſeſſio, ut eſt
caſus in ca.olim,de reſtit.ſpol.& ibi Innocen.& alij no. Vel
reſpondetur, quod proclamationes non loquuntur de ui-
neis, vnde ſunt intelligen. ut prohibeant hominibus Mira-
belli, ne moleſtent homines Podijguigonis depaſcentes in
locis paſcuis, & non in vineis, ut ſupradixi, & infra ſubij-
ciam. Item præſupponitur conſtare de titulo ex inſtrumen-
to tranſactionis, & ſuper hac tranſactione conſiſtit omnis
ſpes aduerſantium,ſed iſtud remouetur multipliciter.

13 Primo,† quia nõ conſtat de mandato tranſigentiũ.de quo
ſpecialiter conſtare debet, l. tranſactionem, C. de tranſact.
Nec obſtat inquantum aduocatus Podijguigonis inquit,
14 † quod plures ſolemnes Doct.tenent ex diuturnitate tempo
ris præſumi mandatum, & de auctoritatibus horum Doct.
in iudicando non eſt curandum: quia cõis opinio eſt con-
tra ipſos, ut atteſtatur D.Alexan in l.qui in aliena, in princ.
ff.de acquiren.hæredita.& conſi.1.lib.4.& Felv.in cap.ſicut,
de re iud.& Cur. conſi.49. vbi lariſsime proſequitur. Non
etiam obſtardum dicit, quod hæc communis opinio non
procedit, quando actus fuit geſtus nomine procuratorio, &
mandatum enunciatum, ut traditur per Dec.cõſi.36.& con
ſil.199. quia illud non ſeruit in propoſito, quia tranſigentes
non tranſegerunt procuratorio nomine, imo de rato pro-
miſerunt. Item in d.tranſactione non enunciatur aliquod
mandatum ad tranſigendum, ut præſupponit prẹfatus Do-
minus Aduocatus, qui credidit per illa uerba, procurator
& Syndicus uniuerſitatis Mirabelli, prout de eorum pote-
ſtate conſtat,&c. referantur ad mãdatum tranſigendi,quod
conſtat a veritate alienum eſſe, quia referuntur ad manda-
tum eiſdem factum ad lites & cauſas, ut apparet ex uerbis
narratiuis ipſius trãſactionis. hi enim procuratores ad lites,
& nonnulli alij,tranſegerunt ſuis priuatis nominibus, & no
mine omnium aliorum, pro quibus de rato promiſerunt,
quia mandatum ad tranſigendum non habent.

Secundo reſpondetur, quod licet hi, qui tranſegerunt,
habuiſſent mandatum, non tamen potuerunt in dicto pla-
no, quod mouetur de directo dominio Domini Dalphini,
imponere ſeruitutem, uel obligationem ullam depaſcendi
pecora, l. ſi unus,cum ſimilibus, ff.de ſeruit. Nec huic fun-
damento obſtat, dum dicitur quod nulla fuit impoſita ſer-
uitus, uel obligatio in dicto plano per dictam tranſactio-
nem, ſed fuit ſolum reſeruatum ius depaſcendi, quod ho-
minibus Podijguigonis competebat uirtute allegati inſtru-
menti præconizationis. Iſta ſolutio,pace aduerſantium, ni-
15 hil penitus facit in propoſito, tum † quia tranſactio eſt de re
dubia,& lite incerta,l.prima,ff.de tranſact.ergo facultas de-
paſcendi ante tranſactionem erat dubia, & per tranſactionẽ
firmatur: tum quia per trãſactionem à prohibitione de non
depaſci faciendo animalia in territorio Mirabelli excipiun
tur certæ partes territorij ſupra declaratæ, & in inſtrumento
proclamationum deſignatæ, inter quas eſt planum conten-
tioſum: & ſic relatio habetur ad inſtrumentum proclama-
tionis demonſtrationis gratia.

16 † Expreſſa autem demonſtratiuè nihil diſponunt, ſed di-
ſpoſita tantum declarant, l.quidam teſtamento, ff.de lega.
primo,& ff. de ademp leg. l. Lucius. Tranſactio ergo eſt,
quæ diſponit: inſtrumentum autem proclamationum di-
ſpoſita per tranſactionem declarat. Sed admiſſa reſpon-
ſione aduerſantium ſine ueritatis præiuditio, ſcilicet quod
per tranſactionem reſeruetur dumtaxat ius depaſcendi ho-
minibus Podijguigonis virtute dictarum proclamationũ;
ſi diximus per huiuſmodi reſeruationem nullum ius ac-
quiri, niſi quod competebat antea uigore dictarum procla-
17 mationum, tunc reſpõdeo † quod virtute ipſarum nullum
ius anteà competebat: tum quia, vt ſupra dixi,per tales pro-
clamationes prohibitiuas non acquiritur ulla poſſeſſio,nec
ullus titulus,d.ca.cum olim, ubi Panor.& alij no. tum quia
Iudex, qui tales proclamationes decreuit non potuit in prẹ
iudicium Dalfini Domini directi,non citati nec uocati per
uiam proclamationum, imponere ſeruitutem & obliga-
tionẽ in dicto plano,iuribus notiſſimis.ſi uero diceremus,
quod per tales reſeruationes tranſigentes in præiudicium
hominum Mirabelli conſentiunt, quod uigore talium pro
clamationum acquiratur ius depaſcendi hominibus Podij
guigonis, tunc conſtat quod ex defectu mandati non po-
tuerunt conſentire, & approbare ipſas proclamationes.

Tertio reſpondetur tam ad proclamationem quàm ad
tranſactionem, quod tunc temporis planum erat totum pa
ſcuum & eremum & zerbidum: ſed poſtea ipſis homini-
18 bus Podijguigonis † ſcientibus & patientibus redactum fuit
ad uineas, & ſic rei mutatione extinctum fuit ius depaſcen-
di, ſi quid plus competijſſet, l.Labeo ait. §.fin.cum l.ſequen.
ff.de aqua plu.arc.& firmat Cẹpol.in tract.ſeruit.ſub rub.de
ſeruit.iur.depaſc. Nec huic rationi obſtat, dũ dicitur quòd
in præiudicium ſeruitutis debitæ non potuit res mutari, &
ſic non potuit planum reduci ad vineas, l. ſi quid, & l. præ-
ſes,C.de ſeruit.& aqua.quia nec iſtud ad rem noſtram facit.
Nam aliud eſt quærere, an planum potuerit reduci ad vi-
neas, & ſic res mutari in præiudicium ſeruientis. Aliud eſt
quærere, an ſi res ſit mutata, durare habeat ſeruitus. Si de
19 plano quæratur, fateor † quod reclamantibus his, qui ius
depaſcendi habent, quod non poteſt res mutari. Sed iſte nõ
eſt caſus noſter, quia paſcua fuerunt mutata in vineas ſcien
tibus & conſentientibus hominibus Podijguigonis,qui de
rei mutatione non conqueruntur, nec agunt,vt res repona-
tur in priſtinum ſtatum; nec ad intereſſe, quia res ſit mu-
tata. Si uerò quæritur de ſecũdo, an re mutata extinguatur
ius depaſcendi, Cẹpol.& alij Doct. omnes cõcludunt,quòd
ſic: & iſte eſt caſus noſter, & de hoc agitur. Vnde reſpon-
ſiones aduerſantium non attingunt punctum controuerſiẹ.
Ex quibus conſtat bene appellatum, & malè iudicatum,
cum non fuerit iuſtificata agentium intentio nec in peti-
torio, nec in poſſeſſorio. Illud etiam addidi aliàs, quod
nec etiam homines Podijguigonis probarunt ſe fuiſſe à
Communitate Mirabelli turbatos in aſſerta quaſi poſſeſſio-
ne depaſcendi, ſi quam habent. & iſtud fatentur aduerſan-
20 tes, ſi de turbatione facti loquutus fuerim. † Sed quia tur
batio infertur etiam verbis, & ſola iudiciali contradictio-
ne, ſecundum Bartol. in l. ſi præſens, in fine quintæ op. ff.
de noui oper. Hoc reſpectu prætendunt probaſſe ſe turba-
tos à communitate Mirabelli, qui libello ipſorum agentiũ
contradixerunt; & propter hanc verbalem contradictionẽ
Iudex condemnauit vniuerſitatem & homines in expenſis
& ad deſiſtendum, &c. & malè, rationibus ſubſequentibus.
Primo, quia Imola,Ludo,Roma.in d.l.ſi plus. tenent quòd
in interdicto vti poſſid. & ſuper quo pronunciatum fuit, vt
patet ex lectura ſententiæ, non ſufficiat verbalis contradi-
ctio, vt dicit ibi Imola, quod ita obtinuit de facto. & idem
tenet Imola in ca. audita, in fine,de reſtitu. ſpolia. vbi obti-
nuit de facto. Panormit. colum. 3. dicit, quod contraria
opinio eſt euidenter falſa. & ita conſuluit Dom. Alexand.
conſi. 136. in cauſa & lite, colum. 3. lib. ſecundo. & licèt
Iaſ. & alij plures teneant, quod ſufficiat verbalis contradi-
ctio, non tamen Do.Iudex in caſu noſtro debuit propter ta-
lem verbalem contradictionem condemnare dictam Com
munitatem & homines Mirabelli: quia poſito quod opi-
nio Iaſo. quæ fuit Cyn. & aliorum, quos ipſe & Alexand.
referunt, eſſet vera, illa procederet, quando non eſſet ſpe-
cificata qualitas turbæ in libello: nam vbi ſpecificata fuit,
illa probari debuit, l. habebat, ff. de inſt. act. ſi enim ſu-
per ſpecificata turba ſit lis conteſtata, ſuper ea pronuncian-
21 dum fuit, † & eſt, vt ſententia ſit conformis libello, l.vt fun-
dum, ff. communi diuidun. c. licèt Heli, de Simon. Item
opinio eorum,qui tenent,quòd in interdicto vti poſſidetis,
ſufficiat ꝙ reus turbet actorem verbis, contradicen. eius
intentioni,procedit alijs pluribus concurrentibus.Primo,ꝙ
actor intentauerit interdictum retinendæ pro moleſtia uer
bali ſibi intentata,antequam fuerit iudicium intentatum,
Ita quod Reus fuerit litem conteſtatus,non negando illam
moleſtationem uerbalem in libello deductam. Item requi
ritur, quòd uerbalis contradictio ſit talis, per quam ſequa-
tur aliquod impedimentum facti, quo mediante actor nõ
poſſit liberè uti ſua poſſeſſione,l.vim facis,ff.de vi,& vi arm.
puta

puta quòd propter verbalem moleſtiam non inueniantur
paſtores, qui velint cuſtodire pecora in dicto plano, ut do-
cet Bartol. io l. prima, §. huius autem. ff. uti poſſid. uerùm in
libello agentium fuit ſpecificata qualitas turbæ, quia fue-
runt animalia capra, & probatum non fuit quod nomine
Communitatis Mirabelli capra fuerintu. Item non fuit ar-
ticulatum, & minus probatum, quod ante intentatum iu-
dicium uniuerſitas Mirabelli verbo vllo, vel facto turbaue-
rit homioes Podijguigonis: & vbi probatum fuiſſet quod
vniuerſitas Mirabelli verbo contradixerit, non tamen pro-
batum fuit, nec articulatum quod actores propter talem cō
tradictionem fuerint impediò, vti ſunt, & non inuenerint
paſtores, qui uoluerint pecora depaſci facere in dicto pla-
no. Ex quibus videtur benè appellatum.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto retinendæ poſſeſsionis eſt probanda ab actore poſſeſ-
ſio tempore perturbationis & litis conteſtatæ.*
2 *Poſſeſsio iurium incorporalium non acquiritur per actus, qui
fiunt iure facultatis, ut ire ad coquendum ad furnum, uel ad
molendum in molendino alterius, ſed mediante prohibitione,
& quòd ei acquieſcatur. & nu. 7.*
3 *Regalia an præſcribuntur.*
4 *Iura negatiua ullo tempore non præſcribuntur, ſecus uerò af-
firmatiua.*
5 *Iura negatiua nunquàm poſſidentur, uel quaſi.*
6 *Præſcriptio ſine poſſeſsione non currit.*
8 *Poſſeſsio, & natura iurium negatiuorum, in actu prohibitiuo
conſiſtit.*
9 *Obligationem perſonalem ſingulorum concernit, quòd quilibet
eat ad coquendum uel molendum, in furno uel molendino al-
terius, non uniuerſitatis. & num. 14.*
10 *Vniuerſitatis ſyndici, & actores, non habent authoritatem di-
ſponendi de rebus particularium, quia aliud ſinguli, aliud
uniuerſitas.*
11 *Procuratores ad cauſas non poſſunt facere ea, quæ non concer-
nunt lites, niſi ſpeciale habeant mandatum.*
12 *Ex ſeparatis non fit illatio.*
13 *Regula, ſi de quo magis, &c.*
14 *Obligationes perſonales non ligant ſucceſſores.*

RESPONSVM XX.

AGit Dom. Prior Articellæ
interdicto retinendæ, ſeu remedio reintegran-
dæ, tanquam ſpoliatus quaſi poſſeſſione ſolus te-
nendi furnos & iura & emolumenta furnorum
percipiendi contra uniuerſitatem & incolas loci de Rocha.
& ex concluſione libelli. de quo folio proceſſus 16. lata fuit
ſententia in fauorem Domini Prioris agentis per eius effe-
ctum mandare dictis hominibus ne habeant turbare & mo
leſtare ipſum Do. Priorem in poſſeſſione, ſeu quaſi, deco-
quendi & decoqui faciendi in ſuo furno panes ipſorum ho
minum, mandan. obturari gulam furni contentioſi nouiter
conſtructi per vniuerſitatem citra præiudicium iuris vtriuſ-
que partis, & iuris attributionem, vt conſtat tenore ſenten-
tię, de qua fol. 54. & ſeq. Nunc coram ſuprema Curia pendet
cauſa poſſeſſorij, nec non cauſa recurſus à dicta ſententia
per Do. Commiſſarium lata; quæritur quis habeat potiora
iura?
1 Pro reſolutione habenda ſciendum eſt, † quòd agenti in
terdicto retinendæ quaſi poſſeſſionis, incumbit onus pro-
bandi, quod erat tempore turbæ & litis conteſtatæ in poſ-
ſeſſione, ſeu quaſi, & niſi probat, abſoluendus eſt reus, ſe-
cundum Bar. in l. prima, §. quod ait prætor, ff. vti poſſid. Pan.
in ca. licet cauſam, de probat. Alexan. conſi. 136. colum. 2.
lib. 2. inquirendum ergo eſt, an Dominus Prior probauerit
quod erat in quaſi poſſeſſione huius iuris cogendi homi-
nes dicti loci ad coquendum eorum panes in ſuis furnis. &
prohibendi ipſis hominibus, & uniuerſitati, ne ædificarent
ſibi furnum.

Ex hoc ſolo, quòd homines dicti caſtri conſueuerint etiā
longiſſimo & immemorabili tempore accedere ad coquen
dum eorum panes in furnis domini dicti loci, & iura furni
ſoluere, non poteſt dominus prætēdere ſe probaſſe aliquam
quaſi poſſeſſionem, quia ire ad coquendum panes in furno
alterius, uel ad molendum in molendino domini, uel alte-
rius, eſt facultatis, cùm ſit in facultate volentis ire, vel non
2 ire. † Per actus autem, qui fiunt iure facultatis, nunquam ac-
quiritur quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, l. 1. §. deniq;
Marcellus, & l. ſi in meo fundo, ff. de aq. plu. arc. l. fluuium,
§. item videam. & l. Proculus, ff. de dam. infecto. & ita do-
cent Innoc. Panor. & Do. Anto. in c. cum eccleſia Sutrina, de
cauſa poſſ. & propriet. vt in c. bonæ, de poſtul. prælat. & in ter
minis noſtris Panor. poſt alios, in c. Abbate Sancti Silutani,
de verb. ſig. & in c. quod ad tranſactionem, de oſſ. leg. & in c.
ſignificante, per illum tex. de appel. Bald. in l. 1. col. 2. C. de
ſeruit. & aq. Cepol. in tract. ſeruit. Vrban. caut. 50. ſub rub. de
furno. Do. Iac. de Sancto Gregorio in tract. feud. in verbo, 1.
& cum molendinum. D. Guid. Papæ deciſ. 498. poſſedit &c.
Balb. in tracta. præſcrip. in 4. parte. Bald. conſil. 129. libro 2.
& conſil. 277. in quadam deciſione, eodem lib. & Ana. con-
ſil. 154. ſummæ prudentiæ. & Dom. Steph. Bertran. conſi. 1.
colum. fina. lib. 3. vbi dicit, quod dominus loci non poteſt
prætendere ſe eſſe in quaſi poſſeſſione compellendi ſubdi-
tos ad coquendum eorum panes in furnis ſuis ex ſolo vſu
ipſorum hominum, qui conſueuerunt ire ad furnos do-
mini.
3 Non obſtat ſi dicatur ex vſo tanti temporis † præſcribi etiā
regalia, vt per Bal. in ca. 1. quæ ſint regalia. vt probatur io c.
ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſigniſ. cum ſimilibus.
4 † quia aduertendum eſt, quod quædam ſunt iura affirma-
tiua, quędam negatiua: ſi de affirmatiuis quæratur, contra-
rium poteſt procedere: ſi de negatiuis, ut eſt ius non eundi
ad aliud molendinum, vel ad alium furnum, & ius altius
non tollendi, furnum non ędificandi, talia iura nunquàm
5 præſcribuntur, † quia nunquàm poſſidentur, vel quaſi, quia
euntes ad furnum alterius, vel non conſtruentes nouos fur-
nos iure facultatis, ſemper vadunt, & ſemper abſtinent à
ꝯſtructionibus, ꝓ arbitrio, iuribus ſup. allegatis. Et ſi inſtetur,
6 † quòd imo etiam iura ſunt pręſcriptibilia vt eſt tex. in d. ca.
ſignificante. iſtud conceditur habita poſſeſſione: nam ſine
poſſeſsione non præſcribitur, reg. ſine poſſeſſione, de reg. iu.
quia poſſeſſio non habetur ex hoc ſolo, quòd homines ſem-
7 per iuerint ad furnum domini, † ſed requiruntur duo. Pri-
mum, quod dominus prohibuerit volentibus ędificare fur-
nos, nec ędificarent: & volentibus ire ad coquendum panes
8 in furnis aliorum, ne recederent, † quia natura & poſſeſſio
horum iurium negatiuorum tota conſiſtit in actu prohibi-
tiuo, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſeruit. & aq. Secundum,
quòd prohibiò acquieſcerent, niſi enim prohibiti admiſe-
rint prohibitionem, non poteſt prohiben. acquirere poſſeſ-
ſionem huius iuris prohiben. ſecundum glo. in l. qui lumi-
nibus, ff. de ſeruit. vrban. præd. ubi Pa. da Ca. & alij tradunt.
& eſt tex. in d. c. ſignificante. & ita in propoſito conſuluit etiā
D. Steph. Bertran. cōſ. 29. viſo conſultatiōnis themate, lib. 3.
& in ſimili Dec. conſ. 197. in cauſa inquiſitionis.

Videndum ergo eſt, vtrum hęc duo ex parte Domini Prio
ris probata fuerint? quia atteſtationes non fuerunt ad me
delatæ, non poſſum dare certum reſponſum: id vnum affir-
mo, ꝙ ſi articulatè parte vniuerſitatis & hominum ſunt veri
ficata, impoſſibile eſſe ꝙ intentio Domini Prioris ſit proba-
ta: quia in articulis vniuerſitatis præſupponitur ꝙ adhuc ha
beant furnos in baſtitis, ex quibus conſtat, ꝙ ſi quatenus ap-
pareat quod aliquando fuerint prohibiti; non tamen prohi
bitioni parere voluerunt.

Non obſtat, ꝙ ſyndici uniuerſitatis aliquando ſuppleue-
rint Domino Priori, ꝙ dignaretur ampliare ſuum furnum:
quia reſpondetur multifariam multiſq; modis. Primò quā-
tum ad particulares homines huiuſmodi ſupplicatio non
9 facit in propoſito, † nam ꝙ quilibet ſit obligatus ire ad co-
quendum panes io furno Domini Prioris, & nullus poſſit
furnum conſtruere, cōcernit obligationem perſonalem ſin-
gulorum, non vniuerſorum, vt vniuerſitas. Aliud enim ſin-
guli, aliud populus vniuerſitatis, l. ſed ſi hac, §. qui manumit
10 tere, ff. de in ius voc. † Syndici autem, ſiue actores vniuerſita
tis, non habent poteſtatē diſponendi de rebus ſingulorum
particularium. & multo minus de perſonis, ſeu obligatione
perſonali, ſm Bar. in l. quod maior, ff. ad municip. & Pan. in
c. cum oēs, col. 4. & ibi Felv. col. 1. de conſt. Quantū vero ad
11 vniuerſitatē, rńdetur ēt, † ꝙ Syndici licèt ad lites, & dicēdas

cauſas uniuerſitatis, dicuntur habere mandatum, c. 1. de Sin
di. non tamen ad negotia. & ad petendum & ſupplicandum
ea, quæ non concernunt lites, ullum mandatum habẽt, niſi
quatenus in ſpecie data reperit, ut probat Corn. cõſi. 177. in
hac re. lib. 2. vnde cum de mandato ipſorum ſupplicãtium
non appareat, fruſtra allegatur ex parte domini Prioris ꝑten
ſa ſupplicatio. Sed fac, conſtare de mandato: Reſpondetur,
ex tali ſupplicatione nihil inferri ad poſſeſſionem huius iu
ris negatiui, quod uniuerſitas & homines non poſſunt no-
12 uos furnos conſtruere, cum ſint penitus ſeparata, † & ex ſe-
paratis nihil ſequitur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. fina.
ff. de calum. ſicut enim Domino Priori nõ fuit acquiſita ali-
qua quaſi poſſeſsio huius iuris negatiui ex eo, quod homi-
nes acceſſerint ad furnum ipſius ad coquendum panes, pari
ratione nõ poteſt videri quæſita ex eo, quod ſupplicauerint,
quod furnum ampliare dignetur: quia talis ſupplicatio eſt
facta ad præparandum & ampliandum furnum, vt commo-
dius poſſent accedere ad coquendum, vt cantat tenor ſup-
plicationis. Si ergo ex ipſo actu decoquendi non acquiritur
vlla poſſeſsio, vel quaſi ipſi domino, multò minus fuit acqui
ſita ex præparatorijs ad actum, argum. l. oratio. ff. de ſponſ.
13 † nam ſi de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergo nec
de quo minus, auth. multo magis, C. de ſacroſan. eccl. l. qui
indignus, ff. de Senator.

Non obſtat, quod Dominus Prior ſit dominus loci, quia
non ſequitur, ergo habet iura furnorum, & ius prohibendi,
ut concludunt omnes Doctores in locis præallegatis. Non
obſtat, quod Hoſtien. & Do. Ioan. And. & nonnulli alij uiſi
fuerunt tenere contrarium, quia eorum ſententia eſt com-
muniter reiecta; & vbi vera foret, nihil ſeruit Domino Prio
ri, quia poteſt procedere in ſupremo Principe, prout ipſi lo-
quuntur: ſecus in inferioribus dominis: ita reſpondet Do.
Steph. Bertran. in d. conſ. 1. in 8. dubio.

Non obſtat, quod ipſe Do. Prior ſit dominus directus do-
mus, in qua uniuerſitas ręędificauit furnum, & quod in in-
ſtrumento emphyteuſis conuentũ ſit, quod furnus antiquus
ibidem exiſtens deberet demoliri. Quia reſpondetur plu-
ribus modis. Primo, quod hæc eſt alia & diuerſa cauſa à
iudicio poſſeſſorio huius iuris negatiui, quod homines non
poſſint furnos erigere, & alio ire ad coquendum eorum pa-
nes. Aliud, quod non poſſint reędificare furnum in dicta do
mo propter dominium directum, quod habet Dominus
Prior in d. domo, & propter pactum initum cum emphyteu
ta de non conſtruendo ibidem furnum, ſeu de demoliendo
furnum ibidem antiquitus conſtructum, quia de hoc non
agitur, & in ſententia Domini Commiſſarij fuit reſeruata
14 cognitio. Secundo reſpondetur, † quod huiuſmodi pacta
inita cum emphyteuta ſunt perſonalia, ideo non ligant ſin-
gularem ſucceſſorem, l. fina. ff. de contrahen. empt. firmant
glo. Bar. & alij, in l. 3. §. opus, ff. de alien. iud. mut. cauſa facta.
Super quibus non inſiſto, quia non eſt punctus principalis,
de quo diſceptatur: nam vbi pacta huiuſmodi eſſent in rem,
quod non puto, hoc nihil ad homines ut ſingulos, qui nul-
lum ius habere contendunt in dicta domo donata vniuer-
ſitati, ſed prætendunt ut ſinguli poſſe facere furnos, & ire pro
libito ad coquendum panes quo placuerit; & quantum ad
particulares homines, qui litem hanc proſequuntur, non
pertinet diſputatio & controuerſia dictæ domus, & pa-
ctorum.

Laus Deo Opt. Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Remedium Canonis reintegran. habet locum etiam in iuribus incorporalibus.*

2 *Interdictum aqua quot. & æſtiua, uel remedium Can. reintegran. intentans, debet probare poſſeſsionem & ſpolium.*

3 *Poſsidens una die, uel nocte aquam, toto anno poſſediſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.*

4 *Poſſeſsio non acquiritur ex uſu facultatis aut familiaritatis, minus & præſcriptio.*

5 *Interdicto recuperan. ſat eſt in iuribus incorporalibus ſpoliatũ credidiſſe uſum fuiſſe iure ſuo, & ſi errauerit.*

6 *Seruitus habens cauſam continuam, præſcribitur ſpatio decennij abſque titulo.*

7 *Aquæductus ac meatus, qui non poteſt fieri abſque impenſa, præſumitur factus ab eo, in cuius utilitatem fuit aqua.*

8 *Seruitus poteſt per ſententiam, ac per rem iudicatam conſtitui.*

9 *Sententia facit ius inter partes, & habetur res iudicata pro ueritate quò ad partes ipſas, non quò ad tertium: ac in petitorio, non in poſſeſſorio.*

10 *Facultatis iure non dicitur quis uti ſeruitute aquæ ducendæ, quando aqua labitur facto hominis.*

11 *Minus quando in fundo uicini aliquid eſt factum patiente uicino.*

R E S P O N S V M XXI.

IN cauſa Comitum Gambaranę ex una, & no-
bilium de Zacharijs ex altera; ſiue dicamus in-
tentatum ſpolium, & ſic remedium l. ſi quis ad
1 ſe fundum, C. ad leg. Iul. de ui. † Quod remediũ
habet etiam locum in iuribus incorporalibus, ut eſt ius a-
quæ ducendæ, de quo in princ. c. querelam, de electio. cum
alijs, &c. ſiue dicamus intentatum Interdictum de aqua
2 quot. & æſt. neceſſe eſt, quod ipſi ipſi Comites, † ſi volunt
obtinere, quod probauerint duo, ſcilicet poſſeſſionem ſeu
quaſi, & ſpoliat. De primo eſt tex. in cap. conſultationibus,
de off. deleg. vbi omnes Doctor. De ſecundo eſt tex. in l. pri-
ma, in princ. ff. de aqua quot. & æſti. vnde ego, qui intercedo
pro ipſis Comitibus, qui omnem Iuſtitiam fouent, & qui-
bus multum debeo, breuiſſimè demonſtrabo, ipſos iſta duo
probaſſe, & conſequenter fundaſſe optimè ſuam intentio-
nem. Vnde diſcurrendo omnes quatuor teſtes productos
per ipſos Comites, & eorum dicta perſcrutando, prorego
quod concorditer omnes deponunt, quòd ab annis viginti-
quinque citra, & à ſuo recordari citra, dicti Comites vſi ſunt
aqua ex dictis fontibus, de quibus agitur, oriente pacificè
& quiete, & nemine contradicente, pro uſu eorum molendi-
ni & prati irrigatione. Vnde ex tali uſu dicit̃ ꝓbata quaſi poſ
ſeſſio iuris ducendi aquam, prout eſt tex. in l. 1. §. quæſitum,
3 ff. de aqua quot. & æſti. vbi dicitur, quòd † illud interdictũ
non ſolùm competit ei, qui hoc anno duxit aquam: ſed etiã
ei datur, qui aliquando duxit, licèt tempore ſpoliationis nõ
duceret, dummodo aqua ex ſe ipſa flueret: & ſufficit ad pro-
bandum quaſi poſſeſſionem, probare quod eo anno vſus ſit,
quinimò vna die; uel una nocte, d. l. 1. §. quod ait, & §. illud,
quia ſi ſemel illo anno poſſedit, ſemper præſumitur poſſediſ
ſe, niſi probetur contrarium, l. ſiue poſſidetis, C. de probat.
Accedat patientia partis aduerſæ, qua mediante dicitur Co
mites fuiſſe poſſeſſores, iuxta not. in l. quoties, ff. de ſeruit. &
in l. 2. C. eod. talis igitur poſſeſſio cauſatur ex ſcientia & pa-
tientia aduerſarij, & vſu poſſidẽtis, l. 1. §. fin. de ſer. ruſt. pręd.
Et illud eſt generale, quod quaſi poſſeſſio iurium incorpo-
ralium, ut eſt ius aquæ ducendæ per aliquos actus facti, pro-
bari poteſt, vt eſt text. & ibi Panor. in ca. cum olim, de cauſa
poſſeſ. & propriet. ſed hic adfuit actus facti continuati tanto
tempore, ſcilicet irrigationis prati ex dicta aqua, & conti-
nua macinatio molendini: igitur concluditur optimè pro
batum fuiſſe quaſi poſſeſſionem iuris dicendi dictam a-
quam.

Spoliatio patet euidenter, quia primi duo teſtes dicunt
factum nouum cauamentum, per quod aqua diuertitur à
curſu ſolito labendi ad molendinum dictorum Comitum,
& quòd bucha conductus dictorum Comitum fuit obtura-
ta, ex quibus cauamento & obturatione, ſine dubio dicun-
tur ſpoliati iure ducendi dictam aquam, ut eſt caſus apertus
in d. l. prima, §. Labeo, ubi dicitur, Labeo putat per illud in-
terdictum prohiberi quem, ne faciat, fodiat. ſerat. ſuccidat,
putet. ędificet, qua ex re aqua in genere vitietur, corrumpa-
tur, deteriorve fiat. & tex. in d. l. prima, §. competit, & in l. ſi
quis diuturno, ff. ſi ſeruit. uend. Nam in iuribus incorpora-
libus dicitur quis ſpoliari poſſeſſione ſua per impedimen-
tum facti, vt eſt tex. in l. Atilicinus, ff. de ſeruit. ruſt. pręd. vrb.
& in l. ſequenti, §. ſi viam, ff. de vſucap. per quæ iura ita dicit
Bald. in l. 2. col. 3. C. de ſer. & aqua. Alex. conſi. 108. eo. volu.
Curt. conſi. 33. ſed quia iam ſentio partem aduerſantem di-
centem, nihil agis ſi non probes, etiam quòd iure ſeruitutis
ipſi Comites vſi ſint dicta aqua, & quod iure ſeruitutis ſint in
poſſeſſione dictæ aquę: quia ex quo probatum eſt, ꝙ fontes,
ex quibus oritur dicta aqua, ſint in fundo dictorũ de Zacha-
rijs, vñ dicti Comites potuerunt ea vti iure facultatis, & non
iure ſeruitutis: vñ vr̃ licuiſſe ipſis de Zacharijs diuertere, l. 1.
§. deniq; , ff. de aq. plu. arcen. & in l. ſi in eo fundo, ff. eod. tit.
& in

& in l.fluminum,§.itē uideamus, & l. Proculus, ff. de dam.
4 inſe. † potuerunt enim uti iure facultatis,quo caſu nūquam inducitur quaſi poſſeſsio,ut in dictis iuribus. Vnde dici ſolet quod in his,quæ ſunt facultatis, numquam cauſatur præſcriptio, quaſi etiam non præſupponitur poſſeſſio, l. uiam, ff.de uia pub.Bart.in l. cum notiſsimi,ff.de præſcrip. 30. uel 40. ann. uel etiam potuerunt uti iure familiaritatis : unde non poſſiderēt,&c. l. qui iure familiaritatis,ff. de acq. poſſeſſ. Dico etiam, quod probatum eſt ipſos Comites fuiſſe uſos dicta aqua, credentes uti illo iure ſuo, & conſequenter reſtituendi ſunt. Et omiſſa diſputatione, quæ fienda uenit in
5 petitorio, an iuſtè uſi ſint,uel iniuſtè; dico † quod in aſſertorio recuperandæ in iſtis iuribus incorporalibus ſufficit ꝙ ſpoliatus crederet ſe uti iure ſuo, licet erraret. caſus eſt planus in l.1.§.ſed & ſi iure aqua non debetur, ff. de aq.quot. & æſti.& ibi Bar.& idem Bar.in l.1.§.hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priu. & quantum ad interdictum recuperandæ,ſufficit quod probetur quaſi poſſeſſio, etiam quòd ſit cum mala fide,ſecundum Panor.in c.cum eccleſia,de cauſa poſſ.& proprie.in glo.4. Iſta autem credulitas,cum dependeat ab animo ipſorum Comitum,videtur ſufficiens probatio ipſius, ſi iurent ita ſe crediddiſſe, iuxta glo.vulg.in §.æquè, Inſt.de act. tamen aliter probatur, quod epiſcopi Comites uſi ſint iure ſeruitutis, & crediderint ſic ſe uti : nam ex quo continuato
6 tempore † non ſolum ſpatio decennij, quo præſcribitur ſeruitus habens continuam ſine aliquo titulo,ut per Bal.in l.a. C.de ſeruit.& aqua,& Doct.in c.uigilanti,de præſcript.& eſt caſus clarus in d.l.ſi quis diuturna, ſed ſpatio annorum 20. & 30. & ultra, uſi ſunt dicta aqua, certè credere legitimè potuerunt ſe uti iure ſeruitutis; nec requiritur ꝙ aliquis actus probetur,per quem appareat uſos fuiſſe iure ſeruitutis. ita in terminis tenent Imo.& Panor. in ca. ſi diligenti, col.3.de præſcrip.& Bar.in l.ſeruitutes.ult.ff.de ſeruit.cum multis authoritatibus,quas refert Fel.in c.quarta,col.12.ubi dicit iſtā eſſe communem opinionem,de præſcrip.& Bar.in l.3.unde ui,ff.de ui,& ui armata.

Tertio,quòd ipſi Comites uſi ſint iure ſeruitutis,probatur ex ſignis & ex meatu, ſeu roxiollo facto in fundo ipſorum de Zacharijs: nam talis meatus & cauamentum fieri nō poteſt citra ius & nomen ſeruitutis, ſeu non præſumitur aliter factum. iſtud probatur in l.1.§.Iulianus, ff.de itin.actuq; priua. quem not. ad hoc ibi Bar.& Bar.in l.1.§.hoc interdictū, ff.eod.Panor.poſt Innoc.in c.bonæ,de poſt.præl. Cum ergo in tanto tempore ibi fuerit talis meatus facto hominis factus,certè ipſi Ioan. Andreas,& cæteri Comites licitè crede-
7 re potuerint,quod factus fuerit à ſuis anteceſſoribus:† quia cum talis meatus fieri non poſſit ſine impenſa, & ignoretur à quo fuerit factus,debet intelligi factus ab his,in cuius utilitatem ipſa aqua deſeruit,iuxta doctrinam Bartol.in l.cum ſeruus,ff.de uerb.oblig.cum cōcordantijs, de quibus ibi per Moder.& per Fel.in c.nonnulli,§.ſunt & alij, colum.x.de reſcrip.& per Ale.conſi.54.incipien.quidam nob. uol.5.& dato quod errauerit, tamen talis error cùm ſit in facto, ipſos non impedit quin dicātur quaſi poſſidere, d §.ſed & ſi iure, ſupra allegato.

Quarto,quod ipſi Comites putauerint ſe uti iure ſeruitutis,& iure ſuo,probatur ex titulo ſententiæ,ſine qua declaratione omnes aquæ tàm naturales,quàm pluuiales, & aquæ omnium fontium exiſtentium in paludibus Medæ, & Caſtell.debere decurrere in flumen priuatæ, quod diſcurrit in ædificio ipſorum Comitum,& qua declaratur quòd ipſi Comites poſſint & ualeant uti dicta aqua,&c. ſed inter cæteros
8 modos,quibus conſtituitur † ſeruitus, conſtituitur etiā per ſententiam & rem iudicatam, ut habetur in §.fina.Inſti. de ſeruit.& per Cępol.tit.de aquæductu,in 8. quæſtio. princ. &
9 eſt tex.in l.uſusfructus,2.ti.de uſufructu.† facit enim ſententia ius inter partes.l. Iulianus, ff.de condi.indeb. & habetur pro ueritate res iudicata,l.ingenuum, ff.de ſtatu hom.l.res iudicata,de reg.iur. & rei iudicatæ ſtandum eſt. Et ſi dicatur quod ſententia ipſa eſt lata inter alios, unde non conſtituit ius quo ad tertios,toto tit.C.res inter alios acta.& C. quibus res iud.non noc. Reſpondetur quod iſta concernunt petitorium,unde reſeruan.in alio iudicio, ut in l.naturaliter, §. nihil commune, ff.de acquiren. poſſeſ. Vel licèt non præiudicet,præſtat tamen tit.putatiuum,in l. cum, ff.de uſucap. qui tit.ſufficit in caſu noſtro ad faciendum quod ipſi Comites putauerint ſe uti iure ſeruitutis introductæ uigore dictæ ſententiæ. Item prædicta regula procedit in petitorio,ſed in poſſeſſorio ſententia inter alios acta probat quò ad omnes tit.coloratum,adeo quòd concludit reſtituen. Felyn. in ca. cum uenerabilis,colum.9.de except.allegat ergo deciſ.578. incipien. ſpecialis. Item quod ipſi Comites ſint in poſſeſſione iure ſeruitutis, & non iure facultatis. probatur ex doctr. Bartol.in d.l.prima,§.hoc interdicto, ff.de itinere actuque priu.Innocen.& Panor. in ca.bonæ,de poſt.prælat.quam latius conſcripſit Barthol.Cęp.in tracta.ſeruit.ruſt.tit.de aquęductu,in 8.quæſtio.princ.in §. ſed eſt dubium de quotidianaq. verſ. dubium in hoc ſolum remanet. vbi declarant
10 Doct. Bart. in d. §. hoc interdicto, dicit quod † quis utitur aqua iure facultatis, quando aqua ſine aliquo facto hominis labitur in fundum inferiorē. ut per uenas ſubterraneas, uel etiam ſi ſuper terram.& ita loquuntur iura ſupra allegata,quæ uidentur obſtare,videlicet d.§.denique, & d. l. Proculus.& d. §.item uideamus. ſed quando requiritur factum hominis ad conducendum aquam, tunc non dicitur labi iure facultatis, ſed iure ſeruitutis. ſed integritas ueſtra, ut dicitur,oculis locum inſpexit,& uidit foſſata opere manuali facta : vnde illi probatum eſt per probationem omnium aliarum ſuperlatiuam,l.ſi irruptione,ff.fin.reg.Inſt.de grad. agnat.§.quod in conduc. dictam aquam requiritur factum hominis,igitur &c.

Quinto,quoties in fundo uicini, in quo oriuntur aquæ, fit aliquod factum patiente domino fundi, quod geri non poteſt citra nomen ſeruitutis, quæ non dicitur uſus iure facultatis,ita Bartol.ut ſupra & Panor.il in ca.bonæ.Bald,in c.1. §.ſi quis de manſo,colum.6.de contr. inueſt. ſed probatum eſt p teſtes, quod anno præſenti nomine Abbatis apud Lingocium factum fuit foſſatum in fundo aduerſæ partis, ergo tale factum operatur quòd ipſi Comites ſint in poſſeſſione iure ſeruitutis. & ita in terminis tenet Barthol. Cępol. qui format quęſtionem contrariam in d.tit.de aquęductu,in 8. quæſt.uerſ.& ex prędictis ſequitur.

S V M M A R I V M.

1 *Interdicto retinenda duo ſunt probanda ab actore, uidelicet poſſeſsio ſeu quaſi tempore litis conteſtata, & turbatio.*
2 *Loca erema præſumuntur fore domini loci, & territorij.*
3 *In interdicto retinendi ille obtinet, qui probat ſuam poſſeſsione meliori titulo.*
4 *Poſſeſsio prohibendi non acquiritur ex ſolis prohibitionibus, ſed oportet, quod prohibiti acquieuerint prohibitioni.*
5 *Poſſeſsio non acquiritur ex actu ſiue negatiuo, ſiue affirmatiuo, niſi appareat eum actum ſuum fuiſſe ſortitum effectum.*
6 *Patronatus iuris poſſeſsio non acquiritur, niſi præſentatus fuerit inſtitutus, & confirmatus, ac poſſeſsionem adeptus.*
7 *Poſſeſsio obediendi, ſeu parendi non cauſatur ex obedientia in non faciendo, quia potuit non feciſſe alia intētione quàm animo parendi.*
8 *Actus in non faciendo conſiſtentes, multipliciter poſſunt intelligi.*
9 *Dominium, & ius depaſcendi poſſunt eſſe penes diuerſos.*
10 *In interdicto retinendi, ſufficit ſola poſſeſsio.*
11 *Poſſeſsione immemorabilis temporis probatur titulus, ſi allegetur.*

RESPONSVM XXII.

QVęritur in effectu, an vniuerſitas, & homines loci tollere rectè intentauerint interdictum retinendæ poſſeſſionis depaſcendi animalia laborantia in prętenſis deueſijs Reuerendi domini Prioris ſancti Spiritus,domini dicti loci.

1 Pro reſolutione huius quęſiti ſciēdum eſt, † quod is, qui huiuſmodi interdictum proponit, tenetur probare duo,uidelicet poſſeſſionem ſeu quaſi tempore litis conteſtatæ, l.1. §.in prę̨ſens,ff.de interd.l.1.C.eo. & l.1.§. hoc interdictum, ff.uti poſſ.ca.licèt cauſam, de probat. Item & turbationem: & in hoc differt ab interdicto vnde vi, quia per iſtud actor agit,ne ſuam poſſeſsionem amittat: per illud,vt amiſſa poſſeſſio reſtituatur. l.1.§.illud enim.ff.vti poſſ. & d.c.licèt cauſam. Si actor vniuerſitatis probat iſta duo, conſtat eum debere obtinere. Et quia quęritur, an ſi probentur ea, de quibus in themate, ſit ſufficienter fundata intentio vniuerſitatis & hominum, Paucis reſpondebo.

Videretur prima facie reſpondendum, quod non: quia
Dominus videtur in quaſi poſſeſſione prohibendi à longiſ-
ſimo tempore, ut cōſtat ex tot annalibus proclamationibus.
& illa ſua quaſi poſſeſſio eſt iuſtificata legitimo titulo, cum
2 ſit dominus loci & territorij; † & omnia erema in dubio
præſumuntur eſſe illius, qui eſt dominus territorij, ſecūdum
Pau. de Ca. & Socyn. in l. 1. in prin. ff. de acq. poſſeſ. & Socyn.
conſi. 127. Viſis capitulis, lib. 2. vnde, licet pro parte actoris
vniuerſitatis probetur, quod homines ſunt in quaſi poſſeſ-
ſione immittendi animalia prædicta in dictis deueſijs: atta-
3 men uidetur quod debeat ſuccumbere, † quia in hoc inter-
dicto retinendi is potior eſt, qui ſuam poſſeſsionem iuſtifi-
cat meliori titulo, d. c. licet cauſam, ubi Panor. & alij late, &
traditur per Bar. in l. ſi duo, ff. uti poſſ. & per Cyn. in d. l. 1. C.
de interd.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium uerius eſſe re
ſpondeo: ſi enim pro parte actoris dictorum uniuerſitatis &
hominum probatur quaſi poſſeſſio depaſcēdi dicta anima-
lia à tempore immemorabili, uſque ad litem conteſtatam,
uidelicet quod a tanto tempore omni anno immiſerint eo
rum animalia depaſcenda in prædictis deueſijs: ſatis erit
probatum primum requiſitum, ut not. in l. ut pomum, ff. de
ſeruit. & l. pecoris, ff. de ſeruit. ruſt. præd. in l. inſtrumenta, ff.
de fun. inſtru. in l. 1. C. de paſcuis pub. & priu. Turba aūt ſatis
iuſtificatur ex prohibitionibus, & proclamationibus pœna-
libus factis per dominum loci. Nam qui nititur prohibe-
re me ne utar mea poſſeſſione, ſatis dicitur me turbare, l. ſi
prius, ff. de no. oper. nunc. l. ſicuti. §. 1. ff. ſi ſeruit. uend. cum
ſimilibus. Non obſtat quod pro parte ipſius domini alle-
gatur, quia reſpondetur uerum eſſe, quod in interdicto reti-
nendi is obtinet, qui iuſtificat ſuam poſſeſsionem meliori
titulo, ſed negatur pro parte domini probatam eſſe aliquā
poſſeſsionem prohibendi hominibus dicti loci, ne eorum
animalia laborantia depaſci facerent in prætenſis deueſiis.
4 Non obſtant allegatæ proclamationes, † quia quaſi poſſeſ-
ſio prohibendi non acquiritur ex ſola prohibitione, ſoliſq;
proclamationibus prohibitiuis, ſed requiritur quod prohi-
biti acquieuerint prohibitioni, ſecundum glo. in l. qui lumi
nibus, ff. de ſeruit. vrb. præd. c. ſignificāte, de appellat. traditur
per Panor. & ibi ſcripſi latè, in c. cum eccleſia Sutrina, de cau
5 ſa poſſ. & prop. eſt enim † regulare, quod ex actu non ſolum
negatiuo, ut eſt actus prohibendi, ſed etiam ex actu affirma-
tiuo non acquiritur poſſeſſio uel quaſi, niſi appareat, quod
talis actus ſuum fuerit ſortitus effectum, ſecundum Innoc.
6 in c. dilectus, in glo. mag. de præben. ubi uult † quod ex præ
ſentatione, uel electione non probetur quaſi poſſeſsio præ-
ſentando, uel eligendo, niſi etiam probetur quod talis præ-
ſentatio, uel electio fuerit ſortita effectum, id eſt quod præ-
ſentatus, & electus fuerit inſtitutus uel confirmatus. ſequi-
tur Oldra. conſi. 310. thema quæſtionis. imo requiritur ꝙ
electus, ſeu præſentatus fuerit adeptus poſſeſſionē, quia ſine
poſſeſſione & fruitione beneficij non dicitur præſentatio
ſortita debitum effectum, ſecundum Cal. conſi. 12. de iure
patr. & Dec. conſi. 120. cum concord. ita in propoſito dicen-
dum eſt, quod ex ſolis proclamationibus prohibitiuis non
prohibetur aliqua quaſi poſſeſſio prohibendi, niſi doceatur
quod illis fuerit paritum. Cum igitur uniuerſitas & homi-
nes aſſertis proclamationibus ſemper ſe oppoſuerint, & illis
non obſtantibus, ſemper & continuatis temporibus eorum
animalia laborantia depaſci fecerint in prætenſis deueſijs;
ſatis manifeſtè liquet, quod per tales proclamationes nulla
fuit Domino acquiſita quaſi poſſeſſio prohibendi; ſomus
dico, quod ex talibus proclamationibus non poteſt dici ac-
quiſita quaſi poſſeſſio prohibendi, dato ꝙ aliquando homi-
nes ceſſauerint depaſci facere eorum animalia laborantia
in prætenſis deueſiis; quia potuiſſent non immiſiſſe anima-
lia, nec depaſci feciſſe alia intentione, quàm non parēdi pro
7 clamationibus: † ideo obedientia in non faciendo nō cau-
ſat aliquam quaſi poſſeſsionem obediendi ſeu parendi. ſecū
dum Innocen. in cap. olim, 2. per illum text. de reſtit. ſpol.
8 † Actus enim, qui in non faciendo conſiſtunt, poſſunt mul-
tipliciter intelligi. potuit enim non fieri, uel quia non expe
diebat, uel quia nolebat, uel quia non poterat, uel ex reue-
rentia, uel ex timore, uel ad cautelam, uel ex negligentia;
ergo eius ueritas ignoratur. & quia ſumus incerti, qua ratio-
ne factum non ſit, non faciens non præſumitur conſentire,
ſed potius diſſentire prohibitionibus præiudicialibus, l. qui
vas, §. vetare. ff. de fur. ita dixit Bal. in l. liberti libertæq;, col. 1.
C. de oper. liber. & in l. data opera, col. 10. C. qui acc. nō poſ.
Ex quibus apparet uniuerſitatem & homines manutenen-
dos eſſe in quaſi poſſeſſione depaſcendi, reiectis pœnalibus
prohibitionibus, quæ nullum ius, nullamq; poſſeſſionem
ſeu quaſi tribuere poſſunt domino prohibenti. Non denique
obſtat dū dicitur, ꝙ dominus Prior eſt dominus territorij:
quia iſtud nihil facit ad iſtud iudicium retinendæ poſſeſſio-
nis, nec poteſt iuſtificare poſſeſſionem ſeu quaſi prohibēdi,
quam conſtat non eſſe penès dominum. & quia ſtat ſimul
quod dominus Prior ſit dominus totius territorij, & tamen
uniuerſitas & homines habeant ius depaſcēdi in aliqua par
te territorij, d. l. 1. C. de paſc. pub. & priu. et ſi dicatur nō con-
ſtare de aliquo iure depaſcendi ipſius uniuerſitatis & homi-
num: Reſpondetur dupliciter. Primò in interdicto retinen
di ſufficit docere de poſſeſsione, d. l. 1. ff. uti poſſ. & d. c. licet
cauſam. Secundo reſpondetur, ꝙ poſſeſsio tanti temporis,
cuius initij non extat memoria, habet uim tituli, l. 1. §. du-
ctus aquæ, ff. de aq. quot. & æſtiu. c. ſuper quibuſdam, §. præte-
rea, de uerb. ſig. & ex poſſeſsione temporis immemorabilis
probatur tit. ſi allegetur, ſecundum Bar. in l. cum de in rem
uerſo, ff. de uſur. Panor. in c. peruenit de Cenſ. Oldr. cōſ. 396.
Ale. conſi. 6. li. 1. Dec. conſi. 85. col. 2. & authoritates in hoc
abundant. Poſſunt igitur uniuerſitas & homines allegare ali
quem titulum, puta emptionis, uel tranſactionis, & illum
iuſtificare & probare probando immemorabilem quaſi poſ
ſeſsionem depaſcendi, &c. ſuper quo aliter non inſiſto, quia
iſta concernunt petitorium, de quo non agitur.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 Capitula impertinentia ſunt reijcienda, & quando dicuntur pertinentia, & nu. 12.

2 Poſſeſſorium retinendi non poteſt cum petitorio cumulari, cum ſint contraria, niſi quando agitur pro iuribus incorporalibus. & num. 6. & 7.

3 Actio confeſſoria datur tàm poßidenti, quàm uendicanti iura incorporalia.

4 Sententia interlocutoria poteſt uſque ad diffinitiuā reuocari.

5 Poſſeſſorium recuperandi poteſt ab eodem cum petitorio prius intentato cumulari, cum non ſint contraria: utroque enim caſu ſupponitur reum poßidere.

8 Ratio ad eius limites omnem ſentētiam ad diſpoſitionem reſtringit, ut ea ceſſante ceſſet diſpoſitio.

9 Legitimatio perſona tam actoris, quàm rei eſt ante omnia in iudicio fienda.

10 Poſſeßio immemorabilis temporis habet uim tituli, unde ex ea probatur petitorium.

11 Sententia in iuribus incorporalibus acquiritur plenum ius: idē in corporalibus apprehenſa poſſeſſione.

13 Capitula in dubio ſunt admittenda cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, &c.

14 Appellationem in dubio iudex debet admittere, & amplecti partem minus damnoſam partibus.

R E S P O N S V M XXIIII.

ARticuli nouiſsimè producti nomine do-
mini Præceptoris de Belloloco,
1 non uidentur admittendi. † quia concernunt iu
dicium poſſeſſorium, quod nihil habet commu
ne, cum iudicio petitorio, l. naturaliter, §. nihil
commune, ff. de acquir. poſ. & quia continēt illud idē, quod
continebant articuli, bona curiæ ordinatione reiecti, & ſic
non ſolùm ſunt reijciendi quia impertinentes, ſeu non con
cernētes petitorium, de quo agitur, l. ad probationem. C. de
proba. c. cum cōtingat, de off. deleg. & quia ſuperflui, ſeu du-
plicati, & triplicati, l. ampliorē. C. de appel. l. hæc ſtipulatio,
§. diuus, ff. ut leg. nom. caue. ſed ēt quia fuit declaratū eos eſ-
ſe indimiſsibiles per duas curiæ ſententias, quæ tranſiuerūt
in rem iudicatam, cum non fuerit appellatam, c. ex parte, &
ibi not. de teſtam. ca. cum ceſſante, de appell. &c.

Verùm prædictis nō obſtātibus m̄ deo præfatos articulos,
ſeu uerius poſitiones admittēdas fuiſſe & eſſe: & pro clariori
dilucidatione eorū quæ dicturus ſum, præmitto ꝙ dñs Præce
ptor actor potuit hos articulos ſeu libellū articulatū ꝓponiſ
ſe duplici de cā, aut ꝓ iuſtificādo poſſeſſorio, aut ꝓ petitorio:
ſi pro poſſeſſorio, aut ꝓ poſſeſſorio retinēdi, aut reintegrādi.

Quantū ad poſſeſſorium retinendi nō inſiſtā, poſtquā pro
curator dñi Præceptoris in ſua cedula exordiēte, licet ꝑ ordi
nationē curiæ, ꝓteſtatur ꝙ nō intētauit iſtud interdictū, nec
uult

uult illud proſequi.& quia quantum ad huiuſmodi iudiciū
retinendi militare uidentur fundamenta in contrarium ſu-
pra allegata,id tamen pro exuberanti iure dictū domini Prę
ceptoris non ominam, quod ſi proſequeretur interdictum
retinendę reſpectu quartæ patris iuriſdictionis, & aliorū iu-
rium incorporalium,max.eorum quæ non fuerum in libel-
lo petitorij deducta, quòd articuli forent admittendi: quia
2 licèt regulariter † poſſeſſorium retinendi non poſſit cumu-
lari cum petitorio obſtante reg.contrarietatis, tamen fallit,
quando agitur pro iuribus incorporalibus, ſecundum Bart.
& omnes alios concorditer,in l.naturaliter,§.nihil commu
ne,verſ.ſecunda combinatio,ff.de acq.poſſ.quia in iurib.in-
3 corporalibus ceſſat ratio contrarietatis: †nam actio conſeſ-
ſoria, qua vendicantur iura incorporalia, competit etiam
poſſeſſori,l.vti frui,§.fi.ff.ſi vſusfru.pet.l.ſi prius,ff.de no.ope.
nunc.l.ſicuti,§.Ariſto,ff.ſi ſerui.vend.ubi tex.clarus pro hac
concluſione.

4 Non obſtant ordinationes curiæ, † quia cum ſint interlo
cutoriæ, poſſunt contrario imperio tolli uſque ad ſententiā
diffinitiuam, l. quod iuſſit,ff.de re ind.l. fin autem,§.1.ff.de
neg.geſt.l.1.C.ſi ex ſal.inſtr.vel parendo ordinationib.curię
dicitur,quod quantum ad iura incorporalia nouiter dedu-
cta,nihil faciūt dictæ ordinationes, & licèt nouiter deducta
ſint ſimul cum iam deductis admiſſa: nihil tamen facit,quia
tot cenſentur eſſe libelli diſtincti & ſeparati, quot ſunt iura;
quæ ſimul petuntur & deducuntur,l.ſcire debemus,ff.de uer
borum obligatio.ubi D.Alex.& Iaſ.not.& firmat Bald.in l.
fi.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.& in l.ordinarij,ad fi.C.de
rei uend.

Quantum verò ad interdictum recuperandi,certiſſimi iu
5 ris eſt † poſſeſſorium recuperandi cumulari poſſe ab eodē
cum petitorio prius intentatum, quia nulla regula impedi-
tiua obſtat,ſecundum gl.& Scrib.communiter,in l.cum fun
dum,ff.de ui,& vi arm.Bart.& alij in d.§. nihil commune in
prima combinatione,& eſt tex.in l.ius eius, C.de prob.& in
l.1.vbi D.Iaſ.col.3.C.de carb.edict.& in c.paſtoralis,de cau-
ſa poſſ.& propr.& in clemen.1.eod.tit.

Et ſi dicatur,quod obſtat regula ordinis iudiciarij, quia ſi
cumuletur poſſeſſorium recuperandū cum petitorio, incer-
tum erit quis teneatur probare in petitorio: Reſpondetur,
quòd talis incertitudo non impedit cumulationē, quia po-
teſt actor ſe aſtringere ad probandum in utroque iudicio,
uel poteſt,ſi uelit, ſuſpendere petitorium donec ſit cognitū
de poſſeſſorio recuperandi,ut probatur in dicta l.ius eius, &
clarius in d.clementina prima, & declarat Barto. in d.§. ni-
hil commune.

Non obſtāt ordinationes curiæ,quia reſpōdetur ut ſupra.
vel aliter reſpondeo quod per ordinationes prędictas fuerūt
reiecti huiuſmodi articuli, quatenus cōcernunt poſſeſſoriū
retinendi, non quatenus concernunt poſſeſſorium recupe-
randi, quod ex eo probatur quia reijciuntur tāquam ſint in-
compatibiles cum petitorio. quæ ratio ſolum concludit in
6 poſſeſſorio retinendi. † Quod non ſe compatitur cum peti-
torio,quia agens petitorio dicit aduerſarium poſſidere, l.1.
C.de alien.iud.mut.cauſa fact.l.in rem, ff.de rei uendi.agēs
verò interdicto dicit totum oppoſitum,quia dicit ſe poſſide
re,& non aduerſarium,§.hodie,inſt.de interd.l.1.ff.eo. cum
ſimilibus;ideo unus & idem ratione contrarietatis prohibe
tur utrumque ſimul cumulare,l.1.C.de furt. Hæc autem ra-
7 tio contrarietatis ceſſat in poſſeſſorio recuperandi, † in quo
actor dicit ſe ſpoliatum,& aduerſariū poſſidere, ſicut in peti
torio,& ideo ab vno & eodem poſſunt ſimul cumulari. Cū
igitur ratio dictarum ordinationum ibidem expreſſa, ſolū
concludat in poſſeſſorio retinendi,reſtat concludendum,ꝙ
articuli ſolum fuerint reiecti quatenus concernunt poſſeſſo
8 rium retinendi: † quia ratio reſtringit ſententiam & genera
lem diſpoſitionem ad metas ipſius rationis, l.cum pater, §.
dulciſſimis, ff.de leg.2.& l.prædijs, ff.de le.3. & ubi ceſſat ra-
tio,ceſſare debet diſpoſitio,l.adigere,§.quāuis,ff.de iure pa-
tro.c.cum ceſſante,de appel.

Non obſtat quod uideantur multiplicati, & ſic ſuperflui,
quia uerum eſſet ſi ad eundē finē, videlicet reſpectu poſſeſ-
ſorij retinendi, iterati fuiſſent:ſed quia ad alium finē, vide-
licet reſpectu poſſeſſorij recuperādi, nō poſſunt dici ſuper-
flui,capitulo,ſignificantibus,ubi Panor. de lib. obl. & tradi-
tur per Fel.in proh.Greg.verſi.rex pacificus,ad finem.

Non denique obſtat dum dicitur quod ſint impertinen-
tes,quia quantum ad poſſeſſorium recuperandi, ſunt perti-
nentiſſimi,& ſic nihil faceret ad rē,ꝙ nō cōcernerēt petito-
riū,licèt optimè ꝯcernāt,ut in ſequēti ar. clariſſimè ꝑbabo.

Quatenus verò reſpiciunt petitorium, non arbitror, etiā
aduerſarios inficiari quod non ueniunt admittendi, tum
quia legitur,curiam eos articulos, qui dicuntur reiterati in
quantum petitorium concernere poſſunt, admiſiſſe,tū quia
quantum ad hunc effectum nihil uideo proponi poſſe,quia
admittendi non ſint,cum directò tendant ad iuſtificandum
petitorium: nam articuli deducti in cedula exordiente, La-
tius dando,& in cedula nouiſſima,aut tendunt ad legitimā
das perſonas Præceptorum, qui iudicium inſtituerunt, aut
9 perſecuti ſunt:hos conſtat admittendos,† quia in quocūque
iudicio perſonæ tam agentes,quàm cōuentæ,ſunt ante om-
nia legitimādæ,l.1.& per totum. C.qui leg.perſ.hab. ſtan.in
iud.nō. per gl.& Moder.in l.1.C.de edict.diui Adr.Toll.fa-
cit tex.in l.ſi quęramus, ff.de teſtam. cum uulg. aut tendunt
ad probandam poſſeſſionem temporis immemorabilis,
10 † quæ poſſeſſio tanti temporis iuſtificat optimè petitorium,
quia habet uim tituli,l.1.§.ductus aquæ, ff.de aqu.pluu.arc.
c.ſuper quibuſdam,§.præterea,de uerb.ſignific.nam ex tam
longiſſima poſſeſſione habet actor fundatam intentionem
abſque probatione alicuius tituli, ut docet Bar.in l. cum de
in rem uerſo.col.2.ff.de uſur.& Dom.Ant.in c. peruenit, de
cenſ.& Ang.& Imo.in d.§. ductus aquæ, & probatur in ca.1.
de præſcrip.lib.6.& traditur per Feli.in c.cum ex officij, col.
5.de præſcr.per D.Iaſ.poſt Alex.in l.quominus, colum.8.ff.
de flum.& per Dec.conſi.85.col.2.& de hoc ſunt pleni Codi
ces. Aut tendunt ad probandum titulum virtute ſententia-
11 rum,de quibus articulatur:nam † per ſententiam in iuribus
incorporalibus acquiritur plenum ius,ſecundum Innoc.in
c.cum noſtris.de conceſſ.præb.gl.Panor.& alios in c.propo-
ſuit,eod.tit.Bal.in l.traditionibus,ad fi.C.de pact.& in l.quo
ties,col.1.C.de rei uend. in corporalib. uerò acquiritur ple-
num ius apprehenſa poſſeſſionē,ſecundum glo.in §.fin. ubi
Ang.inſt.de off.iud. & in l.ex hoc iure,ubi Bart.& Moder.ff.
de iuſt.& iure. glo.& Alex.poſt alios in l.Pomponius, §. iuſ-
ſu,ff.de acqui.poſſeſſio.& Fel.latè in c.cum venerabilis, col.
9.verſ.dum dicit glo.de excep. & ubi directò non concerne
rent petitorium,negari non poteſt, quin per indirectum nō
coadiuuent aliqualiter petitorium. ergò admittendi ſunt.
12 † quia ubi aliqualiter adiuuant,dicuntur pertinentes & ad-
miſſibiles,ſecundum Bal.in c.licèt cauſam,col.16. de prob.
& probatur in c.3.vbi etiam Bal.& alij,de teſt.Dom.Iaſ.poſt
Bal.in l.ſi duo,§.idem Iulianus. ff. de iureiur. & idem Iaſ.in
l.1.colum.pen.ff.ſi cer.per.& traditur per Dec.conſi.162.per
totum,& per Iaſ.in l.non hoc,col.6.C.vnde legit.
13 †Et in dubio debet iudex arbitrari articulos eſſe pertinen
tes,& illos admittere cum clauſula,ſaluo iure impertinen-
tium,& non admittendorum,ut traditur per gloſ. Hoſt.Pa-
norm.& alios in c.cum contingit,de offic.deleg.Bar.in d.§.
idem Iulianus,Ange.in l.in ſpeciali,ff.de rei uendic.& dicit
Specu.titu.de poſit.§.ſeptimo,verſ.quia nemo,quod ſi dubi-
tatur,an poſitiones ſint à iudice recipiēdæ, debet iudex illas
recipere,quia ſecurus eſt,ſuperfluas & impertinentes admit
tere,licet pertinentes reijcere,c.non æſtimemus,13.quæſt.2.
14 l.teſtamenta, C.de teſtam, † ſic etiam iudex in dubio debet
potius admittere appellationem, quàm reijcere, ſecundum
Bal.& Aret.in l.de ſtatu,ff.de teſtam.& generaliter iudex de-
bet in dubijs elligere illam partem quæ eſt minus damno-
ſa partibus,l.ex his,ad finē,ff.de his,qui in fraud. cred. & tra-
ditur per Pau.& Mod.in l.1.ff.ſi quis caut.cum ſimilibus.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Actio intentata dignoſcitur ex medio concludendi.*
2 *Via publica & priuata, qua uam dicatur, & quomodo probetur.*
3 *Villa eſt collectio urbanorum prædiorum.*
4 *Colonia quid ſit.*
5 *Prædium ruſticum dicitur domus in agro poſita, gratia tamen collectionis fructuum.*

RESPONSVM XXIIII.

EX medio concludendi, & ex nar-
ratione libelli ſeu petitionis nomine Ioānis de
Scalis, conſtat intentatum fuiſſe Interdictum de
locis & itineribus pub. ſeu interdictum ne quid
1 in loco pub. &c. † nam ex medio concludendi cognoſcitur,
quæ

quæ actio fuerit intentata, ſecundum Bart.in l. certi condi-
ctio,in prin.ff.ſi cer.pet.& in l.ſi prius,ff.de no.oper.nunciat.
Dec.conſ.28.col.1.Iaſ.in §.omnium,Inſt.de action.nu.129.
Neuiz.conſ.79.nu.3.dixi in l.naturaliter,§.nihil commune,
nu.11.ff.de acquir.poſſ.niſi ergo probauerit uiam, quã pro-
ponit interclutam,eſſe publicam,debet ſuccumbere,dato q
probaſſet hanc eſſe uiam priuatam, quia non fuit actum in-
terdicto, & itinere actuque priuato. dico igitur circumſpe-
ctum virum Ioannem Laurentij,ubi non ſint probata neceſ
ſaria ad iuſtificandum interdictum de itineribus publicis
ab inepta actione,uel ab inſtantia præſentis iudicij,iux.text.
in c.examinata.de iudic.& in l.qui habebat,ff.de inſti.actio.
uel à penitus abſoluendum,iux.l.qui accuſare, C. de eden. &
capit.eccleſia,de cauſa poſſeſſ.& propriet. Ego autem,quia
probationes non vidi,non poſſum dare certum reſponſum:
verum tamen mihi videtur pro parte actoris malè articula-
tum, quia etiam quod omnia articulata in libello actoris
probata forent, non ſequitur cõcluſio facta in libello,ſuper
interdicto de uia ſeu itinere publico. Non enim ſequitur,
quod publicè ab omnibus eatur per uiam, ergo illa eſt uia
publica,ut eſt tex.quem ibi not.Bar.in l.1.§.ſumma cum vti
litate,ff.de his qui deiecer.uel effud.quem tex.reputat ſingu
larem Matheſ.not.95.nota unum ſingulare, ubi dicit, nota
iſtud contra ignaros libellantes in interdicto de uia pub. &
illum tex.etiam ad hoc not.Cæpol.in tractat.ſeruit.ruſt.ſub
rub.de ſeruit.viæ,colum.6.vbi dicit quod oportet articulare
quòd publicè itur per illam viam: item quod ſolum illius
viæ,per quam publicè itur,eſt publicũ:quia & ſi omnes per il
lam uiam iter faciant,non ſequitur quod ſit uia publica,ni-
ſi ſolum ſit publicum.item non etiam ſequitur cõcluſio ex
his,quæ in ſeptimo articulo dicti libelli deducuntur, dum
dicitur,uia,qua itur ad agros & rura vicinorum, capit initiũ
à via Regia ſeu cõſulari,ideſt a uia publica,ergo & ipſa quo-
que publica eſt; quia ad hoc ut uia, quæ capit initium a via
publica, dicatur & ipſa publica, oportet quod talis uia nos
ducat ad uillas,& Colonias,ideſt ad vrbana prædia in unum
ſimul collecta. nam ſi ad ruſtica prædia quorumdam nos
uia ducit,priuata eſt & non publica: ita ſane intelligendus
eſt tex.qui in 7.articulo allegatur in l.2.§.priuatæ,ff.ne quid
in loco pub.dum inquit Iureconſultus,has ergo,quæ poſt cõ
ſularem uiam excipiunt in villas, uel alias colonias ducen-
3 tes præſentem, & ipſas publicas eſſe: † Nam villa nihil aliud
eſt quàm prædiorum vrbanorum collectio,l.prędia vrbana,
& l.fundi,ff.de verb.ſignificatio.& capitulo tuæ,de cler. non
reſid.ſimiliter colonia dicitur opidum ex ciuitate propaga-
tum,& a ciuibus inhabitatum, quod propè ciuitatem quã
doque exiſtat.& ſecũdum hanc ſignificationem ponitur in
d.§.priuatæ,quandocunque procul eſt à ciuitate,ut Tiriorũ,
Philippenſes, Antiocẽſes,& aliæ plures Coloniæ,de quibus
in l.1.& in l.colonia,& in l.fin. ff.de cenſ.& inquit Virg.vrbs
antiqua fuit, Tirij tenuere coloni. Romani enim minorib.
ex vrbib.ciues deducebant,& ad incolendas alias regiones
eos mittebant,& illæ regiones coloniæ Romanorum dice-
bantur, ut ſatis notum eſt. vias igitur, quæ poſt conſularem
excipiunt.& in villas uel Colonias,ideſt ad urbana ædificia
nos ducunt. etiam publicas puto,non ſi ad agros, & ruſtica
prædia,quicquid dicit Accurſius ibi, qui exponit Colonias,
ideſt agricultores.& malè.Cum igitur via, de qua agitur, ad
quorumdam prædia ruſtica tendat,& ſi poſt conſularem ex-
ciperet.non tamen dici poteſt publica. intelligo autem præ
dia ruſtica etiam domos, quæ in agris ſunt gratia fructuum
colligendorum, conſtructas, etiam quod peſtilentiæ cauſa
quandoque domini ad ipſas confugiunt, l. ſecunda, ff. de
ſeruit.ruſt.præd.Cum igitur non conſtat hanc eſſe uiam pu-
blicam,malè reſpondetur,& ineptè fuiſſe propoſitum inter-
dictum de via publica, & conſequenter abſoluendum puto
Ioannem Laurentium ab impetratis per actorem, ut dicit
Cæpo.poſt Matheſ.in d.rub.de ſeruit. viæ. Quod abſque du-
bio veriſſimum erit.ſi pro parte dicti Laurentij, probata fue-
rint quæ in exceptionib.deducuntur, quia tunc conſtat pu-
blicam,nec priuatam uiam eſſe,& conſequenter nec de pu-
blico,nec de priuato itinere interdictum competere.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

*1 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus,niſi conſtet de notorio iu-
re excipientis contra agentem hoc interdicto.*

*2 Inſtrumentum facit ius notorium,niſi contra illud aliquid op-
ponatur,tunc enim requiritur pro eo pronunciatio. & nume-
ro 3.6.& 7.*

*4 Decimam ſoluere eccleſiæ curatæ etiam religioſi tenentur de do-
te eorum eccleſiæ.*

*5 Exceptio prætenſæ immunitatis concernit petitorium, & pro-
prietatem non impedientem reſtitutionem fiendam ante cogni-
tionem proprietatis.*

8 Priuilegium ceſſat eius cauſa ceſſante.

*9 Decimarum non ſoluendarum priuilegia conceſſa religioſis fue-
runt reuocata in concilio Lateranenſi.*

10 Mare magnum ordinis prædicatorum.

RESPONSVM XXV.

1 COnſtat ſpoliatum † ſua quaſi poſſeſſione
percipiendi decimas reſtituendum eſſe, ca.1.de
reſt.ſpol.l.ſi quid ad ſe fundum, C.ad l.Iul.de vi.
maximè quando conſtat, quòd ſpoliatus legiti-
mè poſſidebat,c.ad decimas, de reſt.ſpol.lib.6.ſed quia con-
tra dominum Priorem nomine dominæ de cracu agẽtem
interdicto reſtitutorio,ſeu remedio canonis reintegranda,
dicit fuiſſe oppoſitam per fratres Prædicatores exceptionẽ
priuilegij immunitatis,quæritur,an talis exceptio ſit admit
2 tẽda:videtur quod ſic, † quia priuilegium, de quo cõſtat pu-
blico documento,facit ius notoriũ,capitulo, olim,de verb.
3 ſignifi.l.ſi.C.de reb.cred.† vbi autem conſtat notorie de iure
& proprietate oponentis,tunc contra agentem interdicto re-
cuperandæ,admittitur exceptio proprietatis, ſecundum gl.
in d.c.ad decimas,per illum tex.& ibi Gem.not.& probatur
in c.ſignificaſti,de diuortijs,& tradit Panor.in ca. cum dile-
ctus,col.8.de ord.cognit.

Ego autem non puto hoc loco hanc exceptionem admit
4 tendam, † quia etiam religioſi tenentur ſecundum legem di
uinam ſoluere eccleſiæ curatæ decimam, etiam de dote Ec-
cleſiæ ipſorum religioſorum,capitulo ex parte,vbi Panorm.
not.de dec.& traditur per Panor.in capitulo,viſiens,de tran-
ſactionibus.

5 Nec obſtat exceptio prætenſæ immunitatis, † quia talis
exceptio concernit petitorium, & proprietatem quæ non ha
buit impedire reſtitutionem,quæ ante omnem cognitionẽ
proprietatis eſt facienda,d.ca.1.ibi, ante omnem cognitio-
nem,& d.l.ſi quis ad ſe fundum,ibi,ante omnia,& c.in litte
ris,eod.tit.& l.1.§.qui à me,ff.de vi,& vi arm.

Non obſtat, quod contra agentem ad reſtitutionem deci
6 marum obſtet exceptio, † de qua apparet notoriè; quia in ca-
ſu iſto non poteſt dici conſtare de notorio iure exemptio-
nis dictorum fratrum:quia inſtrumentum ſeu priuilegium
exhibitum per eos non facit ius ipſorum dici notorium, an-
tequam fuerit de viribus ipſius priuilegij diſcuſſum, ſecun-
dum Io.de Imo.in l.1.in princip.ff.de noui oper. nunc. quæ
diſcuſſio reſeruanda eſt in iudicio petitorio, dicto c. primo,
7 uel aliter & ſecũdo reſpondetur † quod inſtrumentum ſiue
priuilegium ita demum facit eam notoriam, ſi contra ip-
ſum nihil opponatur. alias ſi aliquid opponatur, non facit
ius notorium, antequam fuerit inſtrumẽto pronunciatum,
ſecundum D.Iaſ.in d.l.1.in prin.col.6.ff. de noui oper.nun.
In caſu autem noſtro plura obſtant, & plura dicuntur oppo-
ni contra ipſum priuilegium.

Primo,quod tale priuilegium fuit conceſſum intuitu mẽ
dicitatis,quam ipſi fratres prædicatores minimè obſeruare
coguntur,ut conſtat notoriè propter nulla eorum prædia, &
8 alios prouentus: † ergò ceſſante cauſa priuilegij ceſſare de-
bet priuilegium,l.Titia,§.vſuras,ff.de leg. 2.c. quia circa,de
priuileg.

Secundo, quod tale priuilegium exemptionis à decimis
non ſoluendis pro prædijs acquirendis debet intelligi de
prædijs,quæ mendicitatem non excludant,alioquin profeſ-
ſioni vitæ repugnaret.& ideo Papa in ca.ſuggeſtum, de deci-
mis,dicit talia priuilegia reſtringenda, ut minus lædant ec-
cleſiam parochialem quàm fieri poſſit.

9 Tertio, † quòd priuilegia conceſſa religioſis ſuper deci-
mis pro prædijs acquirendis non ſoluendis,fuerunt reuoca-
ta per vltimum concilium Lateranenſe, ut licet intueri de-
ciſ.20.ſiue 21.

Quartò, quòd talia priuilegia debent intelligi de deci-
mis prædiorum,quæ ipſi fratres proprijs manibus colunt,nõ
de prædijs quæ per eorum colonos coluntur & cultiuantur,
d.c.ex parte tua,de decimis. Cum igitur tot,& tantæ oppo-
nantur,quæ priuilegium dubium ſaltem reddunt, non ui-
deo quomodo dici poſſit cõſtare de iure notorio ipſorum
fratrum.

fratrum: reſpondeo itaque priorem ſpoliatum reſtituẽdum
10 non obſtante aſſerto priuilegio, † quod mare magnum ab
ipſis appellari nõ deberet, cum nõ deceat religionem pro-
feſſos terreſtre quicquam magnum ſibi arrogare.

SVMMARIVM.

1 *Subditus non militans ſub Principis vexillo, non tenetur ſequi Principem, & patriam ac reliqua deſerere, & ſi adſit iuramentum fidelitatis.*
2 *Minusque ad aliqua onera perſonalia, niſi lege conuentionali cautum ſit.*
3 *Iuramentum fidelitatis non obligat iurantem ad ſequendum dominum.*
4 *Ciuitate recuperata, incolæ recuperant bona & libertatem.*
5 *Capta ab hoſtibus Ciuitate, incolæ in ea manentes non fiunt ſerui hoſtium.*
6 *Subditus non tenetur Ciuitatem captam deſerere, & ad aliam confugere, cum iſta fuga ſit damnoſa.*
7 *Conſuetudo hoc obſeruat, ne incola Ciuitatis captæ ualeat in ea habitare ſine crimine læſæ maieſtatis, cum excuſet à pœna.*
8 *Tyranno, cui reſiſti non poteſt, eſt licitum ad effugiendum eius ſæuitiam obedire. & nu. 11.*
9 *Vaſallus propter propriam ſalutem dimittens dominum, non dicitur eum deſerere, nec ſalutem domini tenetur præponere ſuæ ſaluti.*
10 *Saluti Principis anteponitur patriæ ſalus.*
12 *Officia collata à Tyranno licitum eſt ſumere, nec ex hoc offenditur principis maieſtas.*
13 *Iuſtitia deficiente omnia corruunt.*
14 *Subditus in dubio præſumitur per metum paruiſſe tyranno.*
15 *Proteſtatio ueſtita à cauſa metus habente tractum in futurum, tollit mentem ab omni actu gerendo, durante dicta cauſa.*
16 *Sententia in dubio præſumitur lata ex cauſa iuſta, cum in ea iudex non tenetur cauſam exprimere.*
17 *Præſumendum non eſt aliquem eligere uiam, per quam ſuum iudicium ſubuerti poteſt.*
18 *Sententia cauſas exprimens, duas uidelicet iuſtas, & unam iniuſtam, non uidetur totaliter ſuper iniuſta ſe fundare.*
19 *Milites iurant non euitare mortem propter Principis ſalutem.*
20 *Mortis timor non excuſat à peccato & fidelitate Deo debita, & quæ in baptiſmo iuratur.*
21 *Contrarietates inter cæleſtem, & tereſtem Principem.*
22 *Capti ab hoſtibus non tenentur fidem ſeruare.*
23 *Fallit ſi non uti captiui, ſed ſub fide retenti, exemplo Attilij Reguli.*
24 *Subditi non poſſunt de iure, data opportunitate, expellere tyrannum propria authoritate, nec occidere.*

DE ACCVSATIONIBVS,

RESPONSVM I.

SI accutiſsimi ingenij,
& eminentis ſcientiæ Iureconſultus Guli-
elmus Deſeguirani, Principis maieſtatem
non læſit, cur læſæ maieſtatis Reus dicitur?
At dicitur læſiſſe, quia dulciſſimam patriã
à Principe derelictam, non deſeruit? Si
hoc eſt Principem lædere, & tabernarij, lænones, poſteriores
ſinguli, & tota denique plebs, patriam deſerere, & Principis
vexilla ſequi debuit: ſed quam quæſo opem, quod auxiliũ,
quod ſuffragium Principi tale hominum genus præſtitiſſet?
famem certe exitialem auxiſſet: Regis viſcera pietas con-
turbaſſet: eiuſdem aures clamoribus impleuiſſet. longè fal
luntur, qui arbitrantur eos Principem lædere, qui in patria
1 perſiſtunt. Nec ulla humana ratio dictat, † quod ſubditus,
qui ſub Principis vexillo non militat, teneatur Principem
fugientem ſequi, & patriam, amicos, parentes, liberos, Deos
penates, forum, larem derelinquere, & exulare nudus, & ua-
gari mendicus. & ideo Innocen. in c. ſicut, ultimo, de iu. iur.
notabiliter dixit ſubditos non teneri ire ad exercitum in au
xilium domini: nec aduocatum teneri pro eo aduocare, vel
2 conſulere, † quia ad opera perſonalia ſubditi non tenentur,
niſi lege aliqua conuentionali aliter caueatur: & dixit Old.
conſi. 234. factum tale eſt, quod miles, quòd iuramentum fi-
3 delitatis, de quo in c. 1. de no. for. fid. † non obligat iurantẽ
4 ad ſequendum dominum in exercitum. † Hinc eſt, quod re-
cuperata Ciuitate à manibus hoſtium incolæ, qui pariter in
ditionem & poteſtatem hoſtium deuenerant, libertatem &
bona recuperant, l. cum licita. ff. de relig. & ſump. fun. l. ſi ca-
5 ptiuus, §. 1. ff. de capt & poſtl. reuer. † Immo qui perſiſtunt in
Ciuitate relicta per Principem ex priuilegio donantur, ut
capta ab hoſtibus Ciuitate ſerui hoſtium non fiunt, ſecundũ
Bar. in l. diuus, ff. de iu. fiſc. & Bal. in c. 1. de treug. & pace. qui
certè bona ſua non recuperarant, ſi læſæ maieſtatis crimine
tenerentur. & ſi inſtetur, quòd ad aliam ſaltem Ciuitatẽ uel
Caſtrum confugere debuit, ut plerique boni ciues cõfugiſ-
6 ſe dicuntur: † reſpondet Bar. in l. ſi ob turpem cauſam, ff. de
cond. ob turp. cauſam. & Bal. in l. 1. in fi. C. eod. quod nemo
tenetur fugere, præſertim vbi fuga poteſt eſſe damnoſa. ſed
quis neſcit, quod damnoſum ſit patriam, domum, & bona
ſua deſerere: & ſi neſciat, audiat lamentationes Vergilij Ec-
gloga prima, ſentiat Italos meos, qui fertilem patriam dere
7 liquerunt, ut Regi adhærerent. † Adde, quod conſuetudine
ita ſeruari uidemus, quæ conſuetudo excuſat a pœna, ut per
glo. in c. denique, 4. diſtinct. quæ in iſtis plurimum poteſt. l.
poſtliminium. in prin. ff. de capt. & poſtl. reuer. & tradit Bar.
in l. hoſtes, in fi. eod. tit.

Non eſt igitur inſimulandus Dominus Gulielmus, quod
in Ciuitate cum uxore & liberis remanſerit. Non etiam
culpandus eſt, quod Iacobo Borbonio fidelitatem fecerit cũ
conſulibus & alijs poſt conſilium Ciuitatis ad id electis,
8 † quia ad effugiendum crudelitatem tyranni, qui in portis
aderat cum exercitu, licuit uniuerſo populo obedientiam
facere tyranno, cum reſiſtere non valebat, ut per plura com-
probatum fuit per ipſum Deſiguirani & alios, qui pro eo
allegarunt, & ultra per eos adducta, ita in terminis firmat
Iacob. Alua. poſt Iacob. Ardi. in c. 1. §. item qui dominum,
quæ fuit prima cauſa benef. amitt. ubi concludunt, quòd va-
ſallus, qui deſeruit dominum non ex turpi cauſa, ſed propter
timorem crudelitatis tyranni, non eſt aliqua pœna dignus,
arg. ff. quib. ex cau. in poſſ. eatur, l. Fulcinius, §. quid ſit, ibi, ne
luti qui tyranni crudelitatem timet, uim hoſtium, domeſti-
9 cas ſeditiones. † Nec intelligitur deſeruiſſe dominum, qui
cauſa propriæ ſalutis eum dimiſit, ff. de acquiren. poſſeſſio. l.
interdum, §. 1. in fine. Nam ſubditus non tenetur præponere
ſalutem domini ſuæ propriæ ſaluti, quia dicitur,

Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum,

l. pſes cũ gl. C. de ſerui. & aqu. & no. gl. in c. 1. in prin. qb. mo.
10 feu. & in c. inſa, de alie. feu. par. † & ſalutẽ patriæ debet ante-
ponere ſaluti Principis, l. minime, ff. de relig. & ſump. fun. &
ibi Alber. de Roſa. & gl. in c. de forma. 22. q. 5. Card. Alexan.
11 & alij in c. 1. de for. fid. in c. 1. hic finitur lex fide. † ex quibus
apparet quod pro ſaluanda patria à ſacco & ſanguine licuit
obedientiam præſtare tyranno: Nam cum Aquenſes eſſent
ab auxiliaribus militibus derelicti, & ab eis per hoſtes pete-
retur obedientia, non ualentes hoſtium potentiæ reſiſtere,
iuſtè timuerunt ruinam patriæ, & bonorum ſuorum & vitæ
perditionem, pro qua cuitanda compulſi fuerunt ſe ſe, & vr-
bẽ ſubmittere. Eſt enim iuſtiſſimus timor, l. metum, ff. quod
met. cauſa. & tradit in propoſito Bart. in d. l. ſi ob turpem, ff.
de cond. ob turp. cauſam. ex quo iuſtificatur opinio Imo. in
conſi. 34. viſis. Socin. conſi. 39. lib. 3. & Neuiz. in illa ſilu. nup.
fol. 111. qui eandem ſententiam amplectuntur. quæ rationa
bilis eſt, & humana. Non etiam læſit Regis Maieſtatem
12 ex eo, † quod officium iudicandi ſibi à tyranno collatum
aſſumpſerat, quia per occupationem & vſucapionem factã à
tyranno, & obedientiam ei factam à Populo in loco Regis;
Maieſtas abolita erat: ex quo infertur, quòd Incolæ tyranno
obedientes non incurrunt, nec incurrere poſſunt crimen læ-
ſæ Maieſtatis, quod non committitur niſi per ſubditum, Se-
cundum gl. in clemen. paſtoralis, in uerbo non ſufficit, de re
iudic. Dicitur autem populus, cũ dominatur tyrannus, ſub-
ditus ipſi tyranno poſſidenti, licèt de facto & non uero do-
minio. c. audacter. 8. q. 1.

Præterea ſuſcipere officium iudicandi à tyranno non eſt
actus, qui maieſtatem Principis expulſi offendat: nam iuſti-
tiam facere intereſt etiam ipſius electi, ut integrum ſtatum,
13 ſaluumque populum ſuum valeat recuperare, † qui ſine iu-
ſtitiã de facili caderet, ut in proœm. Inſt. & in Auth. ut omn.
obed.

obed. iud. prouin. Sed & ſi delectum fuit onus iudicandi ſu-
ſcipere, & patriam ſuo Principi aduenienti conſeruare, me-
tus tyranni, qui iuſſit D. Gulielmo, ut iudicandi prouinciam
ſumeret, prætenſi delicti maculam deleat. Nam eodem ti-
more, quo coactus fidelitatem iurauit, officium etiā ipſum
acceptauit.
14 † Et in dubio per metum paruiſſe præſumitur, ut firmat
Bal. in l. eam quā, col. 7. C. de fideicom. & maximè ſtante pro
teſtatione facta per præfatum D. Gulielmum, per quam de-
15 claratur animum abeſſe à facto, ca. 1. quod met. cauſa, † quæ
proteſtatio cum ſit uelut à cauſa metus habēte tractum in
futurum, tollit mentem ob omni actu gerendo, durante di-
cta cauſa, ut per Bart. & alios in l. qui aliena, ff. de acquiren.
hæred. & per Bart. in l. 2. C. quod met. cau. Cæpo. conſi. 57. ſu-
per querela raptus, Socin. conſi. 27. in præſenti, colum. ti. lib.
3. & tradit in propoſito de metu tyranni, Bar. in d. l. ſi ob tur-
pem, & in tract. de tyran. Non quoque læſit regiam maieſta
tem propter conſilium, ut prætenditur, datum domino de
Mota, tunc de facto præſuli: nam quatenus de tali conſilio
appareat, illud ſanctum iuſtumque fuit, & tale, quod quiſq;
vir integritudinis daturus fuiſſet. Conſuluit duos fures, im-
mo ſacrilegos, & à Regis caſtris transfugas morte damnan
dos: quis illud improbabit conſilium clariſſimis iuribus ſu-
fultum? At prætenditur conſilium datum ea ratione, qua
hi duo contra proclamata tyranni ad caſtra regia ſe contu-
lerant. vellem qui iſtud aſſerunt, ipſi probarent prout tenen-
tur. Nam Dom. Gulielmus ſimpliciter reſpondendo eos eſ-
ſe reos mortis, intelligitur ex cauſa legitima dediſſe reſpon-
16 ſum, & non ex ea iniuſta, † ſicut dicimus in ſententia, quæ
præſumitur in dubio facta ex iuſta cauſa, ca. ſicut, de re iud.
& ibi Feli. colum. 7. infertur ad conſilium, ut ſicut iudex, ſi
non exprimat cauſam, prout non tenetur, præſumitur mo-
17 tus ex iuridica cauſa, ita conſultor. † Nemo enim præſumi-
tur eligere uiam, per quam ſuum iuditium ſubuerti poteſt,
l. 3. ff. de teſtamen. milit. Quinimo ſi Dominus Gulielmus
expreſsè cōſuluiſſet illos duos eſſe vltimo ſupplicio dignos,
quia fures & ſacrilegi, quia transfugæ, & quia iuerant ad ca-
ſtra Regia, contra mandata tyranni, non propterea poſſet di-
18 ci commiſiſſe in maieſtatem Regis, quia † aſſignando illā
cauſam erroneam & iniuſtam cum duabus alijs iuſtis appa
ret de animo ipſius, quod nō totaliter ſe fundauit in illa ini-
qua cauſa, ſecundum Felin. in c. 1. col. 4. de re iud. poſt Inno.
& alios per ipſum allegatos: & ſi ex conſcientia loqui uolue
rimus, lato ore fatebimur, quod Dominus Gulielmus de-
buiſſet exprimere illam cauſam, quamuis falſam & damna-
tam, ut adularetur tyranno, & uitæ ſuæ ac rebus conſuleret.
Et præmiſſa uitioſa videbuntur; & innocentia Domini Gu
lielmi magis elucefcet, ſi quæ in allegationibus contrarijs
deducuntur, de medio ſummouentur.

Non obſtat itaque argumē. de fidelitate, quam debemus
Deo cœleſti, ad fidelitatē, quam debemus Principi terreſtri:
quia retenta terminorum paritate nihil facit ad rem. nam ſi
quis iuraſſet Principi terreſtri non euitare mortem propter
19 ſalutem ipſius, † ut faciunt milites, l. pen. & ibi nota. per gl.
ff. ex quib. cau. maior. tunc timor mortis & perditionis bo-
norum non excuſaret eum, l. omne delictum, §. qui in acie.
20 ff. de re milit. † ſicut non excuſat nos à peccato & fidelitate
debita Deo cœleſti cū in baptiſmo iurauimus fidelitatem.
ſed Dom. Gulielmus non iurauit non euitare mortem pro-
pter ſalutem ſui principis, ergo &c.

Præterea non eſt eadem ratio in fidelitate debita Princi-
pi humano, quæ eſt in fidelitate debita Principi diuino.
21 † Nam ille pro nobis, & noſtra ſalute, ut homo mortem paſ-
ſus eſt, hic non pro nobis, ſed de nobis, noſtroq; ſudore ſem-
per triumphare quærit: ille coronam vitæ melioris pro eo
morientibus præſtat, ut inquit Ioannes in Apoc. hic nec ſe-
pulturam quidem elargitur: ille pro eo morietes ſuos facit
hæredes, hic pro eo decedentium hereditates expoliat: ille
promptè fidelitatem rumpenti indulget, hic ſeueriſſimè in
rebelles crudeſcit. nulla igitur eſt proportio cœleſtis Princi-
pis ad terreſtrem. nō etiam obſtat tex. in l. non omnes §. qui
captus. ff. de re milit. cum ſimilibus. Ex quibus aduerſantes
inferunt hæreticum eſſe dicere, quod ſeruanda ſit fides tyrā-
no, per eos, qui fidem ei promiſerunt, quia illa iura loquun
22 tur in captiuis, † qui fidem nō dederunt hoſtibus: nam cum
non detineantur ſub fide, ſed ſub captiuitate, dicuntur eſſe
apud hoſtes, à quibus aufugere tenentur, ſi poſſunt, d. §. qui
captus. ſecus autem dicendum in illis, qui non retinentur
23 captiui, † ſed ſub fide, l. eos, §. fina. ff. de capt. & poſtl. reuer.
vbi Attilius Regulus propter fidem datam hoſtibus &c. re-
24 uerſus fuit ad ſupplicium. † Quinimo ſubditi ſecundum
magis communem opinionem non poſſunt de iure data
opportunitate expellere tyrannum ſua propria authoritate,
nec occidere, ut per Fel. qui authoritates allegat in cap. cum
nobis, colum. 3. de præſcript. & dato quod contraria opinio
verior foret, ita demum practicanda eſſet, ſi ſubditi fortiores
eſſent. Nam ſi tyrannus potentior ſit, iuſto timore excuſa-
tur, qui ei obediuit, ut ſupra probatum fuit. abſoluendus eſt
igitur & innocens declarandus Dom. Gulielmus, qui ſi ali-
qua fortè leui culpa teneretur, à ſcelere certè liber eſſet, qui
ſi in patria perſtitit, ſi tyrannidis tempore ius dixit, regem ta-
men non offendit. & ſi patriam diligere, oppreſſos ſubleua-
re; & delinquentes punire ſcelus eſt, dādum certè huiuſmo-
di vicium eſt Aquenſi patriæ, Aquenſi reipublicæ, cuius Ze-
lo patratum fuiſſet, ignoſcendum foret huius hominis virtu
ti, probitati, ſcientiæ, charitati, ſuæq́ue reipub. cōſeruandus,
ſuoque ſtudio & ſibi ipſi reſtituendus foret.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſa maieſtatis ſolum aduerſus ſupremum Principem committitur.*
2 *Maieſtas quare ſic dicatur.*
3 *Rebelles inferiorum pœna capitali damnantur, non autem eorum bona confiſcantur.*
4 *Rebellis inferiorum non poteſt extrahi de eccleſia, nec pro quocunque atroci delicto etiam capitali de iure canonico.*
5 *De eccleſia quis poteſt de iure ciuili adduci pro quouis atroci delicto. ſecus de iure canonico, cui ſtandum in hoc eſt. & numero 7.*
6 *Per ius ciuile non derogatur immunitati ſemel Eccleſiæ conceſſa.*

RESPONSVM II.

QVæritur, an Dominus Gulielmus Sigui-
rani Excellens Iurecōſultus,
intitulatus de crimine læſæ maieſtatis extrahi
potuerit de eccleſia, ad quam aufugerat. ſuper
hoc puncto duo eſſent videnda. Primò, an Do-
minus Gulielmus dici poſſit reus læſæ maieſtatis, ex eo qđ
in patria remanſerit, & officium iudicandi à Domino Caro
lo Borbonio ſuſceperit, & conſilium in necem duorum, qui
ad caſtra regia diuerterant, dederit: ſuper quo dubio aliqua
ſcripſi ad demonſtrandum innocētiam ipſius Domini Gu-
lielmi, nihil tamen deduxi circa naturā delicti. ſed pro eua-
cuatione huius dubij reſpōdetur, quod etiam ſi uera eſſent
ea de quibus intitulatur præfatus Dominus Gulielmus, ta-
1 men non poteſt dici quod commiſerit, † crimen læſæ maie-
ſtatis, quod non committitur niſi contra ſupremum Princi-
pem, ſecundum gl. ubi Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. & ſi di-
catur Comitem prouinciæ nō recognoſcere ſuperiorem,
quo caſu in ſuo comitatu dicitur ſupremus Princeps, ut tra-
ditur per Bar. in l. hoſtes, ff. de capt. & in l. inſaniē, ff. de pub.
iud. & cōſequēter etiam rebellis talis Comitis dicitur reus
læſæ maieſtatis, ut firmat Sall. in l. quisqs, C. ad leg. Iul. maie.
& Ang. in tract. male. in uerbo, che hai tradito la tua patria,
& Imo poſt Pau. de Caſt. in clem. paſtoralis, de re iudic. quia
reſpondetur quod opinio Sali. & ſequacium non eſt vera, &
contrarium firmat Bar. in tract. qui ſint rebel. in verſ. rebel-
lando. Cy. & Ang. in d. l. quiſquis. Oldrad. conſi. 43. quæritur,
2 an citatio. † Dicitur enim maieſtas quaſi maior ſtans, & niſi
ſit omnium ſuprema, non dicitur maieſtas, ſecundum Old.
ſequitur Soc. conſ. 121. præmittenda eſt, lib. 4. vbi conſuluit,
3 † quod bona eorum, qui rebellauerunt contra inferiorem
Principem non recognoſcentem ſuperiorem, non confiſcā-
tur, ſicut confiſcantur bona eorum, qui cōmiſerunt crimen
læſæ maieſtatis, quia tales rebelles inferiorum non propriè
incidunt in crimen læſæ maieſtatis, licèt incurrant in crimē
capital. ſecundū Ang. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. per tex. in
l. 1. C. de ſeditioſis. & retenta hac ſententia apparet quòd pro
tali crimine quamuis capitali non poteſt delinquens extra-
hi de eccleſia pro quocunque atroci delicto, quia non eſt de
criminib. exceptuatis per ius ciuile, in §. ſed neq;, in Auth.
de mand. prin. neque per ius canonicum, in c. inter alia, de
immunit. eccleſ. & licèt ſint, qui teneant quòd de iure ciuili
poſſit delinquens extrahi de eccleſia pro quocunque atroci
delicto, ut tenent Petr. & Iaco. de Rau. in auth. præſenti, C. de
Epiſc.

Epiſc.& cler.tamen gl.in l.2. C. de his qui ad eccleſias confug.tenet,quod ſolum poteſt extrahi in caſibus exceptuatis in d.§.ſed neque.inter quos nō eſt caſus noſter. ſequitur Cy.
5 in d.l.præſenti.Ang.in d.§. ſed neque, † & licet de iure ciuili poſſet quis abduci de eccleſia pro quolibet atroci delicto,tamen in hac materia ſtandum eſt iuri canonico,quia hic agitur de crimine læſæ maieſtatis diuinæ,d.l.2. C.de his qui ad
6 eccleſi.conf.& de libertate Eccleſiaſtica violata, † & quia iura ciuilia non poſſunt derogari immunitati Eccleſiæ ſemel conceſſæ à lege,uel a canone,auth.caſſa & irrita,C.de ſacroſan.eccleſ.in hac materia non eſt curandum de iure ciuili, quod in hoc debet ſuccumbere iuri canonico,ſecundum Panorm.in d.c. inter alia. De iure autem canonico nullus poteſt extrahi de Eccleſia pro delicto quantumuis enormiſſimo.niſi in dubiis caſibus, de quibus in d.cap.inter alia, & quando deliquit in Eccleſia,ut in c.fi.eo.tit. Conſtat autem quod delictum,de quo quæritur, non eſt de exceptuatis, ergo ſtabit ſub Regula l.ſi finita,§.1.ff.de dam.infect.& ita cōmuniter tenent Legiſtæ in d.l.præſenti.Bar.in d.§.ſed neque, D.Ant.Panor.& alij in d.c.inter alia,Oldrad.conſi.154.quidam deliquit.Lud.Rom.conſi.227.ſpectabilis dominæ,& conſ.234.Aduertendum.

S V M M A R I V M.

1 *Falſi pœnam ad hoc ut inquiſitus patiatur,tria copulatiue requiruntur.*

2 *Protocollum Notarij ad hoc ut fidem faciat,quid requiratur.*

3 *Protocollum componendi facultas delegari non poteſt,niſi delegans ſe ſubſcribat.*

4 *Subſcribens cenſetur totum ſcripſiſſe.*

5 *Notarius præſumitur ſcire,quæ ad officium ſuum pertinent.*

6 *Antiquiore libro danda eſt fides, quando diſcordat cum nouo libro.*

7 *Scripturæ præſumuntur apud eum eſſe,ad quem ſpectant.*

8 *Protocolla defuncti ad hæredem ſpectant.*

9 *Falſum committit uſurpans officium ad ſe non ſpectans.*

10 *Libri inſcriptio refertur ad omnia & ſingula in libro contenta, quando liber habet ordinatam conſequentiam tam ſcripturæ quàm temporis.*

RESPONSVM III.

Qui ueritas eſt, me in uiam dirigat ueritatis.

1 VT inquiſitus de falſo puniri poſſit,†tria capulatiue requiruntur,videlicet,quod fuerit mutata ueritas, & per dolū, & in pernitiem tertij.de primo conſtat, quia ubi non mutatur veritas,ibi nulla falſitas,l.quid ſit falſum. ff.de falſ.& in Auth.de inſt.caut.& fid.in princ.probatur ſecundū in l.nec exemplum, C. de falſ.& quia uoluntas & propoſitū diſtinguunt maleficia,l.qui iniuriæ,& l.verum, ff. de furt. Tertium autem,quod talis falſitas ſit tertio nocitura. probatur in l.damus,C.de falſ.not.per glo.pen.& Scribentes, in c. quanto,de iureiuran.per Fel.in c.1.col.1.verſ.fallit ſecundo, de præſumpt.per Pau.de Caſt.conſi.151. videtur dicendum, Alex.conſi.150.viſo proceſſu,col.fi.& conſi.74.viſo teſtamēto,lib.1.Dec. conſi.175.colum. 9. inquirendum ergo eſt, an magiſter Dalmatius, qui in exemplan. tribus inſtrumentis collationum aſſeruit originalia protocolla fore ſubſcripta per quondam Robinum Notarium, addendo hæc uerba,Robinus Notarius dicatur mutaſſe veritatem per dolū, & cum damno tertij: & prima facie videtur, quod non ex duobus, quia & ſi protocolla non reperiātur ſubſcripta manu dicti Robini, verum tamen eſt, quod talia inſtrumenta confecta fuerunt per eundem Robinum, cum à teſtibus fuerit liber ille protocollorum recognitus, & verus liber protocollorum dicti Robini. Additio autem ſubſcriptionis deſignata per illa uerba, Robinus Notarius,facta ſolū uidetur ad demonſtrandum,quod ipſa inſtrā ꝯfecta fuerunt per dictum Robinum,§.ſed ſi inſtrumenta,cum gl.in uerbo oportet,in Auth.de inſtr.caut.& fid. Et hoc verum eſt. ergo non fuit in aliquo mutata veritas. Secundo,quia in principio libri reperitur ſcriptū manu propria,hic eſt liber protocollorum mei Robini.quæ ſcriptura communis eſt ad omnia & ſingula protocolla in eodem libro regiſtrata, l.ſi quis ex argentarijs,§.ſi initiū,ff.de edē. & in terminis, quod ſufficiat, quod Notarius atteſtetur, quod liber protocollorum eſt ipſius Notarij,abſque eo,quod ſubſcribat ſingula, firmat Du. Alexan.conſi.153.videtur prima conſideratione,lib.2.

Præmiſſis non obſtantibus contrarium reſpondendum
2 videtur. Ad quod clarius demonſtrandum præmitto, † ꝙ protocollum debet eſſe ſcriptū manu propria Notarij, qui fuit de eo rogatus,alias fidem nō facit,§.nos vero, in Auth. de Tabel.ubi glo.& Ang.& Spec.tit.de inſtr.edit.§.inſtrumētum,verſi.item oppono,quod non eſt confectum,& Bald.in rub.C.de fid.inſtrum.colum.7.& ſi ſit impeditus, debet ſubſcribere & proteſtari de impedimento,ſecundum Soc.conſ. 24.viſis,& diligenter ac maturè conſideratis, colum.8.& ſe-
3 quen.lib.1.† Nec alteri delegari poteſt facultas componēdi protocollum ſeu originale, niſi delegans ſe ſubſcribat ſecundum Spec.tit.de inſtrum.edit.§.poſtremo,verſic.item ꝙ
4 non eſt confectum. † tunc enim ſe ſubſcribens virtualiter cenſetur totum ſcripſiſſe,ſecundum Bart.in l.emptor. §. Lucius,ff.de pact.Alex.conſi.147.ponderatis his,col.2.lib.2. & in terminis noſtris Dec. conſi.175. in cauſa falſitatis, col.8. & ad hoc ut originale, & exemplum ſcriptum per alium, quam per eum,qui fuit rogatus,uel exēplauit, probet. oportet quod is,qui ſcripſit,eſſet talis perſona, quæ potuiſſet eſſe tabellio,ſi noluiſſet,ſecundum Spec.eo.tit.§. eod. uerſ.item oportet. Iſtis ſic præmiſſis oſtendo clariſſimè, quod per talē additionem fuit immutata veritas doloſe & in præiudiciū tertij. Quod fuerit mutata veritas, euidenter apparet, quia aſſerta inſtrumenta collationū non repetiuntur ſcripta nec ſubſcripta manu quondam Robini,& tamen magiſter Dalmatius inquiſitus contra veritatem propter falſam additionem illorum uerborum,Robinus Notarius, aſſerui protocolla ipſa fuiſſe ſubſcripta,ergo &c. Et non ſolum ueritatē mutauit.ſed etiam amouit; Nam ubi protocolla non probabuntur,falſa,additione illorum verborum,Robinus Notarius,ipſis protocollis probationem dedit,& conſequenter à falſa & non vera probatione falſitatem, & probationis inualiditatem amouit. quo caſu etiam locus eſt legi Corneliæ de falſ.l.1.§.qui in rationibus, ubi glo.Barto.& alij, ff.de falſ.dolo autem feciſſe conuincitur, tum quia additio ſubſcriptionis quæ nō reperitur in protocollo,niſi ex certa ſciētia fieri non poteſt: tum quia Notarius,cui commiſſa ſunt protocolla defuncti, præſumitur ſcire ſe non poſſe quicquā addere protocollis,ſibi creditis,iux.tex.in c.cum tabellio,de
5 fid.inſtrum. † Notarius enim præſumitur ſcire omnia, quæ ad officium ſuum pertinent,ſecundum Panorm. in capitu. 1.colum.fi.de fid.inſtrum.Præterea ſtante oppoſitione Domini Ioannis Bigliæ, qui citatus in commiſſione litterarū compulſoriarum ſe exemplandis oppoſuit,dicendo inſtrumenta exemplari non debere, cum protocolla non eſſent ſcripta,nec ſubſcripta manu dicti quondam Robini. nullo modo poteſt ſe excuſari idem Dalmatius à dolo, quia proteſtatio ne extraherentur facta per dictum Dom.Ioannem, agrauat proteſtatum,& omnem excuſationem ſummouet, l.qui foueas,& l.ſi putator.ff.ad leg.Aquil not.Bart.in l.non ſolum.§.morte colum.6.ff.de oper. noui nunt. vbi latè Moderni.Quod autem huiuſmodi veritatis mutatio,ſiue amotio ſit apta nocere tertio,videlicet Domino Ioanni Bigliæ,re ipſa conſtat. & clarius prædicta noſtra concluſio verior apparebit ex reſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur, dum primo dicebatur quod non fuit mutata veritas; quia conſtat quod prædicta protocolla fuerunt confecta per dictum Robinum, quia iſtud apertè negatur: nam cum talia protocolla non ſint ſcripta, nec ſubſcripta manu dicti quondam Robini,dici non poteſt, quòd talia protocolla fuerunt ab eo confecta ut ſupra probatū fuit. Et hoc maximè protocollum collationis. ut prætenditur factę Domino Raymundo Bigliæ, quæ non reperitur niſi in libro collationum exhibito per dictum Dalmatium quem non conſtat eſſe librum originalem dicti quondam Robini. Et licet quàm plures teſtes dicantur deponere, quod ſibi videtur illum eſſe librum originalem, non tamen negatur quod liber exhibitus pro parte fiſci eſt antiquior & prius ſcriptus quàm liber productus per ipſum Dalmatium: quo
6 caſu magis credendum eſt quod ille ſit originalis:&† diſcordantibus libris,antiquiori danda eſt fides.& non iuniori,ſecundum Bar.in leg.Sempronius,ff.de leg.2.

Et quod liber exhibitus per fiſcum ſit originalis, alia ratione comprobatur, quia repertus apud hæredem eiuſdem Robini ad quem veræ ſcripturæ defuncti præſumuntur perueniſſe,& non ad magiſtrum Dalmatium penitus extraneū.

Nam

7 †Nam ſcripturæ apud eum eſſe præſumuntur, ad quem ſpectant, l. ſi qui ſunt rationes, ff. fam. hercis. l. Serui a, §. fin. C. de
8 iure delib. protocolla autem defuncti Notarij ſpectant ad eius hæredem, l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. & l. ſi quædam, §. nihil, ff. de eden. firmat Panorm. in d. c. cum tabellio, & Gui. Pap. deciſ. 2. Adde, quod liber exhibitus per fiſcum eſt ferè totus ſcriptus manu eiuſdem Robini, liber vero exhibitus per inquiſitum eſt quaſi totus, (ut teſtes aſſerunt) ſcriptus manu aliena, & maximè prima folia, & ſucceſſiue uſque ad medium, & ultra, donec nonnulli quinterni, ut traditur, à libro originali apud hæredem exiſtenti clam expaginati, & in dicto alio libro inſuti conſpiciuntur, ut patet ex præpaginatione & ligatura ipſorum quinternorum.

Et ſtante hoc aliud reſultat falſitatis genus: Nam cum protocolla dici non poſſint eſſe penes ipſum Dalmatium, falſo videtur aſſeruiſſe ſe ab originalibus prædicta inſtrumenta extraxiſſe: ſed & alia & tertia falſi ſpecies ex hoc naſcitur, qui ſibi uſurpauit facultatem exemplandi protocolla defuncti Robini, quæ ſpectant ad hæredem, & non ad ipſum
9 Dalmatium. †Is autem, qui ſibi vſurpat officium quod non habet, falſum cõmittit, l. eos, §. Seruia, & ibi not. Barto. ff. de fal. & Bal. in l. qui ſub prætextu, in fine, C. de ſacroſ. eccleſ. in c. 1. loco, col. 1. de probat.

Non etiam obſtat, quod nomen Robini inſcriptum in principio libri ad ſingula protocolla referatur, tum quia ut ſupra dixi, non plane conſtat, quod ſit originalis liber, tum quia ita demum refertur ad omnia & ſingula, ſi in ipſa inſcriptione Notarius atteſtetur ſe fuiſſe rogatum de omnibus, & ſingulis inſtrumentis incluſis in libro, ut quia diceret Hic eſt liber inſtrumentorum, de quibus fui rogatus ego Robinus Notarius, ſecus ſi ex inſcriptione non appareat, quod ipſe Notarius fuerit rogatus de omnibus, ſecundum Bar. in d. §. ſi initium, col. antepen. & ſequen. In caſu autem noſtro inſcriptio ita cantat liber rationum infraſcriptarum receptarum de tempore mei Robini Notarij. Ex hac inſcriptione non infertur, quod idem Robinus fuerit rogatus de omnibus & ſingulis inſtrumentis contentis in libro, quia ſtat ſimul quod ſint receptæ de tempore ipſius Robini Notarij. & tamen quod ipſe Robinus eas non receperit, nec de eis fuerit rogatus. Et ſi dicatur quod debet ſubintelligi receptarũ, ſcilicet per me Robinum: illud acceptabo & retorquebo cõtra inquiſitum, quia eodem modo illud uerbum, infraſcriptarum debet intelligi ſcilicet à me Robino. Quia una determinatio reſpiciens plura, debet pariformiter determinare, l. tam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & l. quamuis, C. de impu. & quando duo vocabula tendunt ad determinationẽ eiuſdem verbi, debent intelligi ut pariformiter determinent, l. fin. & ibi not. Bar. C. de ſenten. & interl. omn. iud. Illa ergo duo vocabula, Infraſcriptarum, & receptarum, debent pari modo intelligi, ſcilicet à me Robino. ſed protocolla collationum, quas extraxit Dalmatius, non ſunt ſcripta, nec ſubſcripta per Robinum, ergo non poteſt dici, quod illa inſcriptio, de qua in principio libri, referri debeat ad collationes ſcriptas per alium. & ſi ad illud aduerſatur, apparebit clariſſimè, quod inquiſitus non potuit ſine nota falſitatis addere illa verba, Robinus Notarius. vel aliter poteſt reſponderi,
10 † quòd inſcriptio poſita in principio ſubordinat ad omnia, & ſingula contenta in libro, quando liber habet ordinatam conſequentiam tam reſpectu ſcripturę, quia ſunt omnia ſcripta eadem manu, quam reſpectu temporis, ut quia omnia ſunt ſcripta. & in libro poſita ſucceſſiuis. & continuatis temporibus, ſecundum Bal. in l. noſtram, colum. 1. & ſequen. C. de teſtamentis. Feli. in c. 1. colu. fi. de fid. inſtrum. Hic autem liber neque reſpectu ſcripturæ neque temporis habet ordinatam conſequentiam, igitur &c.

SVMMARIVM.

1 *Delati uariatio an ſit ſufficiens ad torturam.*
2 *Contrarietas & uariatio, quæ ſaluari aliquo modo poteſt, non dicitur uariatio, nec contrarietas.*
3 *Regula qui per alium facit &c.*
4 *Teſtes duo conteſtes ſunt neceſſarij ad aliquem conuincendum in quolibet negotio.*
5 *Teſtis non admittitur conſocius criminis.*
6 *Negans ſimpliciter articulum, negare uidetur totũ ſimul qualificatum, non autem ſingulas partes diuiſas.*
7 *Teſtes contrarij nullam faciunt fidem.*
8 *Mendacium ſolum non eſt ſufficiens inditium ad torturam.*
9 *Fama publica ad hoc ut per teſtes probetur, oportet, quòd aſſignent rationem, cur ſciant de hoc eſſe famam publicam, & à quo audiuerint.*
10 *Fama publica aboletur per bonam famam delati.*
11 *Teſtis qualiſcunque inimicus etiam ex quauis cauſa non eſt idoneus, & recipi non poteſt, quando eſt capitalis inimicus.*
12 *Teſtis conuerſans cum inimico non eſt idoneus.*
13 *Probationes imperfecta ac indicia non ſufficientia non coniunguntur ad faciendum in criminalibus indicium ſufficiens ad torturam.*
14 *Libellus regulatur à concluſione.*
15 *Probationes fruſtratoria & non neceſſaria non ſunt extorquenda, præſertim per torturam.*
16 *Raptus pœna non habet locum, quando mulier non fuit abducta longe à loco rapti, uel quando uiuit inhoneſtè, puta cum uno ſolo uiro.*
17 *Indicia ad torturam ſunt arbitraria iudici, qui in dubio debet arbitrari non ſufficientia.*

RESPONSVM IIII.

Contrarietates exuiſceratæ ex dictis teſtiũ, & examine delatorum non uidẽtur mihi facere ſufficiẽs inditium ad torturam, rationibus ſubſequentibus.

1 Prima ratio, † quia ſola variatio in delato non ſufficit ſecundum Parid. de Puteo, in tractatu ſyndicatus, in verbo torturæ, verſ. viſo de indicijs indubitatis.

Nec obſtat dictum Bar. in l. .... quod ſequitur Fel. in c. litteras, de præſump. quia Barto. non dicit, quod variatio vel mendacium in delato faciant inditium ad torturam, ſed dicit, quod faciunt magnam præſumptionem contra eum.

Secunda ratio, quia variatio, quæ fit ex interuallo, nõ reddit delatum ſuſpectum, cum potuerit vna die unum credere, & altera die redactus ad memoriam aliud aſſeuerare, l. de ætate, §. Seruia, ff. de interroga. actio. cap. videas. de pœn. diſtinctio. 4.

Tertia ratio, quia ad hoc ut variatio faciat præſumptionẽ contra inculpatum, oportet, quod ſit varietas circa delictũ principale, uel circa circumſtantias ipſius delicti: ſecus ſi circa aliquas demonſtrationes, ſecundum Barto. in l. eos, ff. de falſ. Spec. tit. de teſt. §. 1. verſi. item quod eſt uerius, Bald. in l. his uerbis, ff. de hæred. Inſtit. & in ſpecie per Pari. de put. loco prææallegato. faciunt quæ adducunt Moder. max. D. Iaſ. in l. 2. C. de bonor. poſſ. ſecundum tab. & Imo. in d. l. his uerbis, dicebat, quòd uariatio circa extranea, uel extrinſeca nihil nocet. Deducendo modo prædicta ad propoſitum, non obſtat, quod Guigoneti dixerit prius miſiſſe partẽ protocolli, poſtea dixerit portaſſe, quia quantum ad deducta, de quib. agitur, extranea ſunt & extrinſeca ab ipſis delictis: & eadem præſumptio, quæ ſuboritur ex eo, quod ipſe portauerit, etiã ſi miſiſſet, & quia ex interuallo uariaſſet.

2 Præterea, † contrarietas & variatio, quæ ſaluari aliquo modo poteſt, non dicitur contrarietas, nec uariatio. cap. cum tu, extra de teſt. vnde ſtat ſimul, quod ipſe miſerit. & tamen ſe-
3 cundo loco dixerit, quod ipſe portauit & dedit, quia † qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & ui arm. Item ſi ipſe portauit, & dedit, ſaltem largè poteſt dici quòd miſit, ſcilicet ſe ipſum, l. 2. ibi, ſe ipſum arctauit, ff. ſi quis cautio. Sic & uulgo dicimus, ſatis mittit qui portat.

Non obſtat, dum dicitur, quòd cõuincitur Guigoneti de mendatio in eo, quod negat ſe portaſſe habitum diſſimulatum, quia ultra præmiſſa in facto illud non eſt uerum.

4 Ad hoc † enim ut quis conuincatur, ſunt neceſſarij duo teſtes conteſtes deponentes contrarium, capitulo, in omni negotio, de teſti. & hoc dicit Paris, in loco præallegato. Sed quòd portauerit habitum diſſimulatum, reperitur ſolus teſtis, uidelicet Baronerij, qui eſt ſingularis. item imputatus
5 de eodem crimine & ſeu † conſocius criminis, qui non eſt teſtis, l. fina. C. de accuſ. l. quoniam liberi. C. de teſtibus. item Guigoneti negat ſe portaſſe habitum diſſimulatum ad ferraginem, non autem negat generaliter unquam portaſſe habitum diſſimulatum, & in hoc Baronerij non contradicit, quia non deponit, quod Guigonetti acceſſerit ad ferraginẽ

cum

cum habitu diſſimulato:non ergo conuincitur de mēdacio per duos integros teſtes,ut eſt neceſſarium.

Non obſtat tertia aſſerta varietas, tum quia non eſt circa circumſtantias delictorum,de quib. agitur, ſed circa extrinſeca:tum quia ſtat ſimul, ꝙ ſępius acceſſerint ad viſitandum dictam Magdalenam,& viſitando nō fecerint niſi ſalutationem. ad quartam variationem, quæ ponderatur contra Baronerii,reſpondetur ut ſupra.quia non eſt circa delictū, nec circunſtantias delicti.Item quod non eſt uarietas, quia primo negauit totum articulum, ſecundo accuratius dixit, ꝙ fuit præſens quando contenta in articulo obtulit Magdale-
6 næ.†Nam qui negat ſimpliciter articulum,Intelligitur negare totum ſimul qualificatum,ſed non intelligitur negare ſingulas partes diuiſas,ſm Barto.& alios in l.1.§.ſi ſtipulanti,in ff.de uerb.oblig. Et ideo negans non dicitur falſum committere,etiam ꝙ articulus diuiſus in aliquo ſit uerus.

Non obſtat quintum indicium,dum dicitur ꝙ Guigonetus conuincitur de mendacio in eo, quod etiam interrogatus ſi die præcedēti aſſertus raptus fuerit factus in domo Stephani Blanchi vocati 10.dairi,reſpondit cum eo plures fuiſſe,cætera negando. & tamen Baronerij confitetur ſimpliciter contenta in interrogatorio fore uera, & dictum Baronerij coadiuuatur dicto decimi teſtis. Ad iſtud reſpondetē multis modis in primis quod dictus Baronerius, & decimus te-
7 ſtis ſunt contrarij.†vnde eorum dictum nullam fidem facit, l.qui falſa uel uaria,ff de teſtib.c cum tu, extra eod.tit. quia dictus Baronerij non dicit,quod iuerit ad uocandum Iordanum cauſa eundi ad dictam Magdalenam, & proijciendi maritum in uallatum,imo iſtud negat in examine ſuo.

Contrarium autem dicit decimus teſtis, ergo contra dictum Guigneri nihil probatur, quia unus derogat fidei alterius.ſecundo reſpondetur ut dixi ſupra ad quartam varia-
8 tionē. Tertio,† quod ſolum mendacium non facit indiciū ſufficiens ad torturam,ut dixi ſupra in prima reſponſione. Quarto Guigneri ſimpliciter non negat fuiſſe illo veſperi cum Baronerij in domo Stephani:imo dicendo, quod plures fuit,includi poteſt, quod etiam fuerit die præcedenti.in quantum autem cætera negat, debet intelligi quantum ad hoc ut uocarent Iordanum,ut iret ſecum ad dictā Magdalenam quia ad hunc effectum non eſt uerum quod illo die fuerit cum dicto Baronerij, & cōſequenter cum poſſit ſumi concordia,non poteſt dici,quod conuincatur de mendacio, d.c.cum tu.

9 Non obſtat fama publica,quia illa nō probatur.† nam ad hoc ut teſtes deponentes ſuper fama probent,oportet quod etiam non interrogati aſſignent rationem,quia ſciāt de hoc eſſe famam publicam,aliter non probant:ideo oportet, ꝙ addant quod dr̄ a maiore parte populi,ſm Bart. in l. de minore,§.tormenta.ff.de quæſt. Fel.poſt Panor.in ca.cum cauſam,col.4.de teſtib.Item teſtis deponens ſuper fama publica non probat, niſi etiam non interrogatus deponat à quib. fama ortum habuerit & a quibus in ſpecie ipſe teſtis audiuerit,ut per plura probat Dec.conſ.37.in cauſa rigoroſæ accuſationis,col.6.ubi uaria conſilia,& authoritates cumulat in propoſito.Sed in pręſenti cauſa nullus eſt,qui dicat quod audiuerit à maiore parte populi, & à quibus ortum habuerit.ergo &c.Imo ſi uera fateri uoluerimus.ex dictis teſtium apparet, quod huiuſmodi fama habuit ortū ex dicto ipſius Magdalenæ & ex dicto mariti, & ſic à perſonis ſuſpectis, & non fide dignis,quo caſu fama non facit inditium ſecundū Innoc.in c.generaliter. per illum tex.de accuſ. & Bar. in d.§.
10 tormenta.cum ſimilibus,poſſem aliter reſpondere.maximè quod† bona fama ipſorum delatorum abolet contrariam famam,ſed non expedit quia,ut dixi,fama contraria nō fuit ſufficienter probata,ut patet ex prædictis. Non denique obſtant alia inditia.quia ut alias dixi non ſunt ſufficientia etiā
11 ad inquirendum:†Nam illi duo teſtes,qui dicunt Guigneri dixiſſe, eamus ad Magdalenam, non ſunt idonei & integri teſtes.quia uiles & abiectæ perſonæ, & quia eorum alter inimicus eſt dicti Guigneti,nec quicquam facit replicatio illa, quòd non ſit probatum, quod inimicitia ſit capitalis: quia aut quæritur nunquid inimicus repellatur ex toto a teſtimonio,ideſt nō examinetur,neque accipiatur in teſtem, & illo caſu inimicitia debet eſſe capitalis, §. ſi quis uero dicat, in Auth. de teſtam. & iſte non eſt caſus noſter. aut quæritur an inimicus acceptus in teſtem probet & ſit integer teſtis.& tūc omnes concludunt quod ratione inimicitiæ,qualiſcunque, & ex quacunque cauſa proceſſerit,non eſt idoneus teſtis.ca.ſi uero alter odioſus,eod.tit. ita concludunt Moderni in c.
12 1.de iudic.& ibi dixi.Tunc eſt,quod† conuerſans cum inimico non eſt idoneus,nec integer teſtis, c.repellantur c.meminimus,de accuſationibus,& illud eſt ueriſſimum, & poſſem comprobare per mille iura,& ſimilia.ſed non expedit. Item inditium reſultans ex depoſitione ipſorum teſtium non eſt certum,nec veriſimile,ut dixi in primis allegationibus,quibus,quantum ad hoc,nihil fuit replicatum.

Nec obſtat dum dicitur quod illud procederet ubi non eſſet niſi unum indicium tunc illud debet eſſe certum & ueriſimile:ſecus ubi ſunt plura,quia unum coadiuuat alterū. quia reſpondeo,quod in hac cauſa nullum inditium ſuffi-
13 ciens ad torturam reperitur, ut patet ex prædictis. † item in criminalibus probationes imperfectæ, & indicia non ſufficientia non coniunguntur ad faciendum unum indicium ſufficiens,ſecundum Bal.in l.ſi quis,§.1.ff.de eden. Alexand. conſi.143.quoniam abunde,columna ſecunda lib. ſecūdo, cum alijs quæ recolligit in propoſito Dec.conſ.189.colum. 8.ad finē. Cum itaque nullum indicium de per ſe ſufficiēs probatum fuerit,etiam ſi mille cōiecturæ & imperfectæ pręſumptiones haberentur,non debent coniungi taliter, quod ſufficiant ad torturam,ut dicunt expreſsè prælegati Doctores. Vlterius etiam aliter dicebam,aduertendum eſt ad inquiſitionem.ſiue titulos criminales, qui loco libelli propo-
14 nuntur, † & inſpicienda eſt concluſio,quæ regulat totum libellum,l.omnes.§.Lucius,ff.ſi in frau.cred.traditur per Bar. in l.certi condictio,in princip.ff.ſi cert.pet.in l. libellorum, ff.de accuſat. tituli autem porrecti contra Guignerium, & conſortium concludunt in crimine raptus, à quo crimine raptus etiam ſi uera eſſent, quæ in titulis proponuntur . . . abſoluēdi eſſent intitulati: ergo fruſtra quæritur an poſſint pro
15 hoc crimine torqueri, † non enim extorquendæ ſunt probationes fruſtratoriæ,& non neceſſariæ, maxime per torturam hominis liberi. Quod autem eſſent abſoluendi.etiā in conſtito de narratis in titulis, probaui per deciſ. expreſſam
16 Raphael.Cuman.conſilio 35.ubi uult, † non poſſe procedi de raptu contra eos, qui mulierem non abduxerunt longe à loco rapinæ.ſecundo probaui,quia pœna leg. vnicæ, C.de rapt.virg.non habet locum contra rapientes mulierem inhoneſtæ vitæ,ſecundum glo.& Doctor.in d.l.1.

Non obſtat dum dicitur, non fuiſſe probatum Magdalenam fore meretricem, quia non inſiſtendo, an Magdalena ſit meretrix uel nè,quo ad nos ſufficit,quod ſit inhoneſtę vitæ. Dicitur autem inhoneſtæ vitæ,ſi unius uiri libidine ſe exponat, ſecundum Cæpol. conſilio . . . exordiente Franciſcus.dicebam inſuper non potuiſſe.nec poſſe procedi contra intitulatos de crimine raptus, & adulterij, quia non conſtat nec ulla ſunt indicia ſuper raptu, & adulterio, & ſic cum ſuper principalibus delictis, de quibus inquiritur,non conſtat aliqualiter poſſe ad torturam deueniri:reſpondetur conſtare per famam, ſed certe ut ſupra dixi, non fuit probata fama. Reſpondetur ſecundo ſpeciale eſſe in crimine raptus.& adulterij, ut poſſit procedi non conſtito de delicto,ſecundum Angel.in tractat. malefic. in verbo,fama publica.ſed certe non crediderim dictum Ang.ſic ruditer intellectum,fore uerum, alias eſſet in facultate cuiuſlibet improbæ mulieris inculpare quoſcunque de raptu, & adulterio & adducti aliquas leues coniecturas ut in caſu noſtro. & hoc modo indebite procederetur. Et contra Angel.faciunt allegata per me in alijs allegationibus. quæ uideantur.

Præterea dato,quod dictum Ange.uerum eſſet, non dicit Ang.quod procedatur ad torturam,no conſtito de delicto: vnde intelligit.ꝙ procedatur ad inquirendum & ad formationem titulorum & ad interrogatoria non autem ad torturam quia hoc eſſet pluſquam rigoroſum & iniquum.

17 †Et licèt arbitrarium ſit iudici, quæ inditia ſufficiant ad torturam,ſecundum Bar in d.l.fi.tamen in dubio debet potius arbitrari non eſſe ſufficientia,ſecundum Pari.de Puteo, in §.torturam,verſ.& in inditio &c. Ang. l.interpretatione, ff.de pœn. cauereque debet ſicut ab igne, ne ſine legitimis inditijs aliquem tormentet,ſecundum eundem verſ. & an ſi quis dixerit,ad finem.

Laus Deo Opt.Maximo.

SVMMARIVM.

1 Depoſiti reſtitutionem recuſans, an furtum committat,& quæ requirantur ad hoc ut committatur. nu.7.

2 Depoſito utens depoſitarius inuito domino, furtum committit.

3 Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino.

4 Diffinitum non adaptatur, cui diffinitio non conuenit.
5 Depoſitum negans non committit furtum.
6 Contractatio non fit uerbo ſolo.
8 Mutui reſtitutionem negans non tenetur furti.
9 Depoſitum ad hoc ut dicatur, debet agi ut eadem corpora reddantur, quòd pecunia deponatur uti ſpecies, non uti quantitas numerata, aut ponderata.
10 Teſtes duo in omni negotio ſufficiunt.
11 Inſtrumentum dicitur probatio probata.
12 Teſtibus contrarijs & varijs fides non adhibetur.
13 Teſtes reducendi ſunt in ciuilibus ad concordiam ut probent, non in criminalibus, & nu. 16.
14 Teſtis dicto concordanti teſtimonia eſt ſtandum.
15 Doctori diſtinguenti, ac ſcripturas concordanti ſtatur, quando reperiuntur opiniones doctorum variæ, & contrariæ.
16 Probationes in criminalibus luce meridiana clariores eſſe debent.
17 Teſtes tractantes de ſe exonerando non probant, minus quando poſſunt redargui de mala cuſtodia, vel adminiſtratione.
18 Teſtis eſſe non poteſt frater, vel ſoror in criminalibus.
Nec famulus etiam in ciuilibus. nu. 19.
Minus ebrius. nu. 20.
21 Moneta antiqua continebat tantum in materia, quantum in forma.
22 Libra auri olim ex 72. aureis, hodie ex 97. conficitur.
23 Argenti decem libræ ualent libram auri.
24 Liber probat pro Scribente legali, bonoq́ mercatore.

RESPONSVM IIII.

INtitulatur nobilis Philippus de Perutijs ad inſtantiam fiſci de furto, ut aſſeritur, patrato per ipſum ex eo, quod denegauerit reſtituere integrum depoſitum hæredibus quondam Penni Morelli de ca Viſcicōtibus, & ſuper libello criminali porrecto per procuratorem fiſci dicuntur producti nonnulli teſtes, quorum depoſitiones mihi non fuerunt exhibitæ, ſed tantummodo eorumdē teſtium reuelationes, ad quas ut credendum eſt, teſtes ſe referunt. Nunc à me quæritur, an ſit fundata intentio ipſius fiſci, an vero idem Philippus ueniat ab impetitis abſoluēdus. viſis libello, & reuelationibus & omnibus maturè penſatis, Conſultationem hanc diuidendam duxi in duas partes. prima igitur pars erit, an huiuſmodi cauſa potuerit agi criminaliter: ſecunda pars, poſita parte affirmatiua in præcedenti, an ex deductis, & productis verificata fuerint neceſſaria ad probandum furtum commiſſum ob non reſtitutionem depoſiti. Circa primam uidetetur prima cōſideratione po-
1 tuiſſe criminaliter agi contra dictum Philippum, quia † qui recuſſat depoſitum reſtituere, furtum facere uidetur: tunc. n. ſpoliatur dominus poſſeſſione rei depoſitæ, l. ſi quis rem, ff. de acq. poſſ. & conſequenter furtum facit, quod per rei contractionem, uel per detentionem conuincitur, l. alienum, C. de furt. ita tenent Raph. Cuma. & Dom. Alex. in l. 3. §. ſi quis rem, ff. de acq. poſſ. reſpōdentes ad illum tex. quod ibi depoſitarius propoſuerat denegare depoſitum, non autem petenti denegabat reſtitutionem. & pro iſta opinione faciunt
2 illa iura, † quæ dicunt depoſitarium utentem re depoſita inuito domino furti crimine teneri, l. qui furtum, ff. de condi. furt. inſt. de oblig. quæ ex quaſ. del. naſc. §. itaq; ſiue creditor.

Præmiſſis non obſtantibus. contrariam ſentētiam amplector, tamquam iurium terminis & ratione magis conſonā.
3 † Nam furtum ſine cōtractatione rei alienæ inuito domino committi non poteſt, ut ex diffinitione furti, de qua in l. 1. ff. de furt. dilucide apparet, & clarius ita determinat Iurecōſultus in d. l. ſi quis uxori, §. neque, ff. de fur.
4 † Cui enim diffinitio non conuenit, nec diffinitum adaptatur, l. 1. §. dolum. ff. de dol. & hæc eſt ratio, quia negans de
5 poſitum non incidit in uitium furti, † quia negando ſuſcepiſſe depoſitum, non propterea rem contractat, l. inficiando, ff. de furt. ſi mudò oſtendero depoſitarium non cōtractaſſe ſummam penes ipſum depoſitam, apparebit propoſitionem noſtram eſſe veriſſimam. Quod autem non contractauerit, paret, quia Dom. Philippus nunquam recuſauit reſtituere depoſitum, & poſito quod negaſſet ſummam in titulis de ſignatam integraliter fuiſſe penes ipſum depoſitatā, ex hac tamen ſola negatione non dicitur ſummam depoſitatā con
6 tractaſſe, † quia ſolo uerbo non fit contractatio rei, d. l. inficiando, & d. §. neque, & ſic ex hoc ſolo non potuit contra eū formari inquiſitio de furto, ſed poſito falſo pro uero, quod denegaſſet reſtituere integram ſummam, adhuc ſtat fixa, & firma noſtra propoſitio, quod Dominus Philippus nō commiſerit furtum, ex duabus maximè ſtringentibus rationib.
7 Et primo, † quia ad hoc ut negans reſtituere depoſitum committat furtum plura ſunt neceſſaria. primo, quod ſit depoſitum. Secundo, quod rem depoſitam contractet. Tertio,
8 ꝙ eam contractet inuito domino. De primo conſtat, † quia negans reſtituere mutuum nō tenetur furti, eo ꝙ mutuans tranſtulerit dominium rei mutuatæ in ſuſcipientē, & ei dederit facultatem rei utendæ. l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pet. ſimiliter, qui negat ſummam promiſſam per pactum uel ſtipulationem ſoluere, furtum non facit, quia rem alterius non cōtractat: aliud enim eſt rem eſſe alterius, aliud ſibi deberi, l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. Quintus, §. argento, & §. cum ita, ff. de aur. & arg. leg. conſtat etiam, ꝙ requiritur contracta inuito domino. vt ſupra probaui: iſta autem conſignatio facta dño Philippo, non poteſt dici depoſitum, ſed potius habet naturam mutui, ut probabo, ergo &c. Quod non dicatur
9 depoſitum, probatur ſic. † ad hoc ut dicatur depoſitum, oportet, ꝙ actum ſit, ꝙ eadem corpora nummorum reddantur: etiam ſi de tantundem ſolueretur, conuenit egredi notiſſimos depoſiti terminos, l. Lucius, ff. depoſ. & ſic oportet, ꝙ quantitas pecuniarum ſit depoſita non ut quantitas, ſed ut ſpecies, & ſic quod ſit depoſitus ſacchus vel crumena repleta pecunijs obſignata, aliter ſi ſit depoſita pecunia ad pondus, vel ad menſuram, non dicitur depoſitum, nec denegans reſtituere, furtum facit, l. ſi ſacchulum, ff. depoſ. & ratio euidēs eſt, quia deponens pecuniam ad pondus, uel ad menſuram, cenſetur dare licentiam depoſitario, ut ea pecunia utatur, & tantundem in genere ſuo reſtituat, ſecundum gl. in l. die ſponſaliorum, ff. depoſ. & probatur in l. 2. ff. ſi cert. pet. & Bal. conſi. 355. quidam A. lib. tertio. ſed in caſu noſtro fiſcus articulat pecuniam fuiſſe depoſitam, partem ad pondus, partē ad menſuram. Ergo bene ſequitur, quod non eſt propriè depoſitum: ſequitur etiam quod tacite actum fuit, ut tantundem in genere ſuo redderetur, Specu. titu. de libel. concept. §. is, verſic. item non ualet ſi aurum. Ex iſtis ſequitur concluſio, quod etiam ſi depoſitarius vſus fuerit ea pecunia, etiā ſi reſtitutionem denegauerit, quòd furti actione conueniri non potuit. ita in ſpecie concludit Salic. in d. l. die ſponſaliorum, dicens hunc eſſe effectum reſultantem ex hoc, quod depoſitum egrediatur notiſſimos terminos depoſiti, ut dicitur in d. l. Lucius, & clarius, & magis diffuſe ita caſum noſtrum determinat Albericus de Roſ. in dicta l. inficiando, inquit enim, qui denegat reſtituere pecuniam apud ſe depoſitam ad pondus vel menſuram, non credo, quod furtum committat, quia potuit ea pecunia vti, & conſumere, & poſtea tantundem reſtituere: malè igitur criminaliter fiſcus intentauit actionem furti &c.

Sed poſito, quòd uerum eſſet prout nō eſt, quòd per ſolam denegationem depoſiti committeretur furtum, uidendum eſt an ſint probata neceſſaria ad conuincendum Dominum Philippum de furto, & iſta erit ſecunda pars noſtræ conſultationis: pro cuius dilucidatione præmitto, quod fiſcus agit actione furti, quia Dominus Philippus non reſtituit niſi 700. ſcuta ſolis, & ſolidos viginti, cum longè maiorem ſummam in depoſito receperit, & conſequenter furti agit, quia integrum depoſitum non redditur: inquirendum ergo eſt an fiſchus probauerit maiorem ſummam fuiſſe depoſitam. diſcutienda igitur ſunt dicta teſtium, & quia aliqui deponunt ſuper pondere tantum, aliqui ſuper depoſitione, & conſignatione tantum, aliqui ſuper utroque. aliqui ſuper pondere numero & conſignatione, videamus prius quod, & quale pondus probatum fuerit. Secundo an probatum ſit illud idem pondus tantundemque menſuram fuiſſe depoſitam & conſignatam præfato Domino Philippo.

Circa primum videtur probatum tàm ex teſtimonialibus, quàm ex dictis teſtium, quod ſcuta ſolis eſſent ponderis librarum ſex cum dimidia, ſolidi uero eſſent librarum undecim cum dimidia, ſcuta vetera eſſent numero centum, duplices ducati eſſent 36. teſtoni decem & octo, quod pondus, & qui numerus, ut ponitur, longè excedunt ſummam 700. ſcutorum, & ſolidorum viginti. Quod ſacchetus ſcutorum ſolis, & ſacchetus ſcutorum eſſent ponderis de quo ſupra, deponūt Claudius Colūbi, Dominicus Taletij,

Ioannes

Ioannes Valletta Alziatus Bocardi, Antonius Bratus Bla-
ſius columbi, & Antonius Rauani, qui omnes etiam ſe reſ-
ferunt teſtimonialibus ſumptis per Gulienum Regis No-
10 tarium, in quibus pondus prænominatus deſignatur. † con-
ſtat autem quod in omni negocio ſufficiunt duo teſtes, c. in
omni negocio, de teſtibus, l. ubi numerus, ff. eod. tit. quantũ
magis ubi adſunt ſeptem, & ultra, ac etiam vbi reperitur
11 † inſtrumentum, quod dicitur probatio probata, & nõ pro-
banda ſecundum Bal. in l. imperator, ff. de ſtat. hom. gloſ. &
Panorm. in c. cum olim, de cenſibus. De numero duplicium
ducatorum conſtat ex depoſitionibus Bombitre, Antonij
Romani. Quod autem ſcuta uetera eſſent numero centum,
deponit idem Bombitre. Sed præmiſſis non obſtantibus,
ſentio non fuiſſe probatum prædeſignatum pondus, neque
12 etiam numerum; † quia teſtes ſunt varij, & contrarij, propter
quam variationem, & contrarietatem non eſt eis fides adhi-
benda, l. qui falſa, uel varia, ff. de teſtib. c. cum tu, eo. tit. cum
ſimilibus. Nam Claudius ſextoris deponit ſacchetrum ſcu
torum ſolis ſimul cum ſcutis ueteribus, qui erant in alio ſac
cetto eſſe ponderis librarum ſex: Bombitre vero deponit, q;
ſcuta ſolis cum ueteribus erant librarum ſex cum dimidia.
Petrus Celeterij deponit, quod Vitalis Loreni propter ſac-
chum, & impetum vẽtorum poſuit ſcuta ſolis ad libras ſex,
Petrus meſſanitij deponit aurum eſſe librarum ſeptem, ſeu
ſaltem librarum ſex cum dimidia, & vltra. Blaſius Columbi
dicit aurum eſſe librarũ ſex cum ſaccho. inſuper Claudius
ſextoris deponit de vndecim libris ſolidorum cum ſaccho,
idem deponit Petrus Celererij, idem dicit Aſtoandus Dal-
matij. Ex quorum depoſitionibus tàm varijs, quàm con-
trarijs, conſtat non eſſe probatum, quòd ſcuta ſolis eſſent li-
brarum ſex cum dimidia abſque ſcutis veteribus, qui, ut
dicitur in teſtimonialibus, non fuerunt ponderati. ſimiliter
dubiũ eſt an ſolidi eſſent librarum undecim cum dimidia.
13 † Et ſi dicatur, quòd reducendi ſunt ad concordiam, ut ſal-
tem probent de libris ſex auri, & libris vndecim argenti ære
contaminati, tàm quia in maiori ſumma ineſt minor, lege
cum furti, ff. de in lit. iuran. nam, vbi teſtes de eodem actu
deponunt probant ſaltem de minori, ſecundum Dominũ
Alexand. in l. prima, §. ſi ſtipulanti, ff. de verborum obligati.
per tex. in l. Sempronius. ff. de legat. ſecundo, tum quia ex de-
poſitione Petri Celererij teſtes ad concordiam reducuntur,
vt ſcilicet pondus auri fuerit librarum ſex cum dimidia. ſed
propter uentum & ſacchum verè non eſſent niſi libræ ſex, &
ſimiliter ſolidi propter ſacchum & ventum non eſſent niſi
14 libræ vndecim. † ſtandum enim eſt depoſitioni illius, qui
aliqua diſtinctione concordat teſtimonia, d. cap. cum tu, &
15 ibi Felin. latè, de teſt. † ſicut ubi reperiuntur opiniones do-
ctorum variæ, & contrariæ, ſtatur opinioni doctoris diſtin-
16 guentis, & ſcripturas concordantis: † quia prædicta poſſunt
procedere in ciuilibus, ſecus videtur dicendum in crimina-
libus, in quibus requiruntur probationes luce meridiana
clariores, l. finali. C. de probatio. Nam teſtes, qui deponunt
de minori videntur negare maiorem. ſecundum Sali. in d.
l. ſecunda. C. de reſcind. vendit. poſt Bal. ibi, Ioann. de Imo.
in cap. finali, de emptio. & venditio. Aret. conſilio 65. in præ-
ſenti conſultatione, columna ſecunda. ex quo reſultat, quod
contrariantur depoſitionibus de maiori ſumma, uel ſaltem
quia deponentes de minori negant maiorem, & ſequitur
hæſitatio, qui veriora dixerint: vnde in criminalibus non vi-
dentur liquidiſſimum probare, ergo &c.

Præterea, & ſi prædicti teſtes probarent ſaltem de libris ſex
auri, & libris vndecim ſolidorum, ſtante concordia de qua
ſupra, tamen talis probatio non facit fidem in præiudi-
cium Domini Philippi, qui non erat præſens tempore pon-
deris, & numerationis, & qui non approbauit neque acce-
ptabit depoſitum iuxta prædictum pondus, & prædeſigna-
tum numerum. Vnde videndum eſt ſecundum dubium,
an fuerit probatum, quod dictæ pecuniæ fuerint depoſitæ
& conſignatæ eidem Domino Philippo in pondere, & nu-
mero prænarratis: & mihi videtur, quòd non ex pluribus.

Primo Alciatius Bocardi, qui pecunias numeratas, &
ponderatas in loco de Canſumatibus portauit ad locum ca
ſtri noui, & Claudius Columbi, qui cõſignauit, & depoſuit,
& Petrus Celerarij, Dominicus Talerij, & Ioannes Valletta
Comites & Socij deputati ad ſociandum & comitandam di
17 ctam pecuniam nihil probant. † quia tractant de ſe exone-
rando, ſecundum Barto. in l. differre, ff. de iure fiſc. Panorm.
in cap. inſuper, columna penultima, de teſtibus, Rapha. Cu-
man. conſi. 68. in præſenti quæſtione tertia, prout Dec. conſi.
256. in cauſa inquiſitionis, columna tertia. item ubi teſtis
deponit in cauſa, in qua poſſet redargui de mala cuſtodia,
uel adminiſtratione, ei non eſt credendum etiam in ciuili-
bus, ſecundum Ioann. And. in addit. Spec. tit. de teſtibus, §.
primo, verſ. ſed pone, quod adminiſtrator. ſequitur Do. Aut.
in c. cum à nobis, de teſtibus. & in cap. ex litteris, & ibi Imo.
de tranſact. Alexand. conſi 86. viſis dubitationibus, colum.
penu. & Dec. in d. conſi. 256. Sed iſti teſtes tractant de ſe
exonerando, nam ſi omnem pecuniam non cõſignaſſent,
ſed inter ſe partiti fuiſſent, tenerentur ipſi ad reſtitutionem,
& ab ipſa obligatione ſatagunt ſe exonerare. item ſi diligen
ter non animaduertiſſent, cuſtodiſſentque ne Alizarius qui
pecunias deſerebat, quicquam uſurpaſſet, forent proculdu-
bio reprehendendi, vnde non eſt eis credendum, quia depo
nunt in eorum fauorem, & ad ſe excuſandum à culpa, & ne-
gligentia. Item Claudius Columbi eſt frater querelantis.
18 Conſtat autem, † quod in criminalibus frater non eſt ido-
neus teſtis pro fratre, vel ſoror, cap. tertio, quæſt. 5. cap. in lit-
teris, de teſtibus, per Panor. in c. litteras, de præſumpt. Socin.
19 conſi. 20. colum. fin. lib. 1. & alibi ſæpe. † Item Alziarius eſt
famulus querelantis, qui non eſt idoneus teſtis pro domino
etiam in ciuilibus, l. 2. C. de teſtibus. etiam ſi poſt litem mo-
tam, uel præparatam fuerit expulſus, ſecundum Specu. titu.
de teſte. §. 1. verſi. quod ſi olim, & maximè ſi ſimulatè expul-
ſus fuiſſet, ut aliquando ad famulatum rediret ſecundum
Bar. in l. vir mulieri, per illum tex. ff. de donat. int. uir & vxor.
per Felin. in c. in litteris, col. 4. de teſt. Item Petrus Celerarij
20 eſt continuo ebrioſus, † ebrius autem repellitur à teſtimo-
nio ſecundum Bal. & Feli. in c. 1. de teſtib. Alij etiam teſtes
fuerunt alijs rationib. obiectati, ut patet in proceſſu, ex quib.
ſatis liquido cõſtat, quod iſti teſtes, qui detuliſſe, & aſſociaſ-
ſe, ac conſignaſſe omnem pecuniam præfato Domino Phi-
lippo deponunt, non probant, maximè in criminalibus.

Sed eſto, quod iudex velit eis aliquam fidem adhibere, ad
huc abſoluendus eſt Do. Philippus, quia ex omnium depo-
ſitionibus apparet, quòd non conſignarunt præfato D. Phi-
lippo pluſquam 700. ſcuta, & ſolidos viginti: deponit enim
Alziarius, & Claudius Columbi, quòd ipſi conſignarant di-
ctam pecuniam, deſignando ſpecialiter pondus & mẽſurã:
teſtes autem, qui præſentes fuerunt conſignationi, videlicet
Bertonus Motorij, Andibertus Artuagarij, Nic. Antonius,
Iacobus maliñoſi, Petrus Baruerij, Gulielmus Flotocho, Pe-
trus Richerij, & ſindici dicti loci Caſtri noui, qui omnes cõ-
corditer deponunt, quòd Claudius Columbi dixit ſe depo-
nere, & conſignare præfato D. Philippo libras ſex cum dimi
dia ſcutorum ſolis cum ſaccho, & libras vndecim ſolidorũ
cũ ſaccho, & triginta ſex duplices ducatos in vna burſa, quas
pecunias Alzarius uacuauit in vna acquiminaria, & ex illis
accepit ſolidos viginti. hæc eſt ſumma conſignata, hæc ſum-
ma depoſita, & cum depoſitionib. iſtorum: & in hãc ſummã
concordant Claudius ſextoris, & Bombitre, nec diſcrepant
Petrus Celererij, & Columbi, qui deponunt numerũ ſcuto-
rum ſolis eſſe librarum ſex, detracto ſaccho & ventorum im
petu. calculetur modo huiuſmodi pondus, certè non exce-
21 cedit 700. ſcuta & ſolidis viginti: † ſeptuaginta. n. & duo ſcu-
ta auri, ſecundum antiquam monetam, in qua tantum erat
auri in materia, quantum in forma, l. 1. ff. de contrah. empti.
not. Bart. in l. Paulus, ff. de ſolut. & in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. Pa-
nor. & alij in c. quãto de iu. iur. faciunt vnã librã auri, l. quo
ties, C. de ſuſcep. & Arch. lib. 10. not. per glo. in l. fi. ff. de in ius
22 uoc. † ſecundum verò monetã noſtri temporis, propter ex-
penſas quæ fiunt in cudẽdo, 97. ducat Bononienſes, & cen-
tum ſcuta Regis Franciæ conſtituunt libram auri, ſecũdum
23 Io. de Platea in d. l. quoties. & † decem libræ argenti puri ua
lent libram auri, l. 1. C. de arg. prec. lib. 11. viginti vero libræ
æris valent vnum ducatũ, l. 1. C. de coll. æris, lib. x. libra vero
argenti ære cõtaminati valet quatuor aureis, & plus & minus
ſm minorẽ vel maiorem contaminationem, ut not. in d. l. 1.
& ſic ſex libræ auri faciunt ſex centũ ſcuta, 18. teſtoni faciunt
ſcuta quatuor cũ dimidio, vndecim libræ ſolidorum faciũt
44. ſcuta, licèt intellexerim, q; nõ faciunt niſi 40. 36. duplices
ducati facerent 72 aureos; ſed quia non erunt omnes euiſ-
dem valoris, cum alij eſſent Nobiles, alij Alphonſini, ut de-
ponit Bombitre, non poteſt taxari uerus numerus, ſed ex li-
bro ipſius Domini Philippi apparet, q; non faciunt niſi 50.
24 aureos, † qui liber facit probationem etiam pro Scribente, ſi
ſit homo legalis, bonuſque mercator, ſecundum Bar. in l. ad
monendi, ff. de iu. iuran. per tex. in l. rationes, C. de probati.
quinimmo dicit Spec. in tit. de inſtr. ædit. §. nũc dicdũm,
circa medium, q; liber mercatoris facit ſemiplenã probatio
nẽ etiam pro ipſo mercatore, & cum vno teſte facit plenam

probationem: imò dixit Bald. quòd liber mercatoris legalis poſt mortem ſuam plene probat etiam pro eo, & eius hæredibus, ita Bal. in l. vnica, colum. 4. C. de cōfeſ. & in c. iurauit, col. 3. de teſtibus. Soc. conſi. ibi pro deciſione, col. 2. lib. 2. Conſtat autem ex dictis & depoſitionibus teſtium, & ex publica fama, quod Domi. Phylippus eſt homo legalis, & fidelis, ergo &c. omnibus ergo computatis tota ſumma aſcēderet ad 698. aureos, cum dimidio, de quibus detrahendi ſunt ſolidi 80. qui ualent ſcuta duo, ſtante quod Phylippus uir integerrimus reſtituit 700. aureos & ſolidis viginti, & ſi probari non poſſet eum tantum recepiſſe, inique ergo, & inciuiliter fuit mtitulatus.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Vnio agentium licita eſt pro tuenda poſſeſſione rei ſua.*
2 *Inquiſitionis copia tradenda eſt delato reo, aliàs non poteſt ad ulteriora procedi.*
3 *Interrogatoria ex libello extrahuntur, alias ſunt impertinentia.*
4 *Libellus non poteſt mutari poſt concluſionem in cauſa, nec error probari.*
5 *Probatio non releuans probantem eſt reyciendа tamquam ſuperflua.*
6 *Excommunicati acta ſunt nulla, ac fidem non faciunt.*
7 *Libello illegitimè ordinato, nomen rei abolетur.*
8 *Inquiſitio ſine indicys præcedentibus non formatur, uel ſaltem fama publica præcedente.*
9 *Vnio non facta dolo malo, & ad aliquem offendendum, non dicitur illicita.*
10 *Vnio ſine duce, ſeu principali, non dicitur illicita.*

RESPONSVM VI.

EX tenore inquiſitionis formatæ contra Claudium, & conſortes de illicita congregatione hominum armatorum, conſtat inquiſitos fore abſoluendos, quia ex lectura ipſiuſmet appa-
1 ret, † quòd talis congregatio fuit facta in caſu licito, videlicet pro tuenda poſſeſſione inſulę de la Bartalaſſe, iuris ipſius Claudij, & eius patris, in qua nonnulli ligna ſcindebant, & exportabant, quo caſu talis adunatio permiſſa reperitur, l. 3. §. eum igitur, ff. de ui, & vi arm. traditur per Capo. conſi. 4. per totum. verum procurator fiſcalis aſſerit aliter inquiſitionem fuiſſe formatam, exhibendo primam notam ſcriptā per Petrum de Cotno Notarium &c. Nūc quæritur an inquiſitioni ſtandum ſit? viſis, itaque ambabus inquiſitionibus, & proceſſu, mihi videtur ſtandum eſſe inquiſitioni reis exhibitæ & per copiam traditæ, infraſcriptis rationibus.
2 Primo, † quia libellus criminalis, qui nō fuit oblatus reo, nullum producit effectum: eſt. n. inquiſitio porrigenda reo, c. 1. de libel. oblat. l. 2. C. de eden. & niſi fuerit reo exhibita, non poteſt ad ulteriora procedi, auth. offeratur, C. de lit. cōteſt. & hoc benè ſequitur, quod ſtandum magis eſt inquiſitioni ſiue libello porrecto parti, quia ſuper eo lis fuit conteſtata: ſuper eo inquiſiti deliberauerunt an cederent vel contēderent. l. edita, C. de eden. cum igitur inquiſitio, in qua narratur, ꝙ delati ſe congregauerunt cum armis pro eundo ad inſulam della Bartalaſſa, iuris Domini Petri Lucæ, in qua ligna ſcindebantur, & exportabantur fuerit exhibita, & porrecta reis, & ſuper ea reſponderint, & litigandum duxerint: altera vero neque ipſis fuerit porrecta, neque per copiam tradita, benè concludendum reſtat, quod ſtandum ſit inquiſitioni exhibitæ, & per copiam editæ reis, & nō alteri. Si enim rei non vidiſſent ex lectura inquiſitionis conſtare de ſua innocentia, proculdubio articulaſſent & probaſſent feciſſe talem congregationem pro eundo ad defendēdum poſſeſſionem dictæ inſulæ: ſed quia uiderunt fiſcum in inquiſitione ipſis reis exhibita, conſiteri ea, quæ ad victoriam & innocentiam demonſtrandam ſufficiebant, non curarunt aliter probare, neque ſe inanibus ſumptibus uexare.

Secūdo poſito, quod nulla fuiſſet inquiſitionis copia reis tradita, adhuc crederem ſtandū eſſe inquiſitioni, in qua narratur reos acceſſiſſe ad inſulam della Bartalaſſa, cauſa expellendi incidentes ligna Petri Lucæ: quia in primo interrogatorio facto per iudicem ſuper inquiſitione, interrogātur delati, an fuerint requiſiti de accedēdo ad inſulam de la Barta-
3 laſſe; † interrogatoria autem extrahuntur de corpore libelli, alias eſſent impertinentia & talia quæ iudex nunquam feciſſet, nec facere debuiſſet, ut not. in c. a. de teſt. lib. 6. in uerbo, interrogatoria. debemus ergo ſtare inquiſitioni, ſiue titulis criminalibus, qui ſe conformant cum interrogatorijs.
4 Tertio † poſt concluſionem in cauſa non auditur actor volens emendare uel mutare libellum, l. edita, & ibi Bald. col. 12. C. de eden. neque poteſt error probari ſecundum gl. Geminia. & communiter Scribentes, in c. a. de in integ. reſt. lib. 6. D. Ant. in c. ſi. col. 9. de conteſt. Feli. in c. cum dilectus, col. 3. de fid. inſtr. Non eſt ergo audiendus procurator fiſcalis, ſi velit probare aliter fuiſſe formatam inquiſitionem, quod fuerit exhibita reis.
5 Quarto † quia nō eſt admittēda probatio, quę probantē nō habet releuare, c. cum contingat, de offic. deleg. cum non ſit ſuperfluis probationib. utendum, l. hęc ſtipulatio, §. diuus, ff. vt leg. nom. caue. nam ut mihi relatū fuit, Notarius, qui ſcri-
6 pſit primam notam titulorum, tūc erat † excommunicatus, vnde acta ab eo nullam fidem faciunt ꝑ in gl. & cōiter Scrib. in c. decernimus, de ſent. excom. lib. 6. & fuit allegatus ſuſpectus, vnde acta, ſcripta ab eo, ſuſpecta reddūtur, c. poſtremo, de appe. cum ſimilib. ſed poſito, ꝙ iudex vellet inhærere inquiſitioni ſcriptæ per dictum Notariū ſuſpectum, adhuc arbitror reos fore abſoluendos. & pro fundamento, aſſumo verba iurecōſulti, in l. libellorum, verſ. ꝙ ſi libelli, ff. de accu.
7 vbi eleganter inquit, † ꝙ ſi libelli inſcriptionum legitimè ordinati non fuerint, nomen rei abolетur. ſi modo oſtendero libellum inſcriptionis. i. inquiſitionis, ſiue titulos criminales ſcriptos per dictum Notarium ſuſpectum nō fuiſſe legitimè ordinatos, concludendum erit reorum nomina abolenda eſſe. libellus ſiue inquiſitio ita cantat. ſuper eo, ꝙ delati ſe adinuicem hodie congregarunt armati armis offenſibilib. & congregationem illicitam fecerunt, & per præſentē ciuitatem deambularunt contra prohibitiones pręſentis curiæ, iſte libellus inquiſitionalis non eſt legitime ordinatus.
8 Primo, † quia inquiſitio formari non poteſt, niſi inditijs præcedentibus, vel ſaltem fama publica de iure canonico, c. qualiter & quando, de accuſ. non conſtat autem de aliquibus inditijs, uel fama publica præcedentibus, ergo &c.
9 Secundo, quia † ad hoc ut coadunatio hominū armatorū dicatur illicita, oportet, ꝙ dolo malo, & ad aliquē offendendum fuerit facta, l. 3. §. dolo aūt, & §. homines coactos, ff. vi bonor. rapt. cum itaque in inquiſitione ſcripta per Notariū ſuſpectum non exprimatur congregationem hmōi fuiſſe dolo malo factā cā offendendi aliquē, reſtat dicendū, ꝙ ſuper ea non pōt delati condemnari. benè facit, qđ dixit Aug. in tract. maleſ. in uerbo, ſcienter tractatæ & appenſatæ.
10 Tertiò, ad hoc † vt poſſit formari inquiſitio de ꝯgregatione illicita, oportet, ꝙ deſignetur capitaneus ſiuè principalis, cuius nomine ſiue authoritate fiat adunatio, cū diſtare debeant ꝯgregati à congregante. d. l. 3. §. ſed utrum ff. vi bono. rapt. l. in hoc, ff. de ſeru. corrupt. verū in ea inquiſitione nullus deſignatur principalis, qui hanc ꝯgregationē fecerit, ergo, &c. Alioquin ſi dicamus inquiſitionē de illicita ꝯgregatione poſſe formari ꝯ eos, qui vniti reperiuntur abſque capitaneo, & propoſito lædendi aliquē, ſequeretur, ꝙ colloquētes in platea, vel colludentes in aliquo loco, poſſent de illicita coadunatione intitulari, quo nihil ineptius dici pōt. ſiue ergo ꝯſideramus inquiſitionē exhibitā reis, ſiue alterā, oīcaſu veniunt rei abſoluendi, & tanto magis, ꝙ procurator fiſcalis produxit in teſtē Iacobū pro conuincendo. Claudiū Spoletū de Peruſio, quo caſu vr̄ fateri oīa depoſita per ipſum Iacobū fore vera, ut per Bart. in l. poſt legatum, ff. de his, quib. ut ind. & ꝯñr fatetur congregationē hmōi factā fuiſſe pro tuenda poſſeſſione dictæ inſulæ, & pro expellendo incidentes ligna D. Petri Lucæ, quia ita ſignanter depoſuit d. Iacob. teſtis productus per D. Procuratorem fiſcalem. Poſtremo, ſi iudici videretur procedendum ſuper inquiſitione ſcripta per dictū Notarium ſuſpectum. quod non creditur, ſine dubio admittendi eſſent delati ad ſuas defenſiones faciendas, quia ubi mutatur libellus in criminali, ibi ex integro repetendi reū poteſtas fiat, & quia ſi omiſſo libello inquiſitionali porrecto reis, ſuper altero uult ꝓcurator fiſchalis inſiſtere, hoc facere non debet cum præiuditio reorum? Non enim debet æquitas ius reddentis pati procuratorem fiſcalem uagari cū damno reorum, d. l. edita. & ibi Bart. & alij; at certè uagaret cum præiudicio reorum, ſi non admitterentur delati ad ſuā innocentiam probandam, & ad ſuas probationes faciēdas,

quas

quas profectò feciſſent,& probaſſent,ubi inquiſitio eis exhi-
bita talis fuiſſet, qualis eam nunc proponere intendit idem
D.Procurator. faciunt etiam ea , quæ ad propoſitum fuerũt
allegata per prestantem D.Aduocatum ipſorum reorum .
Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 *Delicta puniri,ac nota eſſe intereſt reipublicæ .*
2 *Iniuriam inferre dicitur detegens in rixa infamiam alicuius.*
3 *Iniuria non ex uerbis,ſed ex effectu loquentis conſideratur .*
4 *Iniuriam facit,dicens ſine rixa extra iudicium condemnato de falſo,me tadet,quòd fueris de falſo condemnatus .*

DE INIVRIIS,

RESPONSVM I.

NOn videtur eum, qui rixando nocentē in-
1 famauit,iniuriarum actione teneri , † quia
reip. expedit delicta nocentium nota eſſe,
ut inquit Pau.in l.cum, qui nocētem, ff. de
iniur. ſed ſi uerum amamus,contrarium ve
2 rius eſſe iudicare debemus, †quia qui in ri-
xa alterius infamiam detegit,animi libidinem explet,ut al-
3 teri infamiam inferat,non ut reipublicæ proſit:iniuria†aũt
non ex verbis,ſed ex loquentis affectu perpenditur,l.illud,ff.
de iniur.& ita clariſſimè reſpondet Old.conſi.53.conſueuit
dubitari.ſecutus poſtea fuit Io.And.in addit.Spe.ti.de iniu.
idem tenent D.Ant.& Pau.in c.cum te,col.fina.de re iud.&
ita etiam conſuluerunt Ludou.Rom.conſ.96.ſuper eo,quo
quæritur,& Raph.Cum.conſ.74.quia ſuperius, Alb. de Roſ.
in l.ſi non conuitij,col. 3.& ſeq.C.de iniur.Ang.in tract.ma-
leſ.in uerbo,uerba iniurioſa,& Paris in tracta. de ſindicat.§.
4 iniuria,verſ.an ſi contra officialem. †Quinimo ſi quis extra
iudicium ſine rixa dixerit alicui cōdemnato de falſo , tędet
me quòd fueris de falſo condemnatus, tenetur iniuriarum,
quia animo iniuriandi dixiſſe præſumitur , licet uſus fuerit
illis coloratis uerbis,me tędet &c.Ita Ang.in l.ueſtem, ff.de
iniur. ſequitur D.Iaſ.in l.turpia,ff.de lega.1.& in l.ſi quis ex-
traneus,ff.de acqui.hæred.& iſta eſt communis opinio , quã
ueriſſimam puto,quia non quod dicatur,ſed qua mente , &
quomodo dicatur,inſpiciendum eſt,& qua intentione, qua
fide,qua temeritate,an pro Deo,aut uanagloria,uel pro ini-
micitia,vel odio aut audatia vituperatores moueantur.dili-
genter eſt conſiderandum, c.ſi qui ſicut vituperatores,2.q.7.
nam temeraria reprehenſio , & quæ infamandi animo fit ,
nulli permittitur,ſecundum glo.in c.nolite,21.diſtinctio. &
Panor.in c.venit,col.10.de iudi.Ex præmiſſis infertur, quod
articuli producti per Iacobum Adulfi,qui in rixa, & animo
iniuriandi conuiciatus eſt in magiſtrum Bardaſſorem,iuri-
dicè fuerunt reiecti, quia & ſi probati fuiſſent , conuiciantē
non exemiſſent ab actione iniuriarum.
Laus Deo Opt.Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Inditium ad torturam fit ex duobus teſtibus conteſtibus ſuper inditio à remotis .*
2 *Qualitas alterans delictum eſt probanda, alias inquiſiti ſunt abſoluendi .*
3 *Raptum non committit,qui non traxerit mulierem longè à loco raptus .*
4 *Tortura ut quis poſſit ſubijci, requiritur ſufficiens indicium, & quod dicatur ſufficiens & nu.6.*
5 *Indiciorum duæ ſpecies, altera directa , altera uerò per indirectum reſpicit maleficium .*
6 *Teſtis unicus omni exceptione maior eſt ſufficiens ad torturam indicium,reſpiciens directum maleficium , ſi uerò per indirectum,requiruntur duo teſtes integri .*
7 *Indicium à remotis ſufficiens ad torturam , debet habere tres qualitates .*
8 *Teſtes viles & abiecti non faciunt indicium ad torturam.*
9 *Factum,lege permittente,pœnam non meretur.*
10 *Raptus inhoneſtæ mulieris permittitur ex conſuetudine , qua ualet in odium fœminarum malè uiuentium, ac etiam de iure communi.*

RESPONSVM VIII.

De accuſationibus .

DIcitur, quòd Trophynus
Guigonetti,& conſocij inculpati de crimine ra-
ptus, & adulterij ſtantibus informationibus , &
depoſitionibus teſtium,ſubijciendi ſint torturæ,
nam Bertonus vaſſàt,decimus teſtis,& Ioannes Dayuart 11.
teſtis ſunt conteſtes,in hoc quod dixit dictus Guigonetti,cũ
ſimul cum ſocijs loqueretur ad dictam Magdalenam , & ſi
Bertonus eius maritus quidquam uoluerit dicere,nos trahe
1 mus eum in foſſatum. † Iſti duo teſtes, conteſtes ſuper indi-
tio à remotis faciunt inditium ad torturam , ſecundum gl.
in l.fi.C.fam.herciſ.& ibi Bar.& alij,Inn. in ca. ſicut. de lim.
Bald.in l.1.§.Cornelio,ff.de quæſtion.& quod duo teſtes de
ponentes contra inquiſitum de raptu , quod dixerit ſe uelle
rapere,ſufficiant ad torturam quando poſtea ſecutus fuit ra-
ptus,uoluit Alexan.conſi.1.colum.2.lib.3. Accedat,quòd
adeſt unus teſtis qui deponit ſe una nocte vidiſſe dicti Gui-
gonetti ambulare circa habitationem dictæ Magdalenæ .
Accedat etiam, quòd conſtat ipſum Guigonetti tranſmiſiſ-
ſe munus dictæ Magdalenæ , obtuliſſe ſibi domum , & ſup-
pellectilia , quæ omnia oſtendunt ipſum Guigonetti uerſus
ipſam Magdalenam iuxta illud Ouidij de arte amandi .

Hanc tu pollicitis hanc tu corrumpe rogando .

Sed præmiſſis non obſtantibus,dico Trophynum , & con-
ſocios abſoluendos,non autem ſubijciēdos quæſtioni, quia
de crimine raptus & de crimine adulterij, de quibus incul-
pantur,nulla adſunt inditia,nedum ad torturam ſed nec ad
inquirendum ſufficientia . In primis de crimine adulterij,
nec de carnali copula nullus teſtis eſt , qui uerbum faciat ,
nec etiam ullus teſtis eſt , qui dicat Magdalenã fuiſſe raptã
amore libidinis explendæ , vnde formari non potuit inqui
ſitio contra eos de raptu,animo & intentione carnaliter co-
gnoſcendi eam Magdalenam . prout cantant tituli inquiſi-
tionales,maximè titulus 12.& ſequentes: vnde cum nõ con-
ſtet de copula , nec de animo carnaliter cognoſcendi,prout
2 qualificatur raptus , debent intitulari abſolui ; † qualitas
enim alterans delictum eſt probanda, & niſi probetur, inqui
ſiti ſunt abſoluendi, ſecundum Barto.in l.1.§.1.ff.ne quid in
loco pub.& in l.non ſolum,§.ſed ut proban.ff.de nou.oper.
nunc.vbi latè Moder. & ad propoſitum ſufficiat allegare,qđ
decidunt Bal.& Sali.in l.2.C.de probat.vbi dicunt,quòd ac-
cuſatus de percuſſione cum ſanguinis effuſione , debet ab-
ſolui ſi non conſtet de effuſione ſanguinis , eſto ꝙ conſtaret
de percuſſione.ſequitur Panor.in c.examinata,col.3.de iud.
cùm itaque non conſtet aliqualiter de copula , non video
quomodo formari potuerit inquiſitio de raptu animo vio-
landi dictam Magdalenam:nam vbi nõ conſtat de copula ,
abſoluendus eſt inculpatus à pœna raptus, de qua in l. vni-
ca,C.de rap.virg.ſecundum Ang.in d.l.vnica ,& Cap.conſi.
57.ſuper querela.Prætereà dato,ꝙ conſtaret,ꝙ præfati intitu
lati vulneraſſent ipſam Magdalenam, & ꝙ traxiſſent per ter-
3 ram,& extra viam aliqualiter abduxiſſent, †quia tamen à lo
co rapinæ longè non traxerunt,ſolum de violentia, non aũt
de raptu debuit formari inquiſitio , ut ad propoſitum cōſu-
luit Raph.Cum.conſ.95.exordiente,Chriſtophorus uadens.
ſed dato,ꝙ potuerit formari inquiſitio ex indicijs, de quib.
in actis,non tamen poſſunt intitulati uigore dictorum indi
4 ciorũ ullo modo torqueri,quod demonſtro clariſſime:†Ad
hoc ut quis poſſit poni ad torturam,requiritur ꝙ ſubſit ſaltē
unum indicium ſufficiēs,ut per Bar.in l.fi. de quæſt.ſi modo
oſtendero non ſubeſſe aliquod inditium idoneum, & ſuffi-
ciens.uera erit præmiſſa propoſitio, ꝙ intitulati nõ ſunt tor-
5 quendi.ad quod oſtendendũ præmitto,†ꝙ duæ ſunt ſpecies
indiciorum,quædam reſpiciunt directo maleficium quædã
per indirectũ & ex circũſtãtijs īferũt ad ꝓbationē maleficij .
6 Primo caſu †vnus teſtis deponēs directo ſuper maleficio,
ut quia ipſe aſſerit ſe vidiſſe mulierem rapi, & carnaliter co-
gnoſci,facit indiciũ ad torturã,ſi ſit oī exceptione maior, ſe-
cundum Bar.in d.l.fi.& in leg.lex Cornelia,per illum tex.ff.
de falſ.& alibi dixit Bal.ꝙ iſte teſtis debet eſſe immutabilis,
ita Bald.conſi.269.verba inquiſitionis,lib.1. Alex.conſi.14.
ponderatis,col.2.lib.3.de iſta ſpecie inditiorum nihil ad ca
ſum noſtrum,quia nullus teſtis eſt , qui directo deponat ſu-
per raptu , nec ſuper adulterio. Secundo caſu etiam requi-
runtur duo teſtes integri,ſecundum gloſ. Bartol. & Scriben-

tes in dicta. l. finali, C. fami. erciſ. per Dom in. Iaſ. in l. admonendi, colum. 70. ff. de iureiuran. Alexan. conſ. 5. colum. 2. lib. 1. Cæpo. conſi. 32. quidam ruſtici, in fine primi dubij.
7 † Item inditium à remotis, ſuper quo deponunt duo teſtes, debet eſſe qualificatum quatuor qualitatibus, alias non concludit.

Primò debet eſſe certum, & non tale, quod poſſit multis modis interpretari. Secũdo dẽt eẽ probabile. Tertio dẽt eſſe ueriſimile. Quarto dẽt eſſe clarius luce meridiana in ſua ſpecie, ſecundũ Bal. conſi. 25 9. lib. 1. Ad propoſitum noſtrum ſolum reperiuntur duo teſtes deponentes, quod dictus Guigonettus dixit, eamus ad Magdalenam &c. † In primis iſti
8 non poſſunt dici integri teſtes, quia ſunt uiles & abiectæ perſonæ, vnde nõ faciunt inditium ad torturam, niſi etiam ipſi cum tormento deponant, ſecundum Barto. in l. 1. §. idem Cornelio. & in l. ex libero. ff. de quæſtion.

Non etiam vilis perſona poteſt dici integer teſtis, maximè ſi ſit pauper, ut ſunt iſti teſtes, ſecundum Specu. tit. de teſte, verſic. item quòd eſt artifex, & verſ. item quod eſt pauper, Alexand. conſi. 15. lib. 3. per totum, & conſi. 150. col. 3. lib. 5. Item iſtud indicium à remotis non eſt certum, quia ſtat ſimul quod dixerit ſe uelle ire ad Magdalenam, non tamen cauſa rapiendi, nec adulterandi, ſed fortè alia de cauſa, puta cauſa percutiendi, prout dicitur percuſſa, vnde non concludit iſtud inditium quo ad crimen raptus & adulterij, ſuper quibus proceditur contra intitulatos. Et ſic non obſtat conſilium Alexand. primum, lib. 3. ſupra in contrarium allegatum, quia ibi teſtes deponebant qualiter inquiſiti dixerunt ſe uelle ire ad rapiendum.

Tertio, non eſt probabile nec veriſimile, quia porta loci Moreriarum tenebatur clauſa, & locus eſt aqua circumſcriptus, ita quòd hora noctis, qua teſtes deponunt Guigonettũ protuliſſe talia uerba, non potuiſſet exire foras ad dictã Magdalenam, ut deponunt plures teſtes. ſed dato, quod conſtaret dictos Guigonetum & Conſortes rapuiſſe, & carnaliter cognouiſſe dictam Magdalenam, non tamen deberent
9 torqueri, quia † quod fit lege permitente non meretur pœnam, l. Grachus, C. ad leg. Iul. de adul. ca. qui peccat, 23. q. 4.
10 † præſupponitur autem ex lege conſuetudinis licere rapere & carnaliter cognoſcere mulierem inhoneſtæ uitæ, quæ cõſuetudo ſine dubio ualet in odium Fœminarum malè & turpiter viuentium, l. qui adulterium, C. de adult. & l. fœdiſſimam, eod. tit.

Et quod conſuetudo ualeat, tenuit Com. conſi. 232. videtur prima facie, colum. 1. lib. 2. Dicitur autem quòd Magdalena turpem, & inhoneſtam uitam ducit ergo &c. Imo ſunt qui uolunt, quod raptus mulierum inhoneſtæ vitæ non incidat in pœnam raptus, etiam ſemora conſuetudine, per text. in d. l. vnica. in prin. à contrario ſenſu, & ibi glo. expreſsè ita decidit, & ibi Sali. Pau. de Caſt. conſi. 307. viſo dicto ſtatuto, quod conſilium optime ſeruit in caſu noſtro. non tamen ſuper hoc ſolo facio totale fundamentum, quia ſtante conſuetudine etiam non eſt neceſſarium ſuper hoc inſiſtere.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 Homicidium neceſſarium ob defenſionem, non eſt punibile.
2 Homicidium in dubio commiſſum præſumitur ad offenſam, & iniuſtè, niſi probetur contrarium ex coniecturis, de quibus nu. 4 & ſeq.
3 Offenſor in dubio non creditur defenſor.
4 Occiſus præſumitur agrediens, cum dolus præſumatur in inſultante.

RESPONSVM IX.

1 OCcidens † hominem ad neceſſariam defenſionem non tenetur pœna legis Corneliæ de ſicarijs, l. is qui agreſſorem, C. ad leg. Corn. de ſicar. clementi. 1. de homic. nec etiam tenetur lege Aquilia, quæ hæredibus occiſi damna iubet reſarciri, l. ſcientiam. §. qui cum alicr, & l. ſi ex plagis. §. tabernarius, ff. ad leg. Aqui. Videndum ergo eſt an Gilbertus Chriſtophori interfecerit Petrum ad ſui defen
2 ſionem, vel ad vindictam. videtur quod ad offenſam, † quia in dublo non præſuminur homicidium patratum ad defenſionẽ, niſi probetur, ſecundu Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſijt, ff. de liber. leg. & Bal. in add. Spe. tit. de conf. col. 2. & quia in delictis ſemper præſumitur animus offendẽdi, ut not. per gl. in l. ſi non conuitij, C. de iniur. & omne homicidium præſumitur factum iniuſtè, niſi probetur contrarium, ex quo eſt
3 de genere prohibitorum, ut no. in c. 1. de præſump. † Et offenſor in dubio non creditur defenſor ſecundum Io. And. in c. ſignificaſti, de pen. & rem. & Bal. in c. 1. in prin. colum. 3. de pac. tenen. & in l. vt uim col. pe. ff. de iuſt. & iu. Sed præmiſſis non obſtantibus, ſecundum ea, quæ proponuntur, arbitror huiuſmodi homicidium factum fuiſſe ad neceſſariã defenſionem, & ideo homicidium neque ciuiliter, neq; criminaliter puniri poſſe.

Primo. quia occiſus in temptorio, poſteà extra temptoriũ
4 ſiue logiam agreſſus eſt Gilbertum enſe euaginato: † Agreſſus autem in dublo præſumitur percuſſiſſe agredientem animo ſe defendendi, & non offendendi, l. 1 §. cum arietes, ff. ſi quadr. paup. fec. dic. dolus enim ſemper præſumitur in inſultante cum armis, ut not. Cyn. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de ui.
5 Secundo, quia Gilbertus fugiens impetum occiſi, & duorum ſociorum, confugit iterum ad temptorium clamando & implorando auxilium à commilitonibus exiſtentibus in temptorio, dicendo auxiliamini mihi, quia tres ſunt cõtra me, qui uolunt me interficere. ex hac. n. exclamatione oſtenditur quod habebat animum ſe liberandi, & defendendi à morte, non offendendi, ſecundum Inno. in c. ſignificaſti, de homic. & per gl. in l. capite quinto, in fi. ff. de adult.
6 Tertio, † quia Gilbertus fugiebat & retrahebat ſe, qñ dicitur occidiſſe Petrum, ex qua retractione & fuga pręſumitur, ꝙ ad defenſionem, non vindictam occiderit, ſecundum gl. in l. 1. C. vnde vi, & in fi. l. ut uim, ff. de iuſt. & iure.
7 Quartò, † quia Petrus interfectus cępit enſem euaginare, proſequi, & admenare contra Gilbertum, dicẽdo, à tua à tua, propter quam euaginationem, minas. & aduentationem iſtẽ debuit Gilbertus timere mortem, l. item apud Labeonẽ, §. 1. ibi, maius aduerſus eum leuare ſępe terribus, ff. de iniur. & ideo ob timorem mortis, & ad ſui defenſionẽ occidiſſet Petrum, nec debuit expectare ut ab ipſo Petro percuteretur, quia ad hoc ut quis dicatur feciſſe homicidiũ ad ſui defenſionem, ſatis eſt, ꝙ præcederẽt ſigna & luctus ad demonſtrandum, ꝙ occiſus uolebat offendere agreſſum, ſecundum glo. & Bar. in d. l. 1. C. vnde vi. ſed in caſu occurrenti procedebãt ſigna, videlicet agreſſio, euaginatio enſis, aduentatio, & minæ de occidendo, quæ ſunt manifeſtiſſima ſigna offenden-
8 di: † Imo ſolus terror armorum operatur, ꝙ quis dicatur percuſiſſe inſultantem animo defendẽdi, l. 3. §. armati, ff. de ui, & ui arm.
9 Quintò, quia Gilbertus expectauit ictũ Petri in loco vbi aliter aufugere non potuiſſet, cum foris in Angulum temptorij foret per dictum Petrum fugatus, & reductus: vnde ſi repercuſiſſet percuſſorem ut euaderet ictum percutientis, dicitur ad neceſſariam defenſionem occidiſſe Petrũ, ut eſt caſus in l. ſi quis percuſſorem, C. ad leg. Corne. de ſicar. vbi formaliter inquit Legiſlator, ſi quis percuſſorẽ ad ſe uenientem gladio repulit, non tenetur homicidio, quia defenſio propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. ita in ſimili caſu reſpondet Alexand. conſi. 109. viſis, & ut oportet conſideratis, lib. 1. Cæpo. conſ. 28.
10 † Sextò, occiſus dedit cauſam rixæ: nam ſi conueniſſet de bibendo ciatum aquæ caſu quo *blaſphemaret Deum*, uel Sanctos. prout omnes ſocij, & aduerſantes in eodẽ temptorio conſentiebãt, non fuiſſet ſibi dicendum quod erat impoſſibile abſtinere à *blaſphemijs*. per conſocios obiectum, quòd iſtud erat impoſſibile ſibi, qui die præcedenti Deum abne-
11 gauerat. propter quod rixa inter ipſos ſuborta fuit: † vnde cũ occiſus non ſolum fuerit agreſſor, ſed etiam origo rixæ, impediendo opus tam ſanctum, & meritorium, credendum eſt Dei iudicio interfectum fuiſſe, §. 1. in Auth. ut nõ *luxur.* cõtr. *natur.* benè facit, quod decidunt glo. Gem. & alij in ca. 1. de decimis, lib. ſexto, & Ioan. Andr. in cap. propter ſterilitatem,
12 de loca. † Inſuper, quia præſupponitur, quòd Petrus poſt vulnus illatum ſuperuixit per 14. dies, & poſt triduum viſus eſt à Caſtris Regijs recedere, & ire Vigleuanum Brumali illo, & nimoſo tempore, non eſt præſumendum, quòd ex uulnere deceſſerit, ſecundum gl. in l. 1. C. de emen. ſeru. quam ſequitur & commendat Bar. in l. fi. ad fin. ff. ad leg. Corne. de ſicar. & quia etiam Cirurgi deponunt vulnus nõ fuiſſe mortale,
13 † quibus eſt ſtandum, tamquam peritis in arte, c. ſignificaſti,
de

de homicid.c.propoſuiſti,de probat. ubi late per Canon. & per Bar.In procem.Digeſtorum:non teneretur Gilbertus de homicidio,etiam ſi ad offenſam uulneraſſet, ſed ſolùm de uulnere, & ad damna paſſa propter uulnus. & iſta ſunt clariſſimi iuris,& ideo latius non inſiſtam.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Maritus etſi ex cauſa poteſt uxorem uerberare, ac abſque homicidij pœna adulteram occidere, punitur tamen extra ordinem arbitrio Iudicis.*

2 *Maritus ſine cauſa uulnerans uxorem, uel cauſa uerberans, acrius punitur quàm ſi extraneum uulneraſſet, aut uerberaſſet,pecunialiter tamen. & nu.4.*

3 *Vulnerandi facultas non intelligitur comprehenſa ſub facultate caſtigandi, & verberandi uxorem.*

5 *Occidendi animus ex quibus arguatur.*

6 *Occidendi animo deliberato coniectura purgari poſſunt per torturam.*

7 *Animus cognoſcitur ex dictis extra iudicium, & ex præcedente tractatu.*

8 *Verba ſunt ſigna paſsionum in animo exiſtentium.*

10 *Propoſitum in propoſito etiam operatur idem, ſicut & oppoſitũ in oppoſito.*

11 *Animus deliberatus tollitur ex ſola percuſsione.*

12 *Animi deliberati pœna in dubio non habet locum.*

13 *In pœnis eſt amplexanda benignior pars.*

14 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

15 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

16 *Teſtis ſingularis, uel ſocius criminis non probat.*

17 *Dictum teſtis debet capi cum qualitate ſua.*

18 *Occidẽdi tractatus conditionalis non eſt deliberatus, ideo nec punibilis, quando non peruenitur ad actum immediatum,puta uulnus.*

19 *Cum deliberati pœna ſtatuta per l. is, qui cum telo,C.de ſicar. licèt non habeat locum, ſi ad actum tãtum remotum deuentum ſit,tamen pœna extra ordinem locum habet.*

20 *Contumaces pro confeſsis habentur iuxta Mediolani decreta.*

RESPONSVM X.

AN Thomaſius Cellotus
poſſit puniri de omnibus quatuor delictis, de
quibus inquiritur, & qua pœna. Et primò de
vulnere illato in perſonam Domenichinæ uxo-
1 ris ſuæ, † quanquàm iura concedant marito facultatem uer
berandi uxorem, tamen intelliguntur ex cauſa,auth. ſed no
uo iure, & in corpore vnde ſumitur, C.de repud.& quando
ſubeſt cauſa, puta quia maritus reperiret uxorem in adulte-
rio,uel ab alio crimine, ſi occideret eam excuſaretur ab ho
micidij pœna, licèt extra ordinem arbitrio iudicis puniri
poſſit. ita loquitur lex ſi adulterium cum inceſtu.§.Impera-
tores,ff.de adult. & ita procedunt quæ pro Thomaſio inqui
ſito,fuerunt allegata: Modo in caſu iſto non conſtat de cau
ſa,propter quam debuerit Thomaſius moueri ad uulneran-
2 dum uxorem, ergo dicendum reſtat † quod de iſto uulnere
poſſit puniri, imo acrius quàm ſi extraneum uulneraſſet,
l.capitalium,§.omnium.ff.de pœn.Gand.tract. de pœn.co-
lum. fina. in ſuo opere maleficiorum. Et dato quod eſſet
marito ſine cauſa cõceſſum caſtigare & uerberare uxorem,
3 quod ſcriptum non reperio, † non tamen ſub tali caſtiga-
tione intelligitur comprehenſa facultas uulnerandi. & cica
tricibus corporis uxoris diffamandi,l.locum.§. ex eo,ff. de
vſufru. §. in poteſtate, ubi Ang. & alij, inſt. de his qui ſunt
ſui uel alien. iur. Alexan. conſi.115. uiſo themate, col. 1.
4 lib.4. † Conſulo ergo Thomaſium poſſe puniri pro hoc vul-
nere pœna pecuniaria, vel perſonali iuxta formam ſtatuto-
rum, ſi ſuper hoc caſu de pœna prouiſum reperitur: vel arbi
trio dominorum delegatorum, videlicet pœna pecuniaria
tantum.

Circa ſecundum de inſultu animo deliberato occiden-
di facto cõtra Bernardum de Amore, dico & Conſulo Thomaſium non poſſe puniri de animo occidendi, quia de hac qualitate non conſtat,videlicet de animo deliberato: Nam Martinus primus teſtis loquitur de ſimplici inſultu; Michael ſecundus teſtis pariter de ſimplici inſultu, imo cum aſſerat ſe eſſe a longe tempore inſultus,ita quod non potuerit comprehendere an præceſſerint verba rixoſa, vel ne,non poſſet concludenter deponere de animo deliberato. Monfredinus tertius teſtis depoſuit per verbum,credere ſuo. Præterea eſt ſingularis, vel dato quod eſſent indicia de animo deliberato, illa purgata remanſerunt per torturam.

Circa tertium, de vulnere illato in perſonam Paſquini de Amore. an poſſit puniri de animo deliberato occidẽdi,
iuxta l.is,qui cum telo.C.de ſica. & iuxta diſpoſitionem de-
cretorum; videtur prima conſideratione dicendum quod
ſic. nam Thomaſius inquiſitus ſaxo percuſſit Paſquinum in
fronte nullis verbis præcedentibus,ut ex confeſsione,& exa-
5 mine ipſius conſtat, † quo caſu ex duabus coniecturis ar-
guitur animus occidendi. Prima coniectura, quia ex pro-
poſito,& ſine rixa,l.1.§. diuus, & ibi Bar ff.de ſicar. Secun-
da coniectura colligitur ratione loci, in quo facta eſt per-
cuſsio,quia in fronte, & ſic in capite, quo læſo faciliter oẽs
ſpiritus deficiunt, ſecundum Philip. quem refert,& ad iſtud
propoſitum adducit Bal. in ca.1.§.ad hæc,de pace iur. firm.
in 4.colum.& eſt tex.formalis in ca.ſignificaſti 2. de homic.
Nec obſtat ſi dicanit,quod ex genere inſtrumenti,quo Tho-
maſius percuſsit Paſquinum, videlicet cum lapide, tollitur
iſta coniectura, nam percutiens cum lapide,ratione inſtru-
menti,non præſumitur habere animum occidendi,l.omne
delictum.§.ſi quis commilitonem. ff.de re milit.per quę ita
determinat Aret. conſi.80. ſicut decret. colum.2. Quia ille
tex.& ſimilia iura quæ concordant ut non eſſe animum oc-
cidendi ex genere inſtrumenti,cum quo fit offenſio,nõ pro-
cedunt quando cum tali inſtrumento fuerit offenſio in ca-
pite,vel alio loco periculoſo. ita clarè reſpondet tex. in d.c.
ſignificaſti, & ibi Felyn.colum. 4. & Ang.Aret.in hac mate-
ria magnus practicus in ſuo opere maleficiorum,in verſ.tra
ctatæ,in fin. Tertia coniectura contra Thomaſium, quòd
habuerit animum occidendi, colligitur ex fuga, quia ſta-
tim &c. iuxta not.per Bar.in l.lege Cornelia, ff.de ſicar.& in
l. fina. de quæſt. & alibi ſæpe. Iſtis tamen coniecturis non
obſtantibus,credo dictum Thomaſium non poſſe puniri ad
mortem,nec de animo deliberato occidendi. Primo,† quia
Thomaſius in examine ad torturam facto & toties ratifi-
cato, aſſerit ſe non uulneraſſe animo occidendi, cum aſſer-
tioni licet non ſit plenè credendum, iuxta id quod ſcribit
Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de liber.lega.tamen ha-
bet talis aſſertio aliquam præſumptionem pro ſe, vt ſignan-
ter decidit Cępol.conſi.42. incipiente, cum Petr. colum. 2.
quæ præſumptio ſaltem ſi non in totum,in aliquo tamen ha
bet elidere coniecturas contrarias,l.diuus, ff.de in integ.re-
ſtit.minor. Secundo, quia Thomaſius fuit ad torturam in-
6 terrogatus de hac qualitate, † videlicet de animo delibera-
to,& ſic etiam fuit tortus propter habẽdam veritatem huius
qualitatis,quo caſu cum fuerit conſtans,ſatis dicitur præce-
dentes coniecturas contra eum purgaſſe,l.1.§.diuus,& l.ſed
ſi vnus,§.1.ff.de quæſtion.Angel.in opere maleficiorum, in
verſi.comparent dicti inquiſiti.& totum negauerũt. fortius
dixit Alber.de Roſ.in l.edictum ff.de quæſt.quod ſi plene cõ
ſtaret de delicto,& de qualitate delicti, puta de animo deli-
berato. ſi poſteà inquiſitus ad torturam poneretur ſuper tali
qualitate, & conſtanter negaret, non poſſet ad mortem pu-
niri, imo tolleretur talis plena probatio. Quanto fortius in
caſu noſtro, vbi ex dictis teſtium plenè non conſtat de deli-
cto, nec de animo deliberato. Et iſtud etiam uoluit Cępo.
conſi.32. quidam ruſtici, col.penul. Coadiuuatur iſta aſſer-
tio, & contraria præſumptio ex dicto Antonij de Malguar-
do, deponentis de tractatu de uulnerando, & quòd intelle-
xit à dicto Thomaſio quòd uolebat percutere, & uulnerare
dictum Paſquinum, non autem deponit quod uoluerit oc-
cidere.unde reſultat deciſio gloſ.in l.Fulcinius, §.quid ſi la-
7 titare,ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.quod ex his, † quę quis dixit
alicui extra iudicium,cognoſcitur eius animus. & ibi Bart.
8 ſequitur, ex eo quod † uerba ſunt ſigna earum, quæ in ani-
mo ſunt paſsionum,l.Labeo,ff.de ſupp.leg. Alexand.conſi.
9 127. uiſa inquiſitione, col.pen. uol.4. & † q ex tractatu præ-
cedenti arguitur animus exequentis illum tractatum & nõ
aliter.firmat Bald.in l.multum,colum.2.C.ſi quis alt.uel ſi-
bi. ubi decidit quod ſi præceſsit tractatus de occidendo, &
poſtea ſequatur uulnus,uel homicidiũ, ex tali tractatu pro-
batur

batur animus occidendi. ſequitur Alexan. conſi. 1. col. pen.
volu. 3. ſic ergo in propoſito ex tractatu de vulnerādo poſtea
vulnus illatum præſumitur animo vulnerandi & non occi-
10 dendi; tantum † enim operari debet propoſitum in propoſi
to, ſicut oppoſitum in oppoſito, l. fin. §. ſi filius. ff. de leg. 3.
11 Quarto, † ꝙ non habuerit animum occidendi, ſuadetur
ex natura facti, videlicet, ex eo ꝙ nullum alium conatum
fecerit poſt vnum ſolum iactum lapidis contra perſonam
dicti Paſquini.
Quinto & vltimo, ꝙ non poſſit puniri de animo delibera
12 to, ſic oſtēditur. † vbi probabiliter dubitatur an adfuerit ani
mus occidendi, vel ne, nunquam habet locum pœna, l. is,
qui cum telo, nec diſpoſitio decretorum, ſed propter ta-
lem dubitationem mitiganda venit pœna arbitrio iudicis,
etiam ſequuto homicidio. ita in ſpecie Aret. in d. conſi. 80.
in 3. colum. confirmantur etiam præmiſſa per text. in l. non
13 omnes. in princ. ff. de re milit. † & facit, quia in pœnis beni-
gnior pars eſt amplexanda, l. ſi de interpretatione. ff. de pœn.
cum ſimilibus. Modo in caſu iſto, quis negabit ꝙ ex genere
inſtrumenti, cum quo facta eſt percuſſio, ex tractatu præce-
denti de vulnerando tantum, ex ſerie facti, ex purgatione fa
cta per tormenta, non ſint eliſæ, aut ſaltem dubitabiles effe-
ctæ illæ tres coniecturæ, quæ oſtēdere videbantur animum
occidendi? Certè nemo. Vnde præmiſſis attentis, & attento
ꝙ non eſt ſecuta mors, nulla ratio ſuadere videtur, ꝙ conſu-
lere poſſim hunc Thomaſium puniendum pœna capitis.
Circa quintum. de tractatu occidendi Georgium Villanū,
& Io. Iacobum Gulielmum. per Laurentium Gallum, & cō-
plices, ad inſtigationem Thomaſini detenti, facto: Duo ſunt
diſcutienda. Primo, an Thomaſius poſſit puniri de tali inſti
gatione. Secundo, an Laurentius Gallus, & complices poſ-
ſint puniri de tractatu. Circa primum breuiter, & cōcluſiuè
procedendo, conſulo ꝙ non; primo quia ex dictis teſtium,
nec ex confeſſione ipſius Thomaſij, non conſtat concluden
ter de aliqua inſtigatione; licèt enim plures teſtes deponāt ꝙ
Thomaſius ſecretè & in apotheca loquutus fuerit cū d. Lau
rentio, non tamen ex hoc neceſſariò ſequitur, ꝙ locutus fue
14 rit de tali tractatu magis quam de alio negotio; † vnde non
probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. C.
vnd. leg. c. in præſentia. de prob. & maximè in criminalibus,
15 † vbi probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l.
ſciant. C. de proba. & licèt Laurentius Gallus, dum eſſet de-
tentus, cōfeſſus fuerit quod dictus Thomaſius dixit ipſi Lau
rentio, feci certas rixas in loco ſtazani, ſi potero me concor
dare, in Dei nomine, ſi non, volo quod veniatis mecum ad
faciendum vnum tractum, intelligēdo de occidendo Geor
gium villanum; tamen talis teſtificatio non probat ex plu-
16 ribus: † Primo quia ſingularis. Secundo quia ſocius cri-
minis, cui non creditur in criminalibus, cap. perſonas, de te-
ſtibus. l. fin. C. de accuſ. & licèt eſſemus in caſu, in quo ſocius
criminis poſſit de ſocio interrogari; tamē ſocius nunquàm
eſt integer teſtis, ſecundum Bald. in l. ſi filiū, verſ. & no. quòd
ſocius, C. de liber. cauſa. Tertio, quia confeſſio dicti Laurē-
tij non eſt ſimplex, ſed qualificata, videlicet quod talia ver-
17 ba dicta fuerint nimio calore vini: ergo † ſi accipiatur dictū
cum qualitate, ut in dictis teſtium neceſſe eſt, Bart. in l. Au-
relius, §. idem quæſijt, ff. de liber. leg. dictum ipſius nihil no-
cebit dicto Thomaſio. Quarto, quia indicia teſtium, ſi quę
adeſſent, purgata forent per torturam, vt ſuprà. Quinto &
vltimo, dato etiam quod ſtandū eſſet depoſitioni dicti Lau-
18 rentij, & haberet conteſtem; † tamen cum tractatus ipſe
fuerit conditionalis, videlicet eo caſu, quo non poſſit ſequi
accordium, talis tractatus nullo pacto eſſet punibilis, ex eo
quòd non eſt deliberatus, cum ſit conditionalis; Et condi-
tio nihil deliberatè ponit in eſſe, l. quæ ſub conditione, dan
dorum, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtamen. Circa ſecundum, an
Laurentius Gallus, & ſocij poſſint puniri de tali tractatu, vi-
detur quod non, ex eo quod ſolus tractatus & ſola ordina-
tio de occidendo, non deueniendo ad aliquem actum, non
eſt punibilis, l. cogitationis, ff. de pęn. l. & amici, §. 1. vbi Bar-
tol. ff. de adult. Bald. in l. non ideo minus, in 6. quæſt. C. de ac
cuſ. Contrarium videtur verius, quia in caſu iſto Laurētius,
& ſocij non fuerunt in finibus tractatus tantummodo, imò
peruenerunt ad actum facti, quia ex confeſſione Laurentij
apparet quod deliberatè armati acceſſerunt ad locum Sta-
zani, vt occiderent ipſum Georgium, quem inuentum in
platea occidiſſent, niſi aufugiſſet ab ulmo plateæ; & ſic præ
ciſè concludendum videtur quod ſumus in caſu l. is, qui cū
19 telo, C. de ſicar. regiſtratæ p decreta Ducalia. † Dicitur enim,
qui cum telo necandi hominis cauſa ambulauerit, ſicut is,
qui occiderit, lege Cornelia plectatur: hi autem ambula-
runt armati ad locum Stazani necandi hominis cauſa, & per
eos non ſtetit, ergo lege Cornelia plectēdi veniunt. Verum
tamen quia d. l. is, qui cum telo, & diſpoſitio decretorum lo
quuntur quando peruentum eſt ad actum facti immedia-
tum, puta ad vulnus, vel ad inſultum, nō autem quando ad
actum remotum, ſecundum Bald. in l. non dicam rapere,
colum. pen. verſi. aut proceſſit ad actum facti, C. de epiſc. &
cler. & in caſu iſto interuenerit tantum ipſa deambulatio,
abſque gladij euaginatione, & proximo inſultu; Conſulo
Laurentium & ſocios puniendos extra ordinem, uidelicet
quòd puniantur aliqua notabili pœna pecuniaria, & ban-
niantur per triennium. Cæterum, quia non eſt expeditus
proceſſus contra dictos Laurentium, & ſocios, conſulo ꝙ
iterum citentur, & ſibi ſtatuatur terminus ad eorum defen-
ſiones faciendas, & cætera expediantur, quæ ſecundum for-
mam & modum procedendi veniunt expedienda iuxta for
mam ſtatutorum, & conſuetudinis dicti loci Stazani: & ſi
ſocij dicti Laurentij comparuerint, & negauerint contenta
in inquiſitione, nullo pacto procedatur ad condemnatio-
nem, ex eo ꝙ in proceſſu non apparet quòd ipſi acceſſerint
ad locum Stazani cauſa necandi Georgium, niſi ex confeſ
ſione ipſius Laurentij, quæ non plenè probat, cum ſit ſocius
criminis, vt ſupra, & ſingularis; nam cæteri teſtes omnes lo
quuntur de confeſſione extraiudiciali ipſius Laurentij. Si
20 vero omnes fuerint contumaces, quia ex † forma decreto-
rum habentur pro confeſſis, deueniri poterit ad expeditio-
nem modo quo ſupra.

De requir. reis, primum Reſponſum, incipiens, imputatur, eſt ul timo impreſſum ſub nu. 161. Lugdunen. impreſſ. anno 1564.

SVMMARIVM.

1 *Calumniantium pœna eſt ſimilitudo ſupplicij.*

2 *Falſi accuſatores, denunciatores, ſubornatores, & inueſtigatores incidunt in Turpillianum.*

3 *In confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, quàm in condemnando, cum nulla alia ſit receptior probatio, quàm partis confeſſio.*

4 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*

5 *Pœna legis de ui publica punitur, qui cum armis de poſſeſſione ſui prædij alium deiecit.*

6 *Arma ad hoc ut quis dicatur habere, duo requiruntur, ut ſint offendibilia, & animo offendendi habeantur.*

7 *Pœna eſt tertia pars omnium bonorum, & habet locum l. Iul. de ui priuata.*

8 *Clauſula, ius & iuſtitiam fieri, operatur, ut remedium utilius & uerius uideatur intentatum.*

9 *Lex Iulia de ui pub. uel priuata, ad hoc ut habeat locum, requiritur ut res ſit in dominio auferentis eam.*

10 *Confeſſio accuſatoris facit fidem contra ſe, & talem, qualem probatur contra fiſcum.*

11 *Poſſeſſores clandeſtinos, & uiolentos licitum eſt per uim eijcere incontinenti, & num. ſeq.*

13 *Ciuilis poſſeſſio non admittitur, niſi cum ciuilis poſſeſſor ſe poſſe repelli ſuſpicatur.*

14 *Poſſeſſio iunior alia poſſeſſione cum titulo, præſumitur clandeſtina.*

RESPONSVM XI.

VEl quia falſa crimina denunciarunt Nobi
les Aſtoadus, & Bigo Roxerij, vel quia deſtiterūt
1 à denunciatione; puniēdi ſunt pœna † calūnian
tium, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij, l. fina. C. de ca
lum. vel pœna ſenatuſconſulti Turpilliani, quæ iſto caſu,
quia congregationes illicitę, & de ui publica, nominatos in
titulis reos eſſe dixerunt, quod eſt crimen publicum, §. item
lex, Inſti. de pub. iud. erat pœna librarum quinque auri, l. 3.
ff. de præuaric. vnà cum condemnatione expenſarum, l. non
ignoret, C. de fruct. & lit. expenſ. ſi modo demonſtrauero pręd
dictos Nobiles Aſtoadum, & Bigonem falſa crimina denū-
ciaſſe, & a ſua querela & denunciatione deſtitiſſe, vera erit
concluſio præmiſſa, quòd veniant puniendi pœna prędicta.
Ad quod demonſtrandum præmitto, quod & qui accuſat,
& qui

& qui denunciat, & qui ſummouet, & qui inueſtigat, ut ali-
2 quis falſo † inquiratur, & puniatur, incidit in Turpillianum,
l. 1. §. incidit, ff. ad Turp. At prædicti denunciarunt, & inſti-
garunt falſa crimina, & ante ſententiam deſtiterunt, ergo
pœna turpilliani, aut ſaltem pœna calumniantium ueniunt
puniendi, l. 1. §. calumniari. ff. eo. uideamus igitur an falsò
querelauerint? & certè, cum per confeſſionem ipſorum que-
relantium conſtet quòd falſo, & temerariè denunciauerint,
3 † nullæ aliæ debent eſſe partes iudicis tuſi in cõdemnando,
l. proinde, ff. ad l. Aquil. nulla enim melior reperitur proba-
tio quàm partis confeſsio, l. generaliter, C. de non nume. pe
cu. ca. per ueſtras, de probat. Conſtat enim de confeſsione
4 Bigonis, per † inſtrumentum publicum in proceſſu regiſtra-
tum, quod dicitur probatio probata, & non probanda, ca.
cum olim, de uerb. ſign. traditur per d. Iaſ. in l. 1. in princ. ff.
de oper. nou. nuncia. cum uulgaribus notis ad hoc allega-
ri ſolitis. Conſtat etiam de confeſsione no. Aſtoadi per in-
ſtrumentum percunctationis, & tranſactionis ſimiliter in
actis regiſtratum, ex cuius lectura apparet quòd præfatus
Aſtoadus percunctando uiam cum prædio, cuius bladium
querelauit fuiſſe per intitulatos derobatum, cuius nomine
inquiſiti rectores, & ſyndici, bladium ipſum meti & ab-
duci fecerunt eſſe uerum dominum dicti prædij, l. cum pre
cibus, ibi, cum tu ab eo dominium ſuſceperis, cui nullo per
mutationis aliam rem tradidiſſe non negas, C. de rer. per.
mut. Præterea negare non poteſt no. Aſtoadus quod non
tranſegerit, & amicum à querela depoſuerit, quo caſu etiam
in Turpillianum incurſus eſt, l. ab accuſatione, §. 1. ff. ad Tur
pil. & l. fina. C. eod. Ex his itaque liquet prædictos rectores,
ſyndicos, & hoſpitalarios, temerè & per calumniam denun-
ciatos fore, & eſſe abſoluendos, & ne procurator fiſcalis for
tè fauens querelantibus, & volens ꝙ eos agere ad pœnam ſe
natuſconſulti Turpilliani, dicat cõfeſsiones & tranſactiones
emanatas per colluſionem, & ideo fiſco non nocere, licet
non noceat ipſis querelantibus, ſm Bar. in l. tranſigere, C. de
tranſaction. & Panor. in ca. 1. de collu. deteg. Demonſtrabo
alijs etiam rationibus querelatos fore abſoluendos. Videa-
mus ergo in quo hos reos eſſe velit procurator fiſcalis, ſi di-
cat reos eſſe legis Iuliæ de ui publica, iuxta l. 3. §. fina. ff. ad
l. Iul. de vi pub. Reſpondebo ſolum eos teneri de ui publica,
5 qui cum armis † de poſſeſsione ſui prædij alium deiecerint,
ſecus ſi ſine armis, vt ibi, & l. armatos, eod. tit. At ex proceſ-
ſu non conſtat intitulatos habuiſſe arma, ergo &c. Et ſi di-
catur quod aliqui habebant falces meſſorias, quibus poteſt
alius offendi, ergo arma habebant, l. armorum, ff. de verbor.
ſignifica. & d. l. armatos; replicabo, nocendi cauſa non ha-
bebant, ſed gratia metendi, ergo non poteſt dici quod cum
6 armis deiecerunt, l. ſi pignore, §. furem, ff. de furt. ubi † duo
requiruntur, ad hoc vt quis dicatur habere arma. Primò
quòd ſint offendibilia: Secundo quòd offendendi cauſa de-
ferantur, aliàs ſi omne offendibile comprehenderetur ar-
morum appellatione, ſemper quilibet arma diceretur ſecũ
habere, cum habeat dentes, quibus poteſt alium offendere:
verum quia ad comedendum deferuntur, non ad offenden
dum, hac ratione non poteſt dici, habentem ſolum dentes,
alium cum armis deiecisse, ſecundum Bar. conſi. 106. ſtatu-
to caſtri plebis. ſi verò dicat fiſcus eos teneri lege Iulia de vi
7 priuata, † quæ etiam ſine armis committitur, ſi cætu conui-
raro aliquid de bonis alienis quis abſtulerit, uel alium de
poſſeſsione deiecerit, l. 3. & l. ſi quis, ff. ad l. Iul. de vi priu. cu-
ius pœna eſt tertia pars bonorum, l. fina. ff. eod. tit. tunc ad-
uertendum puto, quòd contra eos procedi non poteſt ex eo
capite, quod no. Aſtoadum & Bingonem deiecerint de ſua
poſſeſsione, non dicunt ſe ſpoliatos, ſed turbatos, & inquie-
tatos, & in ſua poſſeſsione ſe manuteneri petunt, iuxta text.
in §. retinendæ, inſti. de interd. ſed tantum contra eos vide-
tur formari iudicium, quia fructus exportarũt, videlicet bla
dium, &c. Et hac de cauſa in requiſitione ſua no. Aſtoadus
& Bigo, etiam criminaliter agendo ſeu denunciando di-
cunt commiſſam eſſe vim publicam, quam fiſcus fortè con-
uertet in vim priuatam, propter clauſulam, petens ius & iu-
8 ſtitiam, &c. † quæ clauſula operatur, vt remedium vtilius &
verius videatur intentatum, iuxta tradita per Abb. in c. cum
dilectus, de ord. cogn. & per Alexan. in l. ita ſtipulatus, §. Cri-
9 ſogonus, ff. de verb. oblig. hoc ſic præſuppoſito, † quod aga-
tur lege Iulia de ui publ. vel lege de vi priuata, ex eo capite
quod dicti intitulati abſtulerũt præfatum Bladium; reſpon-
deo audacter ipſos abſoluendos, quia ad hoc, vt quis reus
ſit lege Iul. de vi publica, vel priuata, propter aliquam rem
abductam, oportet quod illa res ſit in dominio eius, à quo
ablata prætenditur, & quòd per iniuriam fuerit ablata, d. l. 3.
in fine. Verùm dicti ſyndici, & rectores bladium proprium
ipſius hoſpitalis acceperunt abſque vlla iniuria, ergo &c.
Quod autem bladium eſſet proprium hoſpitalis, conſtat ex
teſtibus & inſtrumentis exhibitis in proceſſu, & denique ex
10 confeſſione aduerſantium, † quæ licet non plenè probaret
contra fiſcum, ſaltem coadiuuat alias probationes, & facit
talem qualem probationem, ſecundum glo. in l. quoniam,
ff. de iureiuran. ſed poſito quod de facto, & uiolentia deieciſ
ſent aduerſantes de poſſeſſione, & fructus exportaſſent, non
tamen intitulati tenerentur, nec aliqualiter puniri poſſent
pœna l. Iuliæ de vi publica, nec de priuata, quia iure permit
11 tente expuliſſent † actores clandeſtinos, & violentos poſſeſ-
ſores, quos licet per vim eiicere, ſecundum gloſ. & Bart. in
l. 1. §. interdictum, ff. vti poſſid. & in l. 1. C. vnde vi Bald. in di-
ſpu. incipiente, accuſatis de vi turbatiua, colum. 3. & in
l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iul. de vi. quod igitur lege per
mittente factum fuit, pœnam non meretur, l. Gracchus, C.
12 de adult. † Et ſi dicatur verum, dummodo incontinenti ex-
pellantur, l. 3. §. eum qui, ff. de vi & vi arm. Reſpondeo aduer
tendum eſſe quod hoſpitale, ſeu emphyteota ipſius hoſpita-
13 lis nunquam perdiderit ſuam ciuilem poſſeſsionem, † cum
nunquàm ſuſpicari fuerint ſe poſſe repelli. apparet, quia ſem
per contenderunt poſſidere, fructus colligendo, ut patet ex
teſtib. Cum ergo ciuilem retinuerint, donec apud eos fuit
ciuilis, ſemper licuit turbatores eiuſdẽ ciuilis eiicere, & di-
citur talis eiectio incontinenti facta, quia facta fuit eo tem-
pore quo hoſpitale turbatum fuit in ſua ciuili: nam ſemper
ciuiliter poſſidens turbatur, donec poſsidens naturaliter in
actu turbationis perſeuerat, ſecundum Bar. in d. l. 1. §. inter-
dictum, & Are. conſi. 21. li diligenter, ad finem. Quòd autẽ
no. Aſtoadus, & Bigo eſſent clandeſtini, & uiolenti poſſeſ-
14 ſores, apparet † quia conſtat de antiquiori poſſeſsione hoſpi
talis, & de titulo, quo caſu iunior poſſeſsio præſumitur clan
deſtina, ca. licèt cauſam, de probatio. Dec. conſi. 449. nu. 20.

Laus Deo Optimo Maximo.

*Reſponſum primum incipiens, frequens. eſt impreſſum ſub Re
ſponſo 206. ſecundum impreſsionẽ Lugdun. anni 1564.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, & ſuperficiarius per alienationem, irrequiſito domino directo, cadunt ab eorum iuribus, etiam ſi extaret conſuetudo in contrarium, vbi res vendita non ſit tanquàm emphyteutica, uel dominus fraudatur laudemio.*
2 *Conſuetudo eccleſiæ onerosa, non tenet.*
3 *Emphyteuticam rem emptor ingrediens non ſoluto laudemio, aut non recognito domino directo, aut habito eius conſenſu cadit à iure ſuo, non obſtante clauſula appoſita in contractu, quòd prius habeatur domini conſenſus.*
4 *Emphyteuta eccleſiæ ceſſans per biennium in ſolutione canonis cadit à iure ſuo, layci uero per triennium.*
5 *Emphyteuta bona non poſſunt transferri in uniuerſitatem.*
6 *Populus ex uniuerſitatis conſilio repræſentatur.*
7 *Emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam conuictus de mendatio iure ſuo priuatur.*
8 *Idem ſi res emphyteutica deterioretur.*
9 *Emphyteutica, res etiam eccleſiæ poteſt dari in dotem filiæ ſine conſenſu domini directi.*
10 *Libera præſumitur qualibet res.*
11 *Emphyteuta hæres non ſoluens canonem, ignoranterq́ alienãs reſtituitur in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi.*
11 *Caducitas remiſſa cenſetur ex receptione penſionis debitæ.*
13 *Emphyteutica res eccleſiæ perueniens ad eccleſiam poteſt denuò in emphyteuſim dari abſque ſolemnitate requiſita.*
15 *Delictum eſt grauius in faciendo quàm in omittendo.*
16 *Ignorantia eorum, de quibus eſt publica fama, non præſumitur.*
17 *Eccleſiæ conditio à prælato fieri non poteſt deterior, neque res alienari non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis.*
18 *Conſuetudo cum ſit ſtricti iuris, extra proprios terminos extendenda non uenit.*
20 *Reſponſio regulatur ab interrogatione, ſecũdum quam intelligitur.*

DE IVRE EMPHYTEVT. & de feud.

RESPONSVM II.

Qui ueritas eſt, me dirigat in viam ueritatis.

EX tenore libelli, & narratione facti pluresre
ſultant rationes, quare vniuerſitas caſtri de
Rochabruſana ceciderit ab utili dominio
molendinorum, de quibus diſceptatur.
Prima ratio reſultat ex alienationibus
cum tranſlatione dominij & poſſeſsionis
factis per hæredes, & emphyteutam irrequiſito domino
priore ſanctæ Perpetuæ de Artecella, domino directo dicto
rum molendinorum, ut per hæredes Ioannis & Aicardi Ra
bolli emphyteutas molendini uulgariter nuncupati Rega-
rhani, titulo in ſolutum dationis ex cauſa dotis Dulciæ Ra-
bollæ in Vrbanum C. Chariæ, villæ Brimonte, & per hære-
des, & ſucceſſores Ioannis Chandogni emphyteutas molen
dini de la Ang. tit. venditionis in dictam uniuerſitatem, &
per hæredes Aycardi Syluestri emphyteutas molendini del-
la Robitra, tit. uenditionis in Ioannem Thomaſij Tolonēſi,
1 l. fina. C. de iur. emphyt. c. potuit, de locat. † Quod procedit
non ſolum in contractu emphyteutico, ſed etiam in ſuperfi
ciario, ut not. Spe. tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 1. 1. q. Bar. in
l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperf. Imo. in d. c. potuit, colum. 4.
Ang. in §. adeo, in fine, Inſt. locati, & procedit non ſolum re
ſpectu emphyteutę alienantis, ſed ēt reſpectu ementis ſeu ac
cipientis, vterque enim cadit à iure ſuo ſecundum Sal. in d.
l. fina. & ibi d. Iaſ. col. 130. Nec huic rationi obſtare uidetur
conſuetudo patriæ, ſecundum quam res emphyteuticæ ſo-
lent alienari irrequiſito domino. quia reſpondetur quòd ue
rum eſt, dummodo res alienentur tanquàm res emphyteu-
ticæ ipſius eccleſiæ, & eccleſia non fraudetur ſuo laudemio,
ſecundum Bald. conſi. 9. factum tale eſt, colum. fina. lib. 4.
2 † Nam conſuetudo eccleſiæ oneroſa non valet, c. 1. de con
ſuet. c. cum in cunctis, de ijs quæ fi. à malo. par. cap. ſed prædi
cti emphyteutæ alienarunt molendina ſupra nominata tan
quàm propria, quo caſu cadunt non tantum, quia alienarūt
irrequiſito domino, ſed etiam quia appropriarunt ſibi rem
emphyteuticam in contemptum & præiudicium directi do
mini, ſecundum Bal & Imo. in l. uſufructu, ff. ſolu. matr. Bal.
3 & d. Iaſ. in d. l. fi. col. 36. † Item illi, in quos extitit facta alie
natio, adepti fuerunt naturalem poſſeſſionem dictorū mo-
lendinorum abſque ulla inueſtitura, & recognitione habi-
ta à directo domino, abſque ſolutione laudemij: quo caſu
locum non habet conſuetudo, ſecundum Bal. Imo. cadunt
emptores & acquiſitores, etiam qui abſque recognitione, &
ſolutione laudemii ingrediuntur naturalem poſſeſſionem,
etiam quod acquiſierint rem emphyteuticam ſaluo iure &
conſenſu directi domini, ſecundum Bald. in l. vnica, colum.
pen. C. de his quæ pen. nom. & in ca. primo, quæ fuerit prima
cau. beneſ. amitten. & hanc dicit eſſe communem Doctorū
ſententiam d. Iaſ. in l. non ſolum. §. morte, ff. de nou. oper.
nunt. ubi aliàs authoritates adducit, & eam etiam ſequitur
& communem aſſeuerat Dec. conſi. 160. colum. 3. verſ. præ-
terea dato; & loquitur in emphyteuta Prioratus ſanctorum
Iacobi & Ioannis. & ratio eſt, quia non bene ſeruat, qui to-
tum onerat, ſecundum Hoſt. Ioan. And. Card. & alios in ca.
ea te, de iniur. & firmat Fely. in ca. cum contingat, colum. 4.
de offi. deleg. Cępol. cau. 45. & ſequen. Bertran. in tractatu de
gabellis, in 1. parte. q. 14. quæ concluſio uera eſt, etiam quod
in alienatione addita ſit clauſula, ſaluo conſenſu domini, &
non aliter, nec alio modo. adhuc ſi emptor abſque ſolutio-
ne laudemij, & beneplacito directi domini ſine inueſtitu-
ra adeptus fuerit realem poſſeſſionem, cadit à iure ſuo, ſecū
dum Bald. in ca. 1. §. hæc quoque, ad fin. de ſucc. feud. & in c.
criminis, verſ. & prædicta faciunt, de elect. & Fely. in ca. quæ
in eccleſia, colum. 27. de conſtit. & ego comprobaui in repe
titione mea, ca. cum M. Ferra. in 4. conclu. quartę quæſt. prin
cipalis in materia proteſtationum, de conſt.
Secunda ratio reſultat ex eo quod non conſtat ſolutum
fuiſſe canonē emphyteuticum directo domino per eos, qui
4 ſucceſſerunt in locum emphyteutarum. † Nam ex ceſſatio-
ne ſolutionis per biennium emphyteuta eccleſiæ, & per triē-
nium emphyteuta priuati cadit à iure ſuo, dicto cap. potuit,
de locat. & l. 2. C. de iure emphyt.
Tertia ratio ſumitur ex eo, quod omnia dicta molendina
fuerunt ſucceſſiuè alienata in dictam uniuerſitatem, quæ eſt
5 de perſonis prohibitis. † Nam in uniuerſitatem iura prohi-
bent, emphyteutica bona transferri, quia per alienationem
factam in manum mortuam redditur deterior conditio di-
recti reſpectu laudemij, iuris prælationis, & commiſſi, cum
uniuerſitas non ita faciliter alienet, ſicut perſona non mor-
tua: nec ulla ſpes ſit, quod per mortem reuertantur ad dire-
ctum dominium. Ita in terminis noſtris concludit d. Card.
Flor. in d. ca. potuit, in 4. col. q. 15. & Iac. Alua. in ca. 1. §. 1. ad
fin. de alien. feu. Alexan. conſi. 9. viſo themate, lib. 3.
Quarta ratio dicitur ex eo quod ipſa vniuerſitas ceſſauit
à ſolutione canonis ultra decennium, ergo &c. d. ca. potuit,
& d. l. fina.
6 Quinta ratio reſultat ex eo, † quòd dicta vniuerſitas ſeu
conſilium ipſius vniuerſitatis, quod repræſentat vniuerſum
populum ſecundum glo. in rub. C. de decurion. lib. 10. in iu
dicio negarunt D. Priorem, ſeu Prioratum de Artecella eſſe
7 directum dominum dictorum molendinorum. † Nam em
phyteuta negans rem eſſe emphyteuticam, conuictus à do-
mino de mendatio ſtatim priuatur iure emphyteutico, ſecū
dum Spe. tit. de loc. §. nunc aliqua, uerſ. 65. in fi. Innocen. in
ca. cæterum, de iud. Ange. in l. fina. ff. de rei uend.
Sexta ratio percipitur ex eo, quòd dicta vniuerſitas paſſa
fuit, quod unum ex dictis molendinis deuenerit in ruinam,
8 † propter quam rei deteriorationem proculdubio emphy-
teuta cadit ab emphyteuſi, auth. qui rem, C. de ſac. ſan. eccle.
l. 3. C. loc. cum ſimilibus.
Pro parte uniuerſitatis quòd non ceciderit, faciunt infra-
ſcriptę rationes. Primo non videtur quod molendinum
Rogarhani ceciderit in commiſſum per in ſolutum datio-
9 nem factam ex cauſa dotis Dulciæ: † quia res emphyteutica
etiam eccleſiæ poteſt in dotem dari filiæ ſine conſenſu dire-
cti domini, §. emphyteuſim, in Auth. de alien. & emp. & Iaſ.
in l. fina. colum. 131. C. de iure emphyt.
Secundò, quia hæredes, qui alienarunt dicta molendina
tam in dictam Dulciam, quàm in Ioānem Thomaſij, & ſuc-
ceſſiuè in ipſam uniuerſitatem potuerunt credere illa molē
dina eſſe libera, & per ignorantiam illa uti allodialia alie-
10 naſſe, † cum quælibet res præſumatur libera, niſi conſtet de
11 ſeruitute, l. altius, C. de ſeruit. & aqu. unde † quamuis de ri-
gore iuris cecidiſſent in commiſſum, tamen eſſent in inte-
grum reſtituendi hi, qui non ſoluerunt canonem, uel qui
alienarunt irrequiſito domino, & laudemium non ſolue-
runt, ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur, de qua
in l. prima, ff. quib. ex can. maior. ſecundum glo. Bar. & alios
communiter in l. 2. C. de iure emph. Bartol. & communiter
Doctores in l. cum filiusfa. §. in hac, ff. de uerb. oblig.
Tertio, quia etſi per non ſolutionem penſionis tempori-
bus debitis, uel alienationem factam irrequiſito domino
cum translatione poſſeſſionis etiam in perſonam prohibi-
tam prædicta molendina cecidiſſent in commiſſum: quia
tamen olim prior habēs adminiſtrationem dicti Prioratus,
12 laudauit, & inueſtiuit dictam uniuerſitatem, † & ab ea pen-
ſiones recepit, remiſſa uideretur omnis caducitas, prout te-
nent glo. & communiter Doct. in d. cap. potuit, Pau. de Caſt.
conſi. 139. Primò uidendum eſt. Bald. & alij in d. l. 2. Corn.
conſi. 187. trita eſt & vulgata, lib. 1. Alexan. conſi. 14. colum.
13 pen. lib. 2. Dec. conſi. 158. colum. pen. in prima parte. † Nam
cum dicta molendina eſſent cōſueta dari in emphyteuſim,
potuiſſet olim prior, ſi ad eccleſiam peruenilſent, de nouo
illa alteri in emphyteuſim dare. ergo etiam poteſt anti-
quam emphyteuſim quamuis finitam renouare abſque ſo-
lennitate requiſita in alienatione rei eccleſiaſticæ, cap. 2. in
verbo liberare, extra de feud. & ca. 1. Epiſcopum, uel Abba-
tem, in vſi. feud. firmant Bar. & alij in d. auth. qui rem, & eſt
communis opinio, ut per Curt. in tract. feud. in 2. parte. q. 1.
Alexan. conſi. 14. lib. 2.
14 Quartò, quia † dicta vniuerſitas non negauit directum
dominium ſpectare ad Priorem de Artecella, licèt negaue-
rit ſpectare ad R. D. Epiſcopum Citarenſem agentem tan-
quàm Priorem de Artecella. Nam cū ſyndici reſponderint
ſe ignorare, quòd D. Epiſcopus ſit Prior dicti Prioratus, ne-
gando poſtea quod dictum dominium ſpectat ad Epiſcopū
actorem, talis negatio debet ſanè intelligi, ſcilicet quòd nō
ſpectet ad eum, quia non eſt Prior. Præterea & ſi negaſſent,
ſpectare ad Priorem, non tamen cecidiſſent à iure utilis do
minij, ut tenet Bald. in d. c. ſi uaſſallus, & ſequitur d. Iaſ. in
d. l. 2.

d.l.2.col.48.uerſ.32.ſed ſolum cadere deberet à poſſeſſione, ut concludit Dec.conſi.28.col.2.

Pro reſolutione huius controuerſiæ, quia agitur de tribus molendinis, quò ad diruptum non video ullam dubitandi rationem, quod uniuerſitas non ceciderit per ea, quæ dixi in ultimo fundamento pro directo domino rei. nam deterioratio facilius operatur, quòd emphyteuta priuetur emphyteuſi, quàm non ſolutio penſionis, quia emphyteuta per deſtructionem molendini offendit dominum directum facien-
15 do, per non ſolutionem offendit negligendo, † & maius eſt delictum in faciendo commiſſum, quam in negligendo, ſecundum glo. in l. ſi moram, cum ſimilibus, ff. ſolu. matrimn.

Quantum uerò ad molendina non dirupta niſi ignorantia hæredum & ſingulorum ſucceſſorum, ſiue agentium pro vniuerſitate excuſet vniuerſitatem à pœna caducitatis, uel niſi prior olim remiſerit caducitatem, ut dixi in 2. & 3. fundamento factis pro vniuerſitate, clarum eſt quod conſolidatum eſt vtile dominium cum directo, tum propter non ſolutionem penſionis, tum propter alienationem factam in perſonam prohibitam, tum propter non ſuſceptam inueſtituram, & non ſolutionem laudemij. Idcirco duo uidenda ſunt. Primò an vniuerſitas poſſit reſtitui nomine ignorantiæ, quominus dicatur cauſata caducitas in præiudicium ipſius, & eorum à quibus cauſam habuit. Secundo, an prælatus remiſerit, ſeu remittere potuerit caducitatem, ſeu de nouo inueſtire dictam vniuerſitatem. & breuiter agendo.

Circa primum arbitror quod prætextu ignorantiæ nulla competat reſtitutio in integrum. quia vt intelligo, probabitur quod fuit & eſt antiquiſſima fama in dicto loco de Rochabruſana, quod dicta molendina fuerunt, & ſunt de iure dicti Prioratus. & per conſequens aliqua ignorantia allega-
16 ri non poteſt, † quia non præſumitur quod quis ignoret ea, de quibus eſt publica fama, vt per glo. in l. ſi tutor petitus. C. de pet. tut. & in l. 1. in fi. ff. de iur. & fact. ignoran. Et in terminis quod non poſſit quis ſe excuſare prætextu, quod ignoraret rem eſſe emphyteuticam, quando fama publica eſt, quod res illa eſt de directo dominio eccleſiæ, conſuluit d. Alexan. conſi. 190. in cauſa & lite uertente inter R. D. Archiepiſcopum, colum. 3. li. 2. Præterea cum uniuerſitas receperit inueſtituram à Priore, qui tunc in humanis agebat, ſatis apparet quod tempore emptionis ſciebat prædicta molendina ſpectare ad eccleſiam ratione directi dominij. vnde iſtud fundamentum de ignorantia non bene adaptatur.

Circa ſecundum, in quo ut mihi uidetur, conſiſtit pũctus principalis huius controuerſiæ, reſpondeo quod olim Prior non potuit laudare, nec inueſtire uniuerſitatem de dictis
17 molendinis ad eccleſiam deuolutis, † quia prælatus nõ poteſt conditionem eccleſiæ deteriorem facere, neque res ad eccleſiam pertinentes in emphyteuſim dare, aut infeudare non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis, & de quibus in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. & ca. ſine exceptione, 12. q. 2. ut eſt tex. in l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ. & in ca. nulli, de reb. eccleſiaſt. non alienan. Non obſtat, dum dicitur quod iſtud non procedit in rebus conſuetis dari in emphyteuſim, uel in feudum, quas poteſt prælatus iterum infeudare, uel in emphyteuſim dare abſque ſolennitatibus aliàs neceſſariis, ut ſupra dictum fuit: quia ad iſtud reſpondetur quod uerum eſt, dummodo prælatus non excedat modum conſuetum, & non alteret naturam emphyteuſis ſecundum Bar. & alios communiter in authen. qui rem, C. de ſacr. ſanc. eccleſ. & Bald. in auth. quibuſcunque modis, & in authen. ſi quis ruinas, eod. tit. Iacob. de Belui. in ca. primo, §. ſimiliter, de leg. cont. Mart. Laud. Iac. Al. Card. Alex. in ca. 1. qui feud. dare poſſ. Raph. Cum. conſi. 99. quædam poſſeſſio, & Raph.
18 Fulg. conſi. 10. bonahonta, & conſi. 218. Petrus &c. † Nam conſuetudo eſt ſtricti iuris, non extendenda extra proprios terminos, cap. quod tranſlationem, & ibi not. Panor. de offi. leg. & conſuetudo tantum habet de effectu & potentia, quãtum de uſu, ſecundum Bal. in l. fina. uerſ. unum aliud quæritur. C. commu. utr. iud. & in propoſito noſtro ita concludit, & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam affirmat Curt. Iunior in ſuo tractatu feud. in 6. q. primæ o. prin. a. partis. In caſu autem noſtro Prior alterauit, & exceſſit conſuetudinem reſpectu perſonarum, quia erãt conſueta hæc molendina dari in emphyteuſim perſonis à iure permiſſis, nõ perſonis fictis, & repræſentatis ſeu mortuis, & à iure prohibitis, vt eſt uniuerſitas, l. mortuo reo, ff. de fideiuſſ. Item alterauit inueſtituram reſpectu penſionis, quia iſta molendina erant conſueta dari in emphyteuſim pro ſatis notabili quantitate bladi, & Prior diminuit hanc penſionem reducendo eã ad duos groſſos. Præterea præſupponitur, quòd dicta uniuerſitas etiam poſt inueſtituram ceſſauit per plures annos à ſolu
19 tione canonis. Inſuper † uniuerſitas ab omni iure ſuo cecidit ea ratione, quia in præſenti iudicio negauit directũ dominium ſpectare ad dominum dicti Caſtri de Rochabruſana, ut ſupra dixi in quinto fundamento facto pro Domino. Nec obſtant quæ dixi ſupra in ultimo fundamento adducto pro vniuerſitate, & reſpondetur quòd uniuerſitas negãs molendina ſpectare ad d. R. D. intelligitur negaſſe ſpectare ad
20 dominum, de quo in poſitione. † Nam reſponſio intelligitũ ſecundum interrogationem, & ab ea regulatur, l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de inter. action. cap. inter dilectos, de fi. inſtr. Inſt. de inut. ſtipul. §. præterea, & Bar. in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iud. in poſitione autem in interrogatione petitur quòd uniuerſitas reſpondeat, an molendina ſpectent ratione directi dominij ad dominum caſtri de Rochabruſana, non autem petitur reſponderi, an ſpectent ad Reuer. D. Claudium de Aſſonnulla: ergo negatio Syndicorum, & conſiliariorum reſpondentium, & negantium molẽdina ſpectare ad d. R. dominũ, debet referri ad dominum dicti caſtri, de quo in poſſeſſione. Non enim obſtat deciſio Bald. in d. ca. ſi vaſſalus, quam uiſus eſt ſequi d. Iaſo. in d. l. 2. quia communis opinio eſt in contrarium, ut patet ex allegatis ſupra, & ita tenet d. Iaſ. ſibi contrarius, Inſti. de action. §. 1. colum. 13.

Præterea etſi contraria opinio uera eſſet, quod per negationem uniuerſitatis non eſſet priuata proprietate iuris emphyteutici, tamen etiam hac ſententia retenta, uenit uniuerſitas priuanda poſſeſſione ipſorum molendinorum, ſecundum Dec. in d. conſi. 28. & Iaſ. in d. l. 2. vnde ex omni capite reperitur conſolidatum utile dominium cum directo, & ita iudicandum puto, ſi nihil aliud proponatur.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quod ſemel placuit, & ab initio eſt uoluntatis.*
2 *Pacta ſeruare naturale eſt, & criminoſum à tranſactione reſilire.*
3 *In contractibus innominatis re integra eſt locus pœnitentiæ, aliàs ſecus.*
4 *Pæna remiſſa ob paupertatem, non poteſt peti ceſſante paupertate.*
5 *Ob paupertatem conceſſum auctis facultatibus amittitur.*
6 *Sterilitas unius anni compenſatur cum fertilitate alterius anni.*
7 *Canonicorum numerus ob paupertatem diminutus, auctis facultatibus augetur.*
8 *Gabellæ precium augetur aucto comitatu, ſicuti econtra diminuitur. & nu. 10.*
9 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
11 *Emphyteuta ſpectat commodum, & damnum. Ideo ei nõ poteſt fieri remiſſio, ſicut nec augetur penſio.*
12 *Commoda ſequuntur, quem incommoda comitantur.*
13 *Tributum augetur & diminuitur ſecundum augmentum & diminutionem prædij, aut cultura.*
14 *Immunitas conceſſa uenientibus ad habitandum, non tranſit ad hæredes.*

RESPONSVM III.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis.

Videretur non licere à conuentis, & trãſactis di
1 ſcedere, † quia quod ſemel placuit, amplius non poteſt diſplicere, reg. quod ſemel, de reg. iur. & quæ a prin. fuerunt uoluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis,
2 l. ſicut, C. de act. & oblig. † Nihil enim tã naturale eſt, quàm pacta ſeruare. l. 1. ff. de pact. & graue ac criminoſum eſt a trãſactione reſilire, l. tranſactionem, l. cauſas, & l. cum donationes. C. de trãſact. Præterea huiuſmodi diminutio facta fuit,
3 ut forenſes uenirent ad habitandum ad dictũ locum. † ergo dicitur contractus innominatus, do ſcilicet immunitatem à certa parte cenſus, ut facias, ideſt vt venias ad habitãdum. ergo reſpectu eorum, qui venerunt ad habitandum, & ſic

quia

quia adimpleuerunt pro parte ſua, non erit locus pœniten-
tiæ; quia res deſijt eſſe integra, l. ſi pecuniam, & l. fin. ff. de cō-
di. ob cau. & ita determinat Bar. in l. omnes populi, in 4. q. 3.
q. prin. ff. de iuſt. & iur. & in l. hi qui, ff. de iure immun. & in
l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. fac. ſequitur Panor. in ca.
nouit, ſuper glo. in verbo quicunque, de iu. Tertiò cōpro-
4 batur, † quia ſi ſit ſemel remiſſa pœna propter paupertatem,
non amplius peti poteſt, etiam quod is, cui eſt remiſſa per-
uenerit ad pinguiorem fortunam, ſecundum glo. in l. illici-
tas. §. fina. ff. de offic. præſid. & Ioan. And. in cap. authoritate,
ſed præmiſſis non attentis contrarium ui-
detur uerius ex rationibus infraſcriptis.
5 Primo, † quia conceſſa propter paupertatem, auctis facul
tatibus amittuntur l. his oneribus. §. auctis, ff. de uaca. mun.
l. cura. §. deficientium, ff. de mun. & honor. huic dicimus pri
uilegium, ne quis conueniatur, niſi in quantum facere pōt,
etiam temporale, & non perpetuum, quia auctis facultati-
bus amittitur, vt per Bar. in l. 3. ff. de except. hinc eſt, q exem-
ptio conceſſa per Papam à ſolutione decimarum monaſte-
rio pauperi, expirat auctis facultatibus. c. ſuggeſtum, de de
cimis.
6 Secundò facit optimè tex. in l. ſi uno, ff. loc. in princ. † vbi
fertilitas anni ſequentis prodeſt domino, qui remiſit pen-
ſionem propter ſterilitatem anni antecedentis.
Tertio facit textus in cac um M. Ferra. de conſt. & in Au-
7 then ut determi. ſit num. cler. verſ. poſtea uero. † Vbi ſi pro-
pter paupertatem eccleſiæ ſit diminutus numerus Canoni-
corum, augumentatis facultatibus, augeri debet numerus,
non obſtante ſtatuto de certo canonicorum numero; & per
iſta iura dicunt Fely. & Modet. in d. ca. cum M. poſt Aog. in
8 d. uerſ. poſtea uero, † quod ſi dacium gabellæ communita-
tis fuerit locatum alicui pro certo pretio, quod aucto co-
mitatu, augeri debet precium gabellæ, non obſtante prima
conuentione. ſequitur Ioan. de Platea in l. ſi quos. ad fi. C.
de fund. rei priu. lib. 11. facit tex. in l. Rutilia Pola, ff. de con-
trahen. empt.
9 Quarto facit, † quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus,
ca. cum ceſſante, de appell. l. adigere. §. quamuis, ff. de iu. pat.
l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. cum ſimilibus.
Quinto uidetū caſus iſte deciſus per tex. in l. 2. C. de aluui.
10 & Paul. ubi expreſsè determinatur, † quod ſi fuerint auctæ
facultates, augeri debet pēſio & tributum, ſicut diminuitur
cenſus, ſi diminutæ aliquo fortuito caſu fuerint facultates.
Iniquum enim eſſet ius, ſi non augeretur penſio propter ſu
peruenientes diuitias, quæ ſint diminutæ propter ſuperue-
nientem paupertatem. & ideo glo. Bar. & alij omnes in l. 1.
11 C. de iure emphy. maximè d. Iaſ. colum. 17. Dicunt † quod
ſi res emphyteutica diminuatur, non diminuitur penſio: q
ſi res emphyteutica augeatur nō debet augeri pēſio. & ideo,
quia dominium ſpectat ad emphyteutam, debet etiam ſpe-
ctare commodum. ergo uoluit q in caſibus, in quibus di-
minuitur penſio emphyteutæ, quia tunc damnu ſpectat ad
dominum, quod ſi augeatur res emphyteutica, augeri debet
12 penſio, ut † eum ſequantur commoda, quem ſequuntur in-
commoda, l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. Cum igitur
agatur de cenſu ſeu tributo, quod præſtatur domino loca ta
13 tione prædiorum, † quia tributum augetur, & minuitur, ſe-
cundum quod augentur, & diminuuntur prædia, ſeu cul-
tura prædiorum, d. l. 2. & quia etiam ſi ageretur de emphy-
teutico canone, quia tamen ſumus in caſu, in quo emphy-
teuſis facta fuit diminutio propter guerras, æquum videtur,
ut auctis facultatibus & agrorum cultura, augeatur & pen-
ſio. Ex iſtis patet reſponſio ad contraria, & ſpecialiter re-
ſpondeo. Non obſtat quod ſeruanda ſint conuenta & tran
ſacta, quia iſtud non negamus, ſed dicimus quod diminu-
tio annui cenſus non durat. niſi durante paupertate. & inco
larum raritate, ut patet ex præmiſſis. Non obſtat q in præiu
dicium eorum, qui uenerant ad habitandum, non poſſit au
geri pēſio, quia eſt verum, donec illi, qui uenerunt de nouo
14 ad locum habitandum, uixerunt, † Nam eis extinctis ex-
pirat immunitas eis conceſſa. l. ſi habitatio, §. veterum, ff. de
vſu. & habit. Præterea qui nati ſunt in loco Rochæ, ex eis,
qui uenerunt ad habitandum, originarij ſunt, l. 1. & l. aſſum
ptio. ff. ad municip. Priuilegium autem conceſſum uenien-
tibus ad habitandum, non intelligitur conceſſum origina-
riis, ſecundum Bar. in l. eum emancipata, §. fina. ff. de bonor.
poſſeſ. contratab. Panor. in d. ca. nouit. Non obſtat quod
pœna ſemel remiſſa propter paupertatem non poſſit exigi
ſuperueniente pinguiori fortuna: quia iſtud non facit ad
propoſitum, quia hic non agitur de repetendo penſionem
remiſſam pro tempore præterito, & durante paupertate, ſed
agitur de penſione pro futuro tempore, quæ negatur remiſ
ſa, ut patet ex adductis ſupra pro domino.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticam rem non poteſt dominus directus iure prælationis retinere, niſi quando venditur, non quando legatur aut donatur.*
2 *Vſusfructus diffinitio.*
3 *Ab emphyteuta uſusfructus poteſt inſcio domino quocunque titulo, cuilibet abſque pœna caducitatis relinqui.*
4 *Vita hominis centum annis durare præſumitur.*
5 *Vſusfructus relictus eccleſia, uel annuum legatum finitur centum annis.*
6 *Emphyteutica res poteſt pignorari ſine conſenſu domini directi, & quid ſi pignoretur pro tanta quantitate, quòd abſit ſpes luitionis?*
7 *Pignus æquiparatur alienationi, quando eſt factum pro tanta quantitate, quòd abſit ſpes luitionis.*
8 *Pœnalis lex eſt reſtringenda, nec habet locum in caſu præſumpto.*
9 *Emphyteuta alienans fructus, & melioramēta reſeruato utili dominio, non cadit à iure ſuo.*
10 *Alienari poteſt res, cum ſuo tamen onere, ſine conſenſu eccleſiæ, cui legata fuit annua penſio ſuper re prædicta, cum per hoc legatum non transferatur dominium.*
11 *Hæres & defunctus pro eodem reputantur.*
12 *Emphyteuta non cadit à iure ſuo ob alienationem inualidam.*
13 *Clauſula, & quibus dederit, facit ut emphyteuta poſſit alienare irrequiſito domino.*

RESPONSVM IIII.

Qui ueritas eſt, me in viam dirigat ueritatis.

OMiſſa allegationum pompa ſtudens breuitati, prout conſultorem decet: Non uideo quo
fundamēto dominus directus potuerit iure prę-
lationis domum, de qua in themate, in ſe retine
re, & de ea alterum inueſtire, non quidem ex eo quod do-
mus fuerit legata eccleſię della Principali, inſcio, & ſine con
ſenſu ipſius domini directi: quia falſum eſt, quod ipſa do-
mus fuerit legata, ſed ſolum fuerunt legati vnus, & viginti
Floreni percipiendi ex redditibus iſtius domus, & alterius.
Quo caſu proprietas non dicitur alienata, l. 1. ff. de vſufr. Et
pulchrè conſuluit ad terminos Card. Flor. conſi. 66. incipiē-
te, ſtatuto Ciuitatis Tringeſti. & quæ etiam aliter probabo.
Præterea etiam quod fuiſſet aliter legata, nō tamen iure præ
lationis directus dominus potuit hanc domum in ſe retine
1 re, † quia ius prælationis ſolum habet locum, ſi emphyteuta
vendere vult, non ſi legare, vel donare: & ratio eſt, quia in do
natione, & legato emphyteuta afficitur legatario, non ſic do
mino directo. Et ideo non poteſt dicere dominus directus,
ego uolo præferri in hoc legato, quia ſic emphyteuta coge-
retur legare domino directo, quod eſt abſurdum. & ſic tenēt
omnes in l. fina. C. de iure emphy. & eſt communis opinio
teſte Iaſo. qui authoritates refert ibi col. 115. & pluribus ſe-
quen. eſt ēt communis opinio, quod emphyteuta legando
vel donando ſine conſenſu directi domini non incidat in
pœnam caducitatis. ſecundum eundem ibi, colum. 114. &
ſequitur Alex. pulchrè conſi. 120. ſuper eo quod quæritur,
uolu. primo. & conſi. 9. uolu. 2. Non etiam potuit directus
dominus declarare caducitatē, quia fuerit vſusfructus dictæ
domus relictus dictæ eccleſiæ: quia falſum eſt quòd legaue-
2 rit uſumfructum. † Nam uſusfructus eſt ius utendi omni-
bus fructibus pro libito, Inſt. de uſufr. & habit. in prin. in ca-
ſu autem iſto teſtator non legauit omnes fructus, ſed tātum
3 partem. ergo &c. † Præterea abſque pœna caducitatis em-
phyteuta ſine conſenſu domini poteſt quocunque tit. relin-
quere vſumfructum, cui placet, ſecundum Bald. in l. prima,
in princip. ff. quibus mod. vſusfru. amit. & Alexan. conſi. 120.
in fine, & Iaſ. in d. l. fi. colum. 132. Nec obſtat ſi dicatur hoc
procedere,

procedere.quaodo uſuſfructus relinquitur perſonę anima-
tę, quia eſt ſpes, quod ſaltem infra centum annos finiatur,
4 † quia plus durare non præſumitur uita hominis,l.fi. C. de
ſacroſan.eccl.ſecus,ſi eccleſię.quæ nunquam moritur,ca.ſi a
5 ſede,de reſcrip.c.quoniam.de off. deleg. † quia etiam lega-
tum uſuſfructus uel annuum factum eccleſiæ finitur cẽtum
annis,ſecundum glo.& Bar.in l.ſi uſuſfructus municip.ff.de
vſufru.lega.Et iſta eſt communis,ut per Alexan. conſi.60.in
cipiente,omiſſo multiloquio, volu.primo. Non etiam fuit
cauſata caducitas,quia fuerit hęc domus hypothecata eccle
6 ſiæ, † quia res emphyteutica poteſt pignorari ſine conſenſu
directi domini, maximè ſi in hypotheca fuerit reſeruatum
jus directi domini,ut hic,ſecundum glo.in d.l.fi. ubi Saly.&
alij communiter ſequuntur, idem tenuit gl.quam ibi com-
muniter ſequuntur Canoniſtæ,in c.potuit,de loc.Nec obſtat
ſi dicatur quod quando non eſt ſpes, quod ullo unquam tẽ-
7 pore redimatur, † quod tunc idem iudicatur de pignore,
quod de ſimplici alienatione,l.qui habebat, ff. de leg.3.vn-
de prohibita alienatione intelligitur etiam prohibita pi-
gnoratio pro tanto precio,quòd non ſit ueriſimile pignorã-
tem unquam luiturum,ſecundum Bal.in l.fi.C.de reb.alien.
non alien.& Iaſ.in l.1.§.per ſeruum corporaliter pignori da
tum,ff.de acquir.poſſeſ.ubi multa congerit in propoſito, &
in l.ſciendum,§.1.& fi.ff.qui ſatiſd. cogãtur, ſed hic teſtator
voluit quod ſemper eſſet obligata,igitur &c.

Ad iſtud dupliciter reſpondetur. Primò quod minor eſt
falſa, nam elapſis centum annis iſtud legatum ceſſabit,ut ſu
pra dixi. ergo etiam hypotheca,l.item liberatur, in princ.ff.
8 quib.mod.pig.uel hypoth.ſol. Secundo nõ uidetur † quod
diſpoſitio l.fina.quæ loquitur in alienatione uera,habeat lo
cum in præſumpta,ut eſt huiuſmodi,& lex pęnalis tanquàm
odioſa eſt reſtringenda, reg. in pęnis. ff. de reg. iur. & quod
lex pęnalis non habeat locum in caſu præſumpto,tenet Bal.
conſi.221.nam quandoque,in prima parte, Ancha.conſ.48.
incipiente probata tanti uiri ſcientia. Præterea & iſtud tol-
9 lit omnia obſtacula,† ubicunq; emphyteuta alienat ſolum
cõmoditates,& meliorationes,& fructus reſeruando ſibi uti
le dominium ſuum, per talem alienationem nunquàm ca-
dit.nec habet locum diſpoſitio l.fi.C.loc.ſecundum Bal.ibi,
& in c.quæ in eccleſiarum,col.6.de conſtit. Imo.in c. ad au-
dientiam.de re.eccleſ.non alit.uerum in caſu prædicto teſta-
tor alienando commoditates dictarum domorum, non trã
ſtulit dominium in eccleſiam,ut ſupra probaui,& etiam cla
rius probatur,quia prohibuit hæredes ſuos. ne alienarent.&
conſequenter dominium ipſis hæredibus reſeruauit: aliàs
prohibitio foret eluſoria.quod nõ eſt dicẽdum,l. ſi domus,
ff.de leg.1.cum ſimilibus. Et in dubio alienans commodi-
tates tatum ſemper præſumitur quod eas donauerit, quoad
dominium ſuum utile,ſecudum Bal. in l.1.C.ſi pig.datum
10 ſit.† & in diuiduo quando teſtator legat annuam quantitatẽ
ſuper aliqua domo eccleſiæ, quod non transferat dominiũ
in eccleſiam.tenuit Spe. tit. de loc. §. nunc aliqua,uerſ.118,
ubi infert quod propterea hæres poterat alienare talem do-
mum ſine conſenſu eccleſiæ, dummodo alienet cum illo
onere.

Minus etiam põt dici quòd apertum ſit ius domino dire-
cto.quia prohibuerit domum ipſam uendi.& alienari. quia
nulla lex hoc tale dicit §.optimã in Auth.de nõ elig. ſecun.
nub.l.at ſi quis.§.diuus,ff. de relig.& ſumpt.funet.& quia pę
na.propter quam alienando ſine conſenſu cadit,ceſſat ſi nõ
alienet,ergo prohibitio de non alienando contraria aliena
tioni non debet operari quod cadat. Idem enim operatur
oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. fi.
§.pen.ff.de leg.2.ca.cognoſcentes,de conſtit.Præterea ſi ipſe
teſtator noluiſſet unquàm alienare,nõ propterea cecidiſſet
11 ergo non cadet,etiam ſi noluiſſet quod hæres alienet,† quia
hæres,& defunctus reputãtur pro eodem,in Auth. de iureiu.
à morien.præſt.cum ſimilibus. Poſſem aliter comprobare,
ſed non puto expedire, quia clariſsimi iuris iſta ſunt. & iis
ſtantibus non uidetur neceſſarium intrare illam difficulta-
tem,an teſtator legando perſonis prohibitis, ut in caſu iſto
incidat in pęnam: ſi tamen ſuper hoc hæſitabitur,clariſſimè
reſpondebitur.

Non etiam poteſt directus dominus dicere quòd noluc-
rit retinere dominium iure prælationis.uel iure caducitatis
ratione uenditionis factæ per hæredem emphyteutæ Girar-
12 do Tempe, † quia talis alienatio facta per hæredem eſt ipſo
facto nulla tanquàm facta contra prohibitionem teſtatoris
de non alienando ſpeciali fauore dictæ eccleſię della Prin-
cipali,prout concludit glo.in l.cum pater.§.libertis.ff.de le-
ga.2.quam ſignant Bar.& communiter Doct. in l.filijsfami-
lias,§.Diui,ff.de leg.primo.Cum ergo fuerit nulla, ſequitur
quod propter talem alienationem nullam nulla debet pœ-
na ſequi,ut in ſimili tenet Barto. in l. filium, §. & ſi contrata
bulas,ff.de bonor.poſſeſſio.contratab. & in terminis, quod
propter alienationem nullam hæres non cadat, tenet Bald.
in l.2.colum.1.C.de Epiſcop.aud.Dom.Iaſo. in d.l.fina.col.
antepenul.

Nec iure prælationis dominus directus, qui uult præfer-
ri,debet offerre precium,quod ab altero emptore reperitur,
& emere cum oneribus adiectis, quæ cenſentur facere partẽ
precij,l.fundi partem,ff.de contrahen.emption.ita uult tex.
in d.l.fin.in verbo quantum pretij. verum cum in caſu præ-
ſenti directus dominus nec obtulerit precium, nec velit ac-
ceptare rem cum onere, neſcio ſuſpicari, quare velit præla-
tionis iure domum retinere.

Nec tandem potuit etiam directus dominus hanc domũ
vel iure prælationis,vel caducitatis retinere ratione vendi-
tionis vltimo loco factæ per hæredem dicti Girardi in Iaco
bum Belli,non quidem ratione prælationis per prędicta nõ
etiam ratione caducitatis,quia ſtante nullitate alienationis
factæ in dictum Girardum, ipſe Girardus, & eius hæredes
nullum ius nec dominium aliquod vnquam habuerunt.ſe-
cundum glo.in d.§.libertis. vnde ſequitur quod non poteſt
dici cauſata caducitas in præiuditium eccleſiæ,& hæredum
dicti teſtatoris emphyteutæ, apud quos eſt utile dominium
per alienationem factam à non domino. & ab eo, qui non
eſt emphyteuta,toto tit.C.res inter alios act.l.ſi unus, §.ante
omnia,ff.de pact.reg.alteri per alterum,de reg.iur. & hęc di
xi non uiſis inſtrumentis alienationis, & inueſtituræ factæ
per directum dominũ, ſuper quibus poſſunt fieri plura fun-
damenta,& maximè ſi in inſtrumento inueſtituræ eſſet uul-
13 garis clauſula, † & quibus dederit,quæ facit,ut alienatio fie-
ri poſſit irrequiſito domino,ſecundum communem ſenten
tiam Doctorum,ut firmat Alexan. conſi.158.viſo & mature
diſcuſſo,col.5.uolu.2.Dec.conſi.164.non fuiſſet, colum.3.
cum ſimilibus.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Alienare non dicitur, ſed tantum hypothecare legans penſionẽ ſuper aliquo fundo.*
2 *Emphyteuticam rem ſi dominus uult retinere, debet eam emere cum his qualitatibus, quibus alius uult emere.*
3 *Emphyteuſi reſoluta, ſeruitus impoſita ſuper ipſa re emphyteutica extinguitur.*
4 *Emphyteuta an poſſit hypothecare rem emphyteuticam ſtante pacto quòd non poſſit onus ſuper onere imponi.*
5 *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem uſum loquendi.*
6 *Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris, eſt ipſo iure nulla.*
7 *Prohibito uno ex correlatiuis, cenſetur & alterum prohibitum.*
8 *Emphyteuta teſtator poteſt prohibere alienationem rei emphyteuticæ inuito domino.*
9 *Emphyteutica res poteſt cuilibet per fideicommiſſum relinqui exceptis perſonis prohibitis.*
10 *Emphyteutæ poſſunt inter ſe alienare irrequiſito domino.*
11 *Emphyteuticam rem non poteſt dominus retinere, ut alij eam tradat, non ut pro ſe retineat.*

RESPONSVM V.

PRo reſolutionibus ad cõtraria cla
rius accomo-
1 dandis præmitto † q̃ Rubinus legando confra-
triæ Florenos vigintiduos ſuper dicta domo, nõ
dr̃ alienaſſe domum in cõfratriam, ſed tantum
hypothecaſſe ſeu obligaſſe,ſecundum Bar.in l.fundus. ff de
ann.leg.& in l.codicillis.§.inſtituto,ff.de leg.2. Io.Fab.Inſti.
de action.§.item Seruiana,col.fina.not.glo. in l. liberto, in
prin.ff.de ann.leg.bene facit tex.in l.fina. §.1. ff. de contrah.
emp.& ex hoc apparet q̃ non obſtante ea, quæ dicuntur cõ
tra confratriam,dum fundãtur ſuper alienatione, quam di-
cunt fieri non potuiſſe in manum mortuam.maxime ſtante
pacto de non alienando,quia.ut ſupra dixi, domus non dici
tur alienata. ſed tantum hypothecata.

2 Secundò præmitto † ꝙ directus dñs, qui uult iure prælationis retinere rem emphyteuticam, debet eam emere cum qualitatibus & pactis, ac concernentibus & oneribus, cum quibus emerit, vel emere voluerit alius, qui preferri uult, l. fi. C. de iu. emphyteu. & illud expreſſè voluit Imo. in c. potuit, col. 8. verſ. ſed iuxta prædicta põt quæri. vbi plus dicit, ꝙ ſi ſit tale onus, quod cum directo domino non compatiatur, puta ſi ſit ſeruitus, quæ in re propria non poteſt conſiſtere, l. 1. ff. quemad. ſet. amit. tunc dñs directus tenebitur ad extimationem ei, cui talis ſeruitus debetur. Ex hoc ſequitur ꝙ ſi cõpeteret ius prælationis Capitulo Sancti Agricolæ, quod nõ credo, vt infra dicam, adhuc tñ dicta domus tranſiret in Capitulũ directum dñm cum ſua hypotheca & ſua obl'one.

Nec huic noſtræ conſultationi obſtat contraria concluſio adducta per dominos conſulentes in fauorem d. Iacobi Belli, 3 † quod ſeruitus impoſita ſuper re emphyteutica extinguitur emphyteuſi reſoluta, l. lex uectigalis, ff. de pig. per quã ſic determinat Bar. in l. 1. §. fi. ff. de ſuperſ. Bal. in l. in prouinciali, C. de ſeruit. & aqu. & in c. 1. §. quod igitur, de inueſt. de re alien. facta, & d. Iaſ. in d. l. fina. col. 134. & ſequuntur cõiter alij & reſpondeo ꝙ illa cõis concluſio procedit, quando reſoluitur emphyteuſis contra voluntatem emphyteutæ, & ex facto ad hoc directè non ordinato, ut quando res cecidit in commiſſum: ſecus autem, ſi reſoluatur, & ex voluntate emphyteutæ, & ex ſuo facto directè ad hoc ordinato; ut ſi emphyteuta uelit uendere, & directus dominus iure prælationis emeret; tunc nõ reſoluitur ſeruitus, nec extinguit onus, ſed habet locum deciſ. Imo. & cõiter Scribentium in l. in diem, ff. de aq. plu. arcen. ubi Bar. ita reſtringit text. in d. l. lex vectigalis, & ratio eſt euidens, quia ſi dominus directus uult emere ab emphyteuta neceſſe eſt ꝙ mediatur ius ab eo, & in eius locũ ſuccedat, & ſic etiam ad onera teneatur, ad quæ tenebatur emphyteuta quia non poteſt tunc conuenire facto ſui auctoris, l. cum à matre. C. de rei vend.

4 Non etiam obſtat dum dr ꝙ Robinus † non potuit hypothecare & obligare hanc domum ſtãte pacto, ꝙ ipſe emphyteuta non poſſit onus ſuper onere imponere ſub expreſſa hypotheca in caſum, in quem onus ſuper onere imponeret, l. ſi creditor. §. ſu. ff. de diſtract. pign. ubi Bar. & alij, quia reſpõdeo quòd Robinus hypothecando domum non dicitur cõuenisse pacto, quia aliud eſt hypothecare domũ, aliud onus ſuper onere imponere. Non enim dici poteſt quod hypotheca ſit ſuper onere rei impoſitæ, ſed eſt ſuper re ipſa, quia hypotheca eſt obligatio ipſius rei, ſecundum Hoſtien. in ſum. de pig. §. 1. aliud enim eſt ſeruitutem ſuper ſeruitute imponere, aliud ſuper re, l. 1. & ibi no. ff. de vſufr. leg. & l. 2. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. pręd. & ex verbis pacti ſatis colligi poteſt quod contrahentes habent iſta duo, ſcilicet hypothecam, & onus ſuper onere tanquàm diuerſa. Nam per obſeruationem pacti de non imponendo onus ſuper onere, emphyteuta hypothecauit ipſam domum directo domino. ex quo apparet ꝙ aliud eſt quod continetur in pacto, aliud quod promittitur
5 pro executione pacti. † nec credo quòd ſecundum cõmunem uſum loquendi, ſecundum quem verba ſunt intelligẽda, l. Labeo, ff. de ſupel. leg. ille qui tantum obligat rem, dicatur onus ſuper onere imponere.

6 Tertiam præmitto concluſionem, † quòd alienatio facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris eſt ipſo iure nulla, ſecundum glo. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. Bar. & alios in l. filiusfa. §. diui, ff. de leg. 1. ex hac concluſione infero, quod ſucceſſores Robini prohibiti ab ipſo alienare dictam domum non potuerunt eam alienare. ſicut ergo non eſt locus alienationi & uenditioni, ita locus eſſe non poteſt emptioni, & conſequenter nec iuri prælationis, cum ſint
7 correlatiua, † & uno ex correlatiuis prohibito, alterum etiã neceſſario prohibitum cenſetur. l. vnica. C. de cupr. lib. 12.
8 l. fina. C. de indi. uid. toll. † Nec huic concluſioni obſtat, dũ dicitur quod emphyteuta non poteſt prohibere rem emphyteuticam alienare, quia durior & deterior fieret conditio domini propter ius prælationis & laudemii quæ iura conſiſtunt in alienationibus: quia contrarium, ſcilicet quod poſſit, uerius arbitror. nam prohibitio de non alienando facta per teſtatorem nihil aliud eſt quàm fideicommiſſum relictum de uno in alterum ſub conditione, ſi res alienetur, l. unum ex familia. §. ſed etſi fundum. ff. de leg. 2. & l. peto, §.
9 fratre. ff. de leg. 1. † conſtat autem teſtatorem poſſe per fideicommiſſum relinquere res emphyteuticas, quibus placet, dum non relinquat perſonis prohibitis, ſecundum Bar. in l. ſi domus. §. fi. de le. 1. in l. qui Romæ in 10. q. ff. de ver. obl. in l. ſi patroni, ff. ad Tert. & Bal. in l. cũ uirum, ad fi. C. de fideicõ. Alc. conſi. 120. ſuper eo, li. 1. & conſ. 9. li. 2. Bal. conſi. 70. li. 2. & alibi ſæpe. ergo etiam poterit prohibere rem alienari à ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, quia talis prohibitio nihil aliud eſt, quam quoddam fideicommiſſum à defuncto relictum, d. §. diui. Non obſtat quod fiat deterior conditio domini pp ius prælationis & laudemij, quibus præiudicatur, ſi res non alienetur: quia tale præiuditium non eſt conſiderabile, eo ꝙ ea lege facta fuerit inueſtitura in emphyteutam, vt apud eum, & eius hæredes & ſucceſſores perpetuò ſit ipſa
10 res emphyteutica. qua rõne diximus, † ꝙ ſi hæredes emphyteutæ inter ſe alienent, uel diuidant, non habet locum ius prælationis, quia ea lege cenſentur inueſtiti, ut inter ſe diſponere poſſint, tãquàm vocati & nominati in ipſa emphyteuſi, ſm Bar. in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. & in l. qui Romę. §. duo fratres, in 10. q. ff. de ver. obl. quem ubiq; ſequitur dominus Alc. quando fuit conceſſa emphyteuſis pro ſe & hæredibus, vt cõiter fieri ſolet, & creditur etiam facta in caſu nr̃o, ſm d. Alc. in d. §. fi. & d. Iaſ. in l. fi. col. 133. verſ. 7. quæro, per text. in c. 1. de alien. feud. Inſuper licet aliàs eſſemus in caſu, quo
11 poſſit habere locum ius prelationis, † tamen quia Capitulũ vult vti iure prælationis, non vt ipſe retineat, ſed ut amico, i. domino Iacobo complaceat, debet ceſſare ius prælationis, ſm d. Gui. Papæ, in q. ſuis q. 411. an ius prælationis, per tex. in d. l. fina. uerſ. ſed nec hac occupatione, C. de iu. emphy. & in Auth. ut de cætero non fi. cõm. circa medium, & ibi per Iac. de Belui. Reſtat ergo concluden. nullo pacto locum fore prælationi, & ubi locus foret, præferendus eſſet directus dominus, ſi retinere uellet eo modo, quo uolũt emere alij, quibus præferendus ſe dicit, & non aliter, ut demonſtraui in ſecundo præmiſſo.

Laus Deo Optimo Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum inueſtituræ non probat contra tertium, qui non habet eam ab inueſtito*
2 *Ad emphyteutica rei commiſſum dominus non poteſt agere contra tertium ignorantem, ac cauſam non habentem ab emphyteuta.*
3 *Ignorantia præſumitur, ubi non probatur ſcientia.*
4 *Teſtis de auditu, uel ſingularis, aut ſine ratione deponens non probat.*

R E S P O N S V M VI.

Videretur fortè dicendum bene iudicatũ in fauorẽ Veſtiarij de Fregoletto agentis ad cõmiſſum contra no. d. Clementem de Peruſijs, non obſtante ꝙ ipſe non ſit noĩatus in inſtrumentis noui à capite & recognitionis, de quibus in
1 actis. † Nam illa concluſio ꝙ inſtrumenta inueſtituræ, & recognitionis nõ probant contra tertium, ca. inter dilectos, de fide inſtru. l. ad probationem. C. de probation. & l. ad probationẽ. C. loc. quam firmant Spec. tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 57. gl. Panor. & alij in d. c. inter dilectos, non procedit, qñ conſtat ꝙ tertius habuit cauſam ab emphyteuta, tunc inſtrumentum inueſtituræ ſiue noui à capite probat cõtra tertium, ſecundum Saly. in l. fi. col. fina. C. de iu. emphy. per tex. in auth. qui res tam dictas. C. de ſacroſan. eccl. & rõ eſt, quia ſi tertius habuit cãm ab eo, qui recognouit rem à dño, non põt dicere ꝙ illa recognitio & inueſtitura ſit res inter alios acta, cum ipſe ſit ſucceſſor emphyteutæ: & ideo ſicut inſtrumentum inueſtituræ probat ꝯ emphyteutã, l. ſi quis conductionis ti. C. loc. ita ẽt debet fidem facere ꝯ ſucceſſorẽ ipſius emphyteutæ ẽt ſingularẽ, ſm Iac. Butr. in l. ſcripturas. C. q po 11
tior. in pig. habean. & Soc. ꝯſ. 50. ſubtil'r & copioſe, co. 2. li. 4. ꝯſ. 68. uiſa & diligẽter ꝯſiderata, col. 3. eo. li. ubi alia adducit.

Prędictis nõ obſtãtibus arbitror malè iudicatũ, & benè ap
2 pellatũ, † qa ad hoc ut directus dñs poſſit agere & obtinere ꝯ tertiũ poſſeſſorẽ ad cõmiſſum, oportet ꝙ duo ꝓbet. Primo ꝙ ille tertius cãm habuerit ab emphyteuta, aliàs inſtrm emphyteuticũ ꝯ tertiũ non facit fidẽ, ut patet ex prædictis. Secundò oportet ꝙ probet, ꝙ ille tertius habuerit cauſam ab emphyteuta cũ onere ſoluẽdi canonem, & ſic oportet ꝙ probet quod tertius, contra quem agit ad cõmiſſum, ſciret rem
3 illam eſſe emphyteuticã, aliàs † ſi non probetur ſcientia, pręſumitur ignorantia. reg. præſumitur, de reg. iur. quæ ignorãtia operatur hunc effectum, ut excuſet emptorem à commiſſo. ita ſignanter determinat Gui. Papæ, deciſ. 24. incipien.

quiſpiam

quiſpiam vendidit. In caſu autem præſenti neutrum horum
duorum probatum fuit. ergo &c. Non obſtat, ſi dicat quod
ex depoſitionibus teſtium apparet Petrum Rauani emphy-
teutam uendidiſſe prædium, de quo cõtenditur cum d. Lu-
douico de Perutijs, patris prædicti d. Clementis. Quia reſpõ
detur, ꝙ teſtes in cauſa præſenti nihil probant. Tres reperio
teſtes examinatos, Primus nec verbum vllum de hoc facit,
4 † Secundus de auditu loquitur, qui teſtis de auditu non pro
bat, ut no. in l. 2. §. item Labeo, ff. de aq. plu. arc. & ibi Bart. &
alij, & in l. teſtium, C. de teſtib. & c. cauſam, eod. tit. etiam fa-
uore piæ cauſæ, ſecundum Imo. conſi. 91. in cauſa quæ uerti-
tur, & Dec. conſi. 159. caſus qui proponitur, col. pen. Tertius
eſt ſingularis, nec rationem ſui dicti aſſignat. vnde non ſuffi-
cienter depoſuit, l. ſolam, C. de teſtibus. Item ſecundus & ter-
tius dicunt Petrum Rauani prætenſum emphyteutam ven-
didiſſe prædium d. Ludouico, vnà cum Stephano de Prato,
quem non conſtat fuiſſe, nec eſſe emphyteutã dicti veſtianj.
Item licet teſtes probarent d. Ludouicum emiſſe prædiũ
contentioſum inſolidum à Petro Rauani, non tamen pro-
bant ꝙ d. Ludouicus ſciret illud eſſe emphyteuticum, prout
neceſſe fuit probare ad finem, vt contra emphyteutam agi
poſſet ad commiſſum ſm Gui. Papæ, in d. deciſ. 24.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticas res nõ poteſt vniuerſitas acquirere, ubi conſue-
tudo non ſit in contrarium.*
2 *Emphyteuticus contractus ſicut cæteri, conſenſu celebratur.*
3 *Contractus ab initio ſunt uoluntarij.*
4 *Proteſtatio ſuper actu dependenti à cõſenſu proteſtantis, & al-
terius expreſſè non conſentientis non nocet alteri proteſtato.*
5 *Proteſtatio contraria facto in dependentibus à uoluntate duo-
rum non releuat.*
6 *Proteſtationi conſentire dicitur tacens, quando proteſtans ul-
tra procedit.*
7 *Diuerſitas non uitiat obligationem, quando illico placuit.*

RESPONSVM VII.

DVo, vt concipio, dubia reſultant ex facto prænar-
rato. Primum eſt, an vniuerſitas ſit prohibita
acquirere rẽ emphyteuticã inuito directo dño.
Secũdo poſita parte affirmatiua, an uniuerſitas
teneatur nouam inueſtituram recipere cũ qualitatib. adie-
ctis in ea per directum dominum, videlicet cum hoc, quod
lapſo ſingulo nouennio teneatur ſoluere laudemium. Cir-
ca primum attendenda eſt conſuetudo. Nam ſi conſuetudo
admittat vniuerſitatem, ſtandum eſt conſuetudini ſecundũ
Inno. Hoſt. & cõiter Canoniſ. in ca. potuit, de loc. facit quia
valet conſuetudo, ꝙ emphyteuſis eccleſiaſtica trãſeat in per
ſonas non permiſſas, puta in extraneos hæredes, ſm Bald. in
auth. ſi quas ruinas, C. de ſacr. ſan. eccl. Fulg. conſ. 230. in quę
ſtione vertente, traditur in c. in præſentia, de proba. maximè
per Fely. col. 2. Ceſſante verò conſuetudine cõis Doct. ſen-
1 tentia eſt, † quòd de iure vniuerſitatis ſit de perſonis prohi-
bitis, quia per alienationem factam in vniuerſitatem reddi-
tur deterior conditio directi domini, qui laudemium non
habebit. Ita frequenter, cum vniuerſitas nõ ita faciliter alie-
net ſicut priuata perſona. Ita in ſpecie reſpondit Car. Flor. in
d. c. potuit, col. 4. q. 15. & Iac. Alua. in ca. 1. §. 1. ad fi. de alien.
feu. Conſtito itaque de conſuetudine admittente vniuerſi-
tates, dominus directus tenebitur ſimpliciter inueſtire vni-
uerſitatem Malecenæ. videat ergo communitas, an poſſit fi-
dem facere de conſuetudine.

Ad ſecundum puto ad duo aduertendũ. Primò, an cõitas
teneatur ſuſcipere talem inueſtiturã, ſi nolit? & tunc arbitra-
2 rer ꝙ cogi non poſſit, † quia contractus emphyteuticus con
ſenſu celebratur, ſicut & cæteri contractus, l. conſenſu, ff. de
act. & oblig. vnde ſi nolit rem ipſam dimittere, vt ſe obtulit
facturum, nõ video quo iure poſſit cogì cõtrahere, & ſe obli
3 gare. † Sicut enim contractus à principio poſiti ſunt in libe-
ra uoluntate, l. nec emere, C. de iure delib. l. ſicut. C. de act. &
oblig. Secundo aduertendum eſt an directus dñs, qui rece
pit laudemium à ſyndico proteſtante, ꝙ nolebat ſuſcipere
inueſtituram cum pacto ſoluendi laudemiũ ſingulo nouen
nio, cenſeatur receſſiſſe ab illo pacto? Et prima conſidera-
4 tione dicendum videretur ꝙ non, † quia proteſtatio ſyndici
ſuper actu depẽdenti à conſenſu ipſius proteſtantis & dire-
cti dñi, non nocet dño proteſtato, qui expreſſe non conſenſit
proteſtationi, ſm gl. in c. crimina, de elect. Bar. in l. non ſolũ.
§. morte, in prima ſpecie ꝓteſtationis, ff. de no. oper. nunc. In
caſu aũt nr̃o dñs ꝓteſtãs expreſſè ꝓteſtationi ↄdixit, ergo, &c.
Sed hoc non obſtante contrarium ſuaderi poteſt ex plu-
5 ribus. Primo, quia † proteſtatio contraria facto in depẽden
tibus à uoluntate dominorum tollitur per actum proteſta-
tioni contrarium, ſi alter proteſtationi non conſentiat, l. cũ
plures, §. locator horrei, ff. locat. In propoſito cum directus
dominus in ipſa inueſtitura fuerit proteſtatus, ꝙ faciebat in
ueſtituram ea lege, ꝙ cõitas teneretur ſoluere laudemiũ ſin-
gulo nouennio, & ſyndicus nõ conſenſerit legi adiectæ, ſed
ſoluerit laudemium pro ſimplici inueſtitura, ipſumq; lau-
demium directus dñs ſuſceperit, dico ꝙ per talem accepta-
tionem laudemij cenſetur remiſiſſe illud pactum de ſoluen
do laudemiũ de nouennio in nouennium. Secundo, quia
dñs directus ſuſcipiendo laudemium à ſyndico ſoluente ꝓ
ſimplici inueſtitura, & cum ꝓteſtatione ꝙ non uolebat te-
neri ad laudemium ſingulo nouennio, cenſetur acceptaſſe
cum ſua qualitate, & à ſuo propoſito diſceſſiſſe, ca. cũ olim,
de cenſib. l. Aurelius. §. idem quæſijt, ff. de liber. leg. Tertiò,
quia illico ſyndicus, acceptauit inueſtituram, & recognouit
directum dñm cum eadem proteſtatione, ꝙ non volebat
obligari ad laudemiũ ſingulo nouennio. cui proteſtationi
dñs poſtea non ↄdixit, vnde cum dñs acceptauerit recogni-
tionem, vr̃ acquieuiſſe proteſtationi ſyndici recognoſcẽtis,
vt eſt tex. in d. c. crimina, per quã dicunt ibi Car. & d. Ant. de
6 Butr. ꝙ † tacens dr̃ proteſtationi cõſentire, qñ proteſtans nõ
ſtat in puris, & meris finibus proteſtationis, ſed vltra proce-
dit promittendo, vel aliquid faciendo, vt in caſu nr̃o, in quo
ſyndicus, qui fuerat proteſtatus, proceſſit repetita proteſta-
tione ad actũ recognitionis & ſolutionis laudemij. Ex quo
apparet, ꝙ ratio in contrarium adducta nihil habet obſtare,
quia procedit, qñ proteſtans ſtetit in puris finibus proteſta-
tionis, ſm d. Ant. in d. c. crimina, & ita ego declaraui in ca.
cum M. Ferra. in 7. q. in 5. fallen. de conſtit. non obſtat ſi di-
7 catur, † ꝙ diuerſitas habet vitiare ↄtractum rõne diſſenſus, ꝗa
verũ, niſi diuerſitas illico complacuerit. l. 1. §. ſi quis ſimpli-
citer, ff. de ver. obl. vnde licèt à principio eſſet diuerſitas in-
ter ſyndicum petentem inueſtituram ſimpliciter, & directũ
dñm volentẽ inueſtire cum adiectione, quia tñ illico dire-
ctus dñs ſuſcepit laudemiũ, & admiſit recognitionẽ ſimplr
factã, nõ vitiat ↄtractus, tanquàm dño directo illico diuerſitas
complacuerit, & ab adiectione receſſerit.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Actionem realem intentans ſufficit duo probare, dominium ip-
ſius, & poſſeſſionem rei conuenti.*
2 *Emphyteuta datur rei uendicatio etiam contra dominum, ei ta
men ſoluendo canonem. & num. 5.*
3 *Emphyteutam ob non ſolutionem canonis nõ poteſt dominus poſ
ſeſſione priuare, ſi reſiſtentem inuenerit. & nu. 6.*
7 *Emphyteuta eccleſia, non priuati, poteſt moram purgare celeri
ſatisfactione, niſi dominus iam caducitatem declaraſſet ſiue
expreſſè, ſiue tacitè. & nu. 9.*
8 *Mora purgatio non admittitur, quãdo abſque ſententia lex fa-
cit executionem ipſo iure.*
9 *Caducitas ita facto, ſicut uerbo declaratur.*
10 *Mora purgatio impeditur per litis conteſtationem, ac per iura-
mentum appoſitum in contractu.*
11 *Emphyteuta iurans ſoluere canonem, ſi illum per annum tan-
tum non ſoluerit, cadit à iure ſuo, non expectato biennio, aut
triennio.*
12 *Decennium dicitur longum tempus.*
13 *Mora purgatio dicitur celeri ſatisfactione facta, ſi fiat infra
duos menſes.*
14 *Emphyteuta cadit à iure ſuo, & dominus poteſt rem emphyteu
ticam propria authoritate occupare, ſi emphyteuta eam deſer
tam dereliquerit.*
15 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*
16 *Emphyteuta rei ſterilis cẽſetur tacitè promittere, quod eam fer
tilem faciet.*

RESPONSVM VIII.

VIſo proceſſu cauſæ vertentis inter Da-
ghinas actrices,& no. Cle
mente de Perunis, Condominum de Caniſmõ-
tibus, cum ſententia ſuperinde lata. Prima con-
ſideratione mihi viſum fuit bene iudicatum, &
malè appellatum. Nam Daghinæ agunt actione reali cõtra
1 dominum de Perutijs. † In iudicio autem reali ſufficit pro-
bare dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex parte
conuenti, l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſa fact. §. 1. Inſt. de act.
ca. abbate ſanè, de re iudic. li. 6. Probatum autẽ fuit pro par-
te agentium utile dominium per inueſtituram factam in
auctores dictarum ſororum per anteceſſores dicti domini
2 Clementis, † cuius vtilis dominij ratione datur domino uti
lis rei uendicatio ẽt contra directum dñm, l. 1. in fi. ff. ſi ager
vectig. uel emph. pet. Probatum etiam fuit d. Clémẽtẽ poſ
ſidere, & ſic iuſtificata fuerunt extrema neceſſaria ex parte
agentium. ergo ſententia iuſta, & rectè lata uidetur. Nec
obſtare videntur duæ exceptiones propoſitæ pro parte dire-
cti domini. Et primo nõ obſtat l. qui agros. C. de om. ag. de-
ſer. lib. 11. quia illa lex procedit in agris tributariis tantum
fauore tributorum exſoluendorum, ſecundum Bar. ibi, & in
ſpecie, quòd directus dominus non poſſit appellare emphy-
teutam ex eo. quod prædia emphyteutica relinquantur in-
culta, tenet Paul. de Caſt. conſi. 73. videtur dicendum, ſecun
dum antiquam impreſſionem.

Nec etiam obſtat, ꝙ dictæ ſorores ceciderint à iure em-
phyteutico, quia ceſſauerint à ſolutione debiti canonis per
3 annos 13. quia dato, ꝙ cecidiſſent, † non tamen licuit dire-
cto domino propria authoritate priuare dictas ſorores ſua
manuali poſſeſſione, ſecundum Sig. Pet. Albe. & Sal. in l. 2.
C. de iur. emph. Item ſtante oblatione & depoſito iudiciali-
ter factis, videtur, ꝙ licuerit ipſis Daghinis purgare moram,
ver. potuit. de loc. ibi celeri ſatiſfactione, &c.

Prædictis non obſtantibus teneo male fuiſſe iudicatum,
4 & bene appellatum ratione inconuincibili. † Nam agentes
proponunt rei vendicationem, ergo neceſſe eſt, ꝙ probent
dominium ſuum: alias debent ſuccumbere, d. l. j. cum alijs
5 ſupra allegatis. † Verum cum ipſæ ſorores propter canonẽ
non ſolutum amiſerint ſuum vtile dominium, l. 2. de iure
emphyt. c. potuit. de locat. & vtrobique omnes Doct. concor-
dant, ꝙ emphyteuta propter canonem non ſolutum cadat
ipſo iure reſpectu ipſius domini volentis, & caducitati con-
ſentientis, vt etiam declarat Bal. in addi. Spec. in titu. de loc.
col. 7. Cum igitur actores emphyteutæ ceciderint propter
canonẽ non ſolutum, & conſequenter non habeant aliquod
dominium, reſtat concludendum, ꝙ male egerint contra ve
tum dominum. & ad hoc allego caſum legis expreſſæ deci-
dentem hãc dubitationem, quem videat d. Iudex ad quem,
in l. 1. §. fi. iuncta l. ſeq. ff. ſi ager vect. vel emph. pet. per quem
tex. ita etiam tenet Panorm. conſi. 67. in cauſa quæ vertitur.
lib. 2. Et huic fundamento non obſtat id, quod ſuprà dicebã,
ꝙ non licet dño emphyteutam, qui à iure ſuo cecidit, expel-
lere propria authoritate, quia cõis vr̃ in contrarium. patet
ex adductis per d. Iaſ. in d. l. 2. col. 52. verſiculo pro clara in-
6 telligentia. † Item opinio illorum, qui tenent non licere ex
pellere emphyteutam, qui propter canonem non ſolutum
perdidit ius ſuum, procedit qñ dñs vult expellere emphyteu
tam reluctantem, & de facto reſiſtentem: aliàs ſi dominus
non inueniat reſiſtentem, poterit propria authoritate ingre
di poſſeſſionem, ſecundum Bar. in d. l. 2. cuius opinio com-
muniter approbatur, ſecundum Soc. conſi. 167. non inutilis,
lib. 2. Tertio, & magis ad propoſitum reſpondetur, quòd in
iudicio recuperandæ poſſeſſionis potuiſſent agentes proba
biliter, licèt non iuridicè proponere hanc exceptionem, ꝙ
nõ licuerit directo domino propria authoritate ſpoliare ip-
ſos emphyteutas ſua manuali poſſeſſione, ſed in iudicio uti
lis rei uendicationis huiuſmodi exceptio nihil facit ad rum
bum, quia non concernit petitorium, neq; dñium, de quo
contendit. Concludo itaq; agentes male egiſſe rei vendica
tione, cum perdiderint ſuum vtile dñium pp canonẽ nõ ſo-
lutum, d. l. 1. §. ſi cum l. ſeq. & pñr malè fuiſſe iudicatum, &
7 benè appellatum. Non ẽt obſtat inquantũ dicit, † ꝙ Daghi-
næ purgarunt moram celeri ſatiſfactione, iuxta formã dicti
c. potuit quia multis modis rñdet. Et primò ꝙ ille tex. ſolùm
ꝓcedit in emphyteuta eccleſiæ, non aũt in emphyteuta pri-
uati, prout nos loquimur ſm̃ Ang. & Imo. in l. ſi inſulam, ff.
de ver. obl. & fuit ẽt de mẽte Bal. ibi, & Bal. in l. et ſi poſt tres,
in repet. col. 13. ff. ſi quis caut. & in c. 1. quo tpe miles, & Iac.
de Belu. in §. ſcire aũt, in Auth. de nõ alien. Et ſequit d. Iaſo.
qui latè iſtum paſſum diſcuſſit, in l. 2. col. 44. verſ. 29. quæro,
C. de iure emphy. Secundo rñdet, ꝙ Daghinæ in caſu iſto
non purgarũt morã celeri ſatiſfactione, prout dr̃ in d. c. po-
tuit. Nam ſm̃ Inno. & oẽs ibi non dr̃, emphyteutã celeri ſa
tiſfactione purgare moram, qui offert ſe ſoluturũ poſtquam
dñs declarauit caducitatẽ. rñdet, qa facta declaratione lex fa
8 cit executionẽ ipſo iure. † & vbi lex abſq; ſnĩa facit executio
nẽ ipſo iure, nõ admittit purgatio moræ, l. traiectitiæ. §. de il
lo, ff. de act. & obl. l. ſi is cui, ff. de leg. 2. tradunt Bart. & alij in
l. ſi inſulã, ff. de ver. obl. & ꝙ ſecuta declaratione dñi nõ poſſit
emphyteuta purgare morã, voluit Cepo. cau. 183. incip. Tu
ſcis ꝙ emphyteutæ, & ita ꝯſuluit Lu. Ro. cõſ. 103. viſo ꝓpoſi-
tæ ꝯſultationis, & d. Ale. cõſ. 106. viſo themate, col. 4. li. 4. &
Pan. d. cõſ. 67. & ſi dicat̃, ꝙ in caſu nr̃o non conſtat de aliqua
9 declaratione dñi. † Rñdeo, ſatis cõſtare eo ipſo ꝙ propria
authoritate apprehẽdit poſſeſſionẽ ꝑdiorũ emphyteuticorũ.
nã ad impediendũ eã purgationẽ moræ, ſufficit ẽt tacita de-
claratio, ſm̃ Lud. Ro. in d. conſ. 103. quẽ ſequit d. Iaſ. in d. l. 2.
col. 40. Nã ita factis, ſicut uerbis dat volũtas intelligi. l. repu-
diãda. C. de inſt. & ſubſti. l. de quib. ff. de leg. l. Paulus rñdet,
ff. rẽ rat. hab. ſed excipiẽdo ꝯ libellum agentium ẽt dñs dire-
ctus expreſsè declarauit ſe non hr̃e amplius actrices pro ſuis
emphyteutis. Tertio rñdet, ꝙ nõ dr̃ celeri ſatiſfactione pur
gare morã q poſt litẽ ꝯteſtatã offert ſe ſoluturũ, ſm̃ gl. Inno.
10 & Imo. in d. c. potuit. † Nã litis cõteſtatio impedit moræ pur
gationẽ, ut eſt caſus in d. l. ſi inſulã, & ĩ l. et ſi poſt tres, ff. ſi qs
cau. Quarto rñdet ꝙ pr̃ dictarũ filiarũ iurauit in recogni-
tione, quã fecit de dictis ꝓprietatib. ſoluere debitũ canonẽ,
& in eius perſona cauſata fuit caducitas: vñ dico quod ſtãte
iur͠o nõ eſt locus purgationi moræ, qa ſm̃ cõem opin. iur͠m
impedit purgationẽ moræ, l. ſi quis maior. C. de trãſact. & ita
firmat Bar. in d. l. ſi inſulã, in 5. q. & eſt cõis opinio ſm̃ Ale. &
Mod. ibi. ſequit̃ Ale. cõſ. 59. col. fi. li. 2. & cõſ. 76. col. pe. lib. 5.
Quinto rñdet̃, ꝙ nõ pt̃ dici Daghinas celeriter purgaſſe mo
rã, nã per lapſum biennij, quo nõ ſoluerunt, clarũ eſt ꝙ ceci-
11 derunt à iure ſuo, d. l. 2. C. de iu. emphy. † Imo ſtante iur͠o per
lapſum vnius anni tñ pr̃ emphyteuta, q iurauerat, cecidit à
iure ſuo, ſm̃ Bal. in c. querelam, de iureiur. Daghinæ aũt ſte-
terunt vltra decẽnium poſt caducitatẽ ad purgandũ morã;
ergo nõ pñt dici celeriter purgaſſe, qđ ſic ꝓbat. Dicit̃ celeri
ſatiſfactione morã purgaſſe, qui infra modicũ tp̃s arbitrio iu
dicis ſe offert ſoluturũ, ſm̃ cõem opi. Doct. in d. c. potuit, &
12 in d. l. 2. † ſed decenniũ dr̃ longum tp̃s, non modicũ, vt no. in
rub. C. de præſcr. long. temp. & in rub. quæ ſit long. conſue. er
13 go &c. † Imo in iſta materia purgationis moræ iudex nõ pt̃
arbitrari poſſe purgari morã vltra duos menſes. & lapſis duo
bus menſibus nõ dr̃ celeriter emphyteuta purgare moram.
Ita Petr. de Anch. conſ. 421. quidam hęc aũt, col. 4. quẽ refert,
& ſequitur d. Iaſ. in l. 2. col. 48.

Quia & licèt præmiſſa ſufficiãt ad victoriam dñi directi,
14 vlterius tñ ꝓgredit̃ vr̃ † ẽt licuiſſe directo dño ꝓpria author.
occupare dicta ꝑdia derelicta deſerta per emphyteutas q pri
uati remanſerũt oĩ iure ſuo, qa intra bienniũ non repetierũt
ipſa ꝑdia, iuxta diſpoſitionẽ d. l. qui agros. Nec obſtat, dum
dr̃ ꝙ ille tex. ſolũ ꝓcedit in agris tributarijs, quia iſtud nõ vr̃
15 verũ, † quia lex loquit gñaliter, ergo gñaliter debet intelligi,
l. de precio, ff. de public. Non obſtat ꝙ illa lex ſe fundet in pu
blico cõpendio, quia ẽt in agricultura cõſiſtit publica utili-
tas, l. 1. & l. colonos, C. de agr. & cẽſ. li. 10. l. 1. §. de opere, ff. de
aq. plu. arc. Et ſi intelligamus illã legẽ loqui de publica uti-
litate, quę cõſiſtit in agrorũ agricultura, prout ſubiecta mate
ria ſuadet, certè illa lex habebit ẽt locũ ĩ agris nõ tributarijs.
Nec obſtat authoritas Pa. de Ca. qa declino à ſua authorita-
te. nã ſi licet cuilibet extraneo occupare agrũ deſertum, q̃s
non videt, quod ẽt debet licere directo dño? & eo maximè,
16 † qa emphyteuta rei ſterilis tacitè vr̃ ſe obligare ad redigen
dam rẽ ipſam ſterilẽ ad culturam & fertilitatẽ, quod ſi non
faciat, vtpote conueniẽs promiſſis, licitè expellitur à directo
dño, auth. qui rem, C. de ſacr. ſanc. eccl. & ibi no. & ita etiam
tenui in tracta. de peſte, ſol. 33. verſ. 235.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta moram purgare non poteſt facta declaratione ca-
ducitatis expreſsè, aut tacitè, uel quando interuenit iuramẽ
tum, uel poſt litem conteſtatam, ac per interuallum longi tẽ-
poris. nu. 2. 4. 7. & 9.*

3 *Iuramentum cum ſit perſonale, licèt non tranſeat ad hæredes
quò ad pœnam periurij, tranſit tamen quò ad reliqua.*

Emphy-

5 *Emphyteuta ët priuati in terris eccleſiæ ceſſans per biennium cadit à iure ſuo.*
6 *Ceſſante cauſa, non ceſſat effectus iam conſumatus.*
8 *Mora geminata eſt impurgabilis.*
10 *Mora purgata infra duos menſes, dicitur purgata celeri ſatiſfactione, ultra quos iudex non poteſt arbitrari.*
11 *Minores & ignorantes non reſtituuntur aduerſus geſta per eorum prædeceſſores ætate maiores.*
12 *Iudices eorum officium non petenti concedere non debent, nec in integrum reſtitutionem.*
13 *In integrum reſtitutio tanquàm præparatoria eſt prius obtinenda, antequàm rei uendicatione agat minor, qui dominiũ amiſit facto ſuo.*
14 *Emphyteuta cadit à iure ſuo, rem ſterilem non reducens ad culturam.*
15 *Vtilitas publica conſiſtit pariter in agricultura.*
16 *Ratio generalis ampliat legem, ut generaliter intelligatur, ſicut ſpecialis ratio reſtringit eius dictum generalem, cum lex reguletur à ratione, ſicut corpus ab anima.*
17 *Emphyteuta non ſeruans conuenta cadit à iure ſuo.*
18 *Emphyteuta ad hoc, ut priuetur per deteriorationem, tria copulatiuè requiruntur remiſſiuè.*

RESPONSVM IX.

DIxi Daghinas malè egiſſe rei vendicatione contra directũ dominum ad vendicãdum vtile dominium, quod propter canonem non ſolutum, & non reductionem rei emphyteuticæ ad culturam, & fertilitatẽ cõſolidatum fuerat cum directo. Allegaui caſum deciſum in l. 1. §. fi. cum l. ſeq. ff. ſi ager vectig. uel emphy. pet. & ab hoc non diſſentit dominus Aduocatus Daghinarum, ſed diffugit ad purgationem moræ, & ad beneficium reſtitutionis in integrum. Quæ certè remedia in præſenti caſu nullo modo uidentur ſuffragari intentioni ipſarum Daghinarum. Non quidem ſuffragatur remedium purgationis moræ: quia in
1 caſu iſto † plura ſunt, ut dixi, quæ impediunt purgationem moræ.

Primum impedimentum præſtat executio facta, tam à lege, quàm ab homine, id eſt à domino directo, l. ſi is cui, ff. de leg. 2. Bar. in l. ſi inſulam, in 3. & 4. quæſt. ff. de verb. oblig. merito concludunt Doctores communiter quod facta declaratione caducitatis per directum dominum, emphyteuta nõ poteſt amplius purgare moram, quia facta reperitur executio, tàm à lege, quàm ab homine, ſecundum do. Alexan. cõſil. 106. viſo themate, col. 4. lib. 4. & ad hoc plura alia adduxi in conſultatione per me reddita, quibus in aduerſum nihil video proponi. & idem conſuluit Dec. conſi. 160. in cauſa monaſterij, col. fin. dicens quod diſpoſitio ca. potuit de loc. concedens emphyteutæ facultatem purgandi moram celeri ſatiſfactione, non procedit ſecuta declaratione caducitatis, quia tunc ſerò uenit emphyteuta ad purgan. moram poſt factam executionem. & ita tenent Innoc. Imo. Card. & communiter canoniſtæ in d. c. potuit, & ab hac concluſione nemo diſcrepat, imo ut dixi, . . . ad impediendum emphyteutam, ne poſſit purgare moram, traditur cautela, quod dominus directus poſt biennium illico proteſtetur de caducitate, uel aliquem actum faciat, ex quo conſtet de animo ſuo, quod uoluerit emphyteutã cecidiſſe. Nam declaratio caducitatis ſiue ſit tacita, ſiue expreſſa, impedit purgationem moræ, ut probaui in alijs allegationibus. & in ſpecie ꝯſuluit Dec. ꝯſi. 146. col. 3. ubi decidit q̃õnẽ noſtram.
2 Secundo † iuramentum emphyteutæ, qui iurauit omni anno ſoluere penſionem, impedit purgationem moræ, l. ſi quis maior, C. de tranſact. & ſequuntur cõmuniter Scriben. in d. l. ſi inſulã, poſt Bar. ibi, in quinta quæſt. & Alex. & Corn. Soc. Guido Papæ, & plures alij ita conſuluerunt, & de hac
3 concluſione pleni ſunt codices. Nec obſtat dum dicitur, † ꝙ iuramentum eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes, ca. veritatis, de iureiur. & rñdetur ꝙ licet non tranſeat quantum ad reatum periurij, tranſit tñ quo ad oẽs alios effectus, vt declarat Corſetus in reper. rub. de iureiur. col. 14. priuilegio 21.

Præterea in caſu iſto caducitas cauſata fuit in perſona Ioãnis Daghini, qui iurauerat ſoluere penſionẽ anno quolibet, quam tamen non ſoluit. Nec obſtat dum dr̃, ꝙ Ioannes, qui recepit prædium, de quo agitur, in emphyteuſim, & iurauit penſionem ſoluere anno quolibet, non ceciderit in dictam caducitatem, quia non ſuperuixit poſt contractũ niſi per annos duos, & menſes duos: Quia rñdeo ꝙ falſa eſt conſequẽtia, Ioannes non poſſedit rem emphyteuticam, niſi per biennium, & duos menſes; ergo non cecidit. oſtendo fallaciam ad oculũ, licèt de iure ciuili emphyteota non cadat, niſi ceſſauerit in ſolutione canonis per trienniũ. l. 2. C. de iu. emph.
4 † Tamen ille tex. recipit unam notabilem limitationem, vt non procedat quando emphyteuta iurauit ſoluere pẽſionem anno quolibet, quia tunc ſi ceſſat ſoluere per annum, cadit ab emphyteuſi ſm̃ Bal. in c. querelam. de iureiu. quem adduxi ẽt in primis allegationib. ſequitur d. Iaſ. in d. l. ſi quis maior, col. 3. & Corſetus in d. rub. de iureiu. in 21. priuilegio iuri, & ita ꝯſuluit d. Alc. ꝯſi. 85. nõ puto, & conſ. 125. lib. 1.
5 Prẹterea nos ſumus in terris eccleſiæ. † vnde ſeruanda eſt diſpoſitio d. c. potuit, de loc. ſm̃ quem ceſſans per bienniũ cadit ab emphyteuſi, & ſic ipſe Ioannes emphyteuta, tũ quia ceſſauit per annos duos, & vltra; tum quia iurauit ſoluere anno quolibet penſionẽ, quam nõ ſoluit, cecidit à iure ſuo. Nec ipſe pp̃ iur̃m potuiſſet vllo modo purgare morã. Vnde quia effectus iuramenti erat cauſatus in uita Ioannis, fruſtra deducitur regula c. veritatis, de iureiu. quia, vt dixi, iur̃m nõ tranſiit ad hęredes, vt eos faciat incidere in periuriũ, ſed benè effectus cauſati pp̃ iur̃m in perſona iurantis tranſeunt ad hę-
6 redes. bene facit, † quia ceſſante cauſa, nõ ceſſat effectus iã
7 cõſumatus, l. ſcripto, ff. vnde liber. Tertio litis † conteſtatio impedit purgationem morę, d. l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. & propterea omnes Scribentes in d. c. potuit, concludunt ꝙ emphyteuta, qui vult purgare moram poſt litem conteſtatã, non dr̃ celeri ſatisfactione purgaſſe; ideo non eſt audiẽdus.
8 & rõ eſt in promptu, † quia geminata mora eſt impurgabilis. l. traiectitię. §. de illo, ſm̃ vnũ intellectum, ff. de action. & obl. Traditur per Bar. in d. l. ſi inſulã, in 1. q. in litis aũt ꝯteſtatione geminat̃ mora, ſm̃ Imo. & oẽs in d. l. ſi inſulã, ergo &c.
9 Quarto † interuallũ longi tp̃is, videlicet annorum 12. à die caducitatis cauſatæ, ex lapſu primi anni pp̃ iur̃m vel annorũ 11. à die elapſi biennij impedit morę purgationem, l. ſi ita quis, §. Seia cauit, ff. de ver. obli. & ideo Papa in d. c. potuit, admittit purgationem morę celeri ſatiſfactione: & licèt Doct.
10 in d. c. potuit, & in d. §. Seia cauit, dicãt † ſtandũ eſſe arbitrio Iudicis, intra quantum tempus poſſit purgari mora; tamen vt dixi arbitrium Iudicis non debet excedere duos menſes: aliàs ab arbitrio Iudicis dñs grauatus põt appellare, ſm̃ d. Iaſ. in l. 2. in 30. q. C. de iure emphy. poſt Pet. de Anch. in cõſ. aliàs allegato, & ſi contrariũ diceremus, ꝙ Iudex poſſit arbitrari intra x. annos, uel quatuor, vel tres vel duos, q̃ñ emphyteuta cecidit in j. anno pp̃ iuramẽtum, ſequeretur vnum abſurdum, ꝙ longior eſſet dies purgandi, quàm dies cõmittendi moram. quod q; ſit abſurdum quis non videt? ex his patet ꝙ Daghinæ fruſtra recurrunt ad auxiliũ purgationis moræ.

Videamus modo an eiſdem prodeſſe poſſit auxiliũ reſtitutionis in integrũ, quod dicunt ſibi cõpetere ex capite ignorãtię, & ex capite minoris ętatis? breuibus agendo prædictæ Daghinę nullo mõ veniunt reſtituẽdæ aduerſus hanc caducitatẽ, quia nec earũ ignorãtia, nec minor ętas fuerunt cã caducitatis, & lęſionis, cum fuerit cãta caducitas in pſona Ioã-
11 nis earũ p̃ris, vt ſupra abundè probatum fuit. † Non ẽt cõceditur reſtitutio minoribus & ignorantib. aduerſus geſta, uel omiſſa per patrẽ maiorẽ, l. Aemylius Largianus, ff. de min. & iſtud eſt indubitatũ: ideo aliter non proſequar. Inſuper non video, q̃o iuſtificari poſſit ſñia lata ratione reſtitutionis in integrum, quæ nec allegata, neq; deducta neque petita fuit.
12 † Non enim debent Iudices officium ſuum impartiri ad vtilitatẽ priuatam, niſi imploretur, l. 4. §. hoc aũt ff. de damn. infect. Nec reſtitutio datur, niſi poſtuletur, C. de in integ. reſt. poſt. ne quid nou. fiat in rub. & in nigro.

Prẹterea cum Daghini agant rei vẽdicatione, vt conſeqnãtur poſſeſſionẽ, quam non perdiderunt, ex eo ſolum quod pater, vel ipſę ceſſauerint in ſolutione debiti canonis, certè antequam agerent, prius obtinere debuiſſent reſtitutionẽ in
13 integrum, tanquàm præparatoriam rei vendicationis † ſm̃ Bar. in l. qui proprio, §. item quæritur, ff. de procur. & in l. q̃ tpe, C. de reſt. mil. ſequitur Dec. in rub. extra de iud. His ſic ſtantibus non expediret intrare aliũ punctum, an Daghinæ
14 ceciderint ab emphyteuſi, † quia pater non reduxit prædiũ emphyteuticũ eremum ad culturã, & fertilitatẽ. Ego ex duabus rõnibus firmaui ipſas cecidiſſe: primo per text. in l. cui agros, C. de oĩ agr. deſer. ad quẽ rñdet d. Aduocatus Daghinarũ, ꝙ ille tex. loquit̃ in agris tributarijs, q̃d ego in ꝯſil. meo, & in tract. de peſte, aperto ore fui ꝯfeſſus, ſed dixi diſpõnem

illius legis extendendam ad caſum noſtrum propter rationē
publicæ utilitatis, publiciq; compendij, expreſſam in illa l.
15 certum autem eſt † quod in agricultura conſiſtit publica uti
litas, l.1.§.de eo opere, ff.de aqua plu.arc. cum alijs iuribus,
& authoritatibus in tractatu latius deductis, nec quiſquam,
vt arbitror, erit qui audeat negare in agricultura verſari pu
blicam vtilitatem. aliàs ſi agricultura deſeratur, quomodo
nos iuris profeſſores viuere poſſumus? & quomodo Princi-
pes, prælati, & cæteri, ſed hæc miſſa faciamus. ſtante hac cō-
16 cluſione quod † ratio expreſſa in l. militer generaliter, dixi
quod generaliter debet intelligi. & iſtud etiam nullus nega
bit, quia ratio generalis facit quod lex ſpecialis generaliter
intelligatur, vt eſt caſus in l.regula, §.ſi quis, verſ.& licèt mā-
cipium, ff.de iur.& fact.ignor.& ibi not. Bar. ſicut etiam ra-
tio ſpecialis reſtringit dictum generale ad metas ipſius ra-
tionis, l.cum pater, §.dulciſſimis ff.de leg.2.

Nam lex regulatur a ratione, ſicut corpus ab anima, l.nō
dubium, & ibi not.Bald C.de leg.tradit Panor.in c.ſi. col.3.
de reſcrip.Fel.in c.tua nos, col.2. de iureiur. & pulchrè Soc.
conſi.30.col.3.lib.1.& alibi ſæpe. Ex iſtis concludo, quòd ſi-
cut licet extraneo occupare propria authoritate agrum de-
ſertum, d.l.qui agros. pari modo, & à fortiori licuerit dire-
cto domino, qui ea lege dederat in emphyteuſim prædium
eremum, vt coleretur, non vt deſereretur.

Secundo dixi alia ratione licuiſſe domino directo pro-
pria authoritate apprehendere poſſeſſionem, quia in inueſti
tura Ioannes emphyteuta promiſerat cum iuramento præ-
dium eremum meliorare, & ſic ad fertilitatem reducere,
17 † & quia non fecit quod promiſit, & quod facere iurauerat,
a commodo emphyteuſis ipſo iure cecidit, auth.qui rem, C.
de ſacroſ.eccleſ.& l.ſi quis maior, C.de tranſact. quæ locum
habet etiam in contractu emphyteuſis, & omni alio contra
ctu, vt ibi firmant Pau. Ale.d.Iaſ.& Tauren.repeten.& Corn.
in varijs conſilijs, quæ non refero, tanquàm iſtud ſit notoriū.
Ex iſtis adducta in contrarium nihil obſtant, & maximè nō
obſtat inquantum dicitur, quod ad hoc vt ratione deteriora
tionis rei priuetur emphyteuta, requiruntur tria copulatiuè,
de quibus per Bald.in d.auth.qui rem, colum.1. & iſte non
eſt caſus noſter. Non enim hic agitur, an priuetur propter de
teriorationem rei emphyteuticæ, ſed propter non meliora-
tionem & reductionem rei emphyteuticæ incultæ, eremæ, &
ad culturam gaſte.

Item propter deſertionem ipſius, quæ ſunt penitus diuer-
ſæ. vnde non benè infertur, l.fina.ff.de calum.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Illatio non fit ex ſeparatis, & ex diuerſis.*
2 *Vendens vnum ex duobus iuribus ſibi competentibus non cen-
ſetur alterum vendere.*
3 *Dominus directus an poſſit cedere alteri ius prælationis abſque
conceſſione directi domini. & nu.5.*
4 *Ius licitationis & prælationis dicitur contra ius conceſſum do-
mino directo, ex benignitate dicitur ei conceſſum.*
5 *Emphyteutica res poteſt pignorari & hypothecari abſque con-
ſenſu directi domini.*
6 *Creditores poſſunt conſequi poſſeſſionem pro ſatisfactione, qua
obtenta agitur, ut adiudicetur dominium.*
7 *Creditor ſit cautum in pignore reddit citando alios per procla-
ma, vel in ſpecie, ſi ſunt cogniti, qui ſi comparuerint, poterit
uti iure offerendi, & in renitentiam facere depoſitum, quan-
do ſunt anteriores.*

RESPONSVM X.

CIrca dubia propoſita poſsē mul
ta ſcribe-
re, & plures chartas implere, ſed remotis uerbo-
rum ambagibus, quibus ueritas perſæpe offuſca-
tur, paucis agam.

Ad primum non puto Capitulum directum dominum
domus alienatæ per emphyteutam, ceſſiſſe ius prælationis,
& retentionis uirtute pacti, de quo in themate, & poſito
quod voluiſſet, vel vellet illud cedere, non tamen poſſet, nec
ceſſio teneret.

Primum, quòd non fuerit ceſſum, probatur, quia in pacto
dicitur ꝙ Capitulum vēdit primum laudemium, & primā
inueſtituram, quod ego intelligo, id eſt ius, & commoditatē
primi laudemij, & primæ inueſtituræ, & eſt diuerſum à iure
1 prælationis. † vnde ex ſeparatis non benè infertur. l. Papinia-
2 nus exuli, ff.de minor. l.fina. ff.de calum. † & qui habet duo
iura ſeparata, ſi uendit uel cedit unum, non cenſetur vende-
re alterum, l.ſi domus, ff.de ſeruit.urb.præd. l.ſi heredes, ff.de
condi.& demonſt.

3 Secundum autem, † quod dominus directus non poſſit
cedere ius prælationis alteri, tenet in terminis Guido Papæ
in deciſ.parlamenti deciſ.411.an ius prælationis.mouet per
tex.optimum in Auth. de ceter.conіug. re. eccl.non ſciant.
§.de cetero, & ultra eum comprobo per id quod decidunt
Cyn.Petr.Bald.& Ang.in l.ad officium, per illum tex. C.cō-
muni diuid.ubi concludunt, quod ius luendi infra annum
res alienatas conceſſum agnatis ex forma ſtatuti, non poteſt
cedi. ſequuntur Moderni in l.2.§.fi.ff. de nou. oper.nuncia.
maximè Iaſ.qui adducit Pau de Caſt. conſi.45. & ego addo
idem conſuluiſſe Rom. conſi.484. incipiente, hoc quod di-
cimus, ubi allegat duas rationes, quę bene ſeruiunt in caſu
4 noſtro. Prima ratio eſt, † quia iſtud ius licitationis, & præ-
lationis eſt conceſſum in priuilegium contra ius, videlicet
contra l.dudum, C.de contrah. empt. ergo cedi non poterit
per ea, quæ notantur in l.cum fundum, ff. de ui & ui arm.
Bald.& Felv.in ca.ad noſtram, de empt. & uendi. per Alex.
& Moder.in d.l.1.§.fina. Secundo, quia ius licitationis, &
prælationis conceſſum fuit domino ex benignitate legis.
Vnde non egreditur eius perſonam.per tex.in l.2.§.fin. ff.de
rel.& ſump.fun. Tertio, quia iſtud ius prelationis & reten-
tionis competit domino ratione directi dominij, ergo in
alium cedi non poteſt abſque ceſſione dominij, l.quędam,
ff.de acquir.rer.dom.l.quemadmodum, C.de agric.& cenſ.
& no.in ſimili q. Pau.de Caſt.in l.apud antiquos, ad fi. C.de
furt. Quartò facit, quia dominus non poteſt emptorem in-
ueſtire per alium, d.l.fina.in uerbo per ſe ipſos, ergo nec ce-
dere ius iſtud laudemij pro inueſtitura facienda, & conſe-
quenter nec ius retinendi, ſi ceſſionarius nolit laudare, &
inueſtire. & iſtam partem tenet etiam acutiſſimus Doctor
d. Ioannes Igneus Aurelianen. in eleganti ſua repetitione
d.l.dudum, in 4.chart. C.de contrah. empt. vbi pōderat tex.
in l.fin.in verſ.per ſeipſos, C.de iure emphy. ex iſtis remanet
etiam reſolutum ſecundum dubium, quia ſi dominus Pe-
trus Carmerij non habet ius retentionis, neque prælationis,
fruſtra quæritur, an poſſit denegare ſolutionem pretij exbur
ſati per d.Benedictū Culmi, & d.Petrum Mandolita empto
rem prętextu arreſti, ſeu ſequeſtri penes eum facti,

Condeſcendo itaque ad tertium dubium, in quo quęritā,
an d.Petrus Carmerij, & alij creditores habentes domū hy-
pothecatam, ratione ſuarum hypothecarum ſint pręferendi
pro quantitate creditorū ſuorum dictis dn̄is emptoribus.

Iſtud dubium modicam patitur difficultatem, cōis tamē
5 opinio eſt cum glo.in l.fina.C.de iure emph. † quod res em
phyteutica poſſit pignorari & hypothecari abſque conſenſu
directi dn̄i, per l.tutor, §.fi.& l.ſeq.ff.de pign.act. l.grege, §.&
in ſuperficiaris, ff.de pign. qđ procedit ēt in re emphyteutica
eccleſię, ſm Sal. & d.Iaſ.in d.l.fi.& gl.& cōiter Canoniſtas in
c. potuit, de loc. Cum igitur creditores habuerint legitimā
& a iure approbatam hypothecam, ſequitur concludēdum,
ꝙ ſm prioritatem habuerint potiora, & meliora iura quàm
habeant emptores poſteriores. l.qui potior. ff.qui pot.in pig.
6 habe.& l.qui prior, ff.de reg.iur. cum vulgarib. † Creditores
ergo poterunt per hypothecariam vel ſatisfactionem credi-
torum conſequi poſſeſſionem dictæ domus, l.fi.C.ſi unus ex
pluribus, l.ſi fundus, §.creditor, & §.in uenditione. ff.de pig.
Qua poſſeſſione domus iure pignoris obtenta agendū erit,
ut dn̄ium adiudicet creditorib. iuxta l.2. C.de iu. do.impe.

7 Ad quartum, in quo effectualiter quæritur, † quomodo d.
Petrus Carmerij creditor poſſit ſe reddere ſecurū aduerſus
alios creditores anteriores. Reſpondeo, proclamari faciat, ſi
quis ſit, qui prætendat ius habere in dicta domo ratione hy-
pothecę, uel aliter, compareat contradicturus, quare ſibi di-
cta domus adiudicari non debeat ratione ſuorū creditorū:
nam præſentes, qui non comparebunt in termino, cēſebun-
tur ſuam hypothecam remittere, l.ſi eo tēpore, C. de remiſſ.
pign. Conſulo tn̄, ꝙ ſi ſint aliqui creditores cogniti ipſi dn̄o
Petro, quod illos citare faciat in ſpecie, & non per proclama
tionem, per tex. in l.1.§. penul. ff.de vent.inſp. & per tradita
per Bartol. in extrauaganti ad reprimen. in verſ. per edicta,
& per Fely. in ca.2.colum.5. de conſtitu. & ſi comparebunt
creditores, qui habent priorem hypothecam, poterit offer-
re ſummam creditorum ſuorum illis, & petere ceſſionē ſuā
ſibi

ſibi fieri, & hoc modo confirmabit ſuam hypothecam,l. ſe-
cundus,C.de pigno.& ſi ipſi recipere recuſabunt, offerat, &
deponat:nam tunc eo modo confirmabit ſuam hypothecã,
& habebit iura aliorum,l.qui potior,§.fin. ff. qui pot.in pig.
habean.l.1.eod.tit.& ſi creditum ipſius Domini Carmetij,
& credita anteriorum non aſcendunt ad uerum ualorem
domus,attento quod ipſe poſſidet, potuit offerre etiam po-
ſterioribus,quibus in iure offerendi anterior ratione poſſeſ-
ſionis præfertur,ſecundum gl.in d.l.qui potior,§.fi.& eſt tex.
clarus in l.Paulus,§.qui pignoris,ff.quib.mod. pign. uel hy-
poth.ſolu.

Concludo ergo Do.Carmerio conſulum etiam aduer-
ſus emptores per exceptionem,videlicet,quod excipiat non
eſſe amouendum à poſſeſſione pignoris, niſi ſibi ſatisfacto
de omnibus ſuis creditis,l.vnica,C.etiam ob Chiro. pecun.
pign.ten. poſſ. Aduerſus creditores anteriores conſultu eſt
per ius offerendi ſibi à iure conceſſum,d.l.Paulus,& l.fin.C.
de his,qui in prin.cred.loc.ſucceſſ.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta in contractu permutationis, ſicut uenditionis non
tenetur domino denunciare permutationem, ac rem permuta
tam,& per bimeſtre expectare domini reſponſum.*
2 *Emphyteutica res non datur domino iure prælationis, quando
non poteſt dominus offerre quod ab alio emphyteuta conſequi
poteſt.*
3 *Contractus talis præſumitur, qualis demonſtratur ex uerbo-
rum proprietate.*
4 *Contractus denominatur ab affectu, & non a uerbis, etiam ſi
Notarius aliter aſſeueret.*
5 *Verborum expreſſio non nocet ueritati.*
6 *Permutatio dicitur, quando genus pro genere, aut ſpecies pro
ſpecie datur: ſecus, ſi pro quantitate, quia tunc dicitur ven-
ditio.*
7 *In permutatione nulla fit æſtimatio.*
8 *Emphyteuta ſine conſenſu domini non poteſt rem emphyteuti-
cam æſtimatam dare filia, ſed inæſtimatam.*
9 *Finis regulat actus agendi, & à fine res debet accipere no-
men.*
10 *Præfatio cauſam finalem denotat.*

RESPONSVM XI.

Qui ueritas eſt, me in viam dirigat ueritatis.

NOta eſt diſpoſitio l. fin. C. de iure
emphy.& capi-
1 tuli potuit,de loc.† quæ directo domino dat pri
uilegium prælationis,ſi emphyteutæ volẽti alie-
nare rem emphyteuticam directus dominus ob
tulerit precium,quod emphyteuta ab aliis conſequi poſſet.
& hac de cauſa ſtatutum fuit, quod emphyteuta teneatur de
nunciare directo domino alienationem,emptorem, & pre-
cium oblatum,& expectare per duos menſes reſponſum do
mini:alias cadit emphyteuta à iure ſuo:ſed quia prædicta di
ſpoſitio non habet locũ in alienatione, quæ fit ex cauſa per-
mutationis,ſecundum Iac.de Aren.& Bald.in l.ſi domus.ff.
de leg.1.Imo.in d.c.potuit,colum.9.D.Iaſ.in d.l.fin.colum.
128.& iniuria fieret emphyteutę, ſi cogeretur permutare cũ
aliqua re domini,non ita ſibi accepta,ſicut res ab alio obla-
2 ta,† & quando dominus non poteſt offerre, quod ab alio
emphyteuta conſequi poteſt, ceſſat ius prælationis,ſecundũ
Panorm.conſi.74.duo principalia,colum.pen.lib.1.

Cum ergo uerba huiuſmodi contractus clarè ſonent in
permutationem,dum dicitur,excambiauerunt, & permuta-
runt &c.concludendum prima facie uidebatur in caſu oc-
3 currenti locum non eſſe prælationi.† talis enim contractus
dicitur,qualem uerborum proprietas demonſtrat, l.Intereſ-
ſe,ff.de ſolut.ibi,quantum lectio probat, & tenor diſpoſitio-
nis oſtendit.qualis ſit contractus,ſecundũ Pau.de Caſt. conſ.
200.ad primum,in fi.& 351.præſens dubium,in fi. Barb.cõſ.
2.col.11.26.37.in 2.lib.Curt.conſ.53.ſuper articulo,col.1.&
alibi ſæpe.

Verum præmiſſis non obſtantibus concurro in ſententiã
clariſſimi Docto. D.Camilli,quòd iſte ſit contractus uendi-
tionis,& non permutationis, & conſequẽter habet directus
dominus ius prælationis.ad quod probandum, Præmitto,
4 † quod contractus denominatur ab effectu, & non a uerbis,
l.inſulam,ff.de præſcr.verb.Bar.& alij in l.2.in prin.ff ſi cert.
pet.ad idem tex.in l.ſi tibi pecuniam,ff.ſi cer.pet.ubi Domi-
nus Iaſ.allegat infinita,quæ uideri poſſunt,& in terminis no
ſtris ita dixit Bal.in l.1.col.2. C.de rer. perm. vbi concludit.
quod ſi ſubſtantia contractus ſit uenditio, non eſt ſtandum
verbis Notarij aſſerentis eſſe permutationem. bene faciunt
quæ ſcribit Soc.conſi.88.conſiderata,colum.1.lib.1. & 266.
in cauſa,quæ uertitur,col.4.in prin.lib.2.ad idem text.in ca.
conſtitutus,& ibi not.Abb.de relig. domi. Dec. conſi.190.
cauſa primum,colum.3.& 193.diligenter conſideratis, col.
1.in fi.effectus autem & ſubſtantia huius contractus euiden-
tiſſime demonſtrant,quod iſte contractus eſt uenditio, & ꝙ
partes egerunt uenditionem facere, licèt ſimulauerunt per
5 expreſſionem verborum facere permutationem. † quæ uer-
borum expreſſio non habet nocere ueritati, d.l.inſulam, &
l.ſi forte,cum ibi not.per Barto.ff.de Caſtr. pecu. Bart.in di-
ſputatione ſua incipien. Publicanus. Corn.conſi.115.etiam
primum,col.1.in fi.lib.1.& conſi.23.in hac,colum.2.lib.2.&
Alex.conſ.82.viſa facti narratione, col.3. verſ. & licet, lib.2.
cum alijs quamplurib. authoritatibus, quas breuitatis gra-
tia omittam.

Ad demonſtrandum,quòd contractus huiuſcemodi fue-
rit,& ſit uenditio,& non permutatio,probatur,Primo à cau-
ſa materiali. Secundo à cauſa finali. à cauſa materiali pro-
6 batur ſic. † Ad hoc ut dicatur permutatio, oportet quòd de-
tur ſpecies pro ſpecie, vel genus pro genere, l.e.1. & 2. ff.de
rer.permut.ſed ubi datur ſpecies pro quantitate,tũc ex cau-
ſa materiali dicitur,quod eſt uenditio, & non permutatio.l.
ex empto,ff.de actio.empt.ita declarat Bar.in d.l.2.in princ.
ff.ſi cer.pet. in caſu noſtro emphyteuta tradidit baſtitam cũ
tenemento fratribus Bacularijs, & ſic ſpeciem:ipſi uerò Ba-
cularij tradiderunt ipſi emphyteutæ florenos tercentũ qua-
draginta quinque,& ſic quantitatem,ergo erit uenditio.

Nec obſtat ſi dicatur,quod fratres Bacularij non tradide-
runt niſi Florenos ducentum quadraginta quinque pro tur-
nis,ſeu maiori ualentia,ſed principaliter tradiderũt Virida-
rium ſeu oliuarium,& ſic ſpeciem. Et aduertendum eſt, ꝙ
baſtita fuit æſtimata floren.345. Quæ æſtimatio contraria
7 tur permutationi,in qua † nulla fit æſtimatio,ſed ſpecies pro
ſpecie traditur,l.1.ff.de rer.perm.c.ad quæſtionem,eod.titu.
verum vbi æſtimatur ſpecies,& precium pro hac cõſtituitur,
tunc uenditio contrahitur,ut declarant glo.& Pau. de Caſt.
in l.1.& 2.C.eod.gl.& Scribentes in §.pretium, Inſt.de emp.
& vend.& eſt bonus tex.in l.fin.ubi Bar.C.de præd.curia.lib.
10.licèt pro æſtimatione facta emptor daret aliam ſpeciem:
non enim diceretur permutatio, quia pro pretio conſtituto
licet dare ſpeciem in ſolutum,l.pretij cauſa,C.de reſc.vend.
not.gloſ.in l.naturalis.§.ſed ſi ſcyphum, ff.de præſcrip. verb.
8 † hinc eſt,quod ſi emphyteuta uelit dare rem emphyteuticã
filiæ in dotem æſtimatam,poterit dominus offerre preciũ,
vbi aliàs non poſſet,quia æſtimatio facit emptionem, l.æſti-
matus,ff.ſolu.matrim.ita not.Imo.in d.ca. potuit.columna
9.verſ.tangit etiam Io.Andr. Cum ergo in caſu iſto baſtita
fuerit,ut ſupra dixi, æſtimata floren.345.& ipſi emphyteu-
tæ pro ſupradicto precio fuerint exburſati floren.245.& ꝑ
reliquis centum ſpeciem,quis negabit uenditionem fuiſſe.
Imo ſi pro omnibus floren.345. fuiſſet tradita aliqua ſpe-
cies,diceretur uenditio,ex quo ſpecies pro pretio, & nõ pro
ſpecie tradita fuiſſet,d.l.ſi pretij.A cauſa finali probatur ſic,
9 † finis regulat actus agendi, l.& ſi transferendi,ff.de adi.le.
& à fine res debet accipere nomen.l.uetum, & l.qui iniuriæ,
ff.de furt.Cauſa autem finalis, quia emphyteuta alienauit
rem emphyteuticam, fuit. ut de precio creditoribus ſatisfa
10 ceret.Ita narratur in præfationibus dicti contractus, † quæ
præfationes denotant cauſam finalem,l.Titia,§.idem reſpõ
dit,ff.de uerb.oblig.l.fin.ff.de hæred.inſtit. Alexand. conſil.
19.colum. fina. volum.1.ſi ergo motus fuit ad alienandum
hac ſupradicta de cauſa,uoluit uendere, & non permutare,
licet in fraudem directi domini permutationem ſimulaue-
rit. quo fit,ut cum directus dominus velit, & poſſit ſupradi-
ctum preciũ ipſi emphyteutæ exburſare, ſicut quilibet alius,
debet ex priuilegio d.l.ſi.præferri omnibus.

Et ſi dicatur, quòd directus dominus non poteſt auferre
dictum Viridarium.patet reſponſio ex prædictis. non enim
datur viridarium ipſi emphyteutę pro re emphyteutica, ſed
pro precio,& æſtimatione eiuſdem. Item non fuit motus
dictus

dictus emphyteuta ad permutandum ex affectione, quã ha-
bebat ad viridarium, ſed ut haberet precium rei etiam em-
phyteuticæ, ex quo ualeret creditoribus ſatisfacere, & ita
reperi conſuluiſſe Decium conſil. 360. in cauſa monaſterij.
per totum.

Laus Deo Optimo Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Laudemium dicitur rei fructus, ac continetur appellatione reditus & emolumenti.*
2 *Vſufructuario, & non domino debetur laudemium.*
3 *In contractibus ueniunt conſueta.*
4 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
5 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
6 *Conſuetudo non inducitur ex actibus negatiuis conſiſtentibus in mera uoluntate.*

R E S P O N S V M XII.

PRimus caſus nullam, uel ſaltẽ modicã
habet dubitationem, ideo paucis ut decet, agen
1 dum eſt. † laudemium dicitur fructus rei, ut
probatur in l. diuortio, §. ſi uir in fundo, ff. ſolut.
matrim. Item continetur appellatione reditus, & emolumẽ
torum, ut probat tex. in l. item ſi fundi, in princ. ff. de uſufru.
per quem tex. Ioan. And. in addit. Spec. tit. de loc. §. nunc ali
2 qua, uerſi. 93. decidit † laudemia ſiue emolumenta renoua-
tionum deberi uſufructuario, & non domino rei. ſequitur
Alber. in rubric. de uſu. Iaſ. in l. a. C. de iure emphy. col. 110.
uerſ. quinto quæro. Guido Papæ, q. 477. utrum propriè pro-
prietarius. ergo ſpectabunt ſecundo conductori, cui locata
fuerunt omnia emolumẽta reditus, & prouentus dictorum
Caſtrorum.

Præterea cum emolumenta renouationum ſint conſueta
percipi per alios conductores, & hic ultimus conductor
ſciente, & patiente primo ſit ſolitus, ſitque in quaſi poſſeſſio-
ne percipiendi ſimilia laudemia, nulla ratio dictat, quod ẽt
ea, de quibus agitur, conſequi non debeat, etiam quod aliàs
non eſſent ſpecificata in inueſtitura, l. licèt, C. loc. per quam
3 legem dicitur, † quod in quolibet contractu cenſetur ſtipu-
latum, quicquid eſt conſuetum. & in terminis de locat. fir-
mat Barbarus in tractatu de gabellis, q. 3. & 5. Alex. conſilio
107. pro inueſtigatione, colum. pen. in 2. volum. Panor. cõſi.
74. duo principalia, ad fi. in 1. uol. faciunt, quæ plene cumu-
lantur in c. cum M. Ferra. de conſt.

Inſuper & tertio non negat primus cõductor, quin in ſua
inueſtitura comprehendantur huiuſmodi reditus: ergo cũ
in locum ſui poſuerit ſecundum conductorem, debet con-
ſequi ſecundus ea omnia, quæ competebant primo, §. reli-
quum, §. conſequens, in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. facit,
4 † quia ſubrogatus debet ſapere omnimodam naturam eius
in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum. cum
ſol. concord ff. ſi quis caut. Accedat, quod primus cõductor
nihil ſibi in dictis locis reſeruauit, ex quo omne ius ſibi cõ-
petens, in alterum per ſecundam locationem tranſtulit, l. ne
mo, C. loc. & maximè quia indefinitè locauit iura, reditus,
5 & emolumenta. ergo omnia includuntur, † cum indefinita
vniuerſali æquipolleat, l. ſi pluribus, ff. de leg. 3. c. quia circa,
de priuilegijs. c. ſi ratione. 19. diſt.

Nec obſtat, quod pro ratione dubitandi ponitur in pun-
cto, quod non ſit memoria hominum, quod talia caſtra ſiue
tenementa fuerunt unquam uendita, quia & ſi nunquam vẽ
dita fuerint, uendibilia tamen ſemper fuerunt. ergo non po
6 teſt dici, quòd conſuetudo ſit non uendendi ſimilia, † quia
ex actibus negatiuis conſiſtentibus in mera facultate nun-
quam inducitur conſuetudo, capitulo, Ioannes, ubi Panor.
de coniug. cler. cum ſuis concordantijs, & faciunt, quæ ple-
nè congeſſit Feli. in c. cum acceſſiſſent, col. 9. de conſt. & mi-
nus ad propoſitum iſtud allegatur per primum conductorẽ.
Nam ſi non comprehenderentur talia emolumenta in loca
tione ſecundi conductoris ea ratione, quia bona, quorum
reſpectu debetur laudemium, non ſint ſolita uendi: certe ea
dem ratione non includerentur in ſua locatione prima. er
go non eſſet audiendus, tamquam ſua non intereſſit, l. prima,
ff. de appellatio. recip. ſi uero ſint comprehenſa in ſua loca-
tione, pariter repellendus, quia omnia iura & emolumenta
tranſtulit in ſecundum, ut ſupra probatum fuit.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteutæ ſoluenti penſionem æquiualentem perceptioni fructuum, eſt facienda remiſſio, ſi propter bellum fructus percipere non poterit, niſi adſit iuramentum. & nu. 4.*
2 *Locatio ad longum tempus dicitur potius quàm emphyteuticus contractus, quando penſio fructibus correſpondet.*
3 *Conductori ad longum tempus fit remiſſio propter bellum.*
5 *Iuramentum ſemper obligat ad obſeruantiam promiſſorum, quæ poſſunt obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.*
6 *Renunciatio generalis non extenditur ad caſum fortuitum.*
7 *Iura omnibus ſunt notiſſima.*
8 *Specificatum ſimpliciter, uel per relationem ad illud æquiparatur.*
9 *Iuramentum habet uim clauſulæ ſpecificæ.*
10 *Relictum animæ fauore præſumitur.*

R E S P O N S V M XIII.

Qui ueritas eſt, me in viam
dirigat ueritatis.

SVper eo, de quo conſilium
1 petitur, † An fabrica eccleſiæ Cremonenſis te-
neatur ad remiſſionem penſionis Petro Anto-
nio della Maraſcha, & conſortibus ſoluentibus
penſionem æquiualentem perceptioni fructuum propter
guerram, ob quam ipſi Petrus Ant. & cõſortes fructus perci
pere non potuerunt.

Videtur prima conſideratione non eſſe hæſitandum, an
2 fabrica teneatur ad remiſſionem, † quia ubi penſio fructib.
correſpondet, tunc ille contractus potius dicitur locatio ad
longum tempus quàm contractus emphyteuticus, pro quo
ſoluitur ſolum quid minimum in recognitionem directi
domini, ſecundum glo. in cap. potuit, de locat. Bart. & alios
in l. 1. C. de iure emphy. declarat Ioan. And. in addi. in tit. de
loc. in §. nunc aliqua, verſ. 4.

3 † Sed ſine dubio conductori ad tempus longum fiẽda eſt
remiſſio propter guerram, prout concludunt Petr. Cy. & Bal.
in l. 1. C. de iure emph. & ſequitur ibi Domi. Iaſ. colum. 4. &
Ang. in §. quia vero Leonis, in Authen. de non allen. Pet. de
Anch. & Imo. in d. c. potuit, Aret. conſi. 55. incipiente, in cau
ſa mihi propoſita. ergo eodem modo fienda eſt remiſſio in-
ueſtitis in perpetuum pro penſione fructibus correſponden
te. & per iſtud fundamentum præcipue ita conſuluit Alexã.
conſi. 112. quod incipit, videtur in præſenti conſultatione,
vol. 1. & conſ. 6. vol. 2. allegat alia magis leuia fundamẽta, &
authoritates, quæ hic pro inſertis habeantur. & idem per fun
damentum præallegatum etiam conſuluit Ludo. Ro. conſ.
369. col. 7. in 6. dubio, quod incipit, eſſet primum propoſitæ
conſultationis articulum.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, ac nec obſtantib. alijs
allegatis per Domind. Alexan. in d. conſi. 112. in caſu præ-
4 ſenti, arbitror contrarium de iure uerius, † quia in inſtrumẽ-
to inueſtituræ inueſtitus cum iuramento promiſit omnia,
& ſingula ficta ſoluere, & non conuenire beneficio alicuius
legis, uel ſtatuti editi, uel edẽdi, nec aliter iure, ingenio, vel
cauſa: videtur enim inueſtitus promiſiſſe ſe nolle uti bene-
ficio iuris ſibi competenti propter guerram aduerſus ſolu-
tionem fictorum, & ſic ſuſcepiſſe in ſe periculum caſus for-
tuiti. Quo caſu ſine dubio non eſt fienda remiſſio, ſecundũ
Soc. conſi. 99. uerſic. tertia dubitatio, in prima parte. & ita in
terminis, quod ita non ſit fienda remiſſio propter euentum,
nec alium fortuitum caſum, quando in inſtrumento inue-
ſtitus etiam in modicum tempus renunciauit omni legum
auxilio, quo mediante poſſet ſe tueri aduerſus ſolutionem
canonis; tenet Alber. de Roſ. in l. item quæritur, §. exercitu,
ff. loc. qui dicit ſe ita obtinuiſſe in collegio Bergomẽſi, & q
ita ſeruatur in Lombardia, & ſequitur Dom. Iaſ. in d. l. 1. col.
4. verſi. limita tamen, & colum. 23. C. de iure emphyteu. ubi
dicit hoc ſummè notan. in practica, quia communiter in in-
ſtrumentis

ſtrumentis ſemper apponitur talis clauſula . ſi ergo non eſt
fienda remiſſio, quando quis renunciauit omni legum au-
xilio ſimpliciter,prout concludunt præallegati Doct. quan-
to fortius in caſu noſtro,in quo inueſtitus iurauit non con-
5 trauenire beneficio alicuius legis ſibi competentis. † iura-
mentum enim ſemper obligat iurantem ad obſeruantiam
promiſſorum,quando promiſſa ſeruari poſſunt ſine interitu
ſalutis æternæ.c.cum contingat,de iureiuran. cap.quamuis,
de pact.lib.6.& ſi forte dicatur,quod prominens non contra
uenire beneficio alicuius legis uel ſtatuti renunciat genera-
6 liter , † quæ renunciatio generalis non extenditur ad caſum
fortuitum,l.ſi in uenditionem,ff.de per.& com.rei uen.& l.
opus,quod animaduerſione,ff loc.& l.ſed & ſi quis.§.quæſi-
tum,ff.ſi quis caution.ubi latè Bar.& alij; reſpondetur negan
do aſſumptum,quod dicta ſit generalis renunciatio,imo di-
7 citur ſpecialis,quia per relationem ad iura , † quæ ſunt om-
nibus notiſſima,l.leges,C.de legib.l.ornamentorum , ff.de
aur.& arg.leg.ſatis dicitur quilibet caſus fortuitus ſpecifica-
8 tus. † Paria enim ſunt,quod aliquid ſit ſpecificatum ſimpli-
citer,uel per relationem ad illud.l.ait prætor,§.1.&l.in ſum-
ma,ff.de re iud.& c.præterea,23.diſt.& l.certum,ff.ſi cer.pet.
& ita tenent & communiter Iac.de Laud.Albe.& Do. Iaſ.in
d.§.quæſitum,col.4. uerſ. quid ſi quis renuncianit omnibus
exceptionibus .
9 Secundo reſpondetur,† quòd iuramentum hēt uim clau-
ſulæ ſpecificæ,& operatur, quod uideantur omnes caſus for-
tuiti ſpecificati, ſecundum Imo.in c. cum contingat. in 38.
char.de iureiuran.& Corſet.in repe.rub.de iureiuran. in 38.
priuilegio iuramenti,& Alexan.conſi.3.uolu.1. & licèt Bar.
& communiter alij in d.§.quæſitum,teneant,quod iuramē-
tum non operatur, quòd generalis renunciatio extendatur
ad caſus fortuitos,quia poſſunt mille caſus fortuiti euenire,
de quibus nec in ſpecie,nec in genere potuit iurans cogita-
re , ideo iuramentum non operatur propter defectum con-
ſenſus,qui non habebatur ſaltem in genere iux. tex.in capi.
quemadmodum,de iureiur.& l.ſi.ff.qui ſatiſda. cog. quia in
caſu noſtro non poteſt hoc allegari , quod iurans, inquam ,
ſaltem non cogitauerit de caſu guerræ . Nam ſi promiſit nō
contrauenire beneficio l.ex cōducto,§.1.ff.loc.propter guer
rā poſſit ſe tueri, certè negari nō pōt,quin cogitauerit de ca
ſu guerræ , & de beneficio illius legis , attento maximè ſaltē
in genere,quod imo uidet̄ quod in ſpecie cogitauerit , quia
præſumitur iurans ſciuiſſe diſpoſitionem d.l. ex conducto,
§.1. & omnium iurium uolentium propter guerram debe-
re remiſſionem fieri,quia præſumitur iura omnibus eſſe co-
gnita, ut ſupra dixi . & hanc opinionem tenere debemus fa-
uore animæ , ne aliter denegando forte in dubio dicantur
fuiſſe authores periurij,ut dicit tex.in c.a ſinceto de iure iur.
facit tex.& quod ibi not.Panorm.in c.iuuenes,de ſponſa. &
quod dicit Feli.in c.cum in iure,in princ.de offic.deleg.ubi
10 per plura tenet,† quod fauore animæ præſumendum ſit de-
lictum contra regulam l.merito,ff.pro Socio. Quanto for-
tius præſumendus eſt conſenſus in genere , ut euitetur deli-
ctum,& ſic periurium ?

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 Emphyteuta ſoluenti penſionem fructibus correſpondente,an ſit facienda remiſſio, ſi fructus percipere non potuit ob bellum,& quid ſi res pereat .

2 Erubeſcendum eſt ſine lege loqui, ac ſequi opinionem lege non comprobatam.

3 Eccleſia poteſt dare res ſuas in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis ueri reditus propter caſus fortuitos ſpectantes ad emphyteutam .

4 Ratio legis debet eſſe generalis .

5 Dictum non debet eſſe idem cum ratione , nec rationem rationis .

6 Cauſa cauſatum debet præcedere . .

7 Ad fructuarium pertinet periculum fructuum .

8 Ad emphyteutam pertinent fructus etiam pendentes.

9 Fructus ſeparati à ſolo pertinent ad conductorem , pendentes uerò ad dominum : ideo primo caſu non fit remiſſio : ſecus autem hic & nu.10.& 11.

12 Clauſula in inueſtitura appoſita,& renuncianis exceptioni do li,conditioni ſine cauſa & omni auxilio,quòd continet renū ciationem caſus fortuiti .

RESPONSVM XIIII.

DIcèt D. Alex.conſ.112. vol.1.
1 conſuluerit, † emphyteutæ ſoluenti penſionem
fructibus correſpondentem debere remiſſionē
fieri:& ante eum idem conſuluerit Lud. Rom.
conſi.369.col.7.& ſenſerit Bar.in l.1. C. de iure emphy. ego
tamen in puncto iuris puto præmiſſa conſilia non fuiſſe iu-
ridica,& ſic D. Danielem debuiſſe moueri præmiſſis autho
ritatibus,ad conſulendum Vicario prætoris Cremonæ fuiſ-
ſe cedendam remiſſionem pro fabrica Petro Antonio de la
Marecha,& conſortibus propter deuaſtationem fructuum ,
& damna ipſis fructibus illata per armigeros tam Gallicos
quàm Venetos ,
Et in primis,ut dicunt Sali.& D.Iaſ.in d.l.1.col.4. opinio
2 Bar.& Alex.non probatur iure.† unde mihi erubeſcendum
eſſet ſequi opinionem, quæ l.non probatur, §.conſocius. in
Auth.de nupt.l.illam,C.de collat.
Secundo opinio Alex.& ſequacium eſt contra text.in d.l.
1.in ſui generalitate , qui indiſtinctè diſponit emphyteutæ
non eſſe fiendam remiſſionem , niſi res emphyteutica tota
depereat,& contra rationem illius text. aſſignatam ibi per
glo.quæ eſt,quòd ideo nō fiat remiſſio emphyteutæ propter
particulare damnum , eo quia commodum etiam ſpectat
emphyteutæ : ergo & debet ſentire incommodum , regula
ſecundum naturam,de regu.iur.& eſt contra l. quicunque,
C.de fund.patri.lib.11.
Tertio contra opinionem Domini Alexandri,& adhærē-
tium eſt tex.clarus,in §.dudum , io Auth. de non alie.col.1.
ad quem tex.Dom.Alexand.non aduertit,& adducit cū pro
opinione ſua,& tamen probat contrarium,& deſtruit ratio-
3 nes,quas ponit in d. conſi.112. uult enim text. † quod liceat
eccleſię dare res ſuas in emphyteuſim cum diminutione ſe-
xtæ partis ueri redditus propter caſus fortuitos,qui ſpectant
ad emphyteutam . Pondero ego , quod ille text. uult
quod etiam caſus fortuiti ſpectent ad emphyteutam, etiam
ſi eccleſia daret rem in emphyteuſim ſine aliqua diminutio
4 ne ueri redditus.alias† ratio nō eſſet generalis,prout eſſe de-
bet,l.regula,§.quod ſi ideo,ff.de iur.& fact.ignor.fortius nō
eſſet bona,nec concludens ratio , quod ideo eccleſia poſſet
diminuere ſextam partem ueri redditus,& caſus fortuiti ſpe
ctant ad emphyteutam , ſi tantum caſus fortuiti ſpectarent
emphyteutæ,quando recipit emphyteuſim cum diminutio-
ne ueri redditus.Imo eſſet dicēdum,quod ideo caſus fortui
ti ſpectarent ad emphyteutam , quia recipit emphyteuſim
cū diminutione ueri redditus , & ſic quod dictum principa
le illius tex.conuerteretur in rationem rationis,quod quam
5 ſit abſurdum,omnibus patere debet. † Non enim dictum
debet eſſe ratio rationis,nec idem cum ipſa ratione,l.quod
Labeo,ff.de Carb.edict l.fin.ff.de offi.proc.Cęſ.
6 , Item pondero,† quod cauſa debet præcedere cauſatum,l.
licèt,§.ea obligatio,ff.de procur.l.manumiſſiones,ff.de iuſt.
& iure,& naturalis philoſophia hoc ad ſenſum demonſtrat.
ſi ergo ſuit inducta illa diſpoſitio , quod liceret eccleſiæ res
ſuas in emphyteuſim dare cum diminutione ueri redditus,
quia caſus fortuiti cedunt periculo emphyteutæ;ergo neceſ
ſe eſt,quòd illa ratio,quia caſus fortuiti &c. eſſet introducta
antequam eccleſiæ conceſſa eſſet talis facultas , & ſic etiam
quòd nō liceret eccleſiæ diminuere uerum redditum quod
tamen periculum fortuitorum caſuum debeat ſpectare em-
phyteutæ , & ſic eſt ibi caſus clarus , quod poteſt dari res ec-
cleſiaſtica in emphyteuſim ſine aliqua diminutione , & ad-
huc caſus ſpectabunt ad emphyteutam : ſi modo tales caſus
fortuiti cedunt periculo emphyteutæ, ergo remiſſio eis mi-
nime uenit concedenda.
Quarto , quòd conſultatio Domini Alex. & reliquorum
7 non fuerit iuridica.probatur nulla ratione. † interitus enim
& deuaſtatio fructuū debet cedere periculo eius. cuius ſunt
fructus,l.ſi pignus,C.de pig.act.& l.ſi creditor & l.quis fortui
8 tis,eod.tit. & l. ſicut,& l.ſeruos,C.de pigno. † fructus autem
pendentes ſunt emphyteutæ,& nō directi domini.§.ſi is qui,
§.finali,ff.de furt.quem tex. ad hoc ſic intellexit , & declarat
Aret. conſi.10. quod incipit,caſus talis eſt, quidam Titius,
colum.2.ſi ergo tales fructus fuerunt propter guerram depo
pulati,& deuaſtati , damnum debet eſſe emphyteutæ , cuius
ſunt

ſunt fructus, iuribus præallegans, & iſtam rationem aſſignat Bal. in l. 3. colum. 1. C. loc. ubi dicit, quod ideo colono fit re-
9 miſſio, ſi fructus pendentes deuaſtentur, † quia dum pendēt, domini ſunt, l. ſi apes, §. 1. ff. de furt. & ideo refert, quod ſi ſoreni à ſolo ſeparati, quia tunc coloni eſſent, l. ſi ſeruus, §. locaui, ff. eod. quod ſi ſic ſeparati depopularentur, quod tunc nec etiam colono remiſſio eſſet facienda, nec huic fundamēto poſſet iuridicè reſponderi. & iſtam partem tenet Cyn. & Sal. in d. l. 1. & glo. ac Panorm. in c. potuit, ad fin. de loc. & Spec. titulo de locat. §. nunc aliqua, verſic. 132. & Aret. d. conſi. 10.

Non obſtant quæ allegatur per Do. Alex. in contrarium. & primo non obſtat ratio, qua mouetur Alex. ſcilicet, quod emphyteuta ſoluens penſionem fructibus correſpondentē videatur potius ſoluere pro uſu rei, & pro fructibus, quàm in recognitionem directi dominij: quia iſta ratio eſt falſa, & eā
10 improbat Aret. in d. conſi. 10. uerſ. ſed præmiſſis, † quod ex quo fructus ſunt emphyteutæ, nec unquam fuerint pars domini directi, non poteſt dici, quod pro fructibus ſuis dicantur aliquid ſoluere, arg. l. uti frui, ff. ſi vſusfruc. pet. & l. cum in fundo, ff. de iure dot.

Nec obſtat tex. in §. quia verò Leonis, & in d. §. dudum, in Auth. de non alien. & ut ſupra dixi in 3. fundamento, illa iura probant contrarium; nō etiam repugnat authoritas Bart. in d. l. 1. verſ. quæro, dicitur ſupra. quia Alex. & Roma. fundāt ſe, dum uult Bar. quod principaliter ſi res pereat in tanta parte, quod ex eo, quod ſuperſit, non poſſit percipi tota penſio, quod iſto caſu eſt fienda remiſſio, quia etiam poſita pro uera opinione Bart. illa procedit, quando ipſa res perijt. caſus vero noſter eſt, quando fructus pereunt tantum re permanē-
11 te, † & ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia ubi res pro tanta parte perijt, ceſſat ſpes, quòd poſſit emphyteuta compenſare futuram ubertatem cum damno, quod ſentit ſoluendo pēſionem maioris ſummæ, quàm ſint fructus, qui percipi poſſunt ex parte rei reſtantes. quæ ratio ceſſat, quando fructus tantum unius anni perierunt, quia poteſt ſperari, quod reſarciri poſſit tale damnum ex abundantia fructuum annorum ſequentium. & ſi dicatur, in caſu noſtro non poteſt conſiderari iſta ſpes, quia præſupponitur, quod penſio ſit correſpondens fructibus, quia intelligo, quod ſit correſpondens fructibus percipiendis, iuxta l. Seio, §. medico, ff. de ann. leg. non autem quòd ſit correſpondens magnæ vbertati, & abundantiæ fructuum: uel quando res perijt pro tanta parte, dicitur dominium directum ceſſare pro ea parte, ergo congruenter ceſſabit penſio, quæ ſoluitur pro dominio directo, & in eius recognitionem: ſed quando res adhuc permanet, licet fructus deuaſtentur. non debet ceſſare penſio, quæ pro fructibus ipſi emphyteutę peremptis non ſoluitur, ſed in recognitionem directi dominij quod extat &c.

Præterea, ut ſupra dixi, illa opinio Bart. eſt contra tex. in d. l. 1. & eam improbant gl. & Panor. in d. c. potuit.

Præterea exiſtimo in inueſtitura adeſſe clauſulam, quę cō-muniter ſolet apponi in inueſtituris, ſcilicet, † & renunciauit exceptioni doli, condictioni ſine cauſa, & omni auxilio, quo ipſe emphyteuta ſe tueri poſſet: quo caſu propter guerram non poteſt emphyteuta petere aliquam remiſſionē ſibi fieri, ſecundum Alber. de Roſ. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. loc. qui dicit ita ſe obtinuiſſe in collegio Bergomenſi, & quòd ita ſeruatur in Lombardia, & ita eum refert, & ſequitur D. Iaſ. in l. 1. 23. col. C. de iure emphy.

Laus Deo Opt. Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas in fine appoſita reſtringit præcedentia.*
2 *Dictio, alia, eſt implicatiua ſimilium, & quandoque pluralitatum, & diuerſitatum. & nu. 8.*
3 *Inſtrumenti pars per aliam declaratur.*
4 *Minus cui conceditur, quod eſt plus cenſetur etiam conceſſum.*
5 *Exceptio firmat, & ampliat regulam in caſibus non exceptuatis. & nu. 7.*
6 *Incluſio unius eſt alterius excluſio.*
9 *Dictio, uel, ponitur inter diuerſa.*
10 *Verba ita ſunt interpretanda, ut aliquid operentur, maximè in contractibus.*

RESPONSVM XV.

DIctio, vel, implicat quandoque maiora expreſſis, uno excepto expreſſis maiore.

Veriſſimam puto cōſultationem Dominorum meorum, qui in fauorem Domini Raymondi conductoris conſuluerunt ad eundem ſpectare nominationem ad officium procuratoris fiſcalis, & ad omnia alia officia vacatura tam uenalia quam non uenalia, quia illa uerba, quod ſi cō-tingat uacare aliquod ſeu aliqua officia curiæ Archiepiſcopalis, & locorum prædictorum, cum ſint generalia, omnia officiā includunt, c. ſolitæ, de maior. & obedien. l. à procuratore, C. mand.

Non obſtat inquantum dicitur, quòd illa generalitas reſtringitur per uerba ſubſequentia, vel alia officia temporalia venalia, ut ſolum ad uenalia uacantia videatur conceſſa nominatio. & licet nihil allegetur, arbitror tamen quod d.
1 conſultor voluerit dicere, † quod illa qualitas Venalia, in fine poſita reſtringat præcedentia, l. fi. §. cum dulcia, ff. de uino, trit. oleoque leg. Credo etiam quod uoluerit ponderare
2 verbum, alia, † quod eſt implicatiuum ſimilium officiorū, l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fug. c. ſedes, de reſcript.

Ad iſta reſpondetur clariſſimè, & Primo, quòd præmiſſa procedere poſſunt, niſi ex alijs uerbis inſtrumenti oſtenderetur generalitatem non debere reſtringi. † Nam verba in una
3 parte inſtrumenti, declarant uerba poſita in alia parte, l. ſed utrum. ff. de pet. hæred ſi modo ſingula legentur, apparebit quod generalitas non eſt reſtringenda ad officia uenalia.

Nam officium procuratoris fiſcalis non eſt venale, & tamen ad officium procuratoris fiſcalis nō poteſt aliquis ſubſtitui ad tempus, niſi ad uoluntatem Dom. Raymondi: ſi ita eſt, minus poterit ad dictum officium vacans deputari ali-
4 quis perpetuo, & principaliter abſque eius voluntate, † quia cui conceditur quod eſt plus, utique etiam intelligitur conceſſum, quod eſt minus, l. non debet, ff. de reg. iur.

Secundo, ex alio pacto conuentum eſt, quod Reuerendiſſ. d. Archiepiſcopus nō poſſit aliquas ſuperemunentias de quibuſcunque officijs cōcedere abſque uoluntate dicti Domini Raymondi, & iſtud concernit omnia officia, & non venalia. ex hoc apparet, quod nominatio ad omnia officia etiam non uenalia competat ad ipſum Dom. Raymondum: quare ſi ad officia vacantia, vbi forſan de intereſſe Domini Raymondi non agitur, cum non ſit certum ipſa officia uacare tē-pore locationis, nullus poteſt deputari abſque uoluntate, & conſenſu Domini Raymondi, multominus poterit deputari aliquis ad officia vacantia tempore locationis, ubi certū eſt agi de intereſſe ipſius conductoris, auth. multo magis, C. de epiſc. & cler.

Tertio alia lege conuentionali conceditur Domino Raymondo facultas deſtituendi officiales promotos tam ad officia venalia, quàm non venalia, exceptis Vicario, & procuratore fiſcali, qui nunc exiſtunt: quę exceptio firmat & oſtendit quòd futurus Vicarius, & futurus procurator fiſcalis poterūt ad arbitrium Domini Raymondi deſtitui, & amoueri, quia ſi tantum excipiuntur Vicarius, & procurator, qui nūc ſunt,
5 ergo qui erunt, deſtitui poterunt, tum † quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, l. nam quod liquidè,
6 §. fi. ff. de pen. lag. tum quia † incluſio vnius, eſt excluſio alterius, cap. nonne, de præſump. l. cum prætor, ff. de iud. vnde cū nominationem, & beneplacitum conductoris deſtituendi ſint omnes officiales, etiam ad nominationem erunt inſtituendi, ſecundum Panorm. in c. cum ex iniuncto, de hæret. & in ſua diſputatione incipiente, duo clerici inſigniti, facit l. is poteſt, ff. de acqui. hæred. & l. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. alias abſurdum ſequeretur, ut quem hodie D. Archiepiſcopus inſtitueret, cras D. Raymondus deſtitueret, quod non eſt credendum fuiſſe intentionem contrahentiū, quia hoc modo ius utriuſque inefficax redderetur.

Quartò, quòd etiam ad officia non venalia ſit conceſſa nominatio conductori, conſtat ex illis verbis, alij officiales temporales mutari poſſint atque deputari ad nominationē, & beneplacitū ipſius Raymondi, & ſic tam deſtituto, quàm inſtitutio omnium officialium debet fieri ad nominationē ipſius Domini Raymondi. hoc clariſſimè cantant verba ipſa, quæ uerba, alij officiarij, includunt omnes præter Vicarium, & procuratorem fiſcalem, qui nunc exiſtunt, & ſic includunt etiam Vicarium, & procuratorem fiſcalem futuros: quia, ut dixi, exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, & non ſolum firmat, ſed ampliat, capitulo, qui ad agen. de proc. & per Feli. latè in c. quoniā frequenter, in prin. vt lit. non conteſta, & propterea Domini conſultores, & ego hac ratione paucis concluſimus in primis allegationibus nominationem generaliter pertinere ad Dominum Raymondum.

Secundò licèt ex alijs partibus inſtrumenti nō declaretur illa generalitas, adhuc tamen nō reſtringeretur per illa verba,

ba,vel alia officia temporalia uenalia, ad quod oſtendendũ
8 præmitto,quod † dictio alia,implicat pluralitatem,& diuerſitatem ſecundum glo.in clemen. 1.in uerbo certa,de præb. ubi Imol & Panorm.not.& Feli. in c.in noſtra,colum.24. & Panorm.in c.cum ex officij,de pœn.& remiſſ. & maximè in
9 caſu iſto,ubi coniungitur cum alternatiua,uel,† quæ ſui natura ponitur inter diuerſa,ſecundum gl.in rub.ff. ſi ager uectiga.vel emphy.

10 Secundo præmitto, † quòd uerba ita ſunt interpretanda, ut aliquid operentur,l.ſi quando.ff.de leg.1.c.ſi Papa,de priui.lib.6.maximè in contractibus,ſecundum Bald.in rubric. C.de contrahen.emptio.quæſt.19.Præmitto vnum in facto, quod Reue. D. Archiepiſcopus non locauit niſi officia,iura, & redditus ſpectantes, & ſpectantia ad ſuum Archiepiſcopatum.

Iſtis ſic præmiſſis inſero, quòd illa uerba, vel alia officia venalia. non poſſunt reſtringere præcedentia ad officia venalia. Quia ſi reſtringerent,dictio Alia,nihil implicaret.ſed eſſet penitus fruſtratoria:nam in præcedentibus conceduntur omnia officia curiæ Archiepiſcopalis, & omniũ caſtrorum.ſi modo dicamus,quòd iſta generalitas intelligatur de officijs venalibus, eſt neceſſe poſtea fateri,quod nulla alia officia venalia locata ſint: ergo illa implicatiua verba, vel alia officia venalia,nihil implicarent, ſed eſſent ſuperflua. Dicamus ergo,ne ſint ſine myſterio operandi, quòd illa implicatiua implicet alia officia non venalia,argumẽto l.fundus ille,ff.de fundo inſtru. Et ideo dicebat Dominus Ma-
11 rianus Soc.in c.poſtulaſti,col.37.de reſcri. † quod clauſula, vel quamuis aliam diſpoſitionem, non includat maiorem modum prouidendi expreſſis: tamen fallit, quando ſunt prius expreſſi omnes modi prouidẽdi uno excepto,q̃ ſit maior expreſſis,tunc ne illa implicatiua verba, alia diſpoſitione reddantur ſuperflua, implicabunt illum modum maiorem expreſſis.& licet de iſto dicto dubitet Feli. in c.ſedes, in 7.declaratione,de reſcript.tamen illud ſequitur, quando diſponens ſciebat omnia fuiſſe expreſſa,& ex hoc Feli. infert limitationẽ ad l.fi.§.cui dulcia,ſupra in contrariũ allegata, cum ex iſtis patet reſponſum. faciunt quæ diffusè ſcribit idem Fel.in c.1.col.5.eo.tit.de reſcrip.

Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ bonorum fructus pendentes, aut percepti poſt mortem prælati ad quem pertineant.*
2 *Ad conductorem ſpectant fructus percepti tempore locationis.*
3 *Locationi an teneatur ſtare prælatus ſucceſſor. & 7.*
4 *Penſio ſuccedit loco fructuum.*
5 *Vſufructuarij hæredibus debetur penſio fructuum perceptorũ ante mortem uſufructuarij.*
6 *Teſtandi priuilegium conceſſum prælato de penſionibus,& fructibus percipiendis,intelligitur deductis debitis,& alijs neceſſarijs pro oneribus eccleſiæ ſuſtinendis.*

RESPONSVM XVI.

Qui ueritas eſt, me in viam dirigat ueritatis.

AVt Reueren. D. Rolandus de Ruere Modernus Archiepiſcopus petit ab hæ-
1 redibus Ioannis della Sala, † fructus perceptos tempore vitæ D. Antonij Flores,ſui prædeceſſoris,& tunc ſtante locatione facta eidem della Sala per præfatum Dominum Antonium, abſque dubio malè, & indebi-
2 te dictos fructus petit,† quia fructus percepti tempore locationis ſpectant ad conductorẽ,l.ſi ſeruus.§.locaui,ff. de fur. Aut petit penſionem,prout credo: & tunc aut petit penſionem debitam ad ratam temporis,& tũc iniuſtè etiam petit, quia illico defuncto ſuo prædeceſſore diſceſſit à contractu
3 dictæ locationis factæ per prædeceſſorem, † licet eidem cõtractui ſtare teneretur, iux.tradita per Panorm.in cap.fin. ne prælat.vic.ſu. Soc.conſi.92.ex his,quæ ſuperius,in 1.& 2.dub. lib.1.Pro rata ergo temporis vitæ ſui prædeceſſoris non poteſt petere, quia ad hæredes ſui prædeceſſoris ſpectat ſtante conceſſione ſummi Pontificis. Pro rata temporis poſt mortem etiam non poteſt quicquam petere, quia Ioannes non poſſedit. Aut petit penſionem debitam ad ratam fructuũ, & tunc etiam minùs iuſtè petit, quia ſtante conceſſione, & priuilegio teſtandi conceſſo prædicto Domino Antonio, penſio ad ratam fructuum perceptorum pertinet ad hære-
4 des ipſius Domini Antonij.† Nam penſio ſuccedit loco fructuum,l.mercedes,ff.de pet.hæred.l.ſi vrbana,ff.de condict. indebi.l.penſiones, C. de annon.ciuil. lib.11.ſicut ergo fructus percepti,ſi locatio non eſſet,ſpectarent ad hæredes prædeceſſoris,ita penſio,quæ pro his fructibus debetur: ſed arbitror,quod Dom. Rolandus uelit dicere,quòd dies ſolutionis penſionis debitæ pro dictis fructibus nondum uenerat, & per conſequens penſio ad ratam omnium fructuum iam perceptorum non deberi hæredibus ſui anteceſſoris, ſed ſolum ad ratam temporis,argum.l.ſi quis domum, §.1. ff.loc. & ideo fortè Reuer.D. Rolandus uult hoc modo computare,penſio per Ioannem della Sala ſoluenda eſt ad ratam fructuum iuribus præallegatis,& ſic cum de menſe Maij,Iunij, & uſque ad 18.Iulij,quo obijt prædictus Dom.Antonius,dictus Ioannes conductor percepit duas partes ex tribus omnium fructuũ dicti Epiſcopatus, ergo etiam ad duas partes penſionis tenetur.verum quia dies ſolutionis dictarum duarum partium penſionis nondum uenerat,ſolum pro rata anni,quo Dom.Antonius uixit,& eccleſię ſeruiuit penſionem ad hæredes tranſmittere potuit,& non ultra,& ſic cum uixerit ſolum pro quinta parte anni uel circa, inchoando annũ à prima die Maij qua locatio cœpit exordium,ſolum quintam partem penſionis debitæ pro fructibus perceptis tranſmiſit,& ideo reliquum debetur Domino Rolando.

Ad iſtud reſpondeo,quod computatio legitimè fit. ſed ex computatione non ſequitur concluſio præallegata. fateor enim quod ſi Ioannes percepit duas partes ex tribus omnium fructuum,quòd etiam tenetur ad duas partes totius penſionis.Sed dico,quod illę duæ partes totius penſionis debẽtur hæredibus Domini Antonij prædeceſſoris, dato quod nondum dies ſolutionis tempore obitus Domini Antonij adueniſſet. caſus eſt legis clariſſimus in l.defuncta, ff.de uſufr.
5 ibi deciditur, quòd † mortuo uſufructuario iam fructibus recollectis per colonum, quòd penſiones debentur hæredibus ipſius vſufructuarij, & non hæredibus proprietatij, eſto quod vſufructuarius deceſſerit antequam dies ſoluendarũ penſionum venerit,& ceſſerit.& per illum tex.Alb.de Roſa. & Scribentes ibi inferunt ad caſum noſtræ dubitationis, & in ſpecie reperio, quod Dominus Alexand. pater veritatis conſi.15.quod incipit.R.D. Vicariæ, lib.2.in 3.dubio,decidit prope quæſtionem noſtram,& vult quod penſiones debitæ pro fructibus iam perceptis debeantur hæredibus prælati,cui ex priuilegio conceſſa fuit facultas teſtandi, dato q̃ dies ſolutionis ipſarum penſionum nondũ adueniſſet, quia ex quo penſio debetur pro fructibus iam perceptis, perinde eſt,ac ſi pẽſio ipſa percepta fuiſſet,per d.l.ſi defuncta, & iſtud etiam uoluit Bal.Aluar.& alij feud. in c.1. §. ijs conſequenter,hic finitur lex conſuetu. feud. incip. cum itaque penſio debita pro fructibus perceptis tempore vitæ prædeceſſoris ſpectet ad hæredes ipſius in totum,& non ad Dom. Archiepiſcopum modernum,cum etiam hæredes Ioannis conductoris prætendant ſatisfacere hæredibus prædeceſſoris, neſcio videre,quare admittenda ſit petitio D.Rolandi.

6 Nec obſtat ſi dicatur, † quod facultas, & priuilegium teſtandi conceſſum Domino Flores,ſanè debent intelligi, videlicet de penſionibus & fructibus, qui ſuperſunt, deductis debitis,& alijs neceſſarijs pro oneribus Eccleſiæ ſuſtinẽdis, ut dicitur in d.c.præſenti,de offic.ordinar. in 6. & in extrauaganti Ioannis,22.quæ incipit Suſcepti regiminis.quia reſpõdeo,quod ſi datur facultas teſtandi,vel aliàs diſponẽdi copulatiue tam de fructibus perceptis, & extantibus tempore vitæ prædeceſſoris, quàm etiam de percipiendis poſt mortẽ pręlati vacationis tempore,tunc verum eſt quod talis facultas venit reſtringenda ad fructus,qui ſuperſunt deductis neceſſarijs pro oneribus eccleſiæ ſuſtinendis,etiam hoc ne deſeratur cultus eccleſiæ.ita procedunt illa iura ſecundum gl. in d.c.præſenti,in uerſ.ſupradicta, & ſatis vult ille text. dum copulatiue loquitur. ad cuius copulę veritatem requiritur concurſus utriuſque copulati,capitu.2.de reſcrip.l.ſi hæredi plures,ff.de cond.& demonſt.ſecus autem quando datur facultas prælato diſponendi de fructibus iam perceptis tantũ. Ratio diuerſitatis de ſe patet. Nam vbi ſolum prælatus diſponit de fructibus iam perceptis,tunc pro oneribus in futurum ſupportandis ſuccedunt fructus etiam in futurum percipiendi:ideo nulla ratio dictat, quod generale priuilegium reſtringatur,capit.quia circa,de priuil.ſed quando etiam de futuris fructibus conceditur priuilegium diſponendi, bene

æquum

æquum eſt,ne cultus diuinus deſeratur,&onera incumbentia eccleſiæ ſuſtinen poſſint,quod priuilegium reſtringatur eo modo,quo dicitur in d.cap.præſenti.Hinc eſt,quod ſi de fructibus percipiendis relinquatur aliqua portio eccleſiæ, tunc abſolute ualet in reliquis priuilegium,ut expreſſe deciditur in d.extrauaganti, ſuſcepti, in uerbo integre, quanto ergo magis ualebit abſolute in caſu noſtro, in quo de percipiendis nulla ſuit conceſſa poteſtas? &credo quod iſtud nemo negabit.Ideo ulterius non me extendam.Poſſem etiam inſtare,quod R.D. Rolādus ex eo, quod noluit ſtare locatio-
7 ni.† prout tamen tenebatur,ut ſupra dixi, & conſuluit Fulg. conſi.126.R.in Chriſto pater.quod Ioannes conductor non teneatur ad ratam fructuum, ſed ad ratam temporis tantū. Sed quia præmiſſa ſufficiunt, & de hoc non fui requiſitus, ideo pertranſeo.

Laus Deo Opt. Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Laudemium debetur domino pro conſenſu præſtito emphyteutæ alienanti non comprehenſo in inueſtitura.*
2 *Emphyteuta poteſt donare irrequiſito domino rem emphyteuticam.*
3 *Laudemium non debetur pro re emphyteutica donata, ac ubi non requiritur domini conſenſus.*
4 *Feudum conceſſum pro ſe,& ſucceſſoribus quibuſcunque cuiuſuis ſexus, ac habentibus cauſam ab eo, tranſit ad hæredes extraneos,ac ad uxorem,& efficitur alienabile,legarique ſit.*
5 *Feudum francum poteſt vaſallus irrequiſito domino alienare.*
6 *Laudemium non tenentur ſoluere uaſalli filij pro inueſtitura, quam tenentur recipere.*
7 *Iuramentum eſt perſonale,& non ligat hæredem.*

R E S P O N S V M XVII.

PRo reſolutione dubitationis, de qua in præmiſſo themate,
1 Præmitto,† quod laudemium ſiue quinquageſima præſtatur directo Domino pro conſenſu præſtito emphyteutæ,dum in alterum non comprehenſum ſi in inueſtitura alienat ſecundū Odof.Alber.& cōmuniter Doct.in l.fi.C.de iur.emphy. Hinc eſt,quod ita demum debetur laudemium,ſi is à quo petitur, ſit nouus emphyteuta ſeu vaſallus.ſecundum gl.in d.l.fi.in uerbo accipere.Imo ſecundum aliquos, ubicunque alienatio fieri poteſt irrequiſito domino,tunc quia non exigitur conſenſus directi domini,nullum eidem debetur Laudemium,ut in donatione, in qua ceſſante cōſuetudine non debetur laudemiu,
2 † quia emphyteuta poteſt donare rem emphyteuticam dño irrequiſito,ſ.in gl. in d.l.fi.cuius opinio eſt cōiter approbata
3 ſecundum D.Iaſ.ibi col.115.& D. Alex. conſ.120.lib.1. † & φ de iure pro donatione non debetur laudemium, tenet Gui. Papæ deciſ.48.Nec ēt debetur pro permutatione, quia in ea non requiritur conſenſus domini,requiritur enim cōſenſus in caſib.in quibus dño competit ius prælationis.& in permutatione non habet locum ius prælationis ſecundum Iac.de Are. & Bal. in l.ſi domus,ff.de lega.1. & iſta eſt communis opinio.vt per D.Iaſ.in d.l.fi.col.128. & quod non debeatur Laudemium pro permutatione, tenet Guido Papæ deciſ.92.

Hinc ſic præmiſſo ſiue dicamus, quòd ſeuda regulari debeant ad inſtar patrimonialium,prout communiter regulātur in partibus iſtis ut atteſtatur Guido in ſuis deciſi.& conſ. 18.ſuper caſu,col.3.& in ſuis ſingularibus, & Dec. in conſilijs nouis. ſiue dicamus ſeruandam eſſe naturam ſeudalem ſeu iura ſeudalia,dico omni caſu non deberi Laudemium. Nam ſi dicamus ſeruandam eſſe naturam rei emphyteuticæ,domina Ioanna hæres inſtituta non tenebitur, quia ipſa non poteſt dici nouus emphyteuta: nam is non dicitur nouus,qui eſt comprehenſus in prima inueſtitura, ſecundum Salic.in d.l.fi.ſequitur Dom. Iaſ.ibi col. 109.verſic. a.quarto iuxta proximam. Quòd autem ſit de perſonis comprehenſis in prima infeudatione, claræ apparet ex uerbis ipſius infeu-
4 dationis. † Nam Do.Princeps Auriacenſis donat & in ſeudum concedit dictum Caſtrum Raymondo Bernardo,& hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque cuiuſcunque ſexus,ſeu quibuſcunque habituris ab eo cauſam ſeu titulum. quo caſu uocati uidentur etiam hæredes extranei,& data licentia alienandi in quo ſcunque,ſecundum Bal.in l. cum virum,C.de fideicom.Alber.de Roſ.in d.l.fi.Ang.in l.cum eſſent,§.1.ff.de ſeruit.ruſtic.prædi.& in l.qui Romæ,§.duo fratres,vbi Alexand.colum.fina.ff.de verbo.obligatio.Alexan. conſi.188. viſo & mature diſcuſſo, lib.2. colum.5.imo cenſetur data licentia etiam teſtandi & inſtituendi vxorem, ut in caſu noſtro,c.1.& ibi not.Bald.de ſeud.non hab.prop.na. ſeud.Dec.conſi.193.colum.2.verſi.præterea,& dixit Bald.in cap.imperialem,in princi. columna 4.verſicu.ſed quid,ſi eſt conceſſum,de proh. ſeud. alien.per Feder. Quia illa uerba Succeſſoribus quibuſcunque, includunt non ſolum tria genera hæredum.de quibus in §.ſui,inſt.de hæred. qual.& diff. & §.primo,ſed & includunt legatarios.& ad propoſitum plura cumulat Curt.iuni. conſi.1.columna ſecunda,& conſi.4. columna ſecunda,& ſequen.not.in ca.quamuis, colum.16. de pact.lib.6.Cum igitur D.Ioanna non ſit noua emphyteuta,ſed ſit de comprehenſis in inſeudatione, cum in eam potuerit fieri alienatio irrequiſito Domino Principe, ſtante licentia ſemel tradita in prima inſeudatione, ſequitur,quòd ſibi non debetur laudemium, vt in præmiſſio dictum fuit.

Si vero voluerimus dicere, quod in caſu iſto ſeruanda ſit natura ſeudi, quia ſeuda ſolum quantum ad ſuccedendi modum reddita ſunt ad inſtar patrimoniorum, quod proculdubio admittendum eſt, prout dicit Guido Papæ conſil. 214.eſſe materiam,colum.7. tūc dico, quòd de iure directo domino pro inueſtitura rei feudalis nullum debetur laudemium,& etiam ita de conſuetudine ſeruatur in regno Franciæ,licèt in Delphinatu,& in Sabaudia ſit contraria conſuetudo ſecundum Dom.Guidonem Papæ,quæſt.115. incipiēte,Ego emi.& idem tenet ipſe Guido conſil.213. ſequuntur rationes,colum.fin.& dato, quòd deberetur tantum pro inueſtitura ſeudi franchi, vt eſt illud, nullum debetur laudemium. Quod oſtendo duplici ratione.

Primo quia pro ſeudo francho non debentur niſi ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur,vel in infeudatione expreſſa ſunt ſecundum Oldrad.conſi.234.factum tale eſt. Ioannem And.in add.Spec.tit.de præſcrip.ſuper rubr.col.pen. & fin.Mart.Laud.in c.1.colum.10. qui ſeud.dar.poſſ.Iacob. Alua.in procem.ſeud.in 2.diuiſ.Alex.conſ.30. col.pen.& fi. vnl.t.incipiente,quoniam omne bonum. Felin.in c.qui eccleſiarum,col.23.de conſt.Panor.conſ.82. conditor omniū, col.3.gl.in pragmatica.in proem.in verſ.francorum.cum ergo nec in forma fidelitatis,de qua in cap.1. de no. ſor. fidel. nec in inſeudatione reperiatur expreſſum, quod ſucceſſores teneantur ad laudemiū, ergo nō debebūt per prædicta.
5 Secundò, † quia vaſallus poteſt alienare feudum ſranchū irrequiſito domino,ſecundum Hoſt.in c.fi.de reb.eccleſ.nō alien.Bald.in l.1.col.2. C.ſi à non comp.iud. Quos ſequitur Curt.in tract.ſeud.in 8.q.col.10.ergo laudemium non debebitur,vt ſupra in præmiſſo concluſum fuit. & licèt Domina Ioanna teneatur præſtare iuramentum fidelitatis, & recipere inueſtituram: tamen propterea non inſertur, ergo debet
6 ſoluere laudemiū,†quia filij ipſius vaſalli defuncti tenentur præſtare iuramentum fidelitatis,& recipere inueſtituram, c.
7 1.quo tempore mil. & ratio eſt, † quia iuramentum non ligat hæredes,quia perſonale,ca.veritatis,de iureiur. & tamen ipſi filij,quia comprehenſi ſunt in inſeudatione, non tenentur ad laudemium,ſecundum Bal.in c.quæ in eccleſiarum, col.antepen.de conſt.Sali.in d.l.fi.colum.7. Alexand. in varijs conſilijs.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſdictionem Comes præſumitur habere omnium terrarum in ſuo comitatu.*
2 *Feudi cum conſenſu domini venditi iuriſdictio acquiritur emptori.*
3 *Enunciatiua uerba quando probant,& quando non.*
4 *Feudum & iuriſdictio acquiritur & per tranſactionem,& per ſententiam arbitri,& arbitratoris.*
5 *Laudum dicitur tranſactio quadam.*
6 *Compromittere non poteſt vaſallus de feudo inalienabili ſine licentia domini,niſi in eius uaſalli præiudicium. & nu.8.*
7 *Ex temporis diuturnitate,cuius memoria hominum non extat in contrarium,præſumitur interueniſſe conſenſum eius, ſine quo non pōt fieri alienatio,niſi ex poſt interuenerit conſenſus.*
9 *Terra erema dicuntur eſſe domini territorij.*

Superficiei

10 Superficiei contractus finitur deſtructa ſuperficie.
11 Iuriſdictionis tuendæ remedia.
12 Vis triplex, quam licet contraria ui repellere.
13 Poſſeſsionis recuperandæ ſex remedia.
14 Clericus coram quo in cauſa feudali agere debet.
15 Interdicta licet ſint perſonalia, ſunt tamen in rem ſcripta.

RESPONSVM XVIII.

PLura formantur quæſita, quib. quatenus opus erit, ſuccinctè reſpondebo. Ad primum, an ex documentis mihi exhibitis probetur iuriſdictionem loci de Tebanicis ſpectare in totum uel in partem Reuer. domino Epiſcopo Ciſtercien. Reſpondeo diſtinguendo iuriſdictionem criminalem a ciuili. nam ex duobus inſtrumentis antiquiſſimis arbitramentorum mihi apparet, quod omnis iuriſdictio criminalis, ſeu, ut verbo arbitrorum utar, perſonalis olim ſpectabat ad Ciſemenos tunc condominos caſtri de Ibaueis & Dominos de Limantio. item ex inſtrumento uenditionis poſtea factæ per D. Boniſaciũ de villaua ſuo, & nomine Ceſymeni, & fratrum, filiorum, & hæredum q. Petri de Villaua D.P. de Alamauono tunc Epiſcopo de anno 1293. & ex licẽtia de emendo data per tunc authoritate prouinciæ prædicto Epiſcopo, & ex homagio poſtea facto per tunc Epiſcopũ prędicto Comiti, mihi apparet, quod iuriſdictio perſonalis ſeu criminalis ſpectat pro media parte prædicto R. Domino Epiſcopo, quod clarius ſic demonſtratur. Conſtat Comitẽ prouincię eſſe dominum omnium caſtrorum ſui Comita-
1 tus, niſi contrarium probetur, † quia quantum ad iuriſdictionem Comes habet fundatam intentionem in toto comitatu, ſecundum Panorm. in c. ſi diligenti, in 2. not. poſt Hoſt. de præſcri. Conſtat etiam Comitem donaſſe Caſtrũ de Ibaueis, & plura alia caſtra cum iuriſdictione, & ſuis pertinentijs Ciſemeuo de Villaua, ut patet in inſtrumento donationis rogato per Petrum notarium dicti Comitatus de anno 1197. menſe Decembris. Conſtat etiam Dom. Boniſacium ſuo, & nomine hæredum fratris ſui vendidiſſe dimidiam partẽ dicti caſtri cum iuriſdictione prædicto Epiſcopo, cum licen-
2 tia, & beneplacito Comitis. Per † uenditionem autem feudi factam de beneplacito domini acquiritur iuriſdictio emptori, c. 1. de prohi. feud. alien. per Feder. cum ſimilibus. & ſi dicatur non conſtare, quod dictus Boniſacius, & fratres unquam ius vllum habuerint in dicto caſtro reſpõdetur, quod imo ex inſtrumento ſententiæ arbitralis de anno 1274. conſtat Dom. Boniſacium, & fratres fuiſſe filios, & hæredes Ciſemeui filij, & hæredis alterius Ciſemeui. cui Comes caſtrum ipſum donauerat, ipſoſque fuiſſe, & eſſe uſque ad illa tempora in poſſeſſione uel quaſi dicti caſtri. & ſi dicatur, quod inſtrumentum ſententię arbitramentalis non probat, quia ſolum enunciat Boniſacium, & fratres eſſe in poſſeſſione vti
3 hæredes dicti Ciſemeui, † & uerba enunciatiua non probãt, l. ex his verbis, C. de teſtam. mil. & l. cum tale, ff. de conditio. & demonſtr. Reſpondetur, quod in ſententijs uerba enunciatiua plene probant. ut not. in l. qui familiæ, ff. fam. erciſ. Item contrarium procedit, quando verba enunciatiua proferuntur per modum demonſtrationis: ſecus ſi proferantur per modum cauſæ, prout prolata fuerunt in laudo producto, ut per glo. in l. ſi Socer. §. Lucius, ff. ſol. matrimo. & traditur per Bar. in l. ex hac ſcriptura, verſi. venio ad ſecundum, ff. de donat. & per Domin. Iaſ. in d. l. ex hac. Item uerba enunciatiua probant, quando ſumus in antiquis, ſecundum Domi. Ant. in c. fi. de ſucc. ab inteſt. Dom. Alex. conſi. 75. viſis, & ponderatis, lib. 4. Dec. conſ. 42. in 4. dubio, & conſi. 152. col. pen. & fi. Poſſem etiam aliter reſpondere, ſed non expedit quia præmiſſa ſufficiunt. Quantum uero ad ciuilem iuriſdictionem conſtat Epiſcopum ratione vẽditionis præmiſſę habere mediam partem iuriſdictionis pro indiuiſo cum dominis de Lymantio. Et ulterius ex prædictis ſententijs arbitramentalibus conſtat iuriſdictionem cauſarum ciuilium uertentium occaſione poſſeſſionum, & proprietatum eccleſiæ inter homines dicti caſtri inſolidum ſpectare ad Epiſcopum.
4 † nam per ſententiã arbitria acquiritur iuriſdictio, c. 1. de lege Corra. & etiam per ſententiam arbitratoris, c. 1. §. ſi vaſallus, ſi de feu. fu. cont. inter dom. & agn. vaſ. nam per tranſactionẽ
5 acquiritur feudum, ut ibi, ergo per laudum, † quod nihil aliud eſt quàm quædam tranſactio, auth. ſi uero contigerit, C. de arb. & ibi not. per glo. & Moder.

Nec obſtat ſi dicatur de feudo non potuiſſe compromitti ſaltem in arbitratorem ſine licentia directi domini, quia quod non eſt alienabile, non eſt compromiſſibile, c. cum tẽpore, de arbitris, & ibi in ſpecie Hoſti. Panor. & alij firmant,
6 † quòd vaſallus non poteſt compromittere de feudo ſine licentia domini, quia non poteſt feudum alienare ſine domini beneplacito, d. c. 1. de prohi. feud. alien. per Fed. & ita etiã firmat Dec. conſi. 44. col. 2. ubi alia adducit, & Soc. conſi. 18. col. 12. lib. 1. reſpondeo tripliciter.
7 Primo, † quod ex diuturnitate temporis, maxime cuius nõ extat memoria hominum in contrarium, præſumitur interueniſſe licentia quõdam Comitis prouinciæ, l. ſi filius, C. de pet. hæred. c. peruenit, vbi gl. & Canon. de empt. & vend. not. Doct. in c. illud. de præſcr. cap. ea noſcitur, ubi Abb. & alij, de ijs, quæ fiunt à præl. ſine conſ. capit. Alex. & Moder. in l. ſciẽdum, ff. de uerb. oblig. Auch. conſ. 135. ex conſilio. Alexand. conſ. 79. circa primum, li. 1. & conſ. 43. viſa facti narratione, ad fi. lib. 3. Soc. conſi. 15. col. 16. lib. 1. & dicit Dec. conſi. 152. in cauſa exemptionis, col. fin. quod in antiquis præſumendũ eſt Papam confirmaſſe alienata per Epiſcopum, quæ ſine Papæ conſenſu Epiſcopus alienare non potuiſſet, ut no. per D. Ant. in d. c. ea noſcitur, & per iura ſuperius allegata.

Secundo reſpondeo, quod Comes prouinciæ ex poſt dedit licentiam dño Epiſcopo acquirendi dictum caſtrum in totum, ut patet ex inſtrumento licentiæ, & conſequenter dedit licentiam dño Bonifacio alienandi, cum emptor & uenditor ſint correlatiua, l. fi. C. de cupreſſ. lib. 12. ex hac autẽ licentia confirmata eſſet alienatio iam facta, & non refert, an conſenſus domini requiſitus in alienatione feudi præcedat uel ſequatur, ut not. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acq. hæred. & in l. fi. C. de iure emphy. cum ſimilib.

Tertiò reſpondetur, quòd uaſallus nõ poteſt compromittere in arbitratorem, vel tranſigere de feudo ſine conſenſu
8 dñi in præiudicium ipſius dñi, † ſed bene ualet tranſactio, & laudum in præiuditium ipſius uaſalli, ſecundum D. Ia. Alu. in d. c. 1. de lege Corra. & ante eum idem tenuit Spec. titu. de arb. §. reſtat, verſ. ſed nunquid uaſallus, & ſequitur Lud. Ro. in l. 1. §. & poſt operis, in fi. ff. de nou. oper. nunc. & in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. 1. ff. de iureiu. Cum igitur in caſu noſtro comes prouintiæ non contradicat rõne ſui intereſſe. nec & poterunt cõdicere ſucceſſores dictorum de Villaua, qui compromiſerunt, & tranſegerunt.

Ad ſecundum an ex documentis exhibitis probetur ius dandi terram guaſtam, & eremam in emphyteuſim perpetuam competere domino Epiſcopo inſolidum, uel in partem. Reſpondeo terram guaſtam ſpectare ad dominũ Epiſcopum, & dominos de Limantio pro rata condominij,
9 † Quia terræ eremæ dicuntur eſſe in dominio eorum, qui habent dominium territorij, ſecundum Pau. & Socin. in l. 2. colum. 4. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Soc. conſi. 127. uiſis capitulis, lib. 1. ſi modo quæratur pro quota parte Epiſcopus habeat dominium territorij, reſpondeo mihi non conſtare, ꝙ ſit dominus niſi pro dimidia empta à Do. Bonifacio, & conſortibus de Villaua.

Nam ante emptionem D. Epiſcopus ultra iura expreſſa in ſententijs arbitramentalibus nullum aliud ius habebat in dominio, & territorio de Tebanicis. in ſententijs autem nõ reperitur expreſſum ius territorij: nec ius dandi terram guaſtam in emphyteuſim. ergo tale ius ſpectabat Dominis de Villaua, quibus Comes omne ius ſuum donauerat, ut dicit in ſimili gl. & Doct. in §. actionum, inſtit. de actionib. Domini autem de Villaua non uendiderunt Domino Epiſcopo niſi dimidiam partem iurium ſuorum, ergo reſtat quòd adhuc habent ius territorij, & ius dãdi terram guaſtam pro dimidia ſimul cum prędicto Domino Epiſcopo. idem dico de omnibus alijs iurib. non ſpecificatis in dictis ſententijs, & idem de ſpecificatis, ſed aſſignatis, & adiudicatis dictis de Villaua, ut Bladagia, Paſquena, ribagia quartæ feret. & ſimilia. banna vero, quæ debentur occaſione damnorum datorum in prædijs proprijs vel emphyteuticis eccleſiæ, inſolidum pertinent ad Epiſcopum virtute ſententiarũ. alia vero banna eidem ſpectãt pro dimidia virtute emptionis præallegatæ. ſimiliter leſda, quæ deberetur ab his, qui emerent ab hominibus accaſatis pro dicta eccleſia, vel accaſandis, integra debetur Domino Epiſcopo vigore ſententiarum: leſda autem quæ deberetur ab alijs, communis eſt inter dominos de Villaua ſeu eorum ſucceſſores, & prędictum Epm vigore dictæ emptionis. Eodẽ modo Toſcha, & laudemia pro prædijs eccleſiæ integra debentur Dño Epo, pro alijs vero prædijs communia ſunt inter ſucceſſores de Villaua,

& dominum Epiſcopum. Ius autem accaſandi, & decaſandi
inſolidum ſpectat ad dominum Epiſcopum vigore ſenten-
tiarum.

Nec obſtat ſi dicatur, caſtrum de Ibanius penitus eſſe de-
10 ſtructū: & fateor, quod † deſtructa ſupficie, ſeu deſtructis fun
damentis domus, finitus ſit contractus ſuperficiei, & ſi eccle
ſia nullum ius amplius habet in homines, qui olim incole-
bant domus nunc deſolatas, ſecundum Bal. in tub. C. de iur.
emphyt. & Iacob. Alua. in prælud. feud. q. 7. ſed directum do
minium ſoli, & ius ipſum iterum accaſandi, & decaſandi re
manſit integrum, & illæſum penès eccleſias, ſecundum Bar.
in l. eius qui, §. Celſus, ff. ad munici. & Caſtro reædificato in
eodem loco uel territorio, dominus Epiſcopus habebit ius
in homines accaſatos, quod habebat olim in antiquos In-
colas. argumen. 16. quæſtione prima. cap. & Epiſcopus, cum
ſeq. & ca. cum ad monaſterium, de relig. dom. & l. æde ſacra,
ff. de contrahenda emptio. & firmat Dominus Alex. cōſ. 43.
de coll. exped. lib. decimo. gl. in regula priuilegium, de reg.
tur. Inno. in c. 2. de nou. oper. nunc. Fel. in c. cum dilecta, col.
22. de reſer.

Ad tertiū aut R. D. Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſſione exer-
cendi præmiſſa iura, & tunc conſulo, quod ſtudeat ſuā qua-
ſi poſſeſſionem tueri. & defendere exequendo præmiſſa om
11 nia per ſuos officiales. † & reſiſtentes coercendo per pœnas,
& mulctas, & alia iuris remedia, quæ in tuenda ſua iuriſdi-
ctione cuicunque ſunt permiſſa, & de quibus in l. prima, ff. ſi
12 quis iuſdic. non obtemper. & in c. 1. de off. deleg. † & ſi aduer
ſantes uim inferre voluerint, licebit talem vim ſiue turbati-
uam, ſiue ablatiuam ſiue expulſiuam contraria ui repellere,
l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. & l. ſi ſeruus, ff. de acq. rer.
dom. declarant Bar. & alii in l. vt uim, ff. de iuſt. & iur. Felin.
poſt Abb. in c. verum de foro compet.

Aut R. D. Epiſcopus non eſt in quaſi poſſeſſione, & tūc vi-
deat ſi poſſit aliquod interdictum recuperandæ poſſeſſionis,
uel aliud remedium pro poſſeſſione recuperanda intētare.
13 † Sunt enim à iure ad inuenta ſex remedia pro poſſeſſione
recuperanda, de quibus per Speculatorem in tit. de reſt. ſpo.
§. 1. verſ. ſed in in hac materia. & ea latè expoſui in ca. ſæpe,
de reſtitu. ſpolia. & ſi dominus aduocatus domini Epiſcopi
cognouerit unum ex illis remediis competere, conſultius
erit illud intētare potius quàm petitorium ingredi. l. is qui,
ff. de rei uend. ſin autem nullum uiderit remedium poſſeſ-
ſorium ſibi prodeſſe, opus erit uenire ad petitorium, in quo
ſecundum ea, quæ in facto proponuntur nihil uideo contra
D. Epū quicquā opponi poſſe. niſi ſortè opponatur exceptio
præſcriptionis, quæ ſi opponatur. & decurſa reperiatur, neceſ
ſe erit deuenire ad remedium reſtitutionis, de quo in c. 1. de
in integ. reſt. Cauſas autem petēdi reſtitutionem non diſcu-
tio, quia nullæ in facto narrantur. Poterit etiam Do. Epiſco-
pus litteras Regias aduerſus præſcriptionem cōcedi ſolitas
impetrare, &c.

14 Ad quartum, † coram quo iudice agendum ſit, reſpōdeo
ſi agatur petitorio agendum eſſe corā dn̄o Comite domino
feudi, c. cæterum, de iud. c. ex tranſmiſſa, c. verum, de for. cō-
pet. ſi vero agatur poſſeſſorio, nunc inter Doct. magna eſt al-
tercatio. Quidam dicunt agendum eſſe coram ordinario,
vt concludit Innoc. in d. c. ex tranſmiſſa. Quidam dicunt cle
ricum ſpoliatū poſſe agere coram iudice eccleſiaſtico, quaſi
iniuria ſit facta clerico. & eccleſiæ, & tamquam quodam ſa-
crilegiū dicat perpetratū. ſm Arch. in c. in canonib. 16. q. 1.
Quidam vero tenet indiſtinctè agendum eſſe corā dn̄o feu
15 di, ut tenet Inn. ſibi cōtrarius in c. ex parte, de for. comp. † quia li
cèt interdicta ſint perſonalia, tn̄ ſunt in rem ſcripta, l. 1. ff. de
interd. & quia pōt cōtingere, q̄ in iudicio poſſeſſorio oppona
tur exceptio proprietatis, ſm quod no. in c. in litteris, de reſt.
ſpol. & in c. licet cāa, de prob. & hanc partē dicit ueriorem
eſſe D. Mar. Soc. in d. c. ex tranſmiſſa col. 7. verſ. 4. limitatur.
& iſta opinio eſt ēt tenenda, quia magis cōis, ut atteſtat Dec.
in d. c. cæterum, col. 9. dicens, q̄ gl. quę ibi contrarium tenet,
communiter damnatur. & licèt ſuper iſto puncto plura dici
poſſent tn̄ in cōſulendo non eſt à cōi ſn̄ia deuiandum, ideo
omittam argumenta quæ hinc inde adducuntur per Scrib.

Ex præmiſſis itaque apparent reſoluta quæſita mihi propo
ſita: forſan autem ſuborientur plura alia, quæ mihi non fue
re propoſita. & quæ præuideri non poſſunt, niſi auditis exce-
ptionibus aduerſariorum. ſed ſi quæ alia renaſcātur, ſi ad me
deferantur ſtudebo pro uiribus ingenioli veritatem aperi-
re domino meo venerando, cui me etiam atque etiam cō-
mendo.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

*1 Clauium præſentatio an pertineat ad ſyndicos habentes cuſto-
diam, an verò ad feudatarium.*

*2 Feudatario, & non domino directo homines ſunt ſubiecti, ac ei
fidelitatem iurare debent, & auxilium præbere potius quam
domino.*

3 Subditi tenentur ad omnia contenta in iuramento fidelitatis.

*4 Cuſtodia loci ſpectat ad dominum, qui ex cauſa eam poteſt adi-
mere ſubditis non obſtante conſuetudine in contrarium.*

*5 Clauium præſentatio ſapit quandam donationem, & ſignoriā,
& fit in recognitionem regaliorum.*

*6 Conſuetudo tantum poteſt, quantum ex uſu recipit, & ex unico
actu diſcontinuo non inducitur: ſecus ex continuo habente
tamen effectum.*

*7 Poſſeſſio iuris in præiudicium tertij ad hoc ut acquiratur, quæ
requirantur.*

RESPONSVM XIX.

QVia hic agitur de præeminentia præ-
ſentationis clauiū, non
de cuſtodia ipſarum, omittam, quæ circa cuſto-
diam dici poſſent, & ſolum tangam punctum, ſu
1 per quo diſceptatur, ſcilicet, † an ad ſyndicos ha-
bentes cuſtodiam clauium, an verò ad feudatarium ſpectet
hæc præeminentia præſentandi claues domino directo lo-
ci. & prima facie videretur dicendum ad ſyndicos loci Car-
muli ſpectare, tum ratione conſuetudinis introductæ à tan-
to tempore, cuius initij memoria non reperitur, c. ſuper qui-
buſdam §. prætereà, de verb. ſignifi. tum ratione cuſtodiæ: nā
ipſe cuſtos debet res apud eum in cuſtodia dimiſſas præſen
tare domino, & non alius eo inuito, l. quod ſeruus, l. bona fi-
des, §. 1. ff. depoſ.

In contrarium, quòd imo ad dominum feudatarium lo-
ci Carmuli ſpectet hæc præeminentia probatur plurib. me-
2 diis, & primo, † quia homines dicti loci ſunt immediate
ſubditi feudatario in tantum, quod non dicuntur proprie
homines directi domini. Nam homo hominis mei non di-
citur homo meus, ff. de uerb. ſignif. l. Modeſtinus, & ff. de li-
ber. agnoſ. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis à libertis, & capit. nullus
primas, 11. quæſt. 3. & cap. paſtoralis, de offi. ordin. not. Spec.
tit. de feud. §. quoniam, verſic. 14. qua ratione dixit Bal. in tit.
de pac. Conſtan. columna pen. quod ſubditi debent iura-
re fidelitatem immediato domino, & non domino ſuperio
ri, ſequitur Dom. Iacob. de ſancto Georg. in tractatu de Roy
dis, colum. pen. qua ratione dicitur, quod vaſallus debet po-
tius auxilium ferre domino immediato, quam mediato, vt
concludit D. Iac. de S. Geor. in tractatu de feud. in ver. & pro
miſerunt eidem domino, in 10. q. Eadē ergo rōne dicamus,
q̄ ſubditi teneantur præſentare claues domino immediato
petenti potius, q̄ domino mediato maximè non petenti.

3 Secundo facit, † quia ſubditi tenentur ad ea omnia, quæ
continentur in iuramento fidelitatis. de quibus in cap. 1. de
for. fid. inter quæ ſunt iſta duo. poſſibile, & honeſtum. Hone-
ſtum certe, & poſſibile eſt ipſis ſubditis cōſignare claues do-
mino immediato volenti eas præſentare ſuperiori domino.
Imo honeſtius, & honorabilius, ac magis conueniens, q̄ do
minus feudatarius eas offerat domino Papæ quàm ſyndici.

4 Tertio facit, † quia cuſtodia loci proprie ſpectat ad dn̄m, l.
nam & ſalutem, ff. de off. præf. vigi. & licèt de conſuetudine
ſubditi cuſtodiant claues, ut depoſuerūt teſtes producti pro par
te cōitatis, tn̄ ſi dominus non confideret de ſubditis, poſſet
eis claues adimere, ſm Bal. & Car. Alex. in c. 1. §. quid ergo,
de inueſt. de re alie. fact. & Alber. de Roſ. & Bald. in l. ſi ita le-
gatus. §. ſi dn̄s proprietatis, ff. de vſu, & habit. per illum tex. ſi-
cut ergo ex cauſa poſſet in totum auferre eis claues, & cuſto-
diā. ita ex cauſa diceremus, q̄ poſſit ab eis claues repetere, vt
eas ſuperiori præſentet.

5 Quarto facit, † q̄ hmōi præeminentia pn̄tandi claues ſa-
pit quandam dominationem, & ſignoriam, l. officiū, §. offi-
cium tribunorum, ff. de re milit. ergo ſpectabit ad feudata-
riū habentē vtile dominiū, & ſignoriā loci, non ad ſyndicos.

Quinto facit, quòd dominus feudatarius Carmuli ex cō-
ceſſione Pontificis habet regalia, & ſic iura murorū, & porta
rum ſpectant ad ipſum, capit. 1. quæ ſunt Regal. præſentatio
autem clauium, quæ fit Papæ uel eius Reuerendiſſ. Legato,
fit

fit in ſignum recognitionis Regalium. ergo ſpectabit ad ſeudatarium habentem Regalia, & non ad ſyndicos habentes nudam cuſtodiam. & iſtam partem credo veriorem, quę clarior apparebit, ſi adducta in contrarium de medio ſubmoueantur.

Non obſtat itaque allegata conſuetudo, quia de ea non conſtat. & licet ex depoſitionibus teſtium aliqualiter appareat de conſuetudine cuſtodiendi claues, non tamen apparet de conſuetudine eas præſentandi ſuperiori viſitanti locum: vnde de una conſuetudine ad alteram non eſt extenſio facienda, ſecundum Barto. in auth. qui rem, C. de ſacr. ſanc. eccleſ. & in l. poſt dotem, colum. pen. ff. ſolut. matrim. Alex.
6 conſ. 9. viſo themate, in prin. lib. 3. † Nam conſuetudo non poteſt excedere proprios terminos, cum tantum potētiæ habeat, quantum ab ipſo vſu recipit, ſecundum Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. & in l. fi. C. commun. vtriuſ. iud.

Nec obſtat, quod teſtes deponant ſyndicos præſentaſſe claues Domino Rotomagenſi, quia reſpondētur, quod ex vnica præſentatione non poteſt dici inducta conſuetudo, cum præſentatio, non ſit actus habens continuam cauſam, ſecundum gl. in c. auos, 1. diſt. glo. Bar. & alij in l. de quib. ff. de leg. & in rub. C. quæ ſit long. conſ. præterea, & ſi eſſemus in caſib. in quib. ex unico actu induceretur conſuetudo, quod eſt quū actus habet cauſam continuā, tamen adhuc in caſu iſto non eſſet inducta conſuetudo, quia talis præſentatio non habuit effectum, cum R. D. Rotomagen. non acceptauerit ipſas claues, ut fatentur teſtes, & ex actu, qui nō fuit effectum ſortitus, nunquam inducitur conſuetudo, ut declarat Panor. in c. fin. de conſuet.

Nec etiam dici poteſt, quòd ex illa præſentatione ſyndici dicantur in quaſi poſſeſſione huius præeminētiæ præſentan-
7 di, † quia ad hoc ut ex vnico actu acquiratur quaſi poſſeſſio alicuius iuris in præiudicium tertij, plura ſunt neceſſaria.

Primo requiritur ſcientia eius, de cuius præiudicio agitur, ſecundum Barto. in l. 2. C. de ſeruit. & aq. ubi inſtruit nouos praticantes, quod debeant articulare de ſcientia, & patientia aduerſarij. ſequitur Panormi. conſi. 18. columna finali, & conſi. 23. columna finali, lib. ſecundo, & eſt dictum Innoc. in cap. 2. de in integr. reſt. & Cald. conſi. vltimo, ſub rub. de cauſa poſſ. & propr. in caſu iſto non conſtat de ſcientia, & patiētia domini, ergo &c.

Secundo requiritur, quod præſentatio habuerit effectum, & ſic quod fuerit acceptata, ſecundum Innoc. in d. ca. 2. & in c. dilectus, de præben. Oldrad. conſi. 312. Thema quæſtionis, Fed. de Sen. conſ. 234. ſuper primo puncto, Bal. conſ. 32. quis not. in fi. lib. 1. Panorm. conſ. 94. videtur, lib. 1. ſed illa præſentatio facta Domino Rotomagen. non habuit effectum, vt ſupra dixi, ergo &c.

Non obſtat, quod cuſtos ipſe debeat conſignare res domino. & non alius eo inuito, quia illud conceditur, ſed retorquetur in caput ſyndicorum, qui eas claues à domino feudatario in cuſtodiam receperunt, ut conſtat ex inſtrumento apprehenſionis poſſeſſionis &c. & dato quod non conſtaret ſyndicos recepiſſe ipſas claues in cuſtodiam ab ipſo domino utili, & immediato, tamen tenerentur eas ipſi petenti conſignare potius quam ſuperiori domino, ut patet ex his, quæ in 1. & 2. fundamento pro domino dicta ſunt. Nam d. feudatarius Carmuli habens iura utilia cum utilitate, & effectu, atque etiam regalia quoad utile dominium, præferēdus eſt directo domino, ſecundum Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rer. diuiſ. debent ergo ſyndici eorum domino immediato. cuius nomine immediate cuſtodiūt, ipſas claues præſentare toties, quoties requiruntur, &c.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Domus dirui non poteſt, ut cæmenta, & alia plus vendantur.*
2 *Emphyteuta, & vaſallus ædificia ab ipſis conſtructa tollere ac vendere non poſſunt inuitis dominis, quòd ſi fecerint, nihilominus debent laudemium ſoluere, & ſi iure facere potuiſſent.*
3 *Argumentum ab emphyteuta ad vaſallum eſt validum.*
4 *In contractibus non ſubintelligitur perſona extranea. & nu. 5.*
5 *Tranſactio in præiudicium tertij non tenet.*
6 *Emphyteuta permutans rem emphyteuticam cum alia tenetur ſoluere laudemium.*

RESPONSVM XX.

PLura ſunt, ſuper quibus conſiliū quæritur. ad quæ omnia fauente diuina gratia, & verè, & reſolute reſpondebo.
1 Circa primū, in quo † quæritur. an licuerit vaſallo diruere villam ſeu agrale domificantium, ut verbis interrogantis utar, ut cæmenta, lapides, trabes, & ſimilia ſeparatim vendere ad effugiendum diminutionem, quinquageſimā, ſiue laudemiū, quod ſolueretur in maiori ſumma, ſi ſimul prædium cum domo conſtructa venderetur.

Reſpondeo, quod non prohibentur Senatuſconſulto, l. Senatus, ff. de contrah. empt. cuius verba hæc ſunt, Senatus cōſuit, ne quis domum, villamve dirueret, quo plus ſibi acquireretur, neve quis negotiandi cauſa eorum, quid emeret, vēderetvè, pœna in eum, qui aduerſus Senatuſcōſultum feciſſet, conſtituta, vt duplum eius quanti emiſſet, in ærarium inferre cogeretur. In eum verò, qui vendidiſſet, ut irrita fieret venditio, benè facit l. 2. C. de ædiſ. priu. & l. cætera, §. hoc ſenatuſconſultum, ff. de leg. 1. vbi dicitur, quod debitor reipublicæ non poteſt iniuncta ædibus ſeparare, vt rudera vēdat, & Reipublicæ ſatisfaciat.

2 Secundo, † quod non potuerit ſaltem ſine conſenſu directi
domini tollere, & diruere domum, eſto quòd vaſallus eam
conſtruxiſſet. probo per tex. in l. ſed & ſi quia, in prin. & quod
ibi decidit Bal. ff. de uſufru. vbi dicitur quod vſuſfructuarius,
& emphyteuta non poſſunt tollere ædificia, quæ ipſi conſtru
xerunt ſine conſenſu domini. ergo nec eodem modo pote-
3 rit vaſallus †, arguēdo de emphyteuta ad vaſallum, prout re-
gulariter valet argumentum, ſecundum Specu. tit. de feud.
§ quoniam. verſi. 4. in fin. & Bar. in l. iuriſdictionem. §. ſi ut li-
beri, ff. de oper. lib. & ad hoc allego in terminis caſum in c.
1. §. ſi vaſallus, in titu. hic finitur liber, ſed hic conſuet. Reg.
incip. vbi dicitur, quòd etiam finito homagio non poteſt va-
ſallus ſiue homo extirpare domum, niſi dominus patiatur,
quia nolit ſoluere melioramenta, ſiue ſuperficiem per vaſal
lum conſtructam.

4 Circa ſecundum, † poſito quòd potuerit diruere, an teneatur etiam ad laudemium pro ruderibus, & Cæmentis, quæ ſeparatim vendit? & puto quod ſic, quia domū diruit in fraudem directi domini, ad quod facit, quod Bal. decidit in rub. C. de iis, quæ in fraud. cred. col. 2. quæ tradunt Bal. & Iaſ. in l. non dubium, C. de legib. Cano. in c. quanto, de priui. & voluit Spec. tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 119.

Circa tertium videtur, quod permutantes rem ſeruam ratione directi dominij ipſorū Marchionum cum re ſerua ratione directi dominij alterius tertij non teneantur ad laudemium propter pactum in trāſactionibus appoſitum, quo clarè cauetur, quod permutantes rem ſeruam cum re ſerua non teneantur niſi ad unum par caponum. pacta autem ſeruanda. Item à verbis inueſtituræ non eſt recedendum, item cui conueniunt verba, &c.

Contrarium arbitror de Iure, & ex mente, ac ex verbis pacti fore verius, & quod ita ſit, clariſſimè oſtenditur ex plurib.

5 Primò, † in contractibus non ſubintelligitur perſona ex-
tranea, l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de verb. obli. verba
ergo illa, de re ſerua ad rem ſeruam, debent intelligi de reb.
ſeruis ipſorum dominorum tranſigentium, non de reb. ex-
traneæ perſonæ.

Secundo, tranſactio cum una perſona facta ſuper aliquib.
6 rebus debet intelligi de rebus ipſorum trāſigentium, † quia
in præiudicium aliorum non poſſunt tranſigere, l. ſi unus, §.
ante omnia, ff. de pact. Cum ergo tranſactio velit permu-
tantes non teneri ad laudemium, quādo permutant res ſer-
uas cum ſeruis, debet intelligi ipſorum dominorum tranſi-
7 gentium, † quia quantum ad res, quæ ſeruiunt alijs, per per-
mutationem debetur laudemium, ſecundum Iaſ. in l. finali,
colum. 128. C. de iur. emphyt. vnde cum non poſſint in caſu
iſto diſponere, dicamus pactum intelligi in caſu, in quo trā-
ſigentes potuerunt paciſci, videlicet de reb. ſeruientib. domi
nis, & non alijs. item facit deciſio Alex. & ibi D. Iaſ. in l. ſi fi-
deiuſſor, ff. qui ſatiſd. cogantur.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio dicitur, cum pro annua penſione præſtatur res immobilis, inter quam ipſa penſio connumeratur.*

2 *Annui reditus inter immobilia computantur.*
3 *Pactum luendi non mutat rei ſubſtantiam, iunctis tamen quibuſdam coniecturis reddit contractum ſuſpectum de uſura.*

RESPONSVM XXI.

1 VEre † permutat qui rem immobilem pro annua penſione preſtat, l. finali, C. de rer.
permutatio. & dicitur permutatio rei immobi-
2 lis cum re immobili. † & annui redditus inter
immobilia computantur, l. iubemus, magna.
& ibi Barto. & alij not. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in Authen
tica de non alien. §. hæc igitur, & clement. exiui §. cumque
annui, de verborum ſignificatio. firmat Bald. in capitulo pri
mo, §. primo, pe feud. cogna. & Ludouic. Roman. conſi. 302.
ego hunc contractum, & nemo diſcrepat. Cum igitur de
permutationibus veris, & de rebus immobilibus factis de
conſuetudine in partibus iſtis nō ſoluatur laudemium, nec
de hac permutatione ſoluendum puto.
Nec ad rem facit, quod debitor penſionis habeat faculta
tem luendi, & extinguendi dictam annuam penſionem,
quia non propterea ſequitur, quòd non dicatur vera permu
tatio, & quod penſio non computatur inter immobilia.
3 † nam propter pactum luendi non mutatur rei ſubſtantia,
lege ſecunda. C. de pact. inter emptio. & uenditio. appoſi. li-
cèt aliquando per tale pactum iunctis quibuſdam coniectu
ris contractus reddatur de uſuraria prauitate ſuſpectus, capi-
tulo ad noſtram, de emptione, & vendin. capitulo illo vos,
de pigno.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribitur qualibet ſeruitus etiam diſcontinua, ac ius ab uniuerſitate incidendo ligna in nemoribus priuatorum per poſſeſſionem tanti temporis, cuius initij non extat memoria in contrarium, ac etiam Principi reſeruata, nec non ſubiectio alterius uniuerſitatis quo ad ſolutionem onerum realium, & perſonalium.*
2 *Conſuetudo incidendi lapides, & marmora in prædijs aliorum valet.*
3 *Ex poſſeſſione tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, præſumitur quilibet titulus, ſi allegetur, ac in ueſtitura decimarum ante concilium Lateranenſe.*
4 *Prouincia poteſt à Principe diuidi, non autem ab inferiori. & num. 10.*
5 *Parochia an diuidi ab Epiſcopo poſſit. & nu. 11.*
6 *Diſponere de re propria quilibet ad libitum poteſt.*
7 *Caſtri diuiſio poteſt inter hæredes fieri.*
8 *Vaſallus tenetur ſubditis ſeruare omnia contenta in inſtrumento fidelitatis, licet non teneatur iurare, prout tenentur ſubditi, nec poteſt ſubditis reclamantibus alterare naturā feudi, nec eius antiquam formam mutare.*
9 *Feudum ſine uniuerſitate vaſallus non poteſt in alium transferre contradicentibus ſubditis, nec illud ſeparare, & ſi partē ſeparatam pro ſe retineat.*
12 *Epiſcopus non poteſt ſine magna cauſa ius unius eccleſia alteri dare, nec etiam cum cauſa, ubi agitur de magno præiudicio, & ubi poſſit, non dicitur alienare.*
13 *Eccleſia unica uniuerſalis, cuius nomine omnia poſſidentur.*
14 *Qui vult unum, cenſetur velle omnia ad illud neceſſaria.*
15 *Forum ratione delicti nanciſcitur.*
16 *Princeps etiam ſupremus tenetur ſeruare conuenta.*
17 *Feudo diuiſo ubi onera regia ſunt ſoluenda.*
19 *Poſſeſſorium remedium eſt commodius.*
20 *Spoliatus etiam quaſi poſſeſſione iuris incorporalis eſt ante omnia reſtituendus.*

RESPONSVM XXII.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

CIrca conſultationem propoſitā plura
ſunt, ſuper quibus Communitas de Brenſio Bru-
ſini quærit.
Primum, an vigore poſſeſſionis tanti tempo-
ris, cuius initij memoria non reperitur, iuncta tranſactione
mihi exhibita, poſſit prætendere ſe habere ius abſcindendi
ligna, & arbores in nemoribus, & ſyluis, cuiuſcunque ſint in
toto territorio, & diſtrictu de Brenſio Bruſini. reſpondeo,
1 † quod ex poſſeſſione tanti temporis homines dicti loci præ
ſcripſerunt ius, & facultatem incidendi, & rapien. ligna in
nemoribus, & ſyluis priuatorum, nam ex curſu tanti tempo-
ris præſcribitur etiam ſeruitus habens cauſam diſcontinuā,
l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quoti. & æſt. quanimo tan-
to tempore præſcribuntur etiam reſeruata ſupremo Princi-
pi, c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verborum ſignificat. &
in terminis, quod ius boſcandi, & lignificandi tanto tempo-
ris ſpatio præſcribatur, determinat Albert. de Roſ. in l. nam
2 ſatis, verſic. quærit Iacobus. ff. quemad. ſer. amitt. † nam etiā
valet conſuetudo incidendi lapides, & marmora in prædijs
aliorum. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. com. præd. Poſſunt ergo
homines dicti loci ſe fundare in conſuetudine, vel melius
poſſunt ſe fundare, & prætendere ſibi ius boſcandi, & ligni-
ficandi competere titulo tranſactionis, uel alio titulo, & ad
probādum tale titulum allegatum deducere poſſeſſionem
3 tanti temporis, cuius initij memoria non reperitur. † nam
ex poſſeſſione tanti tēporis præſumitur titulus, ſi allegetur,
ſecundum Bartol. in l. cum de in rem verſo, ff. de uſu. Domi-
nus Antonius, & Panormita. in capitulo peruenit, de cenſ.
Idem Panormit. in capitulo cura, de iure patronat. Oldrad.
conſilio 396. Alexand. conſilio ſexto. libro primo, & alibi ſæ
pe. & ita in proprijs terminis, Bert. vero in tract. ſeru. ruſtico.
ſub rubrica de montibus, quæſtione decima tertia, Rapha.
Com. conſilio 157. viſis inſtrumentis, &c. columna finali, &
in præiuditium domini dicti loci prætendentis homines di
cti loci non poſſe boſcare nec ligna rapere in ſuis nemori-
bus, & terra guaſta, fundata eſt intentio ipſorum hominum
non ſolum ex titulo præſumpto, ſed etiam ex titulo uero trā
ſactionis exhibitæ, in qua tunc dominus loci promiſit obſer
uare, & manutenere uſus, & conſuetudines dictorum homi
num. nam cum non conſtat de initio huius uſus. & conſue
tudinis incidendi ligna, fateri arctamur, quod talis uſus &
conſuetudo erat etiam tempore tranſactionis, licèt agatur
annis iam prope ducenteſimis, quòd facta fuit. ita in pro-
poſito dixit Panorm. in capitulo cauſam, de præſcriptio. ubi
uult, quod ſi Laycus poſſederit decimas per tempus immc-
morabile, quòd præſumatur de illis inueſtitus ante conci-
lium Lateranenſe, etiam quòd ſint pluſquam ducentū an-
ni, quòd concilium fuit celebratum. & licet Felin. ibi co-
lumna ſecunda, velit neceſſarium eſſe probare publicam fa
mam, quòd tempore tranſactionis eſſet talis uſus in viridi
obſeruantia, tamen communis ſententia eſt in contrarium,
ut per Franciſcum Balbum in tracta. præſcriptio. in 3. q. 7. q.
prin. 5. partis, & ſi petitorium in litem proponatur, faciliter
etiam cōmunitas poterit articulare de tali fama, & de alijs
neceſſarijs ad probandum uſum, quæ plura ſunt, & hic non
proſequor, quia à me modus articulandi, & probandi non
poſtulatur.
Secundò quæritur, an dominus dicti loci poſſit ſeparare
terram de Tolis à diſtrictu, & iuriſdictione loci de Vienſio?
& prima facie videtur, quod ſic per tex. in l. ſi eadē, ff. de offi.
4 aſſeſſ. † vbi per ſuperiorem una prouincia diuiſa fuit in duas.
5 Item † Epiſcopus poteſt diuidere unam parochiam in duas,
c. ad audientiam, & ibi gl. de eccl. ædif. Nam cum dominus
loci ſit dominus territorij, videtur poſſe de eo diſponere
6 pro libito voluntatis, † cum naturali æquitati nihil magis cō
ueniat, quàm ratam habere uoluntatem domini volentis de
re propria diſponere, §. per traditionē, inſt. de rer. diuiſ. ideo
dicit Bal. in l. 1. C. fin. reg. quod in propria iuriſdictione po-
teſt Papa mutare fines territorij pro ſuo arbitrio: bene facit,
7 † quia inter hæredes poteſt fieri diuiſio Caſtri eis inuitis, ut
per D. Alex. conſ. 25. lib. 5.
Sed ijs, & ſimilib. non attentis contrariam ſnīam & iuri,
& rationi magis arbitror conuenire infraſcriptis rationib.
Primò,

8 Primò, † quia vaſallus tenetur ſubditis obſeruare omnia
contenta in ſacramento fidelitatis, licet non teneatur iura-
re prout tenentur ſubditi, c. 1. §. fin. de for. fid. inter cætera te-
netur procurare utilitatem ſubditorum, vt ibi, & in c. de for-
ma. 22. q. 5. ergo in præiuditium ſubditorum non poterit di-
uidere diſtrictum, & iuriſdictionem eis inuitis.

Secundo, quia non poteſt vaſallus ſubditis reclamantib.
alterare naturam feudi, ut not. in c. 1. de eo, qui fin. ſec. agn.
nec mutare formam antiquitus conſtitutam, l. quidam de-
cedens, in prin. ff. de adminiſt. tut. & per Bal. conſ. 327. pridie
conſului, lib. 1. & per Iac. Alua. conſ. ſuo incipiente in cauſa
& quæſtione, & eſt primum in ordine poſt tractatũ de feud.
9 Tertio, † quia non poteſt vaſallus contradicentibus ſubdi
tis transferre partem feudi in alium, licèt totum & cum vni
uerſitate iuris bene poſſit, ſecundum Bald. in ca. 1. §. præte-
rea ducatus, col. 3. de prohi. feud. alien. per Feder. ergo nec ſe
parare poterit, quamuis velit partem ſeparatam ſibi retine-
re, & eadem eſt ratio præiuditij, ergo idem ius, l. à Titio, ff.
de verb. oblig.
10 Quarto, † inferior à principe non poteſt facere de vna iu-
riſdictione duas etiam volentib. ſubditis ſine licentia ſupe-
rioris, ſecundum Bar. in l. 1. per illum tex. C. de metrop. Beri.
lib. 11. ergo multo minus poterit ſubditis reclamantib.
11 Quinto, † quia non poteſt Epiſcopus diuidere vnam paro
chiam in duas in præiudicium Eccleſiæ matricis, niſi ſubſi-
ſtente magna cauſa, & de conſenſu capituli, ut per glo. & ibi
Panor. & alij in d. c. ad audientiam, & in c. 1. 10. diſtinctione.
12 † Neque poteſt ius unius Eccleſiæ dare alteri niſi ex magna
cauſa, ut notatur in c. conſtitutus, de relig. dom. & in ca. 1. de
reb. eccleſ. non alienan. & per Card. conſ. 8. quidam ſyndi-
cus. Imo non poteſt etiam cum cauſa dare ius unius eccle-
ſiæ alteri cum magno præiuditio alterius, ſecundum glo. in
c. eccleſiæ, 15. q. 1. quam ita intellexit & declarat D. Præpoſi-
tus, in d. c. 1. 10. diſt. & ſi Epiſcopus non poteſt ſeparare paro-
chiam, & dare ius vnius eccleſiæ alteri, quantominus pote-
rit feudatarius ſeparare diſtrictum in grande ſubditorum
detrimentum? Nam Epiſcopus ſeparando vel transferrendo
ius unius Eccleſiæ in alteram non dicitur propriè alienare,
13 nec ſeparare, cum † vnica ſit Eccleſia vniuerſalis, cuius nomi
ne omnia poſſidentur, ſecundum Panor. & Imo. in c. poſſeſ-
ſiones, de reb. eccleſ. non alien. glo. in clem. 2. eo. tit. Hoſt. in
c. nouit, de ijs, quæ fi. à prælato.

Sexto, & ſi alias dominus dicti loci potuiſſet ſeparare di-
ſtrictum, attamen ſtantib. conuentionib. & tranſactionib. in
ter ipſum, & ſubditos, nunc non poſſet, quia promiſit cum iu
ramento nunquã dictos homines trahere extra diſtrictum
loci de Vienſio occaſione alicuius delicti committendi in
ipſo diſtrictu. vnde in neceſſarium antecedens promiſiſſe cẽ
ſetur ipſum diſtrictum non ſeparare à iuriſdictione dicti lo
14 ci, † quia qui vult vnum, videtur velle omnia, ſine quib. illud
ſtare non poteſt, l. illud, ff. de acq. hæred. l. ad rem mobilem,
ff. de procur. c. præterea, de off. deleg. ſi n. auferatur diſtrictus
& territorium ipſis hominib. neceſſario eis aufertur benefi-
cium pacti & conuentionis, quia ſi poſtea delinquant in di-
15 ſtrictu ſeparato, & diuiſo à territorio de Vieſio, † ratione de
licti ibidẽ cõmiſſi poterunt ibidem conueniri, l. 1. & per to-
tum, C. ubi de crim. agi opor. nec poterunt homines uti be
neficio pacti, quod locum habet eo tantum caſu quo in ter-
ritorio loci de Vienſio delinquere contingat. ad contraria
aliter non reſpondeo, quia ex præmiſſis reſultat clara reſpon
ſio. Nam loquuntur in ſupremo Principe, & ubi ſubeſt cauſa
ſeparandi, & vbi nulla conuentio proponitur inter Princi-
16 pem, & ſubditos. † Nam Princeps quantumcũque ſupremus
tenetur conuenta ſeruare, c. 1. de probat.

Tertio quæritur, poſito ꝙ dominus loci potuerit ſeparare
terram de Toſis à diſtrictu dicti loci de Vienſio quantum ad
17 iuriſdictionem, † an ſaltem homines ibidem habitantes te-
nebuntur contribuere in taleis, & ſubſidijs regijs impoſitis
communitati de Vienſio ſuper prædijs etiam exiſtentib. in
terra de Toſis, ad quas taleas poſſeſſores dictorum prædiorũ
hactenus, & à tempore, cuius initij non extat memoria ho-
minis, conſueuerunt contribuere? ad quod etiam reſpondc-
tur, quòd neque vaſallus ſeu feudatarius potuit homines de
Toſis eximere à contributione onerum per rationes, & fun-
damenta, de quibus in præcedenti dubio, & quia inferior à
Principe in præiuditium tertij nihil poteſt diſponere ſuper
oneribus, maximè quæ ſuperiori ſuo debentur, l. c. vacuatis,
C. de decur. libro decimo, vbi Barto. & alij, & plenè not. per
Panormit. in capitulo. peruenit, de immun. eccleſ. & in ca.
accedentes, de præſcript. Neque dicti homines de Toſis po
tuerunt interuertere quaſi poſſeſſionem ſubiectionis con-
tribuendi quoad onera cum hominibus caſtri de vienſio, vt
in terminis conſuluit Bald. conſilio 135. inter caſtrum Ro-
18 tarum, libro quinto, ubi concludit, † quòd ex curſu tanti tẽ-
ris, cuius initij memoria non habetur, poteſt una uniuer-
ſitas præſcribere ſubiectionem alterius quo ad contributio-
nem onerum realium, & perſonalium, per text. in d. ca. ſuper
quibuſdam §. præterea, & per text. in l. finali, ff. de aqua plu-
uia arcen.

Quartò quæritur de modo agendi contra homines habi-
tantes in terra de Toſis recuſantes ſubire onera ſimul cum
hominibus de Vienſio. breuiter is, qui deſtinauit aliquid
petere, animaduertere debet, an aliquo remedio poſſeſſo-
19 rio poſſit experiri, † quia longè commodius eſt aduerſariũ
ad onera petitionis compellere, l. is, qui, ff. de rei uendicat.
conſidero tamen quòd homines de Toſis recuſando con-
tribuere, prout ſolebant, dicuntur ſpoliare uniuerſitatem de
Vienſio ſua quaſi poſſeſſione exigendi collectas, & taleas ab
ipſis de Toſis ſeu à poſſidentibus prædia in terra de Toſis, vt
20 eſt text. in capitulo, querelam, de electio. † ſpoliatis autem
quaſi poſſeſſione alicuius iuris incorporalis etiam compe-
tit remedium canonis reintegrãda, tertia quæſtione prima,
ut probatur ibi in ſui generalitate, & eſt text. in capitulo ac-
cedens, ut lite non conteſta. & in capitulo eum eccleſia Su-
trina, & ibi dixi, columna 22. poſt Panormit. de cauſa poſſ.
& propriet. & ita firmat Socin. & concludit in l. rem quæ no-
bis, quæſtione quinta, ff. de acquiren. poſſeſſ. & latius conſu-
luit Dec. conſilio 135. in cauſa R. vbi concludit indiſtinctè
agi poſſe remedio canonis reintegranda, ut ſpoliatus repo-
natur in ſtatum, in quo erat antequam aduerſarius denegã-
do agentem priſtino ſtatu ſpoliaſſet, & probatur in d capit.
querelam, & in capitulo ſicut, & ibi not. Panormitan. in pri-
mo not. de re iudica. & dicit Innocen. in capitulo ſuborta,
eodem titulo, quod ſi ſubditi denegant obedientiam præ-
ſtare domino, quod ſibi competet remedium dicti canonis
reintegranda. ergo etiam ſi ſubditis denegatur ſolita con-
tributio onerum, ſibi dabitur remedium poſſeſſorium. & ita
concludit etiam Barto. in l. tertia, §. vnde ui, ff. de vi, & ui ar-
mata. Poſſem ad iſtud propoſitum infinita deducere, quæ
omitto, quia iſtud clariſſimum eſt apud intelligentes.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus utriuſque ſexus, in-
telligitur in feudi materia de deſcẽdentibus tantum, niſi ad-
ſit quibuſcunque, quia tunc etiam extranei comprehendun-
tur. & nu. 8.*
2 *Verba indeterminata adaptantur ad naturam feudi.*
*Feudi natura eſt, ne in eo extranei ſuccedant, minus & fœmi-
næ per quæuis uerba indeterminata.*
4 *Verba aliquid debent operari.*
5 *Geminatio aliquid importare debet.*
6 *Verba generalia legis debent reſtringi ad habilia, ut euitetur
iurium correctio, contractus uerò uerba capiuntur, prout ſo-
nant. & nu. 10.*
7 *Feudi non ſunt legitimati habiles. & nu. 13.*
9 *Feudum conceſſum cum clauſula, & quibus dederit, uel pro ſuc
ceſſoribus quibuſcunque uendi poteſt.*
12 *Dictio quibuſcunque, quid operetur.*
14 *Inueſtitura prima per ſecundam non derogatur, cum prima
in feudis Principum conſideretur, quando ſecunda fit alia per
ſona: ſecus ſi in eiuſdem perſonam facta reperiatur. & nu-
mero 17.*
15 *Pacta nouiſſima ſunt ſeruanda, & ultima conuentiones præ-
ualent.*
16 *Clauſula Caſſans, & irritans ſubintelligitur in contracti-
bus.*
18 *Feudum poteſt recuſare vaſallus, ſeu feudatarius primo loco
inueſtitus in præiudicium filiorum, ac conſentiente domino
penitus alienare poterit: ſecus, ſi ſit feudum paternum.*
19 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, hæredi-
tarium ſimpliciter dicitur, alias dicitur ſecundum quid, vbi
non adeſt uerbum quibuſcunque. & nu. 22. & 24.*

20 *Hæres hæredis mei dicitur meus hæres.*

21 *Feudum paternum alienare non poteſt in præiudicium deſcendentium etiam domino conſentiente.*

23 *Feuda quo ad ius ſucceſſionis, & facultatem alienandi redacta ſunt hodie ad inſtar patrimoniorum.*

25 *Clauſula, & ſucceſſoribus quibuſcunque, æquiparatur clauſulæ & quibus dederit, quæ facit feudum alienabile tam per contractum, quam per ultimam uoluntatem.*

26 *Feudum hæreditarium poteſt uni filiorum prælegari, ſicut quælibet alia res hæreditaria.*

27 *Prælegatum tranſit ad hæredes legatarij, quibus cenſetur factum.*

28 *Feudo conceſſo pro ſe, & deſcendentibus uidetur uocatus proximior ultimo decedenti.*

29 *Hæres tenetur approbare factum defuncti: fallit, quando eſſet hæres cum beneficio legis & inuentarij, alienantis feudum cõceſſum pro ſe, & deſcendentibus tantum. nu. 40. & 41.*

30 *Teſtamentum nutu factum inter liberos an ualeat, remiſſiuè, & quid ſi adſit clauſula codicillaris.*

31 *Fideicommiſſum uniuerſale nutu factum ualet.*

32 *Prælegata, quando non comprehendantur in fideicommiſſo uniuerſali.*

33 *Ius plenum habens, quid impetret.*

34 *Alienare poteſt, qui habet facultatem liberè diſponendi, uel faciendi ea omnia, quæ poteſt dominus.*

35 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

36 *Renunciatio non comprehendit ius, quod renuntians ignorat.*

37 *Hæres ab inteſtato ſucceſſurus præſumitur ignorare contenta in teſtamento: ſecus ſi ſit extraneus, uel foret teſtamentum nuncupatiuum domi coram omnibus factum. & 39.*

38 *Coniunctus, & familiaris præſumuntur ſcire facta coniuncti, & familiaris.*

42 *Inuentarij, & l. beneficium conſeruat, quæ habet hæres ex perſona propria.*

RESPONSVM IX.

Qui ueritas eſt, mihi uiam pandat ueritatis.

IN cauſa feudali Baroniæ de Grimaldo ucitente inter Antonium de varci dominum de Mariuchana actorem, & M.D. Carolum de Veſto reum. Plura dubia proponuntur, ſed unum tantum præcipuum eſt. pro cuius reſolutione duo prima dubia, quæ ex ordine proponuntur, prius diſcutienda ueniunt.

Circa primum dubium tria ſunt examinanda, Primum uidendum, an uirtute primæ inſeudationis propter illam clauſulam, etiam ſuis hæredibus & ſucceſſoribus utriuſque ſexus tam natis & in antea naſcituris, comprehendantur tãtum deſcendentes vtriuſque, an etiam extranei.

Secundo ſi extranei non includuntur in prima, an ſaltem includantur in ſecunda propter illam clauſulam, & ſuis hæredibus, & ſucceſſorib. quibuſcunque utriuſque ſexus tam natis, & in antea naſcituris.

Tertio poſito, quod extranei includetentur in ſecunda, an per ſecundam inſeudationem potuerit alterari prima in præiudicium liberorum deſcendentium, quib. acquiſitum ius erat uirtute primæ.

1 Ad primum reſpondeo, †quod illa uerba, pro ſe & hæredi
bus, ſecundum naturam feudi de deſcendentibus tantũ in-
telliguntur, c. 1. §. pen. de leg. Corra. ca. 1. §. & ſi clientulus, de
alien. feud. & ita concludunt Bal. & alij in l. Gallus. §. etiam,
ff. de lib. & poſth. Panorm. & Moder. in cap. in præſentia, de
probat. ubi alleg. infinita iura, & authoritates, quas non ex-
pedit hic tranſportare. & ultra ibi adducta idem conſuluit
Corne. conſilio 16. aperta fronte, columna ſecunda. lib. pri-
mo, Dec. conſi. 185. in cauſa iſtorum nobiliom. & ratio eſt,
2 † quia uerba indeterminata ad naturam feudi debent ada-
3 ptari. † Natura tamen feudi eſt, quod extranei non ſucce-
dant in feudo, cap. 1. de ſucceſſ. feud. & niſi in prima inſeuda
tione eſſent ſpecificatæ fœminę per illa uerba indetermina-
ta pro ſe & hæredibus, non cenſerētur uocatæ fœminæ quia
ſecundum naturam feudi non ſuccedunt, ut eſt tex. in d. c. 1.
§. pe. de lege Corra. & ab iſta ſententia nemo diſcrepat. ſed
aliqualis hic ſuboritur difficultas, quia in prima inſeudatio
4 ne non †ſimpliciter dicitur, ſuis hæredibus, ſed additum fuit
& ſucceſſoribus. † & illud uerbum debet aliquid operari, l.
ſi quando, de leg. 1. cap. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. & ſic uide-
tur, quod debeat intelligi de ſucceſſoribus extraneis, ut in
propoſito conſuluit Socin. conſilio 266. in cauſa, quæ uerti-
5 tur, columna 14. verſi. ſecundum autem. facit, † quia gemi-
natio debet aliquid plus importare, l. baliſta, ff. ad Treb. ſed
adhuc concederem, quod in prima inſeudatione non cen-
ſentur uocati extranei hæredes, quia ratio ſupra allegata,
quod uerba indefinita debent intelligi, ut determinantur à
natura feudi, militat etiam quod feudum fuerit conceſſum
hæredibus, & ſucceſſoribus, quia debet intelligi de hæredi-
bus, & ſucceſſoribus habilibus ſecundum naturam feudi. &
reperio tenere Dec. conſil. 171. in cauſa uenerabilium mo-
nialiom, ubi in ſpecie damnat opinionem Socin. dicendo
quod ſæpe conſulebat contra rationem, & contra Socin. in
hoc puncto tenent communiter Doct. in l. quod dicitur. ff.
de uerb. oblig. ubi reſpondent ad fundamentum Soc. quod
uerbum Succeſſoribus, nõ erit fruſtratorium, quia uerbum,
hæredibus, debet intelligi de hæredibus de iure ciuili, & uer
bum, ſucceſſoribus, verificabitur in ſuccedentibus de iure
prætorio. & ſequitur Curt. conſi. pen. col. 4. Do. Alex. & Iaſ. in
l. quædam, §. nihil intereſt, ff. de eden. & hæc ſufficiant quo
ad primum.

Circa ſecundum uideretur eadem ratione dicendom, ꝙ
in ſecunda inſeudatione non ſint incluſi hæredes extranei,
6 † quia verba generalia debent reſtringi ad habilia, l. 1. C. de
ſacroſanct. eccleſ. l. ut gradatim, §. & ſi lege, ff. de mun. & ho-
nor. ergo dato, quod feudum ſit conceſſum Do. Ioanni Roſ-
ſæ, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, tamen de-
bet intelligi de quibuſcunque habilibus ad ſuccedendum
ſecundum naturam feudi, & quod non comprehendantur
extranei, etiam ſi ſit dictum quibuſcunque tenet Bal. in c. 1.
§. donare, colum. 2. qualiter olim feu. po. alien. & hanc ſen-
tentiam ſequitur Aret. & Soci. in l. Gallus, §. etiam, ff. de lib.
& poſthum. quia ubi dictio vniuerſalis, ut eſt illa dictio qui-
buſcunque, poteſt aliquid aliud operari, non operatur, quod
perſona inhabilis dicatur habilitata, l. 2. §. quod ait prætor, &
ibi Bar. ff. qui ſatiſ. cog. ſed poteſt ſecundum eum hæc dictio,
quibuſcunque, operari, quod feudum tranſeat in deſcendẽ-
tes ex fideicommiſſo, in quos alias non tranſierat, iuxta not.
in l. ſi patroni, ff. ad Trebel. uel poteſt intelligi de deſcenden
tibus inſtitutis in re certa, de quibus dubitatur, an compre-
hendantur ſub illis uerbis, hæredibus & ſucceſſorib. uel po-
7 teſt intelligi †de deſcendentibus legitimatis, qui aliàs non
ſunt habiles ſucceſſores, ca. primo, §. naturales, ſi de feu. fue.
contr. inter dom. & agn. vaſ. & hanc eandem opinionem ſe-
quitur Corn. in d. conſi. 16. Dec. in d. conſi. 185. & in cap. in
præſentia, col. 2a. de probat. & D. Alexan. conſi. 30. colum. 5.
verſic. octauo, lib. 1. Barb. conſi. 13. col. 11. lib. 1. & in rubr. de
feud. col. 2.

8 Prædictis non obſtantibus teneo, †quòd in ſecunda inue-
ſtitura, & cõceſſione propter uerbum, quibuſcunque, com-
prehenduntur extranei hæredes, & omnes alij, qui ſecũdum
naturam feudi aliàs ſuccedere non poſſunt. Nam propter il
lud uerbum vniuerſale, quibuſcũque, alterata eſt natura feu
di, & ultra uim uerbi uniuerſalis, quod omnia includit, l. à
procuratore, C. mand. c. Romanorum, 19. diſt. cap. ſolitæ, de
maior. & obediẽ. videtur caſus iſte deciſus in c. 1. de feu. non
habe. propr. nat. feu. & ſi dicatur, quòd ille textus loquitur,
quando feudum fuit conceſſum cum clauſula, ſibi, eiuſque
hæredib. & quibus dederit, quo caſu etiam feudum uendi &
diſtrahi poteſt, ut ibi dicitur propter uerbum, quib. dederit.
9 Reſpondeo, †ꝙ tantum important illa uerba, & ſucceſſorib.
quibuſcunque, quantum important illa uerba, quibus dede
rit, cum etiam emptor dicatur ſucceſſor, d. §. nihil intereſt.
Nam ſi iſta verba, quibus dederit, quæ ſimplicia ſunt, & inde
terminatè prolata, de extraneis intelliguntur, à fortiori idẽ
dicendum eſt de iſtis uerbis, & ſucceſſoribus quibuſcunque,
quæ ſunt magis vniuerſalia. & quòd iſta uerba etiam, ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque, includant extraneos hæredes, eſt
tex. in l. prima. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æſti. ibi, neque
ad hæredem, uel qualemcunque ſucceſſorem tranſit. & ita
reperio tenere Doctor. magis concorditer, ut in primis ita
tenet Bald. in l. prima, in 34. quæſtio. ff. de rer. diuiſ. & in cap.
imperialem. in princi. colum. 4. uerſic. quid ſi conceſſum, de
prohib. feud. alien. per Federi. & in cap. in præſentia, de pro-
batio. ubi dicit idem, ſi feudum eſſet conceſſum tibi, & om-
nibus hæredibus, per text. in dicto cap. primo, de feud. idem
tenent

tenent Ludo.Ro.& Ale.in l.etiam, ff. ſolu. matr. Alexan. in
l.Gallus,§.etiam ſi parente,ff.de lib.& poſthu.Ale.& d.Iaſ.in
d.l.quædã,§.nihil intereſt,Ale.in l.quod dicitur,in ult. char.
ff.de uer.oblig.& in d.l.ſi patrem,col.pen. ff.ad Treb. d. Iaſ.
in l.2.§.prętor ait,ff.qui ſatiſda. cogan. & in l.2.in 14.q.extra
glo.C.de iure emphy.& in præl.feud.col.15. d.And.Barb.in
l.nam acutiſſimi,char.70.C.de fideicom.Fely.in d.c.in præ-
ſentia,col.11.& in c. quià G. col.14. de iud. Georg. Nata in
c.quamuis,col.86.de pact.lib.6.Panor.conſi.3. vitam,in ter-
rio dubio,lib.2.Soc.conſi.19 pro Deciſione,colum.2.li.1.&
Cur. Iunior in conſilijs ſuis impreſſis poſt tractatum feudo-
tum,conſi.1.col.1.& ſequenti,& conſi.4. col. 2. & ſequenti,
ex quibus apparet,quòd iſta eſt communis opinio,camque
communem eſſe atteſtatur Curt. in tract. feud. in vlt. quæſt.
3.partis,quam puto ueriſſimam,quia contraria ſupra addu-
10 cta non urgent. nam illud, † quod dicitur,uerba generalia,
& uniuerſalia recipiunt reſtrictionem de habilitate, proce-
11 dit in uerbis legis,ut euitentur iurium contrarietas. † ſed uer
ba contrahentium ſunt intelligenda, prout ſonant ſecundũ
Bald.in l.fina.in prima col. C. ſententiã reſcinden. ver. reli-
quis. & hanc diſtinctionem facit Bar.in l. 1. in §.nunciatio,
ff.de nou.oper.nunt.& ibi in ſpecie d.Iaſo. & ita reſpondent
Doct.in locis præallegatis,maximè d.Iaſ.in prælud. feud.co-
lum.15.& Curt.in d.conſi.primo,nam à tenore,ut, & uerbis
inueſtituræ non eſt recedendum,quia tenor dat legem con-
tractuum, ca.1. de duobus fratribus à cap. inueſt. quem ibi
not.Bald.& c.1.de extraord.cog.ibi,ſermonem inueſtiturę,
nec non uim uerborum, & ſenſum contrahentium intuen-
tes.quẽ tex.allegat Bal.in prælud.feud.in 4.diuiſ.ubi inquit,
ſemper recurrendum eſſe ad tenorem inueſtiturę, quia uim
contractus oſtendit. & dixit Ludo.Roma.cõſi.33.in fi.teno-
rem inueſtiturę ſeruandum eſſe, etiam ſi repugnet naturæ
feudali,quia tenor inueſtituræ derogat omni feudorum iu-
ri. & plura ad iſtud propoſitum refert Cur. Senior conſi.49.
memorię recolendę,col.7.& ſeq.& conſi.50. colum.22.& ſe
12 quen. Non etiam obſtat, dum ſupra dicebatur, † quòd di-
ctio,quibuſcũque,poteſt operari tres effectus,abſq; eo quòd
intelligatur de extraneis ſucceſſoribus, quia reſpondetur,
quod quantum ad duos primos effectus,Aret.& Socy. malè
dicunt. nam quando feudum conceditur accipienti pro ſe
& hæredibus,ut in caſu noſtro,tale feudum tranſit in deſcen
dentes fideicommiſſarios,& etiam inſtituros in re certa,etiã
quòd non ſit adiecta uniuerſalis dictio,quibuſcunque.

Primum, ſcilicet quòd tranſeat in fideicommiſſarios de-
ſcendentes,tenet Ioan.And.in additionibus Spec.tit.de loc.
in additio. incipien. quæſtio non eſt dubia. Paulus & Ale-
xan.in l.ſi patronl,ff.ad Treb. ubi alias authoritates allegat.
& ita conſuluit Ale.conſi.19.ſuper eo,col.2.li.5. ſecundum,
quòd etiam tranſeat in deſcendentem inſtitutum in re cer-
ta, ſi ſibi fuerit feudũ relictum. tenet Cur.in allegato tracta-
tu feud.in 4.parte, char.24.poſt Bar.in l.ut iuriſiuran. §. ſi li-
beri, ff.de oper.libe.& in conſ.55.dominus Amatus &c.Ale
xan.conſi.128.colum.fina.lib.primo. Quo verò ad tertium
effectum,quòd dictio,quibuſcunque,operetur,quòd trãſeat
in deſcendentes legitimatos per Stephanum, reſpondeo
13 dupliciter. Primò † quòd illud non uidetur uerum,quia na
turales legitimati nunquam intelliguntur ad feuda uocari,
niſi hoc ſit expreſſe, & ſpecialiter dictum,ut notatur in c.na-
turales,ſi de feud.fuer.controu. nam cum ex defectu perſo-
næ ipſorum ſint inhabiles, neceſſe eſt quòd defectus expri-
matur, ut ſpecialiter tollatur,ſecũdum Alua. uel dato quod
iſto caſu propter dictionem,quibuſcunque,deſcendentes le
gitimati uocarẽtur, hoc ideo eſſet,quia eſſent habilitati per
illam dictionem,quibuſcunque. ſed tunc reſpondeo, quòd
ſi illa uniuerſalis dictio habilitat deſcendentes inhabiles,
pari modo debet habilitare extraneos. nam ego concedo,
quod ſi poteſt aliud operari, quàm habilitationem inhabi-
lium,quòd nunquàm importat habilitationem neq; deſpẽ-
ſationem, ſed poſtquàm tu dicis, quòd importat habilita-
tionem, eſt neceſſe fateri, quòd uniuerſalem habilitationẽ
induceat,cũ ea ſit natura dictionis vniuerſalis,l.1. C.de ſum.
Trinit.& fi.cathol.ſuadetur per text. in d.c.1.de feud.non ha
ben.prop.na.feu.ubi per hæc uerba, Quibus dederis.habili-
tantur ita extranei, ſicut deſcendentes aliàs inhabiles.

Circa primum articulum, an ſtandum ſit primæ, an ſecũ-
14 dæ inueſtituræ, reſpondetur ſtandum eſſe primæ, † quia in
feudis principium conſideratur, & primæ inueſtituræ non
derogatur per poſteriores. ita ſignanter dixit Bald. con-
ſil.215.proponitur, quòd inueſtituræ, libro ſecundo. ſe-
cundum nouam impreſſionem,& dixit Bal. in l. 1. colum.
pen.C.quan. non pet.par.quòd in præiuditium tertij nõ po-
teſt mutari forma antiquæ inueſtiturę. non enim mirãdum
eſt quo tramite feudum deſcendat, ſed quod ſit principiũ.
ca.1.& ibi not.Bal.de eo qui ſibi,& hęred.ſuis.& ad iſtud p-
poſitum plura allegat Dec. conſi.193. diligẽter conſidera-
ris,colum.2.

Sed his & ſimilibus non obſtantibus, in caſu occurrenti
15 puro ſtandum eſſe ſecundæ inueſtituræ, † quia pacta nouiſſi
ma ſeruanda ſunt,l.pacta nouiſſima, C.de pact.& propterea
16 dicimus,quod in cõtractibus ſubintelligitur † clauſula caſ-
ſans & irritans omnes præcedentes licet nõ apponatur,quia
ultimæ conuentiones præualent,c.1.& ibi not. Bal. de tran-
ſa.Nec obſtant contraria ſupra allegata, quia nihil faciunt
17 In propoſito, † quia loquuntur, quando prima inueſtitura
facta fuit uni pro ſe,& deſcendentibus.Secunda vero fuit re
nouata & alterata in perſonam alterius. iſto caſu ſucceſſor
proximior non poteſt alterare primam inueſtituram,& præ-
iudicare deſcendentibus, quibus acquiſitum fuerat ius ex
prouidentia primi. Secus autem quando plures inueſtituræ
factæ reperiuntur in perſonam eiuſdem, ut in caſu noſtro.
tunc enim ultima præualet,d.l.pacta nouiſſima. & ratio di-
uerſitatis patet ad oculum,quia in feudo nouo, quod habet
originem in perſonam primi inueſtiti,ca.1.quod teſtes ſunt
18 neceſſ.ad proban.nou. inueſt. † vaſſallus primo loco inueſti
tutus poteſt cum conſenſu domini alienare feudum uel re-
putare in præiuditium filiorum.ſecundum Andr.de Iſer. &
Iac.Alua.in ca.1.de alien.feu. & Cur.in d.tractatu de feudo,
charta 24.colum.3.& Curt.conſi.83.Deus pius,col.prima,
Alexan.conſi.28.in cauſa, lib.5. Si modo in feudo nouo pri
mus inueſtitus poteſt refutare feudum, & conſentiente do-
mino penitus alienare in præiuditium deſcendentium, ni-
hil eſt.quod proponi poſſit, quin etiam non poſſit ſuſcipere
a domino ſecundam inueſtituram aduerſam,& penitus cõ-
trariam primæ. & ideo Bald.in d.conſi.215. dicebat patrem
non poſſe ſuſcipiendo ſecundam inueſtituram præiudicare
filijs in feudo,quod habent à genitore:ſecus in feudo acqui
ſito ab ipſo patre. Quod enim acquiſiuit ipſe pater,dicit poſ
ſe pro libito alienare, maximè quãdo illud acquiſiuit pro ſe
& hęredibus,ut in caſu iſto,l.qua ratione,§.hoc quoque, ff.
de acquiren.rer.dom.concludendo reſtat quod d.Ioan.Roſ
ſa primus uaſallus potuerit ſuſcipere ſecundam inueſtitu-
ram,& alterare primam. attendendus ergo eſt tenor,& effe-
ctus ſecundæ inſeudationis.

Capio ſecundum principale dubium,in quo quæritur,an
feudum iſtius baroniæ dicatur hæreditarium. in iſto dubio
veriſſimè procedendo, Reſpondeo, quòd ſi inſpiciamus te
norem primæ inſeudationis, eſt hęreditariũ ſecundũ quid,
non ſimpliciter. ſi vero inſpiciamus tenorẽ ſecundæ inſeu-
19 dationis dico quod eſt hęreditarium ſimpliciter. † Feudum
enim conceſſum pro ſe & hęredibus, dicitur hęreditarium
ſecundum Andr.de Iſer.in ca.1.§.hoc quoque,colum.2. de
ſucceſſ.feu.& in c.1.in princ.an agna.vel fil.& in cap.primo,
qui ſucceſſ.te.& in ca.1.de alien.feu.pater.Alex.conſil.19.&
conſi.26.ponderans iis,lib.5.ubi Alexan conſuluit feudum
conceſſum alicui ſimpliciter,non facta mentione hęredum
vel filiorum, uel conceſſum pro ſe & ſuis, in dubio cenſeri
conceſſum pro ſe & hæredibus, & ſic dici debet feudum hæ
reditarium. Quod ego intelligo eſſe hęreditarium ſecundũ
quid, quia non tranſit ad hęredes ſimpliciter, ſed ita demũ
ſi ſint de deſcendentibus,ut dixi in primo articulo primi du
bij. Sed quando feudum conceſſum fuit alicui pro ſe & hę-
redibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque,tunc dicitur ſimpli-
citer hęreditarium,quia tranſit ad quoſcunque hęredes etiã
extraneos,vt ſupra dixi,& fuit de mẽte Bal. in l.cum uirum,
colum.fina.C.de fideicom.& expreſsè Dec.conſi.185.col.3.
& iſta eſt ipſa veritas. Si ergo inſpiciamus tenorem ſecun-
dæ inſeudationis,quem tenemur ſequi, vt ſupra probaui,cõ
cludendum erit,quod iſtud feudum ſit hęreditarium ſimpli
citer.

Circa tertium dubium, quod eſt præcipuum, an domino
Antonio actori competat ius reuocandi dictam baroniam
à domino Carolo poſſeſſore,duo ſunt examinanda. Primò,
an ſibi competat ius uirtute inſeudationis. Secundò an vir
tute ſubſtitutionis fideicommiſſarię,de qua in themate.

Circa primum articulum,prima conſideratione videretur
dicendum d. Antonium rectè agere,quia ipſe eſt hęres dicti
20 Renati filij, & hęredis dicti domini Ioannis Roſſę † & hęres
hęredis mei dicitur hęres meus.l.fina.C.de hęred.inſti.Item
eſt ex liberis deſcendentibus dicti domini Ioannis Roſſę &
conſequẽter ex perſona propria,vt ex prouiſione cõcedentis
ſibi

21 ſibi competit ius reuocandi alienationem feudi. † eſt enim
vera concluſio, quod uaſſallus non poteſt feudum paternũ,
ut eſt huiuſmodi, alienare in præiudicium deſcendentium,
quibus ius ſuũ acquiſitum ex prouidentia concedentis etiã
interueniente conſenſu domini. c. 1. de alien. ſeu. pater. c. 1.
§. & ſi clientulus, ubi Bal. & alij, de alien. feu. & ſi ex perſona
propria ſibi ius nõ competit, ſaltem ex perſona d. Renati fra
tris domini Gaſpardi, & filij ac hæredis dicti domini Ioãnis
Roſſę primi uaſſalli, cum d. Renato fratri, & hæredi domini
Ioannis ius recuperandi dictam Baroniam alienatam, tam
ex prouidentia concedentis, quàm ex ſubſtitutione fideicõ-
miſſaria facta per d. Ioannem, abſque dubio competere ui-
detur. Nam ſi dicamus ſtandum eſſe primæ infeudationi,
per quam ſoli deſcendentes hæredes dicti domini Ioannis
vocati ſunt, tunc ex prouidentia concedentis d. Renato illi-
co poſt alienationem acquiſitum fuit ius recuperandi di-
ctam baroniam alienatam in eius præiudicium, c. unico, §.
tuus, ſi de feu. fue. contro. inter do. & agn. Si vero dixerimus
ſtandum eſſe ſecundæ infeudationi, tunc oportet fateri feu-
dum illud eſſe ſimpliciter hæreditarium. quo caſu abſq; du-
bio tranſit in fideicommiſſarium, ut concludunt Pan. Alex.
& Moder. in l. ſi patroni, ff. ad Tre. Ale. in dictis conſilijs 19.
& 26. ergo uirtute fideicommiſſi, cuius conditio uerificata
fuit, quia mortuus eſt Gaſpardus ſine liberis, dicto Renato
illico foret acquiſitum ius ad dictam baroniam trãſmiſſum
in dictum Antonium hæredẽ ipſius Renati, l. ſi in perſonã,
C. de fideicom. l. ſi poſt. ff. quando dies leg. ced. l. 1. §. cum igi
tur, C. de cad. tollen. cum ſimilibus.

Sed præmiſſis non obſtantibus, credo quòd dicto domi-
no Antonio nullum ius competat in dicta baronia, nõ qui-
dem ratione infeudationis ex perſona propria, ut ex proui-
dentia concedentis, quia ut ſupra concluſum fuit, iſtud feu-
dum eſt hæreditarium transferriq; potuit, & poteſt in hære-
des extraneos. ergo ex prouidentia concedentis non poteſt
dici acquiſitum dicto Antonio, quamuis ſit de deſcenden-
22 tibus. † Dicitur enim feudum debitum deſcendentibus,
quando fuit conceſſum ſolùm pro ſe & liberis: ſecus ſi ſit ac
quiſitum pro ſe & hęredibus, ſecundum Andr. de Iſer. in d.
ca. 1. de alien. feud. pater. & in d. §. hoc quoque, & declarat
Alc. in d. conſi. 26. col. 2. lib. 5.

23 Præterea, & tertio † hodie quò ad ius ſucceſſionis, & quò
ad ius & facultatem alienandi, feuda redacta ſunt ad inſtar
patrimonialium, quæ conſuetudo ualet, nec aliter proban-
da eſt, poſtquam plures Doct. famoſi de ea atteſtantur. ita di
xit d. Guido Papę, conſi. 18. ſuper caſu, uerſ. ſed cum hodie.
Allegat Ioan. Fab. & Bald. ita dixiſſe. Non poteſt ergo d. An
tonius retractare alienationem ſub prætextu, quod ipſe ex
prouidentia concedentis habeat ius in dicta baronia. Sed
ſi quod ius ſibi competeret, id totum ſibi competeret ex pro
uiſione domini Ioannis aui materni, qui acquiſiuit iſtam
baroniam pro ſe, & hęredibus. Vnde ex tribus demõſtrabo,
quod ſibi etiam ex prouiſione aui nullum ius competit, da-
to quod ſit illi hęres ex perſona d. Renati. Primò, quia ex te-
nore ſecundę infeudationis, quę obſeruãda eſt, ut ſupra pro
batum eſt, feudum huius baronię alienari potuit, & trãſfer-
ri in quemlibet, tam titulo particulari, quàm vniuerſali, cũ
fuit acquiſitum pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſ
24 cunque. † quo caſu etiã dicitur acquiſitum pro ſingularibus
ſucceſſoribus. & cõcludunt Scribentes, quos allegaui ſupra
in primo articulo primi dubij. & in ſpecie Fely. in c. quia, co-
lum. penul. de iud. nam ſecundum Curt. conſi. 4. col. 3. poſt
25 tractatum de feud. † hęc clauſula, etiam ſucceſſoribus qui-
buſcunque. æquipollet huic clauſulæ, & quibus dederit, ſecũ
dum communem ſententiam doct. hęc clauſula, & quibus
dederit, operatur quod uaſallus poſſit feudum alienare, tã
per uiam contractus, quàm per uiam vltimę voluntatis, c. 1.
de feu. non hab. propr. nat. feu. vbi Bald. Iac. Alua. Car. & alij
communiter ita cõcludunt, quos ſequitur idem Cur. in ſuo
tracta. de feu. in 4. parte, char. 49. ergo idem dicendum, quan
do in infeudatione eſt appoſita clauſula, & ſucceſſoribus
quibuſcunque, &c. ſed dato ſine ueritatis præiuditio, quod
iſtud feudum alienari non potuiſſet: tamen adhuc uiden-
dum eſt non competere dicto Antonio ius retractandi alie-
nationem, quia ipſe non eſt ex hæredibus, ad quos ſpectaret
ius reuocandi, ſic oſtenditur d. Ioannes Roſſa, primus va-
ſallus abſque dubio potuit prælegare hanc Baroniam Ga-
ſpardo eius filio primogenito, prout prælegauit, quia feudũ
26 eſt hęreditarium, † & ſicut vna res hęreditaria poteſt uni fi-
liorum prælegari, ita feudum hęreditarium, ſecundum Ale
xan. conſi. 28. in cauſa & lite, col. fina. lib. 5. Pau. de Caſt. con-
ſil. 161. in cauſa, quam Mag. & in feudo hæreditario iſta eſt
communis opinio, ut per Cur. in d. tract. in 4. parte, char. 44.
Hoc ſic pręſuppoſito, quod potuerit prælegare, dico ꝙ clau-
ſula illa, pro ſe & hęredibus, ac ſucceſſoribus, neceſſariò in-
27 telligenda eſt de hęredibus ultimi uaſalli decedẽtis, † quia
pręlegatum ad hæredes legatarij tranſit, & hęredibus lega-
tarij factum cenſetur, niſi a teſtatore aliter diſpoſitum repe-
riatur, l. ſi poſt, & per totum, quando dies leg. ced. in l. 1. §. cũ
28 igitur, C. de cad. toll. † Nam ſi feudum ſit conceſſum pro ſe,
& deſcendentibus, ſemper vocatus videtur proximior vlti-
mi decedentis. c. 1. de nat. feu. c. 1. de ſucceſſ. feud. per quem
ita conſuluit Soci. conſi. 86. viſis teſtamento &c. colum. fina.
lib. 3. idem ergo dicamus, ſi cõceſſum ſit pro ſe, & hęredibus
ac ſucceſſoribus, vt hęres vlt. decedẽtis vocatus intelligatur:
ex ijs conſtat quod ſi quę actio ad dictam baroniam contra
Magnificum d. Carolum competeret, illa competeret hęre-
dibus Gaſpardi vltimi poſſeſſoris dictę baronię, quos d. Ca-
29 rolus expellere poterit exceptione, excipiendo † quod ipſi te-
nentur approbare factum eius, cuius ſunt hęredes, l. cum à
matre, C. de rei vẽdica. quos etenim euictionis tenet actio,
eos agentes repellit exceptio, l. uindicantem, ff. de euict. Et
ita in feudo hęreditario, tenet Iac. de Bel. & Bal. io c. 1. §. hic
quoque, de ſucceſſ. feud. And. de Iſer. & cæteri, in c. 1. de alie
na. feu. pater. Alexan. & Modern. in d. l. ſi patroni, & Alc. in
d. conſi. 26. col. 2. in fi. Ex ijs conſtat d. Antonio ex perſona
propria tanquàm deſcendenti, & hęredi nullum ius compe
tere, ſi modo proponatur ſibi, ut fideicommiſſario ex perſo-
na domini Renati competere actionem, vt ſupra dictũ fuit:
non intrãdo difficultatem illam, quæ quinto loco mihi pro
30 poſita fuit, videlicet an † teſtamẽtum d. Ioannis factum nu-
tu inter liberos valeat, de qua per Bal. & Mod. in l. iubemus,
C. de teſt. & per Imol. in l. hęredes palam, in prin. ff. eo. & per
d. Ant. & canon. in c. cum tibi, eod. tit. quia etiam quòd non
valeat in vim teſtamenti, tamen propter clauſulam codicil-
31 larem ſuſtineretur † fideicommiſſum uniuerſale, quod etiã
nutu factum ualet, ſecũdum Bal. in l. & in epiſtola, & ibi An
ge. C. de fideicom. quos ſequitur Bal. nouellus, & d. Iaſ. in l. 2.
§. ſi quis ita, ff. de uerb. oblig. & ibi Bald. nouell. dicit ſe con-
ſuluiſſe Doct. Peruſinos. eſto igitur quod teſtamentum va-
leat: tamen ſecundum ea quæ proponuntur, non puto ipſi
Antonio vti fideicommiſſario ex perſona d. Renati vllum
ius competere. In primis poteſt audacter negari quod hæc
baronia prælegata domino Gaſpardo veniat & comprehen
datur in fideicommiſſo vniuerſali, quia fideicommiſſum
vniuerſale reſtrictum fuit ad cætera bona hæreditaria dicti
domini Ioannis teſtatoris. nam poſt prælegatum teſtator
in cæteris alijs bonis inſtituit, & ſubſtituit ipſos hæredes.
32 † vnde licèt aliàs in fideicommiſſo vniuerſali includantur
pręlegata, iuxta tex. in l. cum virum, C. de fideicom. in l. Mar
cellus. §. quidam, ff. ad Treb. tamen quia fideicommiſſum re
peritur reſtrictum ad cætera bona, tunc clarè liquet, quod te
ſtator noluit in fideicommiſſo comprehendi pręlegata, ſe-
cundum Bar. in d. §. quidam, verſ. quęro, quid ſi teſtator dixit
reſiduum, &c.

Sed poſito quòd iſtud prælegatum in fideicommiſſo cõ-
prehenſum fuiſſet, nullum tamen ius poteſt d. Antonius prę
tendere ex perſona domini Renati ſubſtituti, quia ipſe d. Re
natus ipſum fideicõmiſſum remiſit dicto Gaſpardo, quod
certè remittere potuit. l. de fideicommiſſo, C. de trãſact. l. 1.
C. de pact. & non ſolum potuit remittere ius feudi ſibi com
petens ratione fideicommiſſi, ſed etiam ius competens ra-
tione infeudationis, ca. 1. §. Titius, ſi de feud. fuer. contr. int.
dom. & agn. vaſalli. c. 1. & de eo qui fin. ſec. ag. quod autem
reſtituerit fideicommiſſum, conſtat ex ſententia arbitramẽ-
tali ratificata per d. Renatum. Illa enim uerba, quòd baro-
33 nia ſit, & eſſe debeat dicti domini Gaſpardi † pleno iure,
important quòd Gaſpardus poſſit vendere & alienare pro li
bito voluntatis, ſecundum Ang. & Paul. de Caſt. in l. matet,
C. ad Tertul. vbi dicunt, quòd illud dicitur ſpectare ad ter-
tium pleno iure, quando nulli ſubiacet reſtitutioni. Sequi-
tur Fely. in c. conqueſtus, colum. 1. de for. compe. & hoc ma-
ximè verum erit in caſu iſto, in quo dictum fuit, quòd pleno
Iure ſpectare debeat d. Gaſpardo abſque aliquali reſignatio
ne, ergo abſque reſeruatione fideicommiſſi: ſi enim nihil
fuit reſeruatum, ergo omne Ius remiſſum videtur, quia vbi
nihil excipitur, vltima vera remanẽt in vniuerſo, c. ſi Roma-
norum, 19. diſtin. ca. qui ad agendum, cum ſimilibus, de pro
cur. Item per dictam ſententiam arbitramentalem Renatus
dedit licentiam dicto Gaſpardo alienandi dictam baroniã,
34 vt clarè cantat ipſa ſentẽtia. † illa enim verba, quòd Renatus

poſſit

poſſit libere diſponere de dicta baronia, importans licentiã
alienandi, l. primo, C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi d. Iaſo. col. 1.
c. 2. in verſ. libere concedens, de feu. c. de multa, de præben.
Nam & per iſta, quod poſſit Gaſpardus ea omnia facere, quæ
dominus poſſet, cenſetur data poteſtas alienandi, ſecundum
Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 8. quæſt. ff. de uerb. obli
ga. ergo a fortiori per verba præcedentia, quæ latiora ſunt,
data videbitur. Sed quid laboro? expreſsè data fuit licentia,
vt patet ex illis verbis, nulla alienatione facta de dicta Ba-
ronia; & ſi dicatur ex eo ſolum, quod ſit data licentia alienã
di, non propterea cenſetur remiſſum fideicom miſſum, ut cõ
cludit Bar. in d. §. duo fratres, in 8. q. Reſpondetur quod nõ
cenſetur remiſſum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, id eſt nõ
cenſetur remiſſum, vbi nulla fiat alienatio, ſed ſecuta aliena
tione remiſſum videtur, quia contra emptorem nulla com-
petit actio, vt ibi declarant Bar. & alij, & Bald. conſi. 89. in ul-
timo dubio, lib. 1.

Secundò reſpondetur, quòd in caſu noſtro vltra faculta-
tem alienandi fuit etiam remiſſum fideicommiſſum, quod
oſtenditur ex illis uerbis, ita quòd ex tunc antea nullum ius
competat ipſi Renato in dicta Baronia. Nam non ſunt uer-
ba extenſiua ad tempus futurum, intelliguntur de iure quod
Renatus habere ſperabat ex cauſa ſubſiſtente de præſenti, l.
quod ſeruus, ff. de cõd. cauſa dat. & ibi Bar. & in l. qui cum tu
toribus, ff. de tranſact. & cum nullum aliud ius ſibi competi
turum ex cauſa de præſenti proponatur, niſi ius fideicõmiſ-
ſi, merito de iure ipſius fideicommiſſi intelligi debet ipſa re
miſſio, ſecundum Bar. & communiter Doct. in d. §. duo fra
tres, in 6. q. ſequitur d. Alex. conſi. 11. viſo, & ut oportet, conſi-
derato, col. 2. lib. 2.

Præterea dominus Renatus ſolum & duntaxat caſu, quo
dominus Gaſpardus non alienaſſet dictam baroniam, reſer
uauit ſibi ius ſuccedendi ab inteſtato in dicta baronia: Ergo
cætera iura, quibus ſuccedere potuiſſet, remiſiſſe uidetur,
35 † quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.
l. nam quod liquidè. §. fina. ff. de pen. leg. not. in ca. 1. de reg.
iur. & alibi ſæpe. Non obſtat ſi dicatur remiſſionem non te
nere, cum non ſit facta inſpectis & cognitis uerbis teſtamen
ti, iuxta tex. in l. de his, ff. de tranſa. quia ſecundum commu-
nem Doct. ſententiam non eſt neceſſe, quod in laudo & trã-
ſactione apponantur illa uerba, inſpectis & cognitis uerbis
teſtamenti: alias ubi de teſtamento non eſſent confectæ ſcri
pturæ, non poſſent partes tranſigere, ſecundum Bar. ac com-
muniter Doct. in d. l. de his, & in dicto §. duo fratres, in 3. q.
& ſi inſtetur quod requiritur ſaltem quòd remittens ius fi-
deicommiſſi habeat notitiam teſtamenti, & fideicommiſſi:
36 † aliàs non intelligitur renũciare iuri, quod ignorat habere,
l. mater decedens, ff. de inoſ. teſtam. l. tres fratres, ff. de pact.
quæ notitia & ſcientia non probatur in caſu iſto. Imo d. Re-
natus cum non eſſet ſuus hæres, & ab inteſtato ſucceſſurus,
præſumitur ignoraſſe contenta in inſtrumẽtis, l. eius qui in
prouincia, ff. ſi cert. peta. & ibi not. Bar. & alij, & idem Bar. in
in d. §. duo fratres, in 3. q.

Reſpondeo, quod ad hoc, vt valeat remiſſio, ſufficit præ-
ſumpta ſcientia, vt concludunt Bar. & omnes in d. §. duo fra-
tres, in d. l. de his, & in d. l. eius qui. In caſu occurrenti Rena-
tus ſcientiam teſtamenti habuiſſe præſumitur. Quod oſten-
ditur ex eo, quod iuxta formam teſtamenti diuiſerunt hære-
ditatem. nam fuit adiudicata baronia Domino Gaſpardo,
& Caſtrum de Maruchana fuit adiudicatum ipſi Domino
Renato, iuxta ſeriem prælegatorum factorum in teſtamẽto.
Vnde niſi d. Antonius actor oſtendat aliam cauſam, quare
tota baronia remanſerit, & adiudicata fuerit ipſi Gaſpardo,
& Caſtrum Maruchane inſolidum dicto Renato, certè præ-
ſumi debet, quod ex cauſa teſtamenti unus baroniam, & al-
ter Caſtrum prædictum habuerit, ſecundum Bar. quem om-
nes ſequũtur, nemine excepto in d. §. duo fratres, in 3. q. Pro-
bari etiam poſſet ſcientia teſtamenti, ſi probaretur, quod Re
natus ſoluiſſet legata facta in teſtamento pro rata ſua, uel
quod fuiſſet publica uox, & fama d. Ioannem Roſſam eius
genitorem feciſſe teſtamentum, & baroniam prælegaſſe di-
cto Gaſpardo, iuxta glo. in l. ſi tutor petitus, C. de pet. tut. Sed
quia in facto neutrum deducitur, ſuper iſtis ultimis conie-
37 cturis vlterius non inſiſtam. Vnum tamen addam, † quod ſi
vera eſt doctrina Bar. quòd extranei præſumantur ſcire con-
tenta in teſtamento, quod multo magis filius debet præſu-
mi ſcire, vt Fulg. & Paul. tam legendo, quàm conſulendo tra
38 diderunt. † Nam familiares & cognati magis ſciunt facta
ſui coniuncti & familiaris quam extranei. hoc dictat ſenſus,
ſuadet ratio, docet experientia, & iure uerißimum iſtud eſſe
conuincitur, l. octaui, ff. vnde cog. l. de tutela, C. de in integ.
reſt. min. facit tex. in c. quanto, & in c. quoſdam, de præſcrip.
39 ſed quia opinio Bar. communiter approbatur, † quia ſui præ
ſumantur ignorare contenta, extranei autem præſumantur
notitiam habere, quæ opinio poſſet procedere in teſtamẽto
ſolenni, & in ſcriptis, cuius diſpoſitio à communiter conuiu
gentibus nulli innoteſcit, niſi aperiatur, l. prima, & per totũ,
ff. quemad. teſt. aper. ſed in teſtamento nuncupatiuo, quod
palam fit in domo præſentibus omnibus de domo, teſti-
bus, Notario, Sacerdote, & filijs ac filiabus, Quis credet vn-
quam extraneos præſumi habere notitiam, quàm filios? cer-
tè nemo, niſi ſit fatuus, vt de eo qui nomen ſuum proprium
aſſerit ignorare. dicit Imperator in l. fina. C. de hæred. inſti.
eſto igitur quod opinio Bar. vera ſit, quod iſta vltima repre-
henſio non placeat, Prima tamen verißima eſt, nec unquàm
ab aliquo poterit euitari. Sed eſto quòd utraque cauilloſe
reijciatur, illud ſaltem ad victoriam ſufficiat, quòd d. Rena-
tus dedit prædicto domino Gaſpardo poteſtatem alienandi
dictam Baroniam, vt ſupra demonſtraui. quo caſu ſecuta
alienatione ipſe Renatus ſiue ſciẽs, ſiue ignorans fideicom-
miſſum, emptorem, ſi viueret, inquietare non poſſet, l. ſi mã-
dato Titij, ff. mãd. l. ſi fundum per fideicommiſſum, in prin.
ff. de lega. 1. Per quæ iura ita concludit Bar. cum quo alij tiã
ſeniſtri in d. §. duo fratres, in 8. q. in cauſa feudi ſic conſuluit
Aret. conſi. 3. incipien. conſultatio præmiſſa. & Soc. conſ. 43.
viſo teſtamento, lib. 4. vbi in fortioribus terminis videlicet
in caſu, in quo fratres diuidentes reſeruauerunt omnia iura
ſibi competentia ex teſtamento, cõſuluit emptorem inquie-
tari non poſſe, quia data erat in diuiſione poteſtas alienan-
di. quanto magis in caſu noſtro, ubi nulla fuit facta reſerua-
tio diſpoſitorum in teſtamento? Cum itaque ſit, quod Rena-
tus fideicommiſſum remiſerit, uel ſaltem alienãdi faculta-
tem conceſſerit, qui nõ poſſet, ſi uiueret inquietare d. Caro-
lum emptorem.

Concludendum reſtat, quòd nec etiam d. Antonius tan-
quàm hæres domini Renati, & ex illius perſona, ullo modo
40 poſſit moleſtare prædictum Carolum, † quia tanquàm hæ-
res tenetur approbare factum defuncti, vt ſupra dixi. & in ter
minis concludunt Bald. Alua. & alij in c. 1. §. hęc quoque, de
ſucceſſ. feu. Non obſtat denique, ſi dicatur quod d. Antonius
adiuit hæreditatem domini Renati cum beneficio inuen-
tarij, quo caſu ſaluum ſibi eſſe debet ius agendi ad dictam
Baroniam, l. fina. §. in computatione, C. de iure delibe. quod
firmat Iac. Alua. in c. 1. §. Titius. ad fi. ſi de feu. fue. contro. In-
ter ag. & Rom. & Andr. de Iſer. in c. 1. an agn. uel filius, ubi ta-
men dixit hæredem teneri de commoditate feudi ſatisface-
re emptori. ſequitur Cur. in d. tracta. char. 8. quia ad iſtud re-
41 ſpondetur † quod procedit in feudo acquiſito pro ſe, & de-
ſcendentibus quia tunc hęres cum beneficio inuẽtarij eius,
qui vendit feudum, vel vendendi licentiam dedit, ſi ſit de
deſcendentibus, poteſt ex perſona propria, & ex iure ſibi ac-
quiſito ex prouidentia concedentis reuocare alienatiouẽ.
42 Nec obſtat quod ſit hæres, † quia beneficium inuentarii ſibi
conſeruat iura, quæ habebat ex perſona propria, antequàm
adiret: ſecus autem in feudo ſimpliciter hæreditario, vt in
caſu noſtro, in quo hæres eius, qui dedit poteſtatem alienan
di, nullum ius ex perſona propria. & ex prouidentia conce-
dentis poteſt prætendere, ut latè ſupra adduxi, ſed in totum
ius, quod habet, meutur ex perſona eius, cuius eſt heres. quo
caſu tanquam hæres non poteſt conuenire facto ſui defun-
cti, iuribus vulgaribus; & ita declarat d. Alexan. pater verita
tis. conſi. 19. & conſ. 26. & conſ. 28. lib. 5. & eſt ipſa ueritas, cui
ego adhæreo.

Ioan. Franc. de Sancto Nazario vulgo Ripæ.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus talis in ſui eſſentia præſumitur, qualis in ſui figura apparet.*
2 *Venditio iudicatur præponderante pecunia rei ſimul data.*
3 *Contractus natura, & quidditas eſt inſpicienda, non verba.*
4 *Emptionis materia eſt quantitas.*
5 *Contrahentium intentio alteri damnum afferre non debet.*
6 *Emphyteuta fingens permutare, ne dominus iure retentionis utatur, cum venderet, an priuetur iure ſuo.*
7 *Vaſallus ſub figmento ſubinfeudationis, feudum uendens eo priuatur.*

Argumen-

8 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim eſt validiſsimum.*
9 *Fraus de contractu ad contractum non eſt permiſſa.*
10 *Emphyteuta vendens ſub ficto tit. donationis rem emphyteuticam, priuatur.*
11 *Fraus non fit ſcienti, vel qui ſcire poteſt.*
12 *Simulatio quid ſit.*
13 *Permutatio dicitur emptio, & econtra, impropriè tamen, & habet maximam conformitatem inter ſe. & nu. 18.*
14 *A falſitate excuſantur teſtes, ac etiam Notarij per improprietatem & largiſſimam ſignificationem.*
15 *Denominatio poteſt à viliori fieri.*
16 *Simulatio differt ab errore.*
17 *Error nominis non conſideratur, quando conſtat de corpore.*
19 *Fraudari quis dicatur.*
20 *Emptio plurium rerum vnico precio dicitur vnica, nec poteſt pro vna re acceptari, & pro alia recuſari.*
21 *Emptio non tenet perempta ante venditionem perfectam vna re ex pluribus vnico precio venditis.*
22 *Emphyteuta ſi præiudicium afferatur, non poteſt dominus uti iure prælationis.*

RESPONSVM XXIIII.

Qui ueritas eſt, me in ſemitam dirigat ueritatis.

QVeſita ſupra formata non leuia ſunt, ſuper quibus plura dici poſſunt: ſed more meo paucis agam, reſecatis non neceſſarijs.
Circa primum videtur prima conſideratione dicēdum, quod huiuſmodi alienatio dicatur permutatio, & non uen-
1 ditio, quia ſic a contrahentibus nominatur, † & talis præſumitur contractus in ſui eſſentia, qualis apparet in ſui figura, l. intereſt, ibi, quantum lectio probat, ff. de ſolut. l. cum precibus, C. de probat. & uoluit Bal. in l. rogaſti. §. ſi nbi, ff. ſi cer. peta. & in c. 1. §. ſi inſtrumentum, de not. feud. & Pau. de Caſt. conſi. 200. ad primum, & conſi. 351. præſens dubium, Curt. conſi. 53. ſuper articulo, Barb. conſ. 11. 26. 37. 62. lib. 2. & licet pro maiori ualentia refundatur pecunia, tamen magis inſpiciendum videtur quod a partibus principaliter agitur, l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. peta. & videtur in propoſito caſus in ca. & ſi quæſtiones, de rer. permu.
Sed prædictis non attentis, in contrarium arbitror veritatem, quia pecunia refuſa longè excedit valorem rei permu-
2 tatæ. † Vbi autem pecunia præponderat, venditio iudicatur, ſecundum Bar. Pau. & Imo. in l. Ariſto, ff. de dona. arg. l. quicquid, §. fi. ff. de acquir. rer. dom. & l. non quæritur, ff. de ſtat. hom. & ca.
3 quod in dubijs, de conſe. eccle. vel alt. † & quia non verba, ſed quidditas & natura contractus inſpicienda eſt, l. ſi olei, C. loc. l. ſi inſulam, ff. de præſ. verb. Natura autem & eſſentia huius contractus oſtendit eſſe uenditionem, quia pro præ-
4 dijs præſtatur † quantitas, quæ eſt cauſa materialis emptionis & venditionis, l. ex empto, ff. de act. emp. inſti. de empt. & vend. §. precium, declarat Bar. in l. 2. in prin. ff. ſi cer. peta. nec refert quod ſit etiam præſtita domus, poſtquam precium ſiue pecunia præualet: & licet inſpiciendum ſit quod principaliter agitur, tamen hoc loco creditur contrahentes agere contractum venditionis & emptionis, poſtquam precium longe excedit ualorem rei permutatæ. l. fundi partem, ff. de cōtrahen. empt. vel aliter intelligitur, arg. d. l. ſi quis nec cauſam, videlicet in præiudicium contrahentium, non in præ-
5 iudicium tertij. † Nam intentio contrahentium non debet alteri damnum afferre, l. qui ſaccum, ff. de furt.
6 Ad ſecundū, † an emphyteuta & emptor, qui ſimularunt facere contractum permutationis loco uenditionis, ut fraudarent directum dominum iure retentionis, ſint priuandi vtili dominio, videtetur reſpondendum ꝙ ſic per tex. in c. 1.
7 §. calidis, de prohi. feu. alien. per Feder. vbi deciditur, † ꝙ vaſallus, qui ſimulat ſubinfeudare, cum tamen re uera vendat, priuandus eſt feudo. ergo idem in emphyteuta, qui ſimulat
8 permutare, cum re vera vendat, † arg. de feudo ad emphyteuſim, quod eſt validiſſimum argumentum, ſecundū Spec. tit. de feu. §. quoniam, Bar. in l. vt iuriſiuran. §. ſi liberi, ff. de oper. liber. Bal. in auth. ſi quis Ruinas, C. de ſacroſan. eccl. & bene facit tex. in l. qui in contractibus, C. de iure fiſc. lib. 10.
9 Nec † enim permiſſa eſt fraus de contractu ad contractum, vt pulchrè oſtendit Bal. in l. non dubium, C. de leg. & contra emphyteutam committentem fraudem de contractu ad cōtractum plura ſcribit d. Iac. de Sācto Georgio in tractatu de
10 Roydis, char. pen. vbi inter alia dicit, † ꝙ emphyteuta, qui ſimulat facere donationem, cum tamen verè vendat, vt fraudet dominum iure retinendi, ꝙ priuari debet emphyteuſi: ita ergo dicendum videtur in caſu noſtro: & ita viſus fuit uelle Pau. de Caſt. in d. l. Ariſto, & Dec. conſi. 160. in primo dubio.
Præmiſſis non obſtantibus cōtrarium uerius exiſtimo ex duobus. Primo, quia poteſt directus dominus allegare cōtractum eſſe permutationis, qui ex lectura cognoſcitur ꝙ eſt venditio, factam fuiſſe fraudem. nam qui ſcit, uel ſcire poteſt ex rei inſpectione quid agitur, fraudari non dicitur, l. 1. §. ſi intelligatur, ff. de ædil. edict. & l. quæritur. §. fina. ff. co. tit. ex inſpectione autem huius cōtractus, directus dominus ſcire poteſt, vtrum ſit venditio, vel permutatio, vt dicūt Bar. & alij in d. l. Ariſto. & in l. 1. ff. de rerum permu. & in d. c. ad
11 quæſtiones. ergo non fraudatur, quia † ſcienti non fit fraus neque dolus, l. nemo videtur fraudare, ff. de reg. iur. l. t. in fi. ff. de act. emp. l. 1. §. vſque adeo, ff. de iniur. cum ſolitis concordan. Secundo, quia actu nulla eſt ſimulatio. nam verè contrahentes egerunt, & agere voluerunt ea, quæ ſcripta leguntur, & eorum nihil fictum nec ſimulatum. ergo ſimulatio rei aliter geſtæ non poteſt dici, neque deceptus dominus di-
12 rectus, † cum ſimulatio ea ſit, quæ nullam veritatis medullā habet, ſecundum Bal. in l. ei qui, C. de diſtract. pign. & cōtractus dicitur ſimulatus, qui extrinſecus eſt coloratus, & intrinſecus ſubſtantiam non habet, ſecundum Bal. in l. ab Anaſtaſio, in 4. not. C. mand. cum igitur veritas ſit in actu, & quod concipitur, verum ſit, nihil poteſt dici ſimulatum in fraudē domini, l. 1. C. plus val. quod agitur. Nec obſtat ſi dicatur, ſimulationem eſſe in nomine, licet non ſit in facto: quia re-
13 ſpondetur multis modis, primo ꝙ etiam † permutatio dicitur emptio, l. ſciendum. §. emptore, ff. de ædi. edict. & ſic non eſt ſimulatio, ſed impropriatio, quia ex larga ſignificatione qui permutat, poteſt appellari emptor propter veritatem & conformitatem, quam inter ſe habēt emptio & permutatio,
14 l. 2. C. de rerum permu. l. 2. ff. eo. † nam per improprietatem & largiſſimam ſignificationem ſaluantur etiam teſtes & Notarij a falſitate, & contrarietate, ſecundum Pan. & d. Ant. Fely. & alios in c. cum tu, de teſtibus. Secundo reſpondetur, ꝙ ratione domus permutatæ cum prędijs poteſt dici permutatio, cum ab utraq; parte ſpecies detur, l. 1. ff. de rerum permuta. & licet pecunia exuberet, & ꝓpterea a potentiori iudi-
15 cetur emptio: non tamen ſequitur, † quod à viliori non poſſit fieri denominatio, l. legatis, §. ſi vas, ff. de leg. 3. & inſti. de nupt. ubi nuptiæ appellantur matrimonium, & à viliori, & non patrimonium à patre digniori. Tertio reſpondetur ꝙ appellat contractum venditionis permutationis: non eſt ſimulatio, ſed error in nomine, ſicut ſi equum appellaret bouem, l. ſi in nomine, de verb. obliga. l. quoties, ff. de hæred. in-
16 ſti. cum ſimilibus. † Differunt enim quam maximè, error &
17 ſimulatio, ut docet Bald. in l. 1. C. plus val. quod agitur. † vbi autem conſtat de corpore & ſubſtantia rei, de qua agitur, error in nomine non cōſideratur, l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. l. in venditionibus, ff. de cōtrahen. emp. vnde verſus.

Si de re conſtet, non ſit de nomine pugna,

Quod procedit etiam in nominibus appellatiuis, quando ex lectura & uerbis inſtrumenti cognoſci poteſt, quod agūt, ſecundum gl. Bar. & latius communiter in d. l. ſi quis in fundi uocabulo, dum dicunt quod ſi quis cōſtituat Titium aſinum ſuum ad agendum, quod intelligitur conſtituiſſe procuratorem, quia ex illis uerbis, ad agendum, ſatis conſtat, ꝙ illud uerbum, Aſinum, debet exponi, ideſt procuratorem, & traditur per Imo. in ca. petitio, de proc. per Alexan. in l. teſtamen. non ideo, C. de teſtam. & iſtud abſque dubio uerū eſt, quando nomina appellatiua habent inter ſe magnam conformitatem, l. liberorum, §. quid tamen caſus, ff. de lega. 3. vt
18 in caſu noſtro, † in quo emptio & permutatio habent inter ſe maximam uicinitatem, d. l. 2. & ita uoluit glo. in §. ſi quis in nomine, Inſti. de leg. & in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. Non obſt. text. in d. §. calidis, quia in caſu illo, & in caſibus adductis per d. Iac. de Sancto Georgio, erat uera ſimulatio, & uera fraus, nec ex lectura contractus certior reddi poterit directus dominus de ueritate actus geſti. ibi enim uaſallus contractum faciebat, & alium ſimulabat, vendebat enim & ſimulabat ſubinfeudationem, & emphyteuta tacitè uendebat,

bat,& expreſsè donabat. quibus caſibus conſtat ꝙ dominus
directus decipitur in iure prelationis, & grauatur probare
rem aliter ſe habere. in caſu noſtro non decipitur, nec gra-
uatur onere probãdi, quia ex lectura contractus ſans ſuper-
que conſtat de veritate rei geſtæ. Ideo ſibi non dicitur fraus
fieri. iſtam diſtinctionem tradit glo. in d. l. nemo videtur, per
tex. in d. l. prima, §. ſi quæritur, iuncta l. iuſtiſſima. §. fina. ff. de
19 ędil. edict. inquit enim † quod is dicitur fraudari, cui ex poſt
detectus dolus eſt, non is qui à principio ſciuit, uel ſcire po-
tuit uicium rei. & bene facit quod dixit Ioan. de Plat. in l. 1.
C. de condi. in pub. hor. lib. 10. vbi dicit ꝙ vendens frumen-
tum nouum mixtum cum veteri, non dicitur fraudem face-
re, quia miſtura de ſe patet: ſecus ſi miſtura eſſet à principio
occulta, vt quãdo venditur ab aromatario cera mixta cum
fabis tritis, ſecundum Ioan. And. & Panor. in ca. 1. de emp. &
vendi. ſic in caſu noſtro, in quo conſtat ex exuberanti pecu-
nia contractum debere iudicari emptionem, licet habeat
miſturam cum permutatione propter domum. Non obſtat
authoritas Decij, quia loquitur quando emphyteuta occul-
tauit contractum ab irrequiſito domino directo rei vendi-
tæ ſub colore permutationis, & emptor ſub eodem colore
non denũnauit emiſſe, nec obtulit ſe ſoluturum laudemiũ.
in caſu noſtro nihil actu irrequiſito domino directo, & ſic
nulla culpa, & nulla fraus. ergo nulla pęna, quia rem, quæ
culpa caret, in pœnam vocari non conuenit, ca. cognoſcen-
tes, de conſti. & ſine culpa nemo eſt ſuo iure priuandus, c. ſa-
tis peruerſum, 56. diſtin. cum vulgaribus.
20 Circa tertium plura dici poſſunt. ſed ueritas eſt, † quòd di-
rectus dominus volens retinere ſolum prædia, quæ ſub ſuo
dominio ſunt, non eſt audiendus, niſi etiam retineat cætera
prędia ſrãcha, vel quæ ſub altero directo dominio ſunt, quia
omnia unico precio vendita ſunt. nec aliter emphyteuta
fuiſſet uenditurus, & emptor empturus, ut eſt text. clarus in
l. quod autem. §. fina. cum l. ſeq. de in diem addict. ubi poſte-
riori addicenti res plurium venditorum, qui unico precio
vendiderunt, empta non eſt, ſi totum emere noluit, ſed partes
aliquorum duntaxat. & per illum tex. decIditur ꝙ habentes
pactum redimendi non poſſunt uti beneficio pacti. niſi totũ
uoluerint redimere, ita Bar. in l. ſi quis aliam, in fi. ff. de ſolu.
& in l. qui uſusfructus. ff. de vſufr. leg. Bal. in l. 2. C. de pact. in-
ter emp. & vendi. Bar. conſi. 195. Angel. Soci. & d. Iaſ. in l. ſti-
pulationes non diuiduntur, in 8. op. Bar. ff. de verb. obliga. &
d. Fabian. de Monte. in tracta. de emptio. & uend. in 7. quęſt.
eſt enim emptio plurium rerum vnico precio facta, vnica &
21 indiuidua. † & ideo vna re ante uẽditionem perempta, nec
in reliquis emptio conſtat, l. qui duos, ff. de contrah. emptio.
non ergo directus dominus poteſt ex aliqua parte precia re
tinere, & cætera dimittere, quia emptor omiſſa habere non
cogitur & emphyteuta venditor non conſequeretur a domi
no, quod ab alio emptore eſſet conſecuturus. ergo nõ debet
22 directus dominus poſſe uti beneficio † prælationis, quod ita
demum ſibi conceditur, ſi emphyteutæ non præiudicatur in
aliquo, l. fin. C. de iure emphy. & ita in terminis decidit Gui-
do Papæ deciſ. 508. Pono aliquis. & ante eum reperio ita de
terminaſſe Gul. de Cu. & Alber. de Rol. licèt ipſe eos non al
leget in l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iureiur. & facit quod
in ſimili conſuluit Soc. conſi. 43. lib. 1. & conſi. 16. anno do-
mini. lib. 4. niſi ergo domini de Genſone velint tenere to-
tum, & niſi integrum precium offeratur, ius retinendi non
habent, quod veriſſimum exiſtimo.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 Contractus talis præſumitur, qualem verborum proprietas de monſtrat.

2 Permutationem poſſunt contrahentes agere, & ſi pro æquiualentia tradatur pecunia.

3 Actum principaliter eſt inſpiciendum in damnum, & odium agentium, non tertij. num. 8.

4 Permutatio diſcernitur ab emptione ex eo quod præualet, uelu- ti ſi res præualeat pecunia, erit permutatio: aliàs dicetur uen ditio. nu. 7. & 11.

5 Contractus natura eſt inſpicienda, & non verba.

6 Emptionis cauſa materialis eſt quantitas.

9 Malitijs eſt obuiandum.

10 Fraus de contractu ad contractum, eſt prohibita.

12 Læſio tertiæ partis dicitur magnus exceſſus, & enormis læſio.

RESPONSVM XXV.

PRo reſolutione propoſitæ
quæſtionis oportet Indagare, an alienatio prati,
de quo contenditur, facta per Folchetum dica-
tur permutatio, aut venditio. Et prima conſi-
deratione videretur dicendum quod ſit permutatio ex plu-
1 ribus. Primo, † quia talis præſumitur contractus, qualẽ uer-
borum proprietas demonſtrat. l. intereſt, ibi, quantum lecto
probat, ff. de ſolut. ex tenore enim uerborum cognoſcitur,
qualis ſit contractus, ut traditur per Pan. de Caſt. conſi. 200.
ad primum, circa fin. & conſi. 351. præſens dubium Curt. cõ-
ſil. 53. ſuper articulo. Barb. conſi. 2. conſi. 11. 26. 37. 62. li. 2. ex
lectura autem inſtrumẽti apparet, quòd eſt permutatio, quia
expreſsè dicitur. permutarunt pratum cum uinea; ergo &c.
2 Secundo. † quia ſi partes principaliter agant permutare,
etiam quod pro æquiualẽtia refundatur pecunia, nihilomi-
nus contractus iudicatur permutatio, ſecundum Bar. Ludo.
3 Roma Imo. & alios in l. Ariſto, ff. de donat. † quia inſpicien
dum eſt, quod principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi
cert. pet. & pro hoc uidetur caſus in ca. & ſi quæſtiones. de re
rum permuta.
Sed præmiſſis & ſimilibus, quæ adijci poſſunt, non obſtan
tibus, reſpondeo hunc contractum iudicari debere vendi-
tionem, & non permutationem, cum proponatur pecunia
4 longè excedẽs ualorem vineæ permutatæ cum prato. † nam
ad diſcernendum contractum permutationis eſt Inſpicien-
dum id, quod præualet. nam ſi valor rei permutatæ excedat
pecuniam refuſam pro æquiualentia, dicitur permutatio; &
ita procedit tex. in d. ca. ad quæſtiones. Si uero pecunia præ-
ponderat & excedat valorem rei permutatæ, reputatur uen-
ditio, argum. l. quicquid, §. fina. ff. de acqui. rer. dom. & l. cum
quęritur, ff. de ſta. hom. & c. quod in dubijs, de conſecra. eccl.
vel alt. & ita tenet Bal. in prælu. feud. colum. 4. & Pan. in d. c.
ad quæſtiones. & ita in proprijs terminis determinat Paul.
de Caſt. in d. l. Ariſto, & d. Guido Papæ, in deciſ. 92. incipien-
te. de conſuetudine. & hæc ſententia verior uidebitur, & cla
rior apparebit ex reſolutione contrariorum. Non obſtant
itaque verba, quibus cõtractus nominatur permutatio, quia
5 non † uerba, ſed natura, & quidditas contractus eſt inſpiciẽ-
da, l. ſi inſulam, ff. de præſc. uerb. l. ſi olei, C. loc. Natura aũt &
quidditas huius contractus oſtendit eſſe venditionẽ, & non
permutationem, quia pro ſpetie, ideſt pro precio præſtatur
6 † quantitas, quæ eſt cauſa materialis emptionis & uenditio-
nis, l. ex empto, ff. de act. empt. & declarat Bar. in l. a. in prin.
ff. ſi cer. peta. nec refert quod etiã præſtatur alia ſpecies, ideſt
vinea, poſtquam pecunia præponderat. Non obſtat alia ra-
tio, quod inſpiciendum ſit quod principaliter agitur, quia
reſpondetur dupliciter. Primo quod credendum eſt quod
contrahentes agant facere contractum vẽditionis & emptio
7 nis, & non permutationis, † cum quantitas, quæ pro precio
data fuit, longe excedat ualorem vineæ, l. fundi partem, ff. de
contrahen. emp. l. ſi ſteriles, §. ſi tibi, ff. de act. empti.
Secundo reſpondetur, quod illud quod dicitur, inſpicien-
dum eſſe quod principaliter agitur, procedit in odium &
8 damnum ipſorum † agentium, nõ etiam in odium & dam-
num tertij, in cuius præiudicium non licet agentibus agere
aliquid principaliter, ut ex eorum principali actione alteri
9 damnum quæratur, l. qui ſaccum, ff. de fur. † Alioquin eſſet
inuenta uia malitijs, quibus conſtat eſſe obuiandum, ca. ſe-
des, de reſcrip. ſemper enim emphyteutæ fingerent permu-
tare, & dicerẽt hoc agere principaliter, ut directos dominos
iure prælationis ſpoliarent, quod non eſt tollerandum, c. im
perialem, §. calidis, de prohi. feud. alien. per Feder. ubi Impe
rator ſtatuit vaſallos, qui precio accepto ſub colore inueſti-
turæ, quam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, priuandos
eſſe iure feudi, ne tale figmentũ in fraudem domini ualeãt
excogitare. & benè facit tex. in l. qui in contractibus, C. de iu
10 re fiſca. lib. 10. † nec enim permittitur fraudem fieri de con
tractu ad contractum ut docet Bald. in l. non dubium, C. de
leg. & hac ratione decidit d. Iac. de Sancto Georgio in tracta
tu de Rovdis. char. pen. quod frater qui remittit fratri oĩa bo
na paterna pro certa quantitate pecuniæ ut euitet ſolutionẽ
laudemij, & auferat ius prælationis directo domino, priua-
ri poteſt emphyteuſi. ubi alius emphyteuta fraudans detegit,
quibus iura occurrunt, vt latius per ipſum deducitur. & benè
facit

facis quod decidit Alber. de Roſ. in d. l. fundi partem, vbi di
cit Paduæ ordinatum fuiſſe, quod menſura uini non poſſet
uendi ultra duos denarios, ſub certa pœna. Tabernarij uen-
debant duobus denarijs mẽſuram uini, & duabus caſtaneis,
dicentes ſe uendere menſuram uini pro duobus denarijs, &
caſtaneas pro alijs duobus. Reſpondet ipſe, tabernarios in
pœnam ſtatuti incidere, quia adiectio caſtanearum ſiebat
in fraudẽ, ſicut in caſu noſtro adiectio uineę facta creditur
in fraudem, l. fina. C. de iure emphy. quæ directo domino cõ
cedit ius retentionis rei uenditæ, & non permutatæ. & iſtud
eſt quod uoluit dicere Pau. de Caſt. in d. l. Ariſto, in fi. princ.
11 dum dicit, † ꝙ ſi pecunia multum excedat, tunc indiſtinctè
ſit uenditio, etiam ſi actum ſit quod ſit permutatio, maximè
quando agitur de præiudicio tertij, ut in caſu noſtro, in quo
agitur de pręiudicio monaſterij Sancti Martialis dicti domi
ni. & ne fortè, obijciatur, quod Pau. de Caſt. loquitur quan
do pecunia multum excedit, dico quòd etiam in caſu no-
ſtro excedit, cum excedat tertiam partem ualoris uineæ per-
mutatæ cũ prato. ſi quidem uinea ſit ualoris quinginta ſcu-
torum duntaxat, & pecunia refuſa ſit quantitatis 78. ſcutorũ.
nam exceſſus in tertia parte dicitur magnus exceſſus, ut no.
in ca. ad noſtram, de emp. & uendi. & per Cępol. de Simo. cõ.
præſumpt. & læſus in tertia parte dicitur enormiter læſus,
ut traditur per Bartol. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorũ, ff. pro
ſocio, & per d. Ant. & alios in cap. Quintauallis, de iureiu.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Mora purgatio de iure canonico eſt permiſſa ſolum celeri ſatiſ-
factione, ueluti infra duos menſes.*
2 *Mora quandoque poteſt purgari in foro pœnitentiali, uel ſubſi-
ſtente cauſa.*
3 *Mora dicitur celeriter purgata infra duos menſes.*
4 *Emphyteuta, qui iurauit ſoluere canonem quolibet anno, cadit
ab emphyteuſi, ſi ceſſat in ſolutione per annum.*
5 *Iuramentum impedit moræ purgationem.*
6 *Minor non reſtituitur aduerſus geſta per patrem minor. ætas
non eſt cauſa læſionis, uel quando conſtat diligentiam non fuiſ
ſe profuturam.*

RESPONSVM XXVI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

PVnctus controuerſiæ uertẽtis in-
ter macel-
larios agentes, & liberos ac hæredes Antonij Ma
leſant, reos, & ſe defendentes, in duobus principa
liter uerſatur. Primum, an moræ purgatio pro-
ſit ipſis hæredibus. Secundum, an aduerſus caducitatẽ ue-
niant ipſi liberi reſtituendi, uel ratione ignorantiæ, uel rõne
minoris ætatis, quibus diſcuſſis apparebit, utrum fuerit be-
nè uel malè iudicatum.

Circa primum reſpondendum prima conſideratione ui-
1 debatur, licuiſſe dictis hæredibus purgare moram, † quia de
æquitate Canonica indiſtinctè videtur licita moræ purgatio, ſe-
cundum glo. in ca. apud miſericordem, 32. q. 1. & in ca. bea-
tus, 22. q. 2. & Bald. in l. qui crimen, col. 2. C. qui accuſ. non
poſſ. & traditur per Dec. conſil. 138. col. 3. & ubi de æquitate
ſemper non liceret, ſaltem celeri ſatisfactione purgari po-
tuit, ut eſt caſus in ca. potuit, de loca. & ubi aliàs licita nõ eſ-
ſet purgatio moræ, ſaltem minores aduerſus caducitatem
cauſatam propter Canonem non ſolutum ſua die, eſſent be
neficio minoris ætatis in integrum reſtituendi, ſecundum
Spe. tit. de loc. §. nunc aliqua, uerſ. 15. & glo. & Bal. in l. 2. C. ſi
aduerſ. uend. pig. & in l. ſi tutoris, C. de admi. tut.

Sed prædictis non attentis puto prædictos hęredes cecidiſ
ſe à iure emphyteutico prędiorum, de quibus agitur, ob ca-
nonem ſua die non ſolutum. iuxta l. 2. C. de iure emphy. &
ca. potuit, de loc. Nec obſtat dum dicitur quod de æquitate
canonica eſt licitum quandocũq; moram purgare, quia re-
ſpondetur, quod iſtud non eſt uerum. nam etiam de iure ca
2 nonico nõ † eſt licitum purgare moram, niſi celeriter dicto
ca. potuit, & quòd non ſit licita purgatio moræ quandocun-
que etiam de iure canonico eſt text. in cap. licet crimen, de
elect. li. 6. & ubi gl. adducit uaria iura, quę iſtud probant, qđ
maximè uerum eſt in contractibus, in quibus promiſſor iu-
rauit certa die ſoluere, propter uinculum iuramenti, ut in-
fra ſubijciam, & ita tenet d. Alexan. in l. ſi inſulam, ff. de uer-
bor. obliga. & Lud. Roma. ſing. 444. & conſi. 427. dicentes ꝙ
diſpoſitio l. ſi quis maior, C. de tranſact. habet etiam locum
de iure canonico. uel aliter reſpondetur, ſecundum d. Alex.
& Ludo. Roma. in locis pręallegatis, quod opinio gloſ. in d.
ca. apud miſericordem, procedit in foro pœnitentiali tan-
tùm, & non in foro contentioſo. vel aliter reſpõdetur, quod
opinio dictæ glo. & ſequatium procedit ſubſiſtẽte legitima
cauſa purgandi moram. ita ego pondero uelle glo. in d. ca.
beatus, eo quod ſe fundat in l. Celſus, ff. de arbitr. Quo caſu
nullus eſt, qui neget tunc moram poſſe purgari: ex proceſſu
autem non conſtat de aliqua legitima cauſa, propter quam
ſit concedenda purgatio. non enim conſtat, quod Antonius
eorum pater, ex cuius negligentia fuit cauſata mora, unquã
fuerit iuſto impedimento impeditus ſoluere canonem ſua
die: ergo nulla proponitur cauſa, propter quam conceden-
da ſit purgatio. Non obſtat, quod licitum ſit emphyteutæ
purgare moram celeri ſatisfactione, d. ca. potuit, quia reſpõ-
detur dupliciter. Primo quod in præſenti caſu non fuit pur
3 gata mora celeri ſatisfactione. † Nam ſecundum commu-
nem Doct. ſententiam dicitur in propoſito mora celeriter
purgata, ſi fuerit purgata infra duos menſes, uel ſecundum
aliquos infra quatuor, qui dantur iudicatis, iuxta l. fin. C. de
execu. rei iudica. ita concludit Petrus de Anchar. & alij cõ-
muniter in d. ca. potuit. & ita conſuluit idem Petrus conſi.
421. quidam ſer Anto. colum. 4. & firmat d. Iaſ. in d. l. 2. col.
45. C. de iure emphy. & Dec. conſ. 138. colum. fina. Bal. conſ.
357. uiſis uerbis, li. 2. in caſu nr̃o nõ ſolum poſt morã & cau
ſatam caducitatẽ per lapſum triennij decurſi ſunt quatuor
menſes ante purgationem, ſed etiam ſexdecim, quo fit ut
non poſſit dici celeriter purgata. Imo attento iuramento de
curſi fuerunt anni quatuor à die commiſſi, & caducitatis uſ-
4 que ad diem purgationis. Nam † emphyteuta, qui iurauit
ſoluere canonem anno quolibet, cadit ab emphyteuſi, ſi ceſ
ſat in ſolutione per annũ propter periurium, d. l. ſi quis ma-
ior, quæ habet etiam locum in contractu emphyteutico, ſe-
cundum Bald. in ca. querelam, de iureiuran. & d. Iaſ. in d. l.
ſi quis maior, colum. 3. & Corſ. in repe. rub. de iureiur. in tt.
priuilegio, & d. Ale. conſi. 85. non puto, & conſi. 126. li. 1. ceſ-
ſauit enim Ant. pater horum liberorum & hæredum annis
quatuor in ſolutione. vnde neſcio uidere, qualiter poſſit di-
ci eos celeriter purgaſſe moram. Secundo reſpondetur, ꝙ
mora eſt purganda celeriter in caſibus, in quibus permitti-
tur purgatio. nam omni caſu permiſſo eſt infra modicum
temporis purganda, l. Titia, §. Seia cauit, ff. de uer. obli. & tra
ditur per Bar. & legiſtas in d. l. ſi inſulam, in ſecunda oppo.
in caſu noſtro purgatio morę non reperitũ permiſſa, ergo &c.
5 † Nam iuramentum impedit purgationem moræ, d. l. ſi
quis maior, & ibi not. max. per Iaſ. & ita concludunt Bart. &
alij communiter in d. l. ſi inſulam, q. 5. & ita conſuluit Lud.
Roma. d. conſi. 427. d. Alex. conſi. 106. colum. 4. lib. 3. & con-
ſil. 159. in cauſa & lite, colum. 2. lib. 2. & conſi. 76. col. penul.
lib. 5. & Corn. conſi. 121. & conſi. 156. & conſi. 208. li. 1. & Gui
do Papę, conſi. 31. in 6. dubio, fruſtra itaque recurrunt iſti mi
6 nores ad beneficium purgationis. Non etiam eos iuuat † be
neficium reſtitutionis in integrum, quam ex capite ignorã-
tiæ, & minoris ætatis petierunt ſibi concedi aduerſus hanc
caducitatem, quia neq; ignorantia, neq; minor ætas ipſorũ
minorum fuit cauſa caducitatis. & læſionis, cum fuerit cau
ſata ex perſona Antonij eorum patris, & ante illius obitum.
Non enim reſtituuntur minores aduerſus geſta uel omiſſa
per patrem maiorem, l. Aemilius Largianus, ff. de minor. &
iſtud eſt indubitati iuris. ideo aliter nõ implebo folia. opor
tet enim quod minor ætas, uel ignorantia ipſorum minorũ
dederit cauſam eorum læſioni, alioquin reſtitutio eſt eis de
neganda. l. 1. ff. de in integ. reſt. & l. 1. & l. ait prętor, ff. de min.
Ex ijs infertur benè fuiſſe iudicatum, & malè prouocatum.
Nec obſtat, dum petitur reſtitutio in integrum aduerſus de-
ſertionem appellationis, quam non fuerunt dicti minores
ſuo tempore proſecuti, quia aduerſus negligentiam non eſt
concedenda reſtitutio, quando conſtat ꝙ diligentia nihil
fuiſſet profutura. l. ſi vehenda. §. ſi ea, ff. ad l. Rhod. de iact. &
latè patet ad oculum. non enim poſſunt dici minores lęſi ex
non proſecutione appellationis, qa & ſi eam fuiſſent proſe-
cuti, uel de nouo proſequantur, conſtat eos non poſſe obti-
nere uictoriam. cum ſit cauſata caducitas in uita patris, &
ob culpam, & negligentiam eiuſdem patris, &c.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta re emphyteutica priuatur, ſi eius culpa deterioretur res ipſa, tribus tamen copulatiuè concurrentibus.*
2 *Emphyteuta magis peccat deteriorando, cum faciat contra naturam contractus, quam alienando.*
3 *Emphyteutici contractus natura eſt, ut melioretur res emphyteutica.*
4 *Ab emphyteuſi cadit ſuccidens arbores fructiferas.*
5 *Feudali fundo priuatur feudatarius ob deteriorationem.*
6 *Argumentum ualet de feudo ad emphyteuſim.*
8 *Emphyteuta non poteſt inuito domino rei emphyteuticæ ſubſtantiam mutare.*
9 *Culpa lata eſt non reparare domum, ne corruat, etiam ſi ſumus in dubio, niſi uitio ſoli eueniret.*
10 *Emphyteuta non curans uineam emphyteuticam cadit à iure ſuo.*
11 *In emphyteutico contractu habet locum l. ſi quis maior, C. de tranſact. ac in quolibet alio contractu.*

RESPONSVM XXVII.

1 SI domus, † de qua in themate, corruit
culpa & negligētia Anto. em-
phyteutę, conſtat eum ab emphyteuſi poſſe repel
li, teneriq; ad reſarciendum damnum ruinæ, ut
2 eſt tex. in auth. qui rem, C. de ſacroſan. eccl. † ma
gis enim peccat emphyteuta abutendo, uel deteriorando
rem, quàm alienando, ſecundum d. Phil. Cor. conſ. 67. d. Ioā.
3 Baptiſtā. colum. fina. lib. 2. † quia de natura contractus em-
phyteutici eſt quod res accipiatur in emphyteuſim ut melio
retur, l. 2. & fina. C. de iu. emphy. vnde qui deteriorem eam
reddit, facit contra naturam contractus, nō ita qui alienat.
4 † Et ideo qui ſuccidit arbores fructiferas, cadit ab emphyteu
ſi, ut latè traditur per Alex. & Moder. in l. diuortio, § fundū,
ff. ſolu. matr. Bald. conſi. 290. vulgare eſt, lib. 2. & d. Iaſ. in rub.
5 C. de iu. emphy. colum. pen. & probatur exemplo † feudata-
rij, qui poteſt fundo priuari propter rei feudalis deteriora-
tionem, ca. ad apoſtolicæ, §. pen. & ibi not. Innocen. Gem. &
alij, de re iudi. lib. 6. & ca. 1. §. fin. de pac. tenen. & ibi no. Bal.
6 † Valet enim argumentum de feudo ad emphyteuſim ſe-
cundum Spec. tit. de feud. §. quoniam, & Bald. in l. uoluntas,
C. de fideicom. & Bar. in l. mihi & Titio, ff. de uerbo. obliga.
7 & ſi dicatur † tria eſſe neceſſaria ad hoc, ut emphyteuta ca-
dat ab emphyteuſi propter rei deteriorationem, quæ tradit
Bald. in d. auth. qui rem. Reſpondeo quòd omnia hæc tria
concurrunt in re præſenti. Primum, ſcilicet quod deteriora-
tio ſit notabilis, ſatis manifeſtè deprehenditur, quia domus
quæ collapſa eſt, eſt principalis res, quæ fuerit tradita in em-
phyteuſim ipſi Antonio, & propter ruinam dicitur mutata
rei ſubſtātia, l. repeti. §. rei mutatione, ff. quemad. uſusf. amit.
8 quæ † mutatio non conceditur emphyteutæ inuito domi-
no, l. vſufructuarius nomen, ff. de vſuſr. ſecundum quod de-
terioratio reſpiciat proprietatem, & non fructus etiam con
currit. ut de ſe patet. Tertium quòd deterioratio proceſſe-
rit dolo, aut lata, uel leui culpa, non leuiſſima, etiam reperi-
9 tur in caſu iſto, quia † culpa lata eſt non reficere & reparare
domum, ne corruat, l. 2. C. de conditio. in pub. hor. lib. 10.
no. Bart. & in dubio creditur domum corruiſſe culpa eius,
qui potuit reficere, niſi id uitio ſoli factum probetur. l. flu-
minum §. vicium, ff. de dam. infec. Nec dicatur ꝙ Antonius
non fecit rem deteriorem, licet negligens fuerit in reparan-
do, & reficiendo, quia ſatis facit, qui negligit, quia aduerſus
ea facit, quæ facere debuit. l. a. in prin. & ibi glo. ff. de uerb.
10 obliga. l. qui facit, de reg. iuris. Et † ideo qui non curat ui-
neam, cadit ab emphyteuſi, quia propter inertiam & negli-
gentiam vinea corrumpitur, & deuaſtatur, ſecundum Bald.
in d. authen. qui rem. & hæc maximè procedunt in caſu oc-
currenti, in quo emphyteuta iurauit bona emphyteutica be
ne & debite tenere, regere, & gubernare, qđ minimè adim-
pleuiſſe conſtat. Vnde propter periurium, dubium non eſt
eum cecidiſſe a commodo contractus, l. ſi quis maior, C. de
11 tranſa. quæ † locum habet non ſolùm in tranſactione, ſed in
quocunque ꝯtu de mundo, ſm Bar. & cōiter Scriben. ibi, &
maximè in ꝯtu emphyteutico, ſm Bal. in c. querelam, de iu
reiuran. & d. Ale. conſi. 85. lib. 1. & conſi. 126. eo. lib.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ob canonem non ſolutum, reiq; etiam partis alienationem, cadit à iure ſuo, etiā totius, niſi ſit in probabili ignorantia, quæ cauſatur ex aſſertione venditoris*
2 *Ignorantia regulariter excuſat à pœna, & in dubio præſumitur, niſi ſcientia probetur.*
3 *Venditoris aſſertio conſtituit emptorem in bona fide, cum ei debuit credere.*
4 *Libera & allodialis in dubio quælibet res præſumitur*
6 *Emphyteuticæ rei directus dominus, qua actione agit cōtra eiuſdem rei emptorem.*
7 *Præſcribi poteſt longo tempore res emphyteutica empta ab ignorante: ſecus à ſciente, niſi longiſſimo tempore.*

RESPONSVM XXVIII.

Qui veritas eſt, me dirigat in viam veritatis.

1 QVæritur, an † Guilielmus Excombar-
di ceciderit a proprietate,
de qua in libello commiſſi intentati per Ioannē
Breſerij? & uidetur ꝙ ſic, tum propter canonem
non ſolutum debito tempore, l. 2. C. de iu. emphy. ca. potuit,
de locat. tum quia non recognouit, nec inueſtituram petijt,
nec laudemium ſoluit, l. fin. C. eo. tit. de iu. emphy. tum quia
mater domini Franciſci Breſerij hæredis quond. dñi Petri
emphyteutæ vendidit rem hanc emphyteuticam, tanquam
allodialem & propriam ipſius dñi Franciſci, quo caſu res vē
dita etiam pro parte cadit tota in commiſſum propter con-
temptum directi dñi, l. quidam in iure, §. donationem ff. de
donat. & ibi Bar. traditur per Bald. in ca. 1. col. 3. de alie. feu.
per Iaſ. in d. l. fi. col. 136. & alibi ſæpe.

Sed præmiſſis non obſtantibus, ſecundum ea, quæ pre po-
nuntur, ꝯtrium verius eſſe reſpondeo, quia ista quæ dicunt
propter non ſolutionem canonis, vel non ſuſceptam inueſti
turam rē emphyteuticam cadere in commiſſum procedunt
in emphyteuta ſiue emptore, qui ſciebat rē eſſe emphyteu-
ticam, non in eo qui ignorabat, vt eſt tex. quem ibi no. Bal.
& dicit ſingularem in c. 1. de content. inter dom. & emp. &
idem traditur per Bal. in c. uaſallus, ſi de feu. fuer. contr. intr.
dom. & agn. vaſ. & per d. Iaſ. in d. l. fina. colum. 137. Ignoran-
2 tia † enim regulariter excuſat à pœna, vt no. per glo. in l. 1. ff.
de recep. & in ca. 2. de conſt. & l. Metrodorum, ff. de pœn. & in
ca. apoſtolicæ. de cler. excom. miniſt. Guilielmus autè reus,
& eius pater hactenus ignorarunt prædium contentioſum
fuiſſe emphyteuticum, ergo &c. & ſi dicatur non conſtare ꝙ
ignorauerit, reſpondetur ꝙ in dubio præſumitur ignorātia,
niſi probetur ſcientia, reg. præſumitur, de reg. iur. lib. 6. l. ne-
3 mo, ff. de probat. & aſſertio † venditricis, quæ aſſeruit in con
tractu venditionis prædium eſſe allodiale, & proprium do-
mini Franciſci eius filij, conſtituit emptorem in bona fide,
l. bonæfidei emptor, ff. de uerb. ſigni. & l. bonæfidei, ff. de ac-
qui. rer. dom. debuit enim credere aſſertioni venditoris, l. ſi
à bonæfidei. ff. de rei vend. & ex hac credulitate cauſatur iu-
ſta ignorantia, ꝓpter quam emptor excuſatur à commiſſo,
vt ſaltem beneficio reſtitutionis in integrum ſit ei ſubuenie
dum, ut per Bar. & alios in l. cum filijs, §. in hac, ff. de ver. obli
ga. & ita in proprijs terminis decidit Guido Papæ, deciſ. 24.
incipiente, quiſpiam dedit. & ita etiam tenet gl. in l. 2. & ibi
Iaſ. colum. 86. C. de iure emphy..

Non obſtat dum dicitur, ꝙ fuit cauſatum commiſſum eo
ipſo, ꝙ prędium emphyteuticum fuit venditum tanquā pro
prium & allodiale: quia reſpondeo dupliciter. Primo ꝙ do-
minus Franciſcus Benſorius, tunc minor & hæres dñi Petri,
ac eius mater tutrix ignorabāt prędium eſſe emphyteuticū,
& ſic etiam ipſe dñs Franciſcus reſtituendus eſt aduerſus hāc
caducitatem ex capite probabilis ignorantię, iuribus præal-
legatis. & ita conſuluit d. Alex. conſi. 168. uiſo themate. col.
4. li. 2. Lud. Rom. conſi. 166. viſo diligenter, in fi. & Dec. cōſ.
164. non fuerat propoſita, col. pen. & fin. Ignorantia autē ma
ximè in d. Franc. & eius tutrice, cum ſucceſſerit in locū alte-
rius, l. qui in alterius, & ibi inducit Dec. ad quęſ. noſtram. de
4 reg. iur. & Dec. in d. conſi. 164. col. fin. & quia † in dubio quę-
libet res præſumitur allodialis, ſecundum Hoſt. & Ioā. And.
in cap. fina. in verbo reſpondere, de iud. & in cap. non mi-
nus, de iureiurando. & Ioan. And. in addit. Spec. tit. de feud.

cum alijs concordan.de quibus per d.Alexan. conſi.15. colum.1.lib.5. tum quia aduerſus caducitatem cauſatam culpa tutoris,& eſſet reſtituendus idem d.Franciſcus.

6 Secundo reſpondetur, quod † in hoc iudicio non agitur, nec agi poteſt contra emptorem ad commiſſum cauſatum ex hac cauſa, quia prædium fuit uenditum tanquàm allodiale, ſed agendum eſt contra uenditorem, quo uicto competeret rei vendicatio directo domino.

7 Inſuper † cum Gulielmus mediante perſona patris,& ſua tit. pro empt. non ſolum ſpatio decem annorum inter præſentes,ſed etiam viginti,& ultra poſſederit dictum prædium vti allodiale & proprium, ſine dubio præſcripſit directum dominium,l.prima,cum concord.C.de præſ.long.tempo.& l.ſi quis emptoris,§.1.C.de præſcrip.30.vel 40.annor. Nec obſtat auth.malę fidei,C.de præſc.long.temp.tum quia mater tutrix dicti Franciſci, ſiue ipſe Franciſcus, a quo cauſam habuit d.Guilielmus,non erat in mala fide,cũ neſciret eam eſſe emphyteuticam, ut ſupra probaui,tum quia auth.malę fidei, procedit ſolum quando præſcribens ſe fundat in præſcriptione longi temporis 10. uel 20. annorum, ſecus ſi ſe fundet in præſcriptione 30.vel 40.ann. ut in caſu noſtro. ita probatur in d.auth.malę fidei, & traditur per Alexa.& alios in l.Pomponius,§.cum quis,ff.de acquir.poſſ.& ita in ſpecie determinat Franciſcus Balb.in tractatu præſcript.in 8.quaſ. quartæ par.princip.

Laus Deo Opt.Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta priuatur iure ſuo, locando in perpetuum rem emphyteuticam, uel eam alienando,quamuis illam rem recuperauerit ex interuallo, perfecto tamen contractu mediãte traditione,cuius loco non ſufficit ſi dictum ſit, Dedit & tradidit: nec ficta traditio per conſtitutum nu.3.& 6.*

2 *Venditionis contractus traditione perficitur.*

3 *Verba debent intelligi,ut aliquid operentur.*

4 *Feudum non poteſt ſubinfeudari abſque conſenſu domini,ſtante pacto de non alienando: aliàs ſecus.*

5 *Feudum an amittatur ob longiſſimam locationem.*

7 *Verbum poſtea denotat longum interuallum.*

8 *Feudum antiquiſſimum ſi cadit in commiſſum,non domino,ſed agnatis uaſalli applicatur.*

9 *Iudicium non poteſt formari ſine reo, actore, & Iudice.*

10 *Proceſſus non ualet, lite non legitimè conteſtata., uel non interueniente cauſa cognitione.*

11 *Regula, qui potuit, noluit,quod uoluit, adimplere nequiuit.*

RESPONSVM XXIX.

PRocurator verus ignorans ſe procuratorem nihil facere poteſt procuratorio nomine, quia debet ſcire fundamentum ſuæ poteſtatis.

Viſo proceſſu cauſæ uertentis inter Magnificum & potentem uirum Dominum Sancti Valerij agetem, & d.Robertum de Sancto Ferreolo Varonen.Monnſcluſi, ſe deſendentem ſuper caducitate ſeu commiſſo baſtidæ San-

1 cti Torquati. Prima conſideratione videretur † ex fughieria perpetua ſeu locatione perpetua dictæ Baſtidæ, facta per patrem dicti Roberti abſque licentia prędicti domini Sancti Valerij domini directi, conſolidatum fuiſſe dominium vtile cum directo. Nam vaſallus non poteſt rem feudalem alienare inconſulto domino: aliàs cadit à iure ſuo, cap.1. de prohi.feud.alien.per Fed. cum ſuis concordan. ſimiliter emphyteuta cadit à iure ſuo,ſi alienat rem emphyteuticam ſine licentia directi domini.l.fina.C.de iure emphy.cap.potuit.de loc. nec uidetur obſtare, quod Antonius pater Roberti recuperauerit dictam Baſtidam per redemptionem factam per Michaelem Raynandi, cui in emphyteuſim perpetuam dederat, quia per recuperationem non euitatur pœna caducitatis in cõmiſſum,ut eſt tex. in c.1.in ti.quid iuris, ſi uaſ. poſt alien.feu.recup.ſequitur Bar.in l.ſequitur.§.item Labeo,de vſucap per tex.in l.1.§.ſi rem depoſitam, ubi Pau. de Caſt.ff.depoſ.& iſta eſt communis ſententia,ut teſtatur d. Iaſ.in l.fin.col.antepen.C.de iure emphy.& Dec. conſi.160. in ultimo dubio.

Præmiſſis non obſtantibus prout re uera non obſtant, ſecundum ea quæ proponuntur,more Sceuolę,reſpondeo nõ fuiſſe pœnam commiſſam, nec rem feudalem apertam domino,quia iura,quæ dicunt uaſallum,uel emphyteutam incurrere pœnam priuationis propter alienationem rei factã abſque licentia domini,loquuntur de alienatione perfecta, per quam fuit translatum dominium,& ſic ad traditionem,

2 & non de ſimplici & nudo contractu, † quia alienatio non dicitur fieri ſolo contractu,ſed traditione facta in executione contractus,l.nunquàm nudæ, ff. de acq. rer. dom.l.traditionibus,C.de pact.non enim ante traditionem dicitur perfecta venditio nec alienatio,Inſti.de rer. diuiſ. §.uenditæ,& ca.cum Ioannes,de fide inſtru.& ita in terminis decidit Specu.tit. de loc. §. nunc aliquæ, verſ.95. Idem firmat Bald.loquens in uaſallo,in ca.1.§.aut ſi libellario, colum.fin. quib.mod.feud. amit. & in ca.Imperialem,in princ.colum.1. de prohi.feud.alien.per Feder.& in ca.1. §. denique,quę fuerit prima cauſa ben. amitt.& Iac.Alua.in d.c.1.§.fin. concl.43. eo.tit.quę fuer.prima cauſa ben.amit.& ita conſuluit d.Antonius de Butr.conſi.37.uiſo puncto, & hanc ſententiam ſequitur & dicit eſſe communem d.Iaſ. in l.fin.char.pen.uerſ. 19.quæro.C.de iure emphy.& ita tenet, & concludit Pau.de Caſt. poſt glo.ibi in d.l.1.§.ſi rem depoſitam, ff.depoſ.& cõprobatur ex eo,quod cõſuluit Pau.de Caſt.conſ.342.videtur quod dicta ſententia.ubi uult quòd ſtatutum, quo confiſcatur res alienata in forenſem ſine licentia Principis,ita demũ locum habeat,ſi ſit facta traditio rei. ſequitur d. Iaſo. in l. filiusfam.§.diui,in 2.lect.colum.8.ff.de leg.1.nam non dicitur alienaſſe rem,qui non tradit, quia non alienam fecit, l. alienatum,ff.de uerb.ſign.& ita in terminis cõſuluit Corn. conſi.11.colum.14.uerſ.ex quibus,li.3. & iſtud in propoſito noſtro applicat Spec.tit.de emptio.& vend.§.1. in prima for

3 ma inſtrumenti uenditi. & procedit † etiam ſi in inſtrumento uenditionis rei feudalis uel emphyteuticæ ſint appoſita hęc uerba,Dedit & tradidit, quia per talia uerba non intelligitur res tradita,ſed data licentia de apprehendendo.& ita etiam docent Bar.& alij in l.prędia.ff.de acq poſ.& Alexan. conſi.4.col.2.li.2.& ita etiam firmat in terminis noſtris d.Iacob.de Sancto Georgio in tracta.feud.in uerſ.& cum pacto de non alien.colum.2.verſ.ex hoc infertur. Nec huic rõni obſtat,ſi dicatur quòd hoc modo pactum adiectũ in inſtrumento inueſtituræ ibi,Requiſita tamen licentia de alienando:nihil operabitur,quod non eſt dicendum,l.ſi quando,ff. de leg.1.c.ſi Papa,de priuileg. quia reſpondeo,ꝙ ſatis opera-

4 tur, † quia abſque hoc pacto potuiſſet inueſtitus ſubinfeudare dictam Baſtidam abſque licentia domini directi, ut vult gl'o.communiter approbata in ca.1. §. prętetea, de cap. Corr.& modo ſtante dicto pacto non poterit ſubinfeudare, & in hoc operabitur ſecundum Bald.& Aluar. in d.§.pręterea,& d.Iac.de Sancto Georgio in d.tractatu, & in uerſ.& cũ pacto de non alienando,col.1.comprobantur pręmiſſa, quia per locationem etiam ad tp̃s longiſſimum, non cadit uaſallus in commiſſum, quia apparet ꝙ non eſt conſtitutum ius in re, ſecundum Bal.& Ioan.de Imo.in l.codicillus,§.inſtituto,ff.de leg.2. & Bal.in l.ſi domus,§.fina.ff. de leg.1.& Gem. in c. abbatib. 12.q.2. uerum ante traditionem non dicitur conſtitutum ius in re,ſed ſolum competit actio perſonalis contra locantem, l.1.& per totum,ff.& C.loc. ergo &c. fortius dixit d. Guido Papæ, quòd etiam per alienationem ſecuta traditione ficta per conſtitutum,uel precarium non cadit emphyteuta, uel uaſallus in commiſſum niſi interuenerit traditio realis, deciſ.101.& ibi atteſtatur ita ſeruari & iudicari ſolitum per curiam parlamenti. ſequitur Alua.in cap.1.quid iuris,ſi uaſal. poſt alien.feu.

Quę opinio eſt admodũ humana,& eam ſecutus ſum,ca.cum M. Ferra.de conſt.quanto ergo magis nõ erit locus cõmiſſo in caſu nr̃o,in quo non interuenit nec ficta, nec uera traditio? Non obſtat q̃d ſ. dictum eſt,ꝙ uaſallus,uel emphyteuta nõ euitat pœnam recuperando rem alienatã, quia rñdetur dupliciter. Primo ꝙ in caſu nr̃o, in quo non interuenit aliqua traditio,non põt dici res alienata, ut patet ex prædictis. Secundò rñdet verũ, ſi ex interuallo recuperauerit: ſecus ſi incõtinẽti. ita ↄcludit Iac.Alu.poſt Bal.& Ioã. And. in d.c.1.quid iuris,ſi vaſ.feud.recup.per illum text.in uerbo,

5 poſtea,† quod denotat longũ interuallũ,l.ab hoſtib.ff.ex qb. cau.ma.cũ ↄcor.ſequit̃ dñs Fran.de Cur.in trac.feu. in 4.par te.q.13.verſ.limitat ſecundo.& ex hoc colligit alia rõ ad excludendũ pœnam ↄmiſſi,quia hic d. Ant. q dedit baſtidam ad ſughierũ,ſiue libellũ,cito & incontinenti redemit, videlicet infra 10.menſes,vel circa,& antequam fuerit ſibi mota lis p 15.annos,vt patet ex data remiſſionis dictæ, & data motę litis. nam in ꝓpoſito dr̃ incõtinẽti facta recuperatio, etſi

eſſet

eſſet facta poſt triennium. imò ſi ſit facta antequam fuerit
vaſallus tractus in cauſam commiſſi, ſecũdum And.de Iſer.
& Iac.Alu.& Franciſcum Curt. in locis prælegans, arg. l.
mancipiorum, ff.de op.leg.& eorum quę ipſe Alu.poſt alios
dixit in ca.1.de eo qui arma bell.dep.

8 Secundo reſpondetur, † quod ubi baſtita foret in cõmiſ-
ſum, certè non applicanda foret ipſi directo domino, ſed
agnatis dicti Antonij alienantis, cum ex tenore primę inſeu
dationis, & inueſtituræ, & homagiorum appareat iſtud eſſe
feudum antiquiſſimum, in quo res feudalis alienata ſine vo
luntate domini non applicatur domino, ſed agnatis, ſm gl.
in ca.1.§.hac quoque, de ſucc. feud. & ſequuntur ibi Iacob.
de Belui. Andre.de Iſer. Nicol.de Neap. Bal. Alu.& alij cõi-
ter ſequuntur per illum tex. ſequũtur communiter Canoni-
ſtæ, in c.2.de feud.& ibi Ioan.de Imo.dixit quod in iudican-
do non eſt ab hac ſententia recedendum. ſequitur d.Iac. de
Sancto Georgio in loco prællegato, colum.8.verſ.ſed quæ-
ro de quæſtione pulcra, & ibi dicit quod ita eſt communis
opinio Doctorum. eſt verum quod Bal.in ca.1.§.fin.quæ fue
rit prim.cau.beneſ.amit. dicit tutius eſſe, quod agnati ſe
opponant. uidetur ergo quod Robertus unus de agnatis p-
ximior poſſit ſe opponere, & quod ad eum deuoluatur ipſa
baſtita, & non ad directum dominum. facit tex. in ca.uicus
ſiuus, ſi de feu.fuer. controu.inter dominum & agna. vaſ. &
ſtantibus præmiſſis non expedit inſiſtere ſuper nullitate pro
ceſſus. attamen paucis agendo mihi uidetur proceſſum cor
ruere uitio nullitatis cauſato ex defectu perſonæ domini Iu
liani, qui litem conteſtanis eſt uti procurator ſubſtitutus do-
mini Ixanardi Gratias, qui non habebat poteſtatem ſubſti-
tuendi niſi certos nominatos in ſuo mandato, inter quos
non eſt ipſe d.Iulianus, ut ex lectura mandati, per quam pro
batur negatiua coarctata ad ipſam ſcripturam, l.Titiæ texto
res.ff.de leg.1.euidenter apparet. Cum igitur cum ipſo ſit to
tus fermè proceſſus agitatus, uidelicet cum eo lis conteſta-
ta, producta iura, & teſtes, & reliqua agitata, conſequitur, ut
proceſſus ſit nullus ex defectu perſonæ rei non interuenien-
9 tis in hoc iudicio, † quod ſine reo, actore, & iudice formari
non poteſt, ca.forus de uerb.ſign.not. in tub. de iud. conſe-
quitur ut ſit nullus ex defectu litis conteſtatæ, & ex defectu
cauſæ cognitionis, quæ ſine parte adhiberi non potuit. l.fin.
10 C.de lib.cauſa. † nõ enim ualet proceſſus, ubi lis non fuit le
gitimè conteſtata, ca.1.ut lit.non conteſt.& ubi non interue
nit cauſæ cognitio, ut not.per glo.& Bar.in l.prolatam, C. de
ſententijs, & interloc.omn.iud. Non obſtat ſi dicatur, quod
dominus Iulianus legitur conſtitutus procurator ſimul cũ
domino Gratias, quia & ſi potuiſſet comparere ut procura-
tor principaliter conſtitutus, ſi habuiſſet normam mandati,
quia tamen comparuit ut ſubſtitutus domini Gratias, q ſub
ſtituere eum non potuit, non debet nec poteſt ſuſtineri pro-
ceſſus ex capite principalis mãdati, quia dominus Iulianus
eius uigore non comparuit, nec interuenire uoluit; nec ex
capite ſubſtitutionis, quia uirtute illius nõ potuit. Vnde ſuc
11 cedere debet regula uulgata, † quod potuit, noluit, quod
voluit, adimplere nequiuit. l.multum intereſt. C.ſi quis alte
ri, uel ſibi, ca.ſuper eo, de off.deleg. Sed quid contendo nul
litatem apertam comprobare? nõ ne communis eſt Docto-
12 rum ſententia, in ca. is, qui, de procuratoribus, lib 6. † quòd
tacitus procurator, ſi neſciat ſe procuratorem, nihil rectè fa-
cit, ſi procuratorio nomine faciat, quia debet ſcire fundamẽ
tum ſuæ poteſtatis, l.ſi de ſua.ff.de acqui. hæred.ubi Alexan.
& Paul.& Scribentes in l. de ſtatu, ff. de teſtam.minus ergo
erunt ualida geſta ab eo, qui credit ſe ſubſtitutum, cum non
ſit; ex quibus mihi uidetur geſta per d. dominum Iulianum
eſſe nullius momenti.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 Reſponſio debet eſſe conformis interrogationi.
2 Laudemium debetur domino, pro renunciatione ſeu conſenſu ab ipſo præſtito alienationi.
3 Dominus loci dicitur dominus iuriſdictionis, non quo ad prædiorum directum dominium.
4 Imperator licet ſit dominus totius mundi, non tamen habet dominium prædiorum particularium.
5 Libera præſumitur omnis terra & perſona, niſi contrarium probetur.
6 Illatio non fit ex particularibus multis, nec ex ſeparatis.
7 Conſuetudo ſoluendi domino loci facta pro prædijs quomodo inducatur, & probetur.
8 Emphyteuta an dominus teneatur oſtendere prædia emphyteutica, quando de eis non conſtat.
9 Actore non probante reus abſoluitur.
10 Probandi onus aſſerenti incumbit.
11 Emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam, ea priuatur, ſi conuincatur.
12 Inueſtitura non probat contra tertium etiam in antiquis. num.14.
13 Confeſſio unius etiam iurata, non nocet alteri.
15 Inueſtitura probat contra inueſtitum, & eius hæredes, ac contra ſingularem, ſi agatur actione perſonali: ſecus ſi reali ad damna.
16 Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.
17 Emphyteuta ac eius hæredes nunquam præſcribunt, minus & ſingularis ſucceſſor, ſi ſciuerit, ſecus ſi ignorauerit.
18 Præſcribitur ſpatio 40.annorum, etiam contra eccleſiam.

RESPONSVM XXX.

Qui ueritas eſt, me in ſemitam
dirigat ueritatis.

QVia præmiſſa dubia ſimpliciter terminan-
tur, & ad ius ſimpliciter referũtur, ſimpliciter me
1 reſpondere oportet, † ut interrogationi reſpõſio
conueniat, l.ſi deceſſerit, §.qui interrogatus, ff. de interrog.
act.c.inter dilectos, de fide inſtrum.

Quęritur primo an homines de Solerio cogi iure poſſint
à domino ad ſolutionem laudemij pro emptionibus præ-
diorum, quę nec emphyteutica, nec cenſualia ſunt, ſi aliud
non probetur, quàm id quod in themate narratur, uidelicet
quod dominus de Solerio habeat iuriſdictionẽ in toto ter-
ritorio? Reſpondeo eum non iure agere ad laudemium,
ſeu quinquageſimam precij prędiorum, quæ frãca & libera
2 proponuntur. † Quia quinquageſima debetur domino di-
recto pro renunciatione, ſeu conſenſu præſtito alienationi
factæ in nouum ſuccęſſorem, l.fina. cum glo. in uerbo, acci-
pere, C.de iure emphy. Niſi ergo probetur, quòd dominus
loci ſit directus dominus prędiorum, dico nullum ius com
petere ei ad quinquageſimam, ſiue laudemium. Nec obſtat
3 ſi dicatur, quod eo ipſo probatur † quod eſt dominus totius
territorij: quia uerum quantum ad iuriſdictionẽ, non quan
tum ad directum dominium, ca. nimis, de iureiur. ubi Pa-
nor. poſt Ioan.And. & alios dicit, nota, quod reges, & domi
ni terrarum non habent fundatam intentionem ſuam quo
ad directum dominium, uel utile prędiorum particulariũ
exiſtentium in ſuo territorio, niſi aliter oſtendat titulum,
quàm titulum iuriſdictionis. & idem dixit Panor. in ca.ſi di
4 ligenti, in 2.not.de præſcr.vbi adducit ſimile † Imperatoris,
qui eſt dominus totius orbis, l.deprecatio, ff. ad l.Rhod. de
iact. & tamen non habet aliquod dominium prędiorũ par-
ticularium, l.bene à Zenone, C.de quad.præſcrip. Quod ma
nifeſta ratione probatur. nam ſi prędia non ſunt emphyteu
tica, nec cenſualia, dominus non poteſt prętendere habere
dominium directum ipſorum prędiorum, niſi dicat prædia
eſſe feudalia, is autem, qui dicit prædia feudalia, id pro-
bare tenetur, quia quòd prędia ſint feudalia, eſt quædam
ſeruitus, ſecundum gloſ. in l.ſi uſusfructus legatus ſit, in
uerbo oportet, ff. de uſufruct.& no. Bald. in cap. primo, co-
5 lum.fina.de contro. inueſt. † quę ſeruitus non pręſumitur,
niſi probetur, cum omnis terra, omniſq; perſona libera ab
exordio naturę ſit conſtituta, cap. ius autem gentiũ, prima
diſtinct. Cuius exordij ratio facit, ut omnis res pręſumatur
allodialis, & non feudalis, uel emphyteutica, ca.1.§.ſi uaſal-
lus feudum, in tit.ſi de feud. ſuer. controuer.inter dom. &
agn.uaſ.ca.1.& ibi notatur, de controuer. inter do. & alium
de beneficio, not.Iac.Alua.in cap.1.§.1. de feud.guar. Ioan.
And. in add. Spec.tit.de feu.§.quoniam. Bal.in l.libertas, ff.
de ſtat.hom.firmat d.Ale.conſi.129.ponderatis ijs, li.1. ubi
oẽs uno ore teſtantur Dñm, qui dicit rem eſſe feudalem, ab
intẽtione ſua repellendũ, niſi probet.quod aſſeuerat.l.actor,
C.de prob.& quia qui dicit rem feudalem, uel emphyteuti-
cã.dicit rẽ eſſe ſeruituti obnoxiã, quæ ſeruitus nõ pſumitur,
niſi probetur, l.altius, C.de ſeruit.& aq.& l.fina.§.pen.ff.eod.

&l.fina.§.penul.ff.quod vi aut clam. quæ præſumptio liber-
tatis transfert onus probandi in allegantem ſeruitutem, ſe-
cundum Bart.in l.ſi prius, in 4. char. verſ. venio ad primam
partem.ff.de nou.oper.nunc.& in l.ſicuti,§. ſed ſi quæratur,
ff.ſi ſeru.uend.& Curt. qui alia addidit, conſi. 76. dominus
Ludouicus Rotarius. & idem, & clarius concludit d.Iaco
bus de Sancto Georgio in tracta. feud. In verſ. dictique va-
ſalli promiſerunt recognoſcere, colum.3.verſ.ſubſequenter
quæro.

Non etiam obſtat, ſi dicatur Dominum exegiſſe à pluri-
mis emptoribus talium prædiorum laudemium, quia non
ſequitur propterea, quod ex hoc ſit inducta conſuetudo, uel
præſcriptio contra eos, qui nunquam ſoluerunt, tum quia al
teri per alterum non debet iniqua conditio afferri, reg. non
6 debet, de reg.iur.li.6. † tum quia ex multis particularibus ni
hil ſequitur, ca.in Geneſi, de electio.& ex ſeparatis non infer
tur.l.fina.ff.de calum.l.Papin.exuli,ff.de minor.& ſi dicatur
valere conſuetudinem, quod quilibet teneatur ſoluere lau-
demium pro terris franchis, iſtud non negauerim. Sed di-
co quod eſt difficile, imo quaſi impoſſibile probare talē con
ſuetudinem, vt in propoſito dicit Raph.Fulgo. conſi.6. qui-
7 dam emphyteuta. † oportet enim quod probetur, quod par
ticulares ſoluerunt animo inducendi conſuetudinem, ſe-
cundum Panor. poſt alios in ca.fina. colum. 4. & colum. 9.
de conſuet. d.Anto. in ca.1.de reſcrip. Item quod ſoluerint
ſciente & conſentiente vniuerſo populo, uel maiore parte
populi, ſecundum Cyn.in l.ſecunda, C. quæ ſit long.conſu.
Bartol.& communiter legiſtæ, in l.de quibus, ff. de leg. Pa-
nor.& Canon.in d.c.fin.Soc.conſi.7. col.penul.lib.1. & alia
plura probanda erunt neceſſaria ad inducendam conſuetu-
dinem, quæ plura ſunt, ut in locis prædictis latius habetur. &
ideo Raph. Fulgo. in dicto conſi. 7. dixit dominum ſe fun-
dantem in conſuetudinem non facile poſſe obtinere pro-
pter difficultatem probandi conſuetudinem. & idem di-
cunt glo.Hoſtien. & Ioan. Andr. in d. cap.fina. & Panor. in
conſi.53.prædicta cauſa, lib. 2. vbi dicit aduertendum eſſe,
quia multi credunt poſſe probare conſuetudinem, & longè
aberrant.

8 Quæritur ſecundo, † an ij, qui aliquando ſoluerunt ca-
nonem uti emphyteutæ ignorantes pro qua re ſoluerint, poſ
ſint compellere dominum, ut oſtendat pro quibus rebus ſol
uerint, per retentionem canonis, vel alio remedio? iſtam
quæſtio. format Spec.tit. de loc.§.nunc aliqua, uerſ. 63. Re-
ſpondet quòd dominus eſt in ſua quaſi poſſeſſione tuendus,
cap. querelam, de elect. & penſione ſoluta ſi emphyteuta re
ferat quæſtionem dominij, & proprietatis negando ſe tene-
re rem ullam in emphyteuſim, abſoluendus erit emphyteu-
ta, niſi dominus doceat emphyteuticum ius, quod habet,
quia cenſus ignorantiæ, &c. ca.peruenit.de cenſ.niſi ſoluerit
penſionem tanto tempore, quo cauſata ſit legitima præſcri-
ptio: quia tūc emphyteutæ obſtabit præſcriptionis exceptio,
l.linbus, C.de agr.& cenſ.lib 11. Idem tenet Albet.de Roſ.
in l.ſi certis annis, C.de pact. & in l.plures apochis, C.de fid.
inſtru.ſed d.Iaſ.in l.2.col.82.verſ.13.C.de iure emphy.aliter
concludit. Inquit, ſi dominus dicat quod emphyteuta ſoluit
penſionem pro omnibus rebus, quas poſſidet, transfertur
onus probandi in ipſum emphyteutam, pro qua re ſoluit:
aliàs præſumitur, quod omnes res ſuæ ſint emphyteuticæ.
Idem in uaſallo concludunt Bald.& Iac.Alu. in ca.1.§.ſi va-
ſallus, ſi de feu.ſuer.controu.inter dom. & agn.vaſ.ego uero
multum referre puto, quis agat. nam ſi dominus agat con-
tra emphyteutam, qui aliquando ſoluit, vt ſoluat penſionē,
& tunc ſi agat poſſeſſorio, tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſio-
ne. dicto ca.querelam. Si uero agat petitorio, & tunc ipſe do
minus tenetur oſtendere rem, pro qua agit, & cauſam qua
9 agit. † aliàs ipſo non probante abſoluendus eſt reus, l.qui ac
cuſare, de eden.cap.primo, ut eccl. benef. ſine diſ.confer. &
10 per reg.quæ eſt, quod aſſerenti † incumbit onus probandi,
l. ei qui, ff. de probatio. l. actor, C. eod. & ita concludit
Bald. in cap. primo, colum.1. de vaſ. qui contra conſt. feud.
alien. Aut agit emphyteuta, & refert, generaliter agat. Aut
enim agit negatoria aſſerendo ſe non eſſe emphyteutam,
& dominus tenebitur probare ius ſuum: aliàs abſoluetur
11 emphyteuta, ut dicit Bartol.in d.l.ſi plus. † Sed cautus de-
bet eſſe emphyteuta, quia ſi dominus poſſit probare, priua-
retur iure emphyteutico propter negationem, ſecundum
Ang.in l.fina. ff. de rei uendica. ſi uero aſſerat ſe emphyteu-
tam, ſed agat contra dominum, ut oſtēdat ſibi rem, pro qua
ſoluit: & tunc poteſt dominus dicere quod omnes res ip-
ſius emphyteutæ ſunt de directo dominio ipſius domini, &
hoc modo eludat intentionem emphyteutæ. & ſi dixeris ue
rum, ſi dominus probet quod aſſerit, reſpondetur, quod con
fitente emphyteuta ſe eſſe emphyteutam, præſumptio ſtat ꝓ
domino, quod omnia bona confitentis ſint emphyteutica,
ſecundum Alber.de Roſ.in l.Titius Sempronij, ff. de actio.
empti. arg. l. pluribus ff.de accept.& l.forma, §.ſecundo, de
tranſa.& hanc diſtinctionem colligo ex mēte Doct. & max.
ex ijs quæ ſuper hac quæſtio. ſcripſit d.Iaco.de Sancto Geor-
gio in loco prællegato, colum.6.verſ. nunc quæro de quo-
tidiana quæſt. Aduertant ergo quærentes conſilium, an do-
minus poſſit probare, pro quibus rebus ſoluerit, & hoc caſu
habentes probabilem ignorantiam, dicant ſeparatos ſol-
uere penſionem pro aliquo uiliſſimo prædio. & ſi domi-
nus neget aſſerendo ſoluere pro alijs, tenebitur ipſe proba-
re, ſecundum Spec.tit.prællegato. §.nunc aliqua, uerſ.62.
ſi uero confidatur dominum nō poſſe probare titulum, nec
poſſeſſionem exigendi, tempus triginta annorum, quo
præſcriptio iuris emphyteutici præſcribitur, agere pote-
runt actione negatoria, & niſi dominus probet, abſol-
uentur.

Quæritur tertio, an vnica recognitio probet intentio-
nem domini agentis ad præſtationem penſionis, & ad re-
nouationem ipſius recognitionis? iſta quæſtio poteſt mul-
tipliciter intelligi.

Primo an probet contra tertium, qui non recognouit, nec
ſucceſſit recognoſcenti.

Secundo an probet cōtra recognoſcentē, & eius hęredes.

Tertiò an probet contra ſingularem ſucceſſorem. Primo
12 caſu reſpondeo intrepidè, † quod non facit ullam fidem cō-
tra tertium, quicquid dixerit dominus Guido Papæ deciſio.
272.quia ſine lege & ratione ac authoritate loquitur. & ꝙ
recognitiones non probent contra tertium, oſtenditur ex
pluribus, primo per text. in l. ſi functiones, C. de donatio.
per quem ita concludit Bal. C.eo. ut. Secundo ex regu
la generali fundata in naturali ratione, C. res inter alios
act.&c. per totum, & reg. non debet alteri, de reg. iur. & l. ſi
vnus, §. ante omnia, ff. de pact. Tertiò per tex. in l. nam &
13 poſtea.§.fina.ff.de iureiuran. † vbi confeſſio vnius etiam iu-
rata non nocet alij, & probatur in c.1.de confeſſ. & in cap.ſi-
gnificaſti, de adulter. in cap.quam ſit graue, de exceſſ. præ-
lat. in l. fina. C. de accuſat. Quarto, quia inueſtitura, quæ
plus iuris tribuit quàm ſimplex recognitio, ſecundum Bald.
in cap.primo, de cap. qui cur. vend. non probat contra ter-
tios poſſeſſores, ſecundum Spec. tit. de loc.§. nunc aliqua,
verſ.57.gloſ. Panor.& alios in cap.inter dilectos, per illum
text.de fide inſtrum.ergo non etiam probabit recognitio. &
conſuluit Socyn.conſi.266.in cauſa quæ vertitur, colum. 5.
14 lib.2. vbi ampliat, † vt etiam inueſtitura in antiquis nō pro-
bet dominium contra tertium, imo nō etiam probatur poſ-
ſeſſio, quando tertius eſt in poſſeſſione, ſecundum d.Phyl.
Come.conſi.24.licet in themate, col. pen. lib.4.& ita etiam
conſuluit Bald.conſi.377. Otho prætendit, lib.1.

Secundò caſu refert, qua actione agatur contra recogno-
15 ſcentem, uel eius hæredes. † nam ſi agatur actione perſona-
li ad penſionem ſeu cenſum, recognitio probat, d.l.cenſua-
lis, C.de donatio. aut actione reali ad dominium, & nō pro-
bat ſecundum glo.& communiter canon.in d.ca.inter dile-
ctos, Bar.in l.legata inutiliter, ff.de adi.leg. Ale.conſi.12. vi-
ſo proceſſu, li.4.& conſi.43.viſis & ponderatis.eo.lib.

Tertio caſu ſunt qui uelint ꝙ nullam fidem faciat contra
ſingularem ſucceſſorem, etiā ſi agatur actione perſonali ad
16 penſionem, † quia actio perſonalis, quæ ex recognitione cō
petit, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, l.1.§.ſi hæres, ff.
ad Treb.l.fina.ff.de contrah.empt. ſed tamen contraria opi-
nio præualuit. & hoc modo poteſt procedere opinio domi-
ni Guidonis in deci.272.& ita tenet Salyc. in l.fina.col.fina.
C.de iure emphy.per tex.in auth.qui res iam dictas, C.de ſa-
croſanct.eccl.& Iac.Butrig. in l.ſcripturas, C.qui pot.in pig.
hab.ſequitur Soc.conſi.50.ſubtiliter & copioſe, col.2.li.4. &
conſi.68.viſa & diligenter conſiderata, col.3.eod.lib.

Quartò quæritur, an ij, qui longo tempore nō ſoluerunt,
præſcripſerint liberationem? iſta etiam quæſtio pōt multipli
17 citer intelligi. Primo pōt intelligi † in emphyteuta, cui res
fuit data ad nouum acapitum, uel qui recognouit, & hic nū-
quam præſcribit propter malam fidem, l.malè agitur, C. de
præſcrip.30.uel 40.ann.ca.fina.de præſcrip. Secundò poteſt
intelligi in hærede emphyteutæ; & hic etiam nō præſcribit,
tum quia tenetur releuare animam defuncti, ca.ſi.de ſepult.
tum quia in ea tantū poſſeſſione ſuccedit, in qua erat defun
ctus, qui dño deſecto poſſidebat. ergo contra ipſum non
poteſt

poteſt præſcribere, d. l. comperit, & voluit Paul. de Caſt. in l.
neque, C. de procur. Tertio poteſt intelligi in ſingulari ſuc-
ceſſore. & refert, an ſciuerit rem eſſe emphyteuticam, & per
malam fidem impediretur præſcriptio. d. c. fin. & reg. malę fi
dei, de reg. iur. lib. 6. An ignorauerit, quod præſumitur, niſi
probetur ſcientia, reg. præſumitur, de reg. iur. eo. lib. & tunc
poteſt præſcribere directum dominium cum tit. & bona fi-
de ſpatio 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes.
Idem dico in quolibet tertio poſſeſſore, ſine tit. uerò 30. vel
40. ann. l. ſi quis emptionis, §. 1. C. de pręſcrip. ita Com. conſ.
142. videtur prima facie, colum. pen. verſ. accidit, li. 3. & Bal.
18 in tracta. præſcrip. in 4. parte, 4. partis principalis q. 8. † etiam
contra eccleſiam ſpatio 40. ann. ut in Authen. de eccleſ. ut,
§. primo, Bald. conſi. 215. punctus, quicquid donauit, lib. 5.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiæ non poteſt conſiſcari. nu. 9.*
2 *Dominium ex ſola hypotheca non conſequitur, niſi ſecuta impe-
tratione.*
3 *Filius dicitur continuare in poſſeſſione patris defuncti.*
4 *Nemo plus iuris in alium poteſt transferre, quàm ipſe ha-
bet.*
5 *Prior tempore eſt potior iure.*
6 *Fiſcus non retinet bona, niſi quæ ſuperſunt deducto ære alieno.*
7 *Soror de iure communi ſuccedit æqualiter ſimul cum fratre.*
8 *Viuere quis præſumitur uſque ad centum annos.*

RESPONSVM XXXI.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

Onſiderata facti ſerie, & inſpe-
ctis ac di-
ligenter perlectis documentis mihi exhibitis: Re
ſpôdeo paucis more Vlpiani in l. prima, de præſ.
1 verb. † nullum ius competere fiſco in bonis em-
phyteuticis eccleſiæ, vt eſt caſus in Auth. de alie. & emp. §. 1.
& ita firmant Bar. & omnes in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus,
ff. de damn. infect. cum côcord. ibidem per Alexan. & alios.
ſed ubi non eſſent emphyteutica eccleſiæ, nec eſſet conſoli-
datum utile dominium cum directo, ob delictum Porrelli,
adhuc Reſpondeo Frâciſcum de Ambrixijs nepotem, & hę-
redem Specioſæ de Origia. & Bartholomęi de Ambrixijs in
galiû habere potiora & anteriora iura in dictis bonis, quàm
vnquàm habuerit Porrellus, & modo habeat fiſcus ex perſo
na dicti Porrelli.

In primis conſiderandum eſt, ꝙ Margarita vxor quond.
Franciſci Origiæ uirtute dotis ſuę nunquam habuit niſi ſpe-
cialem hypothecam. Nam inſtrumentum mihi exhibitum
ſignatum B. ſolum continet cautionem dotis confeſſatæ.
Ibi enim legitur quod Franciſcus maritus confitetur habuiſ
ſe in dotem libras 520. pro quibus obligauit, & obligat bo-
2 na ibidem deſignata. † Ex ſola autem hypotheca nô poteſt
uxor prætendere habuiſſe, uel habere ullum dominium niſi
ſecuta impetratione ipſius dominij, l. 1. C. de iure dot. Quo
ſic ſtante conſequens eſt, ut ad filios dicti Franciſci & hære-
des ſuos tranſierit dominium dictorum bonorum, imo ue
3 rius † in ipſos filios hęredes ſuos continuatum, iux. l. in ſuis,
ff. de libe. & poſthu. & Inſti. de hæred. qual. & differ. §. ſui. Non
4 potuerunt igitur † Margarita uxor dicti Franciſci, & Clarina
filia in Porrellum plus iuris cedere, quàm ipſę haberêt, l. tra-
ditio, ff. de acqu. rer. dom. Videndum itaque reſtat quod ius
haberet dicta Margarita, & quod ipſa Clarina. Si de domi-
nio quęratur, Margarita nullum unquam habuit dominiû,
vt dictum eſt: ſi de iuribus hypothecæ, uel actionibus perſo-
nalibus competentibus ipſi Margaritæ vigore dotis contra
hæredes dicti Franciſci, & in bonis & hæreditate eiuſdem,
certum eſt ipſa iura non tranſiuiſſe in Porrellum ſtante do-
natione & ceſſione iurium facta prius per dictam Margari-
tam Bartholomęo de Ambrixijs, cuius eſt hæres dictus Frâ-
ciſcus eius nepos pro ſumma 300. Florenorum, pro quibus
5 dictus Franciſcus, † tanquàm prior tempore ex perſona Bar-
tholomęi habet potiora & anteriora iura, quàm Fiſcus ex p-
ſona Porrelli, reg. qui prior, de reg. iur. l. potior, & l. qui bal-
6 neum, ff. qui pot. in pig. hab. † Nec fiſcus iure poteſt retinere
niſi ea bona, quæ deducto ęre alieno ſuperſunt, l. nô poſſunt,
ff. de iure fiſc.

Sed quâtum, deductis Florenis 300. Ceſſis Bartholomęo,
ſupereſt, non negauerim fiſcum poſſe ius pretêdere in dictis
bonis ex perſona Porrelli ultimi ceſſionarij iurium dictæ
Margaritæ, & etiam poſſe ius pręrendere in dictis bonis ex
perſona Porrelli ceſſionarij iurium dictæ Clarinę filię dicti
Franciſci, ſi quę habebat in bonis dicti Franciſci. Quare vi-
7 dendum, † utrum dicta Clarina fuerit hæres Franciſci pa-
tris pro tertia, prout eſt de iure communi, ſimul cum Cęſare
& Specioſa, l. maximum uitium, C. de lib. pręt. Inſt. de hęred.
quę ab inteſt. §. 1. & §. ſequenti. & ſi ita ſit pro tertia. fiſcus ha-
beret dominium dictorum bonorum. Si uero Cæſar filius
ex forma ſtatuti ſolus fuit, & eſt hęres excluſis ſororibus, ꝗ ut
ſunt ſtatuta communiter per Italiam, videndum erit, utrum
8 Cęſar viuat, uel mortuus ſit. †, & in dubio pręſumitur viuere
vſque ad centum annos, l. fina. C. de ſacroſan. eccle. niſi pro-
betur mors, l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemad. teſtam. aper. Nul-
lum igitur ius uiuente Cęſare potuiſſet Clarina transferre
in Porrellum, nec Porrellus in fiſcum.

Ex quibus concluditur quod quantum ad dominium fi-
ſcus non habet ius ex perſona Porrelli ceſſionarij Margari-
tę: nec quantum ad hypothecam pro ſumma 300. Flor. prius
ceſſam Bartholomęo. Concluditur etiâ, quod ſi Clarina non
fuit hęres Franciſci patris, fiſcum nullum ius habere ex per-
ſona Porrelli ceſſionarij dictę Clarinę: ſi uerò Clarina fuit
hęres patris, fiſcus haberet pro portione hęreditaria dictæ
Clarinæ ius in dictis bonis, quatenus eccleſia directa domi-
na conſentiat. quòd ipſa bona tranſeant in fiſcum. Sed qua-
tenus contradicat, certum eſt emphyteutica bona eccleſiæ
non contineri in confiſcatione, d. §. 1. in Authent. de alien.
& emphy.

Ita iuris eſſe reſpondeo ego Ioan. Franciſ. de Sancto Na-
zario vulgo Ripæ, Iuris interpres, Saluo iure &c.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interpoſita, & ante diffinitiuam ſententiam at-
tentata, an & quando ueniant reſtituenda, antequam conſti
terit cauſam appellationis eſſe uerã. & quid ſi facta eſſet inhi
bitio. nu. 5. 6. & 8.*
2 *Iudex, cui nihil conſtat, nihil poteſt diſcernere.*
3 *Attentatum fuiſſe non uidetur, niſi conſtat de poſſeſſione tem-
pore appellationis, & inhibitionis, ac de ſpolio.*
4 *Argumentum ab antecedenti deſtructo.*
7 *Spoliatus ſi permiſerit probari dominium ante reſtitutionem,
non uenit reſtituendus.*
9 *Voluntatis declaratio non poteſt fieri per procuratorem.*
10 *Voluntas & uerbo, & ſcripto declaratur.*
11 *Intimatio ad inducendam notitiam fieri poteſt tam per actum
extraiudicialem, quàm iudicialem.*
13 *Scriptum manu præſumitur ſcriptum à recognoſcente.*
14 *Scribens aut ſcribi faciens dicitur loqui ac uelle côtenta in ſcri
ptura. Idem eam producende.*
15 *Notarius poteſt & in primam, & in tertiam perſonam inſtru-
mentum conficere.*
16 *Animi declaratio cum ſit perſonaliſſima, in alium non tranſit,
niſi ſit iam declarata.*
17 *Mandatum habere præſumitur habens inſtrumentum, uel lite
ras ad cauſam facientia.*
18 *Ratihabitio æquiparatur mandato etiam in expulſione, & ap-
prehenſione poſſeſſionis.*
19 *Lex futuris dat formam negotijs.*
20 *Argumentum de legibus ad contractus ualet.*
21 *Caducitatem dominus remittit acceptando recognitionem, &
paciſcendo cum emphyteuta.*
22 *Triennium ad cauſandam caducitatem debet eſſe continuum.
num. 26.*
23 *Emphyteuta non cenſetur liberatus à fictis præteritis, per li-
centiam de alienando, ac per pactum de ingrediendo propria
authoritate, ſi in futurum non ſoluerit ficta.*

24 *Induƈta ad unum effeƈtum non debent operari contrarium.*
25 *Emphyteuta poſt nouam recognitionem non ſoluens ſtƈta præte-*
rita, de nouo cadit à iure ſuo, & tempus præteritum cum fu-
turo coniungitur.
27 *Dubitatio quando excuſat à caducitate.*
28 *Ad conſuetudinem inducendam non creduntur fieri aƈtus non*
voluntarij.
29 *Ex conſuetudine non inducitur ius uniuerſale ſed præſcriptione.*
30 *Dubitatio iuris clari non excuſat, & imperitia, ac fatuitati*
aſcribitur.
31 *Dubitare, ac ſcire ea quæ facile ſciri poſſunt, paria ſunt.*
32 *Dubitans & ignorans quando æquiparentur.*
33 *Emphyteuta ruſticus, qui potuit conſulere peritiores, non excu-*
ſatur à commiſſo propter iuris ignorantiam.
34 *Emphyteuta quando à caducitate ob non ſolutionem penſionis*
excuſari poteſt mediante compenſatione.
35 *Impeditus in integrum reſtituitur, ſi probauerit impedimen-*
tum fuiſſe cauſam immediatam.
36 *Compenſatio in dubio uidetur facta pro antiquiori debito.*
37 *Poſſidere etiam naturaliter non dicuntur precario rem deti-*
nentes, colonus, & inquilinus.
38 *Precario poſſidens poſt eius reuocationem dicitur ui poſſidere.*

RESPONSVM XXXII.

PRo reſolutione dubiorum,
quæ ex proceſſu cauſæ uertentis inter Sinfredũ
Motæ appellantem, & Magn. D. Vicecomitem
appellatũ ſapienter elicita fuere, paucis agam,
quia ex prioribus allegationibus ferè omnia reſoluta uidẽ-
tur. & quia non credo pro parte Sinfredi eſſe ſufficientẽ pro
bationem factam, ex quo poſſunt reſultare omnia præmiſſa
dubia.

Primum dubium mouet diſpoſitio tex. Canonis non ſo-
1 lum, §. illa de appell. li. 6. ubi deciditur, † quod attentata poſt
appellationem interpoſitam ante diffinitiuam ſententiam
non ueniunt reuocanda antequam cõſtiterit cauſam appel-
lationis ueram eſſe, attentata uero poſt inhibitionem redu-
cenda ſunt in priſtinum per iudicem appellationis, etiam
quod de veritate cauſæ appellationis non appareat. & quia
huiuſmodi conſtitutio loquitur in attentatis poſt appellatio
nem iudicialem, hæſitari poteſt. an etiam procedat in atten
tatis poſt appellationem extraiudicialem.

Quantum ad primum reſponſum in attentatis poſt appel
lationem. & ante inhibitionem reſpectu domini Vicecomi
tis appellati, dubitatio eſt inutilis, quia eſt in caſu victoriæ,
quia etiam quod ſit locus illi conſtitutioni, cum non cõſtet
de veritate cauſæ. de qua conſtare debet, antequam poſſint
reuocari attentata poſt appellationem, & ante inhibitio-
nem.

Quantum vero attinet ad ſecundum reſpõſum, videlicet
in attentatis poſt appellationem & inhibitionem. etiam nõ
videtur dubitatio probabilis, quia dubitatio procedere poſ-
ſet, quando appareret iudici attentatum fuiſſe poſt inhibi-
tionem. ita loquuntur omnia iura de attentatis loquentia.

Non enim iudex poteſt reuocare attentata. niſi ſibi de attẽ-
2 tatis conſtiterit, † quia iudex, cui nihil conſtat, nihil decer-
nere poteſt, l. hac autem. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. &
firmat gl. in d. c. non ſolum, in verbo ante omnia, & in verb.
reducendum. quæ dicit duo probanda eſſe, videlicet atten-
tatum fuiſſe, & poſt appellationem, & inhibitionem attenta
3 tum. † Non poteſt autem conſtare in caſu noſtro attentatum
fuiſſe poſt appellationem, & inhibitionem, niſi cõſtet quod
Sinfredus appellãs tẽpore appellationis & inhibitionis poſ
ſideret. quia ipſe prætendit ſe deiectum à poſſeſſione poſt ap
pellationem, & inhibitionẽ. & propter huiuſmodi deiectio-
nem fuiſſe attentatum. Niſi ergo appareat quod eo tpe poſ
ſederit. non poteſt dici deiectus, ca. conſultationibus, de off.
deleg. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi arm. Sed non po-
teſt conſtare ipſum Sinfredum deiectum poſt inhibitionẽ,
niſi conſtet quod tunc poſſederit: ergo non poteſt conſtare
fuiſſe attentatum, niſi conſtet de poſſeſſione. & deiectione
4 † arguendo ab antecedenti deſtructo, l. apud antiquos, C. de
furt.

Non obſtat ergo diſpoſitio illius Canonis in verſ. niſi iu-
dex, quia fateor quòd attentata poſt appellationem & inhi-
bitionem veniunt reuocanda. etiam quod non appareat de
veritate cauſæ. quæ iuſtificet appellationem. & ita procedit
ille text. ſed bene debet apparere de veritate cauſæ attenta-
torum, id eſt de facto ſeu expulſione, propter quam dicitur
fuiſſe attentatum, & hic eſt punctus noſtræ quæſtionis, & ita
vult, & declarat Peruſ. in c. bonæ, col. 6. verſ. aliquando appel
latio. de appellationibus. vbi diſtinguit inter poſſeſſionem
& iuſtitiam poſſeſſionis: dicendo quod etiam in remedio
attentatorum appellans tenetur probare poſſeſſionem, licèt
non teneatur probare titulum & iuſtitiam poſſeſſionis. In-
ſuper alia ratione præſens dubitatio nõ uidetur probabilis,
poſtquam ex actis conſtat Sinfredum fuiſſe deiectum a poſ-
ſeſſione non ſolum ante inhibitionem, ſed etiam ante ap-
pellationem, quo caſu ceſſat remedium attentatorum, nec
refert quod poſt appellationem & inhibitionem Vicecomes
5 perceperit fructus: † quia ſicut appellatio maximè extraiudi
cialis non ſuſpendit apprehenſionem poſſeſſionis factam an-
te ipſam appellationem, ita non ſuſpendit conſecutionem,
& ſic fructuum perceptionem, vt dictum fuit in primis alle-
gationibus, per tex. in ca. conſtitutus, de appell. quem dicunt
ſingularem ad hoc Imo. ibi col. 7. & Peruſ. in d. ca. bonæ. col.
10. & dicam latius in pen. dubio. Cæterum vbi eſſet atten-
tatum poſt appellationem & inhibitionẽ, dico non eſſe am-
6 plius reuocanda attentata, † quia factæ ſunt probationes in
cauſa appellationis pro parte appellati taliter, quod conſtat
de iniuſtitia appellationis. vbi aũt factis ꝓbationibus cõſtat
de iuſtitia appellati, non ſunt attentata retractanda. ſm Ge-
min. poſt Ioan. Andr. in d. cap. non ſolum, §. illa. colum. 3.
7 † ſicut nõ eſt ſpoliatus reſtituendus, ſi paſſus ſit ſpoliatorem
probare dominium ante reſtitutionem, c. 3. de teſt. ſpol. vnũ
8 etiam non omiſerim, † quod vbi appellationi reſiſtit ius cõ
mune, quod tunc non retractantur attentata niſi aliqualiter
conſtito de veritate cauſæ iuſtificantis appellationem, ſecũ-
dum Rotam deciſ. 234. licet rector. in caſu præſenti appella-
tio interpoſita per Sinfredum ab expulſione futura ſtante ca
ducitate eſt contra ius commune, & contra legem conuen-
tionalem, vt probatum fuit in alijs allegationibus, ergo &c.
Et ubi ille, contra quem petuntur attentata reuocari, præſu-
mitur poſſidere ex cauſa veriſimili, non reuocantur attenta-
ta, niſi is, contra quem dicitur attẽtatum, probet ſe uerè poſ-
ſidere tempore attentatorum, vt determinat Rota in antiqs
deciſ. 89. quã allegat Innoc. in d. c. bonæ. ſtante autem diſpo-
ſitione iuris cõmunis, & lege conuentionali de ingrediẽdo
propria authoritate rem emphyteuticam, ſi ceciderit in cõ-
miſſum, ſatis ex veriſimili cauſa apparet ante appellationẽ
poſſeſſionem adeptam. ergo attentata poſt non uidentur re
uocanda, niſi appareat de poſſeſſione, contra quem dicitur
attentatum. Cæterum aduertendum eſt, quod in noſtro ca-
ſu non poteſt dici attentatum contra inhibitionem, niſi ap-
pareat de ueritate cauſæ iuſtificantis appellationem, quia
inhibitiones nõ fuerunt relaxatæ purè & ſimpliciter, ſed ſub
conditione, ſi grauamina talia eſſent, qualiter exponebant.
ergo niſi appareat de veritate grauaminum, nihil poteſt di-
ci attentatum contra inhibitiones conditionales, quæ non
poſſunt effectum operari, niſi purificata conditione, ſub qua
decretæ fuerunt, l. quæ ſub conditione. ff. de condi. inſtitu. &
l. Mæuius, ff. de condi. & demon. cum ſimilibus.

Circa tertium in ordine, quod eſt in effectu ſecũdum, an
ex productione dictæ cedulæ conſtet dominum Vicecomi-
tem declaraſſe ſuam voluntatem, quod voluerit Sinfredum
cecidiſſe ab vtili dominio ob non ſolutionem Canonis, &
reuocaſſe præmium. iſtud dubium ſi benè percipio, naſcitur
ex tenore mandati procuratoris prædicti domini Vicecomi
tis, cui, ut præſupponitur, non legitur data poteſtas produ
cendi dictam cedulam, ſed ſolum declarandi animum do
mini, quod poſſeſſiones quæcunque emphyteuticæ ob ceſ-
ſationem ſolutionis Canonis cecidiſſent in commiſſum.
Ego & ſi nequiuerim nunc uidere mandatum, tamen ſe-
cundum propoſitam quæſtionem puto ex productione dictæ
cedulæ à domino recognitæ eius voluntatem, & precarij re-
uocationem manifeſte probari. Et pro clariori reſolutio-
ne habenda præſuppono, quod mandatum ſpeciale ad de-
clarandum caducitatem, aut non ualeat, quia ſtatim in ip-
ſo actu uoluntas oſtenditur, & mandatum conſumatur,
l. Paulus reſpondet per procuratorem, & ibi not. ff. de ac-
9 quirenda hæreditate, qua ratione concluditur, † quod
proteſtatio declaratoria uoluntatis non poteſt fieri per pro-
curatorem habentem ſpeciale mandatum. Ita Bartol. &
alij in l. non ſolum, §. morte, in prima ſpecie proteſta-
tionis,

tionis, ff. de nou.ope.nun. & ſcripſi in ca.eſt M. Ferra. char.
19.in 8.q.princ.de conſt. Aut ſi valet mandatum, ualet ad fi-
nem deducendi uoluntatem domini ad notitiam emphy-
teutæ, l.pro hærede, §.Papin.ff.de acq.hæred.

Quibus ſic præſuppoſitis, aut aduerſarius fatetur, quod di
cta Cedula fuit ſcripta manu Domini Vicecomitis, aut
negat.

Primo caſu ex ipſa ſcriptura, quæ & ante exhibitionem,
& eo tempore, & nunc loquitur, l. Arriani, C.de hæret.mani-
10 feſte conſtat de uoluntate domini, † quæ non ſolum uerbo,
ſed etiam ſcripto declaratur, l.ſi.C.de negoc.geſt.auth.hanc
autem querelam, C.de non nu.pecu.

Nec refert, quod procurator domini non habeat poteſta-
tem illam exhibendi, quia dato quod productio non uale-
ret ut iudicialis, ualet ſaltem tamquam actus extraiudicia-
lis ad finem deducendi uolũtatem domini ad notitiam ip-
ſius Sinfredi, l.ſi filiusfam.ff.ad Maced.

11 † Nec enim refert ad inducendam notitiam, an fiat certio
ratio per actum iudicialem, uel extraiudicialem, l.quidam
decedens, §.fi.& ibi Bar.ff.de adm.tu.l.1.§.denunciare, ff.de
vent. inſpic.& d.l.ſi mandaſſem.

Nec etiam refert, quod dominus declarauerit caducita-
12 tem per talem Cedulam abſente Sinfredo, † quia declaratio
caducitatis pendet à ſola domini uoluntate, leg.2.C.de iure
emphy. ea autem, quę conſiſtunt in ſola uoluntate domini,
declarari poſſunt parte abſente, l.Neſennius, ff.de nego.geſt.
l.qui in aliena, §.fin.ff.de acq.hæred.& d.l. & ſi quis, §. plerã
que, ſufficit ergo, quod appareat per dictam Cedulam de vo
luntate domini Vicecomitis, dato quod procurator non ha
buiſſet mandatum exhibendi. Aut Sinfredus negat Cedulã
13 fuiſſe ſcriptã manu domini, quod probare debuiſſet, † quia
cum loquatur in perſona domini, & ab eo recognita, alio
non probato præſumitur ſcripta à recognoſcente, ut not. in
auth. contra qui proprium, C.de non numer. pecun.& in l.
plures apochis, C.de fi. inſtrumen. Et tunc ſi non ſit ſcripta
manu domini, oportet fateri, quod procurator, qui eam pro
duxit, aut ipſe ſcripſerit, aut ab alio ſcribi fecerit. Quod ſi
ita ſit, neceſſario ſequitur, quod ipſe procurator per exhibi-
tionem talis Cedulæ ab eo, ſeu eius mãdato ſcriptæ dicatur,
14 ipſe declaraſſe caducitatem, & non dominus, † tum quia ita
ſcribendo, vel ſcribi faciẽdo dicitur ipſe loqui, & uelle idẽ
quod continetur in ſcriptura, l.fideiuſſor, ſecunda. §. pater,
ff.de pigno.l.ſciendum, cum gl.ff.de uerbo.obligat. Spec.in
rit.de inſtrum.edit.§.nono, uerſi.nota. Bart. in l.ex ſententia,
ff.de teſtamen.tut.tum quia producendo ſcripturam cenſe-
tur loqui, & affirmare ea, quæ continentur in illa, ut notatus
per glo.& Bal.in l.cum precum, C.de liber.cauſa, & per Bar.
in l.poſt legatum, ff. de his, quibus ut ind. ſi ergo Procurator
declarauit, talis declaratio debet ualere, ac ſi eſſet facta à do
mino, l.1.ff.de proc.& ſi dicatur uerum eſſe, ſi uerba cedulæ
eſſent concepta in perſonam Procuratoris: ſecus videtur,
ſi ſint concepta in perſonam domini. Reſpondetur, quòd ni
hil refert, qualiter uerba ſint concepta poſtquam productio
ſuit facta procuratorio nomine domini, ad quem hic actus
ſolum pertinet, l.poſt mortem §.1.ff. quan. ex fact. tut.tradi-
tur per Bar.in l.1.§.nunciario, ff.de nou.oper nunc.maximè
in caſu præſenti, in quo procurator ad declarandum caduci
tatem ſolum conſtitutus videtur ad notificandum animum
domini, qui mandato ſatis uoluntatem ſuam declarauit, d.
15 l.Paulus reſpondit. & ad hoc etiam facit, † quia non refert,
an notarius conficiat inſtrumentum in primam perſonam,
puta, ego Titius confiteor &c. vel in tertiam perſonam, pu-
ta, Titius confeſſus eſt, &c.c.pen.ubi Abb.& alij, de conuerſ.
coniug.in l.lecta.ibi, ego Lucius, & ibi Pau.de Caſt.ff.ſi cert.
pet.& idem in ſententia iudicis, & in libello firmat Domin.
Iaſ.in l.diuortio, in princ.columna 8.ubi alia adducit, ff.ſol.
matrim.

Circa quartum, an mandatum procuratoris ad apprehen
dendum poſſeſſionem prædiorum, quæ in commiſſum ce-
cidiſſent, intelligendum ſit de prædijs, quæ ipſe procurator
declaraſſet cecidiſſe, an etiam de prædijs, quæ declaraſſet do
minus, ut dixi, ego non uidi nunc uerba mandati, ideo non
poſſum certum reſponſum dare. Tamen ex præmiſſis ſatis
conſtat, quòd intelligendum eſt de prædijs, quæ dominus
declarauit, quia ut dictum eſt, procurator conſtitutus ad de-
clarandum animum domini eſſe, quod emphyteuta, qui nõ
ſoluit, ceciderit ab utili ſuo dominio, non eſt ipſe, qui decla
rat, ſed eſt dominus, tum quia declaratio animi ipſius domi
ni exprimitur mandando, & tunc conſumatur effectus man
16 dati: tum † quia declaratio animi eſt perſonaliſſima, nec in
alium tranſit, niſi ſit iam declarata, l. vnica, §. nec autem, de
cad.toll. l. Papinianus ſcribit, ſi furtum, §.fi.ff.de rei uendi.c.
cum ueniſſent, vbi Fel.de iud. Et ubi intelligeretur manda-
tum de prædijs, quæ procurator declaraſſet, ſatis dicitur ipſe
declaraſſe producendo cedulam, ut ſupra oſtenſum fuit, &
dominus dando ſibi mandatum generale, & poſtea traden-
do ſibi illam cedulam ſua manu ſcriptam cenſetur dediſſe
mandatum declarandi, & declarationem notificandi dicto
Sinfredo, iuxta not.per gl.& Scriben.in clemen.1.de procur.
& per Bar.in l.2.§.duæ cauſæ, ff.de Carb.edict. ubi concludi
17 nit, † quod habens inſtrumenta, vel litteras ad cauſam faciẽ-
tia, præſumitur habuiſſe mandatum & traditur per Panor.
& alios in c.coram.de offic.deleg. & per Bal. in auth. ſi qua
per calumniam, ad fin. C.de Epiſcop.& cler. ergo magis præ
ſumendum mandatum in caſu noſtro, in quo conſtat de ge
nerali poteſtate, & de ſpecialibus litteris domini declarãtis
caducitatem apud procuratorem generaliter conſtitutũ ad
apprehendendum poſſeſſionem prædiorum ob ceſſationẽ
ſolutionis domino deuolutorum.

18 Præterea ex proceſſu exiſtimo apparere de † ratihabitio-
ne domini, quæ mandato æquiparatur, l.fi.C.ad Maced.cap.
ratihabitionem.de reg.iur.in ſexto quod procedit etiam in
expulſione, & deiectione ſeu apprehenſione poſſeſſionis, l.e.
hoc iure. §.deiecit, ff.de vi, & ui armat.ca. cum ad ſedem, de
reſtit.ſpol.

Circa quintum non videtur inſiſtendũ, ſi verum ſit, quòd
poſt recognitionem ceſſatum ſit per triennium, uel ſi ſequi
uoluerimus opinionem Bal.in c.querella, quæ eſt ut dixi, cõ
munis, quod propter penuriam cadat emphyteuta propter
moram unius anni: vt tamen omnis dubitatio reſoluatur, li
bet parumper inſiſtere: nam pulchra, & ſubtilis eſt huiuſmo-
di quæſtio. & prima facie uidetur dicendum non eſſe locũ
pacto, niſi poſt pactum ceſſatum fuerit per triennium a ſolu
tione canonis ex plurib.

19 Primo, † quia natura legis eſt futuris dare formam nego-
tijs, c.fin.de conſt.l.fi.C.de leg.ergo dicendum eſt, ut eadem
20 natura ſit legis conuentionalis, † argumento de legib. ad cõ
tractus, ut docet Bar.in l.omnes populi colum.8.ff.de iuſtit.
& iur.& glo.in rub.de decur.per tex.in l.fi.C.de fideicom.

Secundo, quia per interruptionẽ præſcriptionis coæquaſ-
ſantur priora tempora, & ex integro requiritur curſus tem-
poris præfinitum ad præſcribendum, c.illud, & ibi Panormit.&
alij, & in capitulo ex tranſmiſſa, de præſcription.

21 † Per pactum autem, aut per recognitionem interrupta vi
detur, & remiſſa caducitas, ſi quæ ante cauſata erat, quia ac-
ceptando recognitionem, & paciſcendo cum emphyteuta ſa
tis conſtare videtur de mente domini, quod non uult, quod
uſque ad eum diem emphyteuta ceciderit, ut probat Dom.
Iaſ.poſt Alber.in l.2.colum.67.uerſic.2. C.de iure emphyt.
ergo ex integro videtur neceſſarius curſus triennij præfixi
ad cauſandam caducitatem. & bene facit, quia ſi dominus
acceptauerit penſionem unius anni, quia videtur per talem
acceptationem remiſiſſe caducitatem. non poteſt poſtea cõ
iungere præterita tempora, quibus ceſſatum eſt, cum tempo
22 re futuro, † quia triennium debet eſſe continuum, ſecũdum
Bal.& Sali.in d.l.2.Spe.rit.de loc.§.nũc aliqua uerſ.27.Soci.
conſ.127.circa præſentem, lib.4.

Tertio, quia verba pacti, quia ſi propter Canonem non ſo
lutum, & per tempus à iure præfinitum caderent in commiſ
ſum: ſunt futuri temporis, ergo de futura ceſſatione intelli-
genda ſunt & inchoanda a die pacti, l.cum qui, in prin.ff.de
uerb.oblig.& bene facit quod uult Bar.in l.quod ſenatus, §.
fi.ff.ad Turpil.

Præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia mihi ve-
23 rior videtur ratione, ut arbitror, incõuincibili, † per nouam
recognitionem, & per pactum de ingrediendo propria au-
thoritate, ſi ceſſatum fuerit à ſolutione canonis per tempus
à iure præſcriptum, non poſſunt videri remiſſi præteriti Ca-
nones, qui areragia ijs in regionibus nominantur, argumẽ.
auth. qui rem, C.de ſacr.ſanct.eccleſ. ſicut non etiam remiſ-
ſa dicitur per licentiam de alienando rem emphyteuticam,
ut traditur per Iaſ.in d.l.2.colum. 67. nam pactum de ingre-
diendo propria authoritate, ſi ceſſatum fuerit, conſtat appo-
24 ſitum fuiſſe ad agrauandum puniendumque moram, ſ ergo
non debet operari liberationem, & contrarium effectum, l.
rem legatam, ff.de adi.leg.l.legata inutiliter, ff de leg.1. & ad
hoc faciunt plura congeſta per Felin. in c.intelleximus, col.
2.de iud.hoc ſtante, quod non fuerint remiſſi Canones præ-
25 teriti, ſequitur, † quod ſi emphyteuta Sinfredus poſt pactũ, &
renunciationem nõ ſoluit canones ante pactum, ꝙ dicatur
nouam

nouam fuiſſe moram, quæ ſibi debet eſſe nociua, reg. mora,
de reg. iur. lib. 6. & licet per pactum, & renunciationem fuiſ-
ſet purgata mora præcedens iuxta tradita in leg. ſi rem, ff. de
nouat. & in l. & paruꝫ, ff. de cond. furt. tamen quod poſtea nõ
ſoluit, noua fuit contracta mora, quæ cum ſit ultima, magis
debet ei eſſe nociua, l. illud, ff. de peri. & commod. rei uend.
& ſic Sinfredus ex renouata mora non ſoluẽdo Canones triũ
annorum cecidiſſe videtur, l. ſi per emptorem, §. finali, ff. de
actio. empti. l. Celſus, ad fin. cum l. ſequen. ff. de arbitr. ubi ſi
condemnatus ibi non ſoluit ſua die, quia noluiſti, pœna nõ
committitur. ſed ſi poſtea non ſoluat, pœna ex noua mora
committitur, quia certum eſt eum non antea ſoluiſſe. ſic in
caſu noſtro ſi poſt recognitionẽ, & pactum emphyteuta non
ſoluat, quia verum eſt nec antea ſoluiſſe, pœna caducitatis
commiſſa erit.

Non obſtat, quòd pactum loquatur per uerba futuri tem-
poris ſic, quod intelligatur de caducitate futura, quia iſtud
conceditur, ſed dicitur, quod ex mora non ſoluendi Cano-
nem debitum ante pactum, & etiam poſt cauſata fuit cadu-
citas poſt pactum, & de hac caducitate agitur, non de cauſa
ta ex mora præcedente pactum.

Non etiam obſtat, quod per recognitionem fuerit remiſ-
ſa caducitas, ſi quæ antea cauſata fuiſſet, quia & iſtud admit-
titur, ſed quia non fuerunt remiſſa arreragia, & Canones præ
teriti, dicitur quod ex renouata mora poſt pactum commiſ-
ſa fuit pœna caducitatis, quia nec antea, nec poſt emphyteu
ta ſoluit, d. l. Celſus, §. fi.

Nec obſtat, quod tempora non coniungantur ad inducẽ-
dam pœnam caducitatis, ut conſuluit Soci. in d. conſi. 127.
26 quia uerum quantum ad interpollata tempora. † illa enim
non coniunguntur. ita loquitur Soc. poſt Bal. Salic. & Specu.
nam triennium debet eſſe continuum, non interpollatum.
Nos autem loquimur de triennio continuo ante pactum,
& finito poſt pactum: vnde materia coniũgendi tempora nõ
videtur bene adduci poſſe in propoſito.

Circa ſextum, ſeptimum, & octauum non expedit inſiſte-
re, quia ex primis allegationibus reſoluta clariſſimè ap-
parent.

Circa octauum poſita parte negatiua ſexti, & ſeptimi du-
bij, quod non ſit probata aliqua conſuetudo, prout non fuit,
27 non opus eſt quærere, † an dubietas conſuetudinis excuſet à
commiſſo: vt tamen omnia diſcutiantur, mihi videt̃, quod
non habeat excuſare, eo quia dubitatio non eſt probabilis.
nam ex eo ſolum, quod dominus longiſſimo tempore mi-
ſerit ad domum emphyteutæ pro recipiendo canone, nõ po
teſt probabiliter dici inductam eſſe conſuetudinem, non ex
28 parte domini, † quia actus voluntarij nõ creduntur facti ad
inducendam conſuetudinem ſecundum gl. in ca. conſuetu-
do, prima diſtinct. & c. fin. de conſuetud. nec ex parte emphy-
teutæ, quia non portare ad domum domini eſt actus negati
nus, qui non poteſt cauſare conſuetudinem, niſi præceſſerit
negatio, cui dominus aſſenſerit, ut not. in l. qui luminibus,
ff. de ſeruit. urba. præd. & quia inter emphyteutam, & domi-
29 num non cauſatur † conſuetudo, quia acquiritur ius in uni-
uerſo, ſed præſcriptio, quæ particularibus quibuſdam acqui-
ritur, vel præiudicatur, ut plene dictum fuit in prioribus al-
legationibus.

30 † Dubitatio autem non probabilis aſcribitur imperitiæ,
& fatuitati, l. antiqui, ff. ſi pars hæred. pet. ca. cum in iure peri-
tus, ubi Panorm. not. de offic. delegat. & ideo Bal. in l. 3. C. ſi
quis ignorem triin. eſſe, dicit quod dubitatio iuris clari nõ
eſt tolerabilis, tum quia huiuſmodi dubitatio facilime po-
terat reſolui à peritis, ſi cum eis tractatum habuiſſet, ut dici-
tur in l. ſi auia, C. de ing. & manum. Ergo talis dubitatio, cu
ius reſolutio facile haberi poterat, nõ excuſabit Sinfredum
toties à domino excitatum, ut ad domum ſuum deferret ca
31 nonem, † cum paria ſint ſcire, vel dubitare de eo, quod de fa
cili ſciri poteſt. l. ſi duo, ubi Ang. & Mod. ff. de aqu. hæredi.
32 † & licèt dubitans, & ignorans aliquando æquiparentur, ta-
men quantum ad ea, quæ de facili ſciri poſſunt, nunquã du-
bius æquiparatur ignoranti, ita firmant Dom. Alexan. & D.
Iaſ. in l. quamdiu, C. qui admit. & ratio diuerſitatis eſt, quia
dubitanti eſt, quod magis imputetur, ſi non fuit diligens in
deponenda, & reſoluenda dubitatione, quæ faciliter reſolui
poterat, quàm erranti, ſecundum gl. in l. locus, ff. de acq. poſ.
per quam ita concludit Bal. in l. manifeſtiſſimi, colum. 3. C.
de furt. & Do. Iaſ. in l. ſi per errorem, in 3. colum. ff. de iuriſd.
omn. iud. & ſi propter dubitationem excuſaretur à commiſ-
33 ſo, magis deberet excuſari propter ignorantiam iuris, † & ta-
men etiam ruſticus, qui potuit conſulere peritiores, non ex-
cuſat̃ à commiſſo propter errorem iuris, ut firmat Iaſ. in d. l.
2. col. 86. uerſ. nunquid autem in terminis, C. de iure emph.
Nec eo prætextu, quod reſolutio huius dubij remiſſa fuerit
domino Vicecomiti: excuſandus eſt dictus Sinfredus.

Imo, quia remiſit, & dominus declarauit caducitatem, ſa
tis dicitur declaraſſe dubitationem non debere prodeſſe di-
cto Sinfredo, quia qui uult unũ, uult etiam õmne neceſſa-
rium antecedens ad illud, l. ad rem mobilem, l. ad legatum,
ff. de procur. l. illud. ff. de acquiren. hæredit.

Et idem Sinfredus, qui remiſit conſcientiæ domini, non
debet uariare, & ab arbitrio diſcedere, l. 1. ff. de leg. ſecundo,
l. fi. C. de contrah. empt. cum ſuis concor.

Ad decimum reſpondet Specu. & alij communiter, quos
34 refert Dom. Iaſ. in d. l. 2. colum. 40. verſi. 19. quæro, † quod nõ
excuſatur emphyteuta à commiſſo, niſi id quod ſibi debe-
tur, ſit compenſabile cum debito emphyteutico: nã ex quo
dubitatur, an debitum compenſabile excuſet, ſatis uolunt,
quòd compenſabile nõ excuſet, & quòd ita uelit, patet, quia
dum reprehendunt Spec. uolentem, quòd ita demum excu-
ſetur emphyteuta, ſi ante triennium oppoſuerit exceptionẽ
compenſationis ea ratione, quia ad euitandam pœnam fit
compenſatio ipſo iure, etiam quod non fuerit oppoſita ſecũ
dum gloſ. in l. ſi conſtat, C. de compenſ. ergo ſi non fit com-
penſatio ipſo iure, uera eſt ſententia Specul. quod ſi ante tri-
ennium non fuerit petita compenſatio, quod non excuſabi
tur emphyteuta. ſed non poteſt uideri facta compenſatio
à lege, ſeu ipſo iure eius, quod non eſt compenſabile: er-
gu, & cætera.

Ad vndecimum, an propter dubietatem conſuetudinis,
& debitum non compenſabile ſaltem ſit reſtituendus em-
phyteuta aduerſus commiſſum, ſicut reſtituitur hæres em-
phyteutæ propter canonem non ſolutum ex capite ignoran
tiæ? Reſpondetur reſtituendum non eſſe, quia nulla ſubeſt
cauſa, quæ iuſta videri debeat ad concedendam reſtitutio-
nem in integrum maiori, iuxta l. primam, ff. ex quibus cau.
maior. Nam dubietas conſuetudinis non eſt iuſta cauſa pe-
tendi reſtitutionem, quia non eſt dubietas probabilis, & qa
à tali dubio facillime potuit ſe reſoluere, ut ſupra dictum
fuit in reſolutione octauæ dubitationis. Nam ſi iuris igno-
rantia non eſt iuſta cauſa reſtitutionis ob licentiam, minus
erit iuſta cauſa dubietas conſuetudinis.

Non etiam debitum non compenſabile præſtat iuſtã cau
ſam, quia, ut ſupra dictum eſt, tale debitum compenſari nõ
poteſt cum debito emphyteutico, maximè ſtante iuramen-
to, quod impedit compenſationem, ut in alijs allegationib.
probatum fuit. Etſi dicatur, quod Sinfredus fuit impeditus
facto domini, qui ſibi non ſoluit debitam pecuniam, debi-
tamque farinam, ex qua pecunia, & farina potuiſſet habere
frumentum, & in triennio ſoluere Canonem, reſpondetur,
35 † quod ad hoc ut impeditus ueniat reſtituendus in integrũ,
oportet, quòd probet impedimentum fuiſſe cauſam imme-
diatam, quare debitor ſoluere non potuerit, ita Bartol. in l.
qui commeatus, in princ. ff. de re milit. & in l. quibus dieb.
ff. de cond. & demonſt. & in l. præſens, C. de appel. Felin. poſt
Panormit. in c. plerumque, de reſcript. & in cap. cum inter,
col. 9. verſ. limita primo, de except.

Non fuit autem probatum, quod Sinfredus negauerit ſol
uere tam modicum Canonem propter moram ſibi factam
à domino in ſoluendo ſibi debitum non compenſabile, nec
probari poſſet, cum idem Sinfredus ſit diues, & potẽs, ex quo
apparet, quod mora domini non fuit cauſa immediata, nec
talis, quæ habuerit impedire, quominus Sinfredus ſoluere
potuerit Canonem, ſi voluiſſet. Et quod mora domini non
fuerit cauſa, quia ſoluere non potuerit conſtat ex oblatione
Canonis facta per ipſum Sinfredum de ſoluendo. ſi ad eius
domum mitteretur, qui ſolutionem reciperet. ex hac obla-
tione conſtat ipſum habuiſſe modum ſoluendi, non obſtan-
te mora domini, l. ſi reus paratus. ff. de procura. Ergo cum
mora domini non fuerit cauſa immediata, quia non ſolue-
rit, & portauerit debitum Canonem ad domum domini,
non debet Prætori ſeu uobis domino iudici uideri iuſta cau
ſa concedendi reſtitutionem in integrum, & maxime cũ nõ
appareat Sinfredum cõſtituiſſe in mora dominum Viceco-
mitem per illam interpellationem, de qua conſtare debuit,
ad hoc ut poſſit allegare ſe fuiſſe impeditum facto domini,
ſecundum Imo. in c. ad noſtram, de iureiur.

Ad duodecimum patet reſolutio ex his, quæ in prioribus
allegationibus deducta fuere, videlicet quod ſi uirtute com-
penſationis, uel reſtitutionis in integrum propter debitum
nõ compenſabile ueniat excuſandus Sinfredus, quod nõ eſt
excu-

excuſandus à commiſſo horum prædiorum,ſed potius à cō-
36 miſſo aliorum prædiorum vetuſtiori, † quia in dubio com-
penſatio ſiue ſolutio creditur facta pro uetuſtiori debito, l.
in 1.15,ff.de ſolut.

Ad decimum tertium,præſuppoſito commiſſo,& declara
tione domini,reuocatione precarij, & apprehenſione poſ-
ſeſſioois per procuratorē domini, Sinfredus deſierit natura
liter poſſidere, antequam fuerit ſuſpectus ſe poſſe repelli:
pro reſolutione aduertendum puto, qualiter uerba precarij
fuerint concepta:nam ſi in euentum commiſſi Sinfredus cō
ſtituit ſe tenere precario dictam poſſeſ. videtur quod eo ca-
ſu apud ipſum nulla remanſerit poſſeſſio idest ciuilis, non
quia in eum,qui rogatur,transferatur,l.& haber,§.fina. ff.de
37 prec. † naturaliter nō,quia is, qui rogat,ut precario detineat
ſeu moretur in fundo, non poſſidet etiam naturaliter,ſicut
colonus,& inquilinus,l.certe, §. is qui rogauit, & ibi glo.ff.
eod.ſi ergo conſtituit ſolum ſe tenere, quod de detentatio-
ne intelligendum eſt,l.ſtipulatio iſta hiccre, §. hoc quoque,
ff. de verbor.obligat.patet clare reſolutio, quod non ſolum
poſt reuocationem precarij. ſed etiam ante ſecuto commiſ-
ſo Sinfredus deſijt poſſidere ciuiliter,& naturaliter propter
precarium, quod de ſola detentatione loquitur.ſi uero uer-
ba precarij de poſſeſſione loquātur,ut ſi Sinfredus in euentū
commiſſi conſtituit ſe tenere, & poſſidere precario nomine
& cætera. tunc dubitatio erit probabilior,quia apud Sinfre-
dum remanſit naturalis poſſeſſio, & ſola ciuilis tranſlata in
dominum,d.l.& habet,§.pen. & fin. ſed tamen adhuc dico,
quòd poſt reuocationem precarij deſijt Sinfredus poſſidere
naturaliter, cum amplius non habeat precariam poſſeſſ. l.
cum precario, ff.de prec.c.ſi.extra eod.tit.& ſi dicatur, quod
non poteſt uidere deſijſſe naturaliter poſſidere,& corporali-
ter inſiſtere,reſpōdeo,quod in puncto præſupponitur, quod
poſſeſſio corporalis erat apprehenſa per procuratorem do-
mini,& ex hoc ſequitur,quod ratione corporalis detentatio
nis non poteſt Sinfredus prætendere apud ipſum remanſiſſe
poſſeſſionem naturalem. ſed ubi Sinfredus contendere ve-
lit ſe poſt reuocatiooem precarij remanſiſſe io corporali de
38 tentatione prædiorum,adhuc ſtat noſtrum propoſitu, † quia
precario poſſidens ſi poſt reuocationem precarij contendat
inuito eo, cuius precario nomine poſſidebat uelle perſiſte-
re in corporali poſſeſſione,ui poſſidere incipit, cum preca-
rio poſſidere deſierit, ſecundum Bart.in l.1. C.de vi, & io l.ſi
creditores,in 4.quæſt.princ.C. de pig.& probatur arg.l.clam
poſſidere,§.qui ad nundinas,ff.de acquiren. poſſ. ſi ergo in-
cipit habere poſſeſſionem naturalem uiolenter,bene ſequi-
tur,quod amiſit illam,quam prius habebat,videlicet preca-
riam. & ſic uera eſt noſtra reſolutio, quod poſt reuocatio-
nem precarij deſijt Sinfredus poſſidere naturaliter. ſed attē-
ta apprehenſione corporalis poſſeſſionis non uidetur proba
bilis iſta dubitatio,quia poſt reuocationē precarij, & a pro-
curatore domini adeptam poſſeſſionem corporalem non
potuit Sinfredus incipere ui poſſidere,niſi deiecto domino,
ſeu eius procuratore a corporali poſſeſſione,quia poſt reuo-
cationem precarij deſijt habere poſſeſſionem precariam.
Aliā autem ui ſibi acquirere non potuit, niſi dominum vo-
lentem ingredi non admiſerit, uel admiſſum deiecerit. er-
go ſi dominus ingreſſus ſit.nec fuerit deiectus,ut in caſu prę
ſenti,conſtat apud Sinfredum nullam remanſiſſe poſſeſſio-
nem. Et ſi dicatur eum potuiſſe retinere animo poſſeſſio-
nem,reſpōdetur,quod ea quæ retinetur animo, eſt poſſeſſio
ciuilis,non naturalis,d.§.qui ad nundinas,quæ ciuilis eſt pe
nes dominum, à quo Sinfredus precario poſſidebat, d. l. &
habet,§.fi.& quia emphyteuta,noo ſolum inſiſtens, poſſidet
domino,& non ſibi,l.male agitur,& ibi not.C.de præſcr.30.
uel 40.annot. Cæterum non poteſt Sinfredus prætendere ſe
retinuiſſe poſſeſſionem naturalem animo, quia appellādo
oſtendat ſe timuiſſe, & ad iudicem recurrendo ſuſpicatus
uidetur ſe poſſe repelli. quo caſu deſijſſe dicitur totaliter
poſſidere,l.de pupillo,§.meminiſſe,ff.de nou.oper.nunc.

Ad ultimum non expedit reſpoodere, quia ex præmiſſis
reſultat clara reſolutio, quod dominus non debuit abſtine-
re à perceptione,& collectione fructuum:nam cū ante inhi
bitiones,& appellationem dominus ciuiliter.& naturaliter
poſſideret,non dicitur attentaſſe, ſi ſuæ poſſeſſioni inſiſtere
uoluit,l.ſi reus,§.fi. ff. de mun.& honor. iuncta. l. 1.§. a.ff.nil
non.app.pend.firmat Rota in dicta deciſ. 89. dicitur autem
ſuæ poſſeſſioni incumbere,qui fructus colligit: nam poſſeſ-
ſio cauſat perceptionem,& apprehēſionem fructuum, l.3.§.
ex contrario,ff.de acquir. poſſe. & ibi not.& ſicut appellatio
extraiudicialis non ſuſpendit apprehenſionem poſſeſſionis
habitæ ante appellationem,& inhibitionem,non etiam de-
bet ſuſpendere perceptionem fructuum,quæ eſt de conſecu
tis,d.c.conſtitutus,de appell.maxime cum inhibitiones ſint
ſub conditiooe laxatæ,ſi grauamina talia ſint &c.quæ ante-
quam fuerint purificatæ,non poſſunt ullum operari effectū,
ut ſupra dictum fuit.Ex quibus mihi videtur nihil fuiſſe at-
tentatum,quod ueniat reparandum in præiudicium domi-
ni Vicecomitis.

Laus Deo Optimo Maximo.

Reſponſum primum fuit impreſſum ſub reſponſo 190. Incipien. dubia,quæ proponuntur, ſecundum impreſſionem Lugdunen. anni 1564.

S V M M A R I V M.

1 Filius naturalis ſuſceptus ex muliere in domo retenta in ſchemate concubinæ,& non ex furtiuo coitu,ſuccedit patri in duabus uncijs,non extante prole legitima,quo caſu niſi de iure canonico habet alimenta,etiam ſi eſſet ſpurius.

2 Spurium alere tenetur pater de iure Canonico.

3 Argumentum de alimentis ad dotem.

4 Spuriam filiam etiam de iure ciuili pater tenetur alere,ac dotare,niſi habeat aliquid filia, unde ſe alat, & dotet. & numero 6.& 7.

5 Dotans ab eo dotādam,præſumitur de ſuo proprio dotare: aliàs de bonis dotatæ, ſi eam dotare non tenetur.

7 Spuria à patre dotata in plus,quàm important alimenta, patris hæredes repetere poterunt illud ſupra plus,uiuente marito,& totum mortua filia,ut uitium paternum refrenetur.

8 Spurio nepoti non poteſt auus plus relinquere, quam poſſet pater,& an donare poßit inter uiuos.

9 Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, & numero 17.

10 Verbum, relinquo, ad morientes tantum refertur.

11 Correctorium ius non eſt extendendum ultra ſuos terminos, etiam ex identitate rationis. nu. 15 & 19.

12 Odioſa cum ſit cōſtitutio tam ex parte aui,quàm nepotis, quid auus non poßit diſponere de bonis ſuis in nepotes, eſt reſtringenda.

13 Statutum, quòd maritus non poßit aliquid uxori relinquere, non habet locum in donatione cauſa mortis.

14 Libertus in præiuditium quarta debitæ patrono prohibetur in ultima uoluntate relinquere etiam amicis benemerentibus, donare verò inter uiuos poterit.

16 Vltimarum uoluntatum iura non habent locum in contractib. nec econtra regulariter,niſi expreſſe dicatur.

18 Donare cauſa mortis quàm inter uiuos,quis facilius mouetur, quia primo caſu ſibi non præiudicat, ſed hæredi: ſecundo caſu ambobus,cum non poßit pro arbitrio reuocari.

20 Maſculinum an concipiat fœmininum in odioſis rationabilibus:& quid ubi aliquis puniuntur ob delictum, & vitium paternum?

21 Pœna eſt priuatio diſponendi de bonis ſuis in aliquem.

22 Minus licere debet, cui licet,quod eſt plus.

23 Spuriam filiam poteſt mater hæredem inſtituere extante prole legitima,niſi mater ſit Illuſtris.

24 Coitus cum ſanticellis uolentibus in foro fori non eſt punibilis.

DE SECVNDIS NVPTIIS,

RESPONSVM II.

Qui ueritas eſt, me in viam dirigat ueritatis.

SIno. Nicolaus Florbini
ſuſcepit matronam ex Ioanna Boſſeta eius
ancilla uti ex concubina, ut quia eam in
domo retinebat in ſchemate concubinæ,
& non furtiuo acceſſu eam generaſſet,cla-
1 riſſimi iuris eſſet, † quod matrona filia na-
turalis prædicto Nicolao eius patri defuncto ſine prole le-
gitima

gitima ſuccederet in dnabus vncijs, auth. licèt, & in corpo-
re, vnde ſumitur, C. de nat.lib. Sed quia matrona nata
proponitur ex furtiuo acceſſu, & ex Ioãna vti Ancilla, & fan-
ticella, & quia proponitur extare prolem legitimam, videli-
cet Margaritam filiam d. Catherinæ, tunc certum eſt, quod
patri in aliquo non ſuccedit, d. auth. licèt, & §. fin. in Auth.
quib. mod. nat. effic. ſui.

Sed tunc inſurgit prima dubitatio, de qua in themate, an
hæredes dicti Nicolai teneantur eam dotare? de iure cano-
2 nico dicendum eſt, quod ſic, † quia pater tenetur alere filiã
ſpuriam, c. cum hæc, de eo, qui ducit in matri. quam pol. per
3 adult. ergo etiam dotare, argumẽ. de alimen. ad dotem, † ut
arg. Bar. in l. fin ff. de his. quib. ut ind. & Bal. in l. fin. C. de dot.
prom. ſed de iure ciuili videtur contrarium dicendum per
tex. in d. auth ex complexu.

4 † Et quod de iure ciuili pater non teneatur alere, nec do-
tare filiam natam non in ſchemate matrimonij, uel concu-
binatus, tenuit Imo. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Tre.
Ang. in §. ius naturale, inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Feli. in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 16. de conſt. Dom. Iac. Buing.
In c. 1. in 6o. differentia inter ius ciuile, & Canon. de accuſa.
& ſequuntur plures alij, qui in hoc communiter reproban-
tur. Nam ſecundum commonem doctorum ſententiam pa
ter tenetur etiam de iure ciuili alere & dotare filiam etiam
ſpuriam, ſecundum Bar. in l. Mæuius, §. duobus, in 3. quæſti.
ff. de his, quib. indig. & in d. l. fin. §. ſi à ſocero, ff. de his, quib.
infra cred. Bal. in l neque mater, C. de iure dot. Ludo. Rom.
& Moder. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. Nicol. de Crib. in tracta. de
ſucceſſ. ab inteſt. colum. 18. & ſequen. vbi dixit, quod iſta eſt
communis opinio. Idem tenet Bald. conſi. 456. recolo. lib. 5.
& Dom. Iaſ. in auth. res, quæ. colum. pen. vbi allegat Alex. &
Aret. idem conſuluiſſe, C. communia de leg. ſequitur Bald.
Nouel. in tractatu de dote, in 6. parte, priuilegio 16. ſicut er-
go Dom. Nicolaus teneretur eam dotare, ſi uiueret, pari mo
do debent teneri hæredes, ad quos tranſit obligatio defun-
cti, ut in proprijs terminis tenent Bar. & alij communiter, in
l. ſi marito, §. ſi uoluntate, ff. ſol. matr. Alex. conſ. 139. viſo the
mate, col. fi. lib. 2.

Verum præmiſſis non obſtantibus ſecundum ea, quæ pro
ponuntur, non credo hæredes patris teneri dotare dictã ma-
tronam neque de iure canonico, neque de iure ciuili, quia
matrona habet, unde ſe dotet: habet etiam quàmplura bona
ſatis notæ æſtimationis ſibi donata ab auia paterna, quæ do
natio ualet, ut in ſequenti dubitatione clariſſimè demõſtra-
bo. Filia autem naturalis habens unde ſe dotet, non eſt do-
tanda à patre, nec à patris hæredibus, ut eſt caſus ſecundum
communem intellectum in l. vxorem, §. pater naturalis, ff.
de leg. 2. Nam ideo pater naturalis ibi non cenſetur dotaſſe
filiam de ſuo proprio, quia filia habebat bona ſibi relicta p
5 primum maritum: † vnde quia pater non tenebatur dotare,
præſumitur dotaſſe animo compenſandi, uel repetendi: nã
ſi fuiſſet obligatus dotare, cenſeretur dediſſe dotem de pro-
prio, animo ſe liberandi ab obligatione dotandi. l. fina. C. de
dot. prom. & ita tenent Imo. Alex. & alij in d. l. 1. ff. ſol. matri.
& ratio eſt, quia pater naturalis ex æquitate Canonica aſtrin
gitur ad dotandum filiam naturalem, ut filia uiuere poſſit,
& ſic loco alimentorum ſuccedit ipſa dos, ſecundum Bar. in
d. §. ſi à ſocero, Panormit. conſi. 115. punctus quæſtionis, li. 2.
6 † vnde ſicut pater naturalis non tenetur ad alimenta, quan-
do filia habet unde ſe alat, l. ſi quis a liberis, §. idè reſcripſit.
ff. de lib. agnoſc. & d. c. cum haberet, in verbo neceſſaria, &c.
Ita etiam non tenebitur dare dotem ſecundum Doct. in lo-
cis præallegatis maximè ſecundum Panorm. in d. cõſi. 115.
7 vbi plus uoluit, † quòd ſi pater naturalis dederit in dotem
pluſquam ſufficiat ad alimenta, quod hæredes eius poterũt
in vita mariti exceſſum, & mortua filia totũ repetere, & idẽ
firmat Panor. conſ. 50. videtur primò. eod. lib. & ex iſtis reſo-
luta remanet prima dubitatio.

Venio modo ad ſecundam, in qua quæritur, an donatio
Inter viuos, & contemplatione matrimonij facta per Cathe
rinam auiam paternam poſt mortem patris eidem matro-
næ de iure ſubſiſtat? videretur dicendum, quod non per text.
8 in l. fi. C. de natur. lib. vbi eſt caſus, † quod auus extante pro-
le legitima, ut in caſu noſtro, in quo extat Margarita filia ip-
ſius Catherinæ, nõ poteſt relinquere nepti ex filio legitimo
defuncto pluſquam potuiſſet eius pater. Nicolaus autem pa
ter Matronæ nihil potuiſſet relinquere, §. fi. inſti. quib. mod.
nat. effic. ſui. ergo nec auia paterna potuit donare. iſta eſt dif
ficilis, & pulchra dubitatio, pro cuius reſolutione duo ſunt
videnda: primo, an diſpoſitio d. l. fi. habeat locum in donatio-
ne inter viuos. Secundo, an procedat tam in auia paterna, quàm
in auo. ad primum videtur reſpondendum, quod etiam pro
9 cedat in donatione inter viuos, † argumento de vltimis vo-
luntatibus ad contractus, l. ita ſtipulatus, magna, & in l. ſi di-
uortio, ff. de verborum oblig. l. quæ de legato, l. ſi ſeruus, §. &
cui, ff. de leg. 1. maximè, quia ratio eiuſdem legis, ut vitium
paternum reſtrœnetur, etiam in donationib. militare vide-
tur, ergo etiam militabit diſpoſitio l. à Titio, ff. de verb. obl.
l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.

Sed prædictis & ſimilibus non attentis, contrariam ſentẽ-
tiam amplectendam puto infraſcriptis rationib. & pro ma-
iori intelligentia eorum, quæ dicturus ſum, præmitto, quod
l. fin. loquitur in vltimis uoluntatibus, ſecundum Angel. &
Scribentes ibi, & probatur in uerbo, relinquere, & in uerbo,
10 relinquendi neceſſitas. † Nam verbum, relinquo, ad moriẽ-
tes tantum refertur, l. 1. §. fin. ff. de tab. exhib. not. glo. in §. fin.
inſt. quib. ex cau. manum. non licet. Hinc dixit Dyn. quòd ſi
aliquis reliquerit baſtitam ſuam Titio, quod cenſetur do-
naſſe cauſa mortis, quia uerbum Relinquo, ad morientes
adaptatur. ita Dyn. in l. 1. C. de reuoc. dnn. & ſequitur Dom.
Guido Papæ ſing. 457. incipien. ſi quis dicat.

Secundo præmitto, ꝙ ante illam legem auus poterat ne-
potibus etiam ſpurijs ex filio max. legitimo donationem fa
cere, & eos hæredes inſtituere, ſalua legitima filiorum legiti
morum. & probatur in d. l. fi. in uerbo Extendimus ad nepo-
tes, nam uerbum, extendimus, eſt noui iuris promulgatiuũ.
c. fi. & ibi not. ne cler. vel Monach. & ita tenent omnes Scri.
ibi, & l. Gallus, §. quod ſi hi, ff. de liber. & poſthum. quia ratio
iuris antiqui, ut vitiũ paternum reſtrœnetur, ceſſabit in auo,
cui circa perſonam nepotis nullum vitium competit. Iſtis
ſic præmiſſis dico, quòd diſpoſitio d. l. fi. prohibens, ne auus
poſſit inſtituere, uel in ultima voluntate plus relinquere ne-
poti naturali, quàm poſſit pater, non videtur prohibere, ne
poſſit inter viuos donare ex plurib.

11 Primo, † quia illa conſtitutio, ut patet, eſt correctoria iuris
antiqui, ergo non extendenda ultra terminos ſuos etiam ex
identitate rationis, auth. quas actiones, & ibi late Moder C.
de ſacroſ. eccleſ.

12 Secundò, † quia conſtitutio illa, quæ prohibet, ne auus poſ-
ſit diſponere de bonis ſuis in nepotes, eſt odioſa tam ex par-
te aui, quàm nepotum, ergo reſtringenda eſt, & ſtricte in-
terpretanda, reg. odia, de reg. iur. cum uulgarib.

Tertio facit. quod decidit Alexand. in fortioribus termi-
13 nis. † dicit ſtatutum, quòd maritus non poſſit aliquid relin-
quere vxori, an etiam maritus cenſeatur prohibitus donare
cauſa mortis? videtur, quod ſic, quia donatio cauſa mortis
accedit vltimæ voluntati, ut per gl. & Scrib. in l. a, ff. de leg. 1.
& in l. a. ff. de dot. præleg.

Contrarium determinat Dom. Alexan. conſi. 26. viſo, &
conſiderato, lib. 2. quia tale ſtatutum uti odioſum loquens
in relicto nõ debet habere locum in donatione cauſa mor-
tis, & multo minus in donatione inter viuos & idem tenet
ipſe Alex. in d. l. 2. & conſi. 116. animaduerſis, colum. 4. li. 2.
& conſi. 76. viſis dubitationibus, & conſi. 43. lib. 5. & pleniſſi-
mè Decius comprobauit conſ. 196. in caſu præſuppoſito.

Quarto adduco tex. qui uidetur optime facere ad quæſtio
14 nem noſtram in l. unus libertus, ff. ſi quid in fraud. patr. † ubi
libertus prohibetur relinquere in ultima volunrate, & ami-
cis benemerentibus in præiuditium quartæ debitæ patro-
no: & tamen non intelligitur prohibitus donare amicis be
nemerentibus inter uiuos. ecce, quod lex prohibens relictũ
non cenſetur prohibere donationem inter uiuos non enim
donatio etiam cauſa mortis propriè dicitur relictum, ſecun
dum glo. communiter approbatam in auth. ex teſtamento,
15 C. de collat. † vnde iura exhorbitantia loquentia in relictis,
quia ſunt proprie intelligenda, l. quicquid aſtringendæ, ff. de
uerbo. oblig. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. non ſunt exten
denda ad donationes, l. ius ſingulare, l. quod vero contra, ff.
16 de leg. reg. ea quæ, de reg. iur. † Imo regulariter iura loquen
tia de vltimis voluntatibus non habent locum in contracti-
bus, neque econtra, niſi expreſſe dicatur, l. teſtamentum non
ideo, & ibi glo. Bald. & alij, C. de teſtam. l. verba competunt,
17 ff. de verbo. ſignifi. † & ex iſtis apparet non obſtare argumen
tum de ultimis uoluntatibus ad contractus, quia non proce
dit in materia odioſa exorbitanti, aut correctoria, ut patet
ex præmiſſis.

Præterea non militat tanta ratio prohibendi donationes
18 inter uiuos, ſicut relicta. † nam auus facilius mouetur ad re-
linquendum in ultima uoluntate in præiuditium prolis le-
gitimæ, quia ſibi in uita nõ præiudicat in aliquo, quàm mo-
ueatur

neatur ad donandum inter uiuos, per quam donationem
ſibi auſertur dominium rerum donatarum, & quam nō po-
teſt pro arbitrio reuocare ſicut relicta, l. perfectam, C. de do
nat. quæ ſub mod. l. ſi uelles, C. de reuoc. donat. vnde cū non
19 ſit tanta ratio prohibendi donationes, ſicut relicta, † diſpoſi-
tio d. l. ſic probibitiua, & exhorbitans loquens in relictis, nul
lo modo extendi poteſt ad donationes, etiam ſi eſſemus in
caſu, in quo ex identitate rationis licita foret extēſio, quia
vt poſſit fieri extenſio, oportet ꝙ tanta, vel maior ſubſit ratio:
ſecus ſi minor, ut declarant Porc. & Do. Iaſ. inſt. quib. mod.
ius pat. pot. ſol. col. 1. & ſeq.
Circa ſecundum, an procedat in auia paterna, videtur, ꝙ
20 ſic, quia licet illa lex ſit odioſa, † tamen quia odium eſt ratio
nabile, ſcilicet ut in prole legitima conſeruetur hæreditas,
videtur, quòd maſculinum concipiat fœmininum, l. ſi quis
id quod, ff. de iuriſd. omn. iud. per quam ita concludit Bart.
in l. 1. ff. de verbo. ſignifi. Illa ergo l. ſi. loquitur in auo, ut pa-
tet ibi in uerbo, nepotem habet auus, habebit & locum in
auia. & ita in terminis tenuit Dom. Franciſcus de Aret. in l.
Gallus, §. ſi is cui, colum. 3. ff. de libe. & poſthum. & Franciſc.
Accur. in d. l. fin. quam fecit ad gl.
Sed prædictis non obſtantibus, cōtrarium ſuaderi poteſt,
quia vbi propter delictum, & vitium paternum alij puniun-
tur, nunquam maſculinum concipit fœmininum, l. quiſqs,
C. ad leg. Iul. maieſta. tunc enim non poteſt dici odium eſſe
rationabile, ſecundum Bar. in d. l. 1. ff. de verbor. ſignific. per
quem tex. dicit idem Franciſcus de Aret. conſ. 38. in facto di
citur contingiſſe, quod ſi cōſtitutio puniat rebelles, & ſilios,
non comprehenduntur filiæ fœminæ. ſequitur Domi. Iaſ. in
d. l. ſi id. quod in propoſito noſtro diſpoſitio d. l. ſi. punit auū
pro uitio ſui filij, & nepotem pro uitio patris, vt dicit ibi glo.
21 in uerbo extendimus. † Nam priuare auum facultate diſpo
nēdi de bonis ſuis pro culpa filij, pœna eſt. l. deportatorum.
C. de pœn. & l. 2. C. de bon. proſcript. & capit. quamquam, de
vſu. lib. 6. cum ſimilibus, & ex hoc tollitur fundamentū Are-
tini.
Secundo, quòd non habeat locum in auia, probatur ra-
22 tione, † cui conceditur, quod eſt plus, utique conceditur qđ
eſt minus. non debet, ff. de regu. iur. l. Marcellus, ff. de donati.
cau. mor. c. per uenerabilem, qui fil. ſint leg. cap. cum in cun-
ctis. in princip. de elect. ſed auiæ paternæ conceditur, quod
poſſit filiam propriam modo natam ex non accuſabili coi-
tu inſtituere hæredem, etiam extante prole legitima, niſi ip-
ſa auia eſſet illuſtris perſona, l. ſi qua illuſtris & ibi glo. C. ad
Orf. firmat Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. uerſic. ſed nūquid
ſpurij, & ita omnes concludunt. ergo debet ſibi multo ma-
gis concedi, quod poſſit inſtituere nepotem naturalem ex fi-
lio legitimo, in cuius nepotis conceptione nullam contra-
xit maculam, nec aliquid eſt, quod ei poſſit imputari, ſicut
in conceptione proprij filij: matrona autem nata ex Nicolao
ſoluto, & Catherina ſoluta ancilla, & Fanócella eiuſdem Ni
colaij non dicitur nata ex coitu punibili. Nam coitus cum
iſtis fanticellis, & Ancillaſtris volentibus non puniuntur de cō
ſuetudine, nec etiam de iure in foro fori, ut in terminis de-
cidit Ang. in l. ſi vxor, in princ. ff. de adult. & comprobat Do.
Soc. per plura in d. §. quod ſi his, colum. fin. & conſi. 148. me-
mini, lib. 1. per tot. vnde ſicut Catherina potuiſſet inſtituere
hæredem dictam matronam, ſi eam generaſſet ex patrono
ſuo, dicendum eſt, quod multo magis potuerit ſibi donatio
nem certorum bonorum facere, cum ſit nata ex filio ipſius
Catherinæ ſine aliquo eius Catherinæ vitio. iſta ratio ceſſat
in auo, qui non potuiſſet dictam matronam inſtituere, ſi cā
generaſſet ex ancilla, d. § ſi. quib. mod. nat. effi. legi. ergo de
auo ad auiam non ualeliat argumentum, nec de uno ad al-
terum potuit iuridice fieri extenſio. & iſta ſit alia ſecunda
reſponſio ad deciſionem Aret. & Franciſci Accur. tenentiū
contrarium, vt ſua deciſio procedat, quando auia inſtituit
nepotem ſpurium, qui ſibi ſuccedere non potuiſſet, ſi eo mo
do natus fuiſſet ex ea, quo natus eſt ex matre ſua. & iſtam di
ſtinctionem reperio feciſſe Ang. licet non ita clare, & reſo-
lute, in d. l. fin. in fin. & hoc modo intelligo loqui Paulū, de
Caſt. in d. §. quod ſi is, uerſic. ego habui caſum. ubi formali-
ter, & in proprijs terminis decidit quæſtionem in fauorem
neptis baſtardæ, contra filiam legitimam. & hoc modo con-
cordantur Paul. & Aret. qui videntur aduerſari.
Sed ſi recte intelligantur, uterque bene loquitur diſtin-
guendo, ut ſupra dixi, & voluit Alexand. conſil. 139. elegan-
ter, lib. primo.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 Actor ſine actione experiens repellitur.
2 Mulieri non competit actio ex promiſſione dotis facta marito abſente muliere ſtipulanti: ſecus ſi notario, aut mulier eſſet præſens.
3 Actio qualibet tollitur ſpatio 30. vel 40. annor.
4 Actio etiam paſſiua dicitur inter hæredes pro portionibus hæreditarijs
6 Notarius poteſt alteri ſtipulari.
7 Dos poteſt mulieri per quemlibet ſtipulari.
9 Pactum nudum etiam de iure ciuili fauore dotis parit actionem in terris imperij, eccleſiæ verò indiſtincte, uel de iure canonico.
10 Pollicitatio fauore dotis an pariat actionem, & ſit abſenti, pactum verò nudum præſenti.
11 Contractus requirit præſentiam, & conſenſum.
13 Præſcriptio etiam actionum perſonalium non procedit cum mala fide.
14 Hæredi nocet mala fides defuncti.
15 Emptor ſponte ſuſcipiens in ſe actiones paſſiuas poteſt à creditoribus hæreditarijs conueniri, etiā hærede exiſtente ſoluendo: aliàs ſecus, niſi in ſubſidium.

R E S P O N S V M III.

PEtit Ioannes Agaffini uti hæres Ca-
therinæ Nonarinæ flor. 600. pro reſto dotis dictę
Catherinæ a Bartholamæo Nauarino vti hære-
de Antonij Nauarini, qui conſtituit, dedit, & aſſi
gnauit in dotem nomineque eius ex cauſa dotis dictæ Ca-
therinæ Guilelmo Buſaphi præſenti & ſtipulanti pro ſe, ſuiſ-
que hæredibus, ac notario ſtipulanti ad opus ipſius Buſaphi,
& ominum, quorum intereſt, & intererit quomodolibet flo.
1800. &c. ut apparet ex inſtrumento exhibito confecto de
anno 1427.
1 Opponitur † contra actorem, quòd experitur ſine actio-
ne, ideo repellendus, lege ſi pupilli, §. videamus, ff. de ne-
goc. geſt. quod agat ſine actione, probatur duplici funda-
mento.
Primo, quia actio ex ſtipulatu intentata contra Bartholo-
mæum nullo modo competit ipſi actori uti hæredi Catheri
næ, pro qua Antonius promiſit dotem Guilielmo Buſaphi.
2 † Nam ex promiſſione dotis facta marito ſtipulanti non
competit actio mulieri, pro qua dos promiſſa fuit, ut eſt ca-
ſus in l. ſi pro te, C. de dot. prom.
Secundo, quia ſi qua actio ex conſtitutione dictæ dotis
olim competijſſet Catherinæ, hodie tamen ſublata foret, &
3 extincta per lapſum 90. annorum: † omnis enim actio ſpacio
30. vel 40. annor. tollitur, l. omnes, & l. ſicuti, C. de præſcr. 30.
vel 40. annor.
Tertio ſaltem pro medietate dictorum flor. 600. male age
re videtur contra ipſum Bartholomæum, cum non ſit hæres
d. Antonij niſi pro parte, & pro alia parte ſit hæres Alema-
4 nus eius frater. † conſtat autem actiones etiam paſſiuas di-
uidi inter hæredes pro portionibus hæreditarijs, l. pro hære-
ditarijs. C. de hæred. act.
Præmiſſis non obſtantibus, arbitror Ioannem experiri bo
na, & competenti actione ex ſtipulam.
5 Non obſtat tex. in d. l. ſi pro te, † quia uerum eſt, quòd vxor
non agit ex promiſſione facta marito, ſed bene agere poteſt
ex promiſſione facta Notario ſtipulanti nomine omnium,
quorum intereſt.
6 † Notarius. n. poteſt alteri ſtipulari, l. 3. ff. rem pup. ſal. fore.
7 & maximè pro dote, † pro qua quilibet poteſt in fauorē mu-
lieris ſtipulari, l. Gaius, ff. ſolut. matrim. traditur per D. Iaſ. in
l. ſtipulatio iſta habere licere, §. alteri, ff. de uerborum oblig.
In caſu præſenti Antonius conſtituit dotem pro Catherina
marito ſtipulanti pro ſe, & ſuis, ac Notario ſtipulanti nomi-
ne omnium. quorum intereſt, & intererit. Conſtat autem de
intereſſe Catherinæ, & hæredum, ergo ex ſtipulatione Nota-
rij illis competit actio.
8 † Secundo reſpondetur, quòd diſpoſitio d. l. ſi pro te, pro-
cedit, quando pater, vel extraneus promittit dotem marito
pro vxore abſente, tunc ei non cōpetit actio ex ſtipulatione
mariti:

mariti·ſectis autem ſi pater,uel alius conſtituat dotem marito pro uxore præſente,& conſentiente, quia tunc agit etiã
vxor,non ex ſtipulatione mariti,ſed ex pacto nudo,quod inter conſtituentem dotem,& ipſam mulierem præſentem, &
9 conſentientem initum fuit. † fauore enim dotis etiam in
foro Cæſaris ex pacto nudo oritur actio, ſecundum gl.in l.
legitima,ff.de pact per tex.in l.ad exactionẽ,C.de dot.prom.
& ſequuntur communiter Scribentes in l. iuriſgentium. §.
[illegible] nuda,ff.de pact.& in terris eccleſiæ,vt in hac Ciuitate,
indiſtincte ex pacto nudo actio oritur,c.1. de pact. & ibi Panor & Felin.dicunt de iure Canon. ſecundum communem
10 [illegible]ſententiam dari actionem ex nudo pacto.†Imo ſunt qui ve[illegible] ex pollicitatione ſola fauore dotis actionem oriri per
[illegible] in l.ſi.C.ad Vellei.ibi, dotem pollicitus ſit, vel ſpopon[illegible] quod non diſſentio, quia pollicitatio dicitur promiſ[illegible] facta abſenti.

Pactum verò nudum dicitur,quando dos promittitur præſenti,vt declarant Alex.Iaſ.& Moder.in rub. ff. de verb. obli.
In caſu autem noſtro agitur de pacto nudo, & non de pollicitatione.Ideo quę de pollicitatione dici poſſunt,omittam:
& ideo Bal.in d.l.ſi pro te,in prima ratione dubitandi dicit
ex legato dotis facto marito competere actionem uxori, l.
Titio legato,§.ſi teſtator,ff.de leg.1.&l.Tino centum, §.Titio genero,ff de cond.& demonſtr.quia legatum poteſt fieri
abſenti,& non requiritur partis præſentia,vel conſenſus,ſed
11 ex promiſſione facta marito nõ poteſt agere uxor,† quia cõtractus requirunt præſentiam & conſenſum. Ideo uxor nõ
agit.d.l.ſi pro te.ergo Bal.expreſsè uult, quod ſi uxor ſit præſens.& conſentiat,quia tunc ſibi actio competit, nõ dico ex
ſtipulatione mariti.ſed ex pacto nudo inito inter conſtituentem dotem,& ipſam vxorem.

Tertio reſpondeo, ꝙ hodie ſecundũ ius Iuſtiniani nouiſ-
12 ſimum,†ſi pater vel alius promittat dotem marito pro uxore abſente.fauore mulieris lex fingit interueniſſe ſtipulationem, ex qua poſſit ipſa mulier agere contra promittentem,
l.1.§.ſed vt plenius.ibi,ſi dos detur,uel promittatur,C.de rei
uxor.act.quem tex.et dicit procedere in caſu iſto Bal. Nou.
in d.tract.de dot.in 6.parte, priuilegio 23.char.19. illud tamen non pono pro conſtanti,quia tex.in d.§. ſed ut plenius,
fingit ſtipulationem in fauorem mariti contra vxorẽ,& promittentem pro ea non autem in fauorem vxoris contra ipſam promittentem, Et ipſemet Bal.Nouel.ſentit etiam contrarium.

Secunda exceptio præſcriptionis nihil etiam obſtat, & ex
iis quæ Clariſſimus Dom. Bardini dixit in ſua cedula exordiente.non debet ſuffragari flor.65.remanet ſublata.vera.n.
& communis eſt ſententia,quod diſpoſitio c.fi.de præſc.quæ
13 vult..quòd præſcribere nemo poſſit cũ mala fide, procedat
etiam in præſcriptione actionum perſonalium, ſecundũ gl.
Innoc.& communiter Canon.in d.c.fi.vbi Felin.poſt multa
atteſtatur,ꝙ iſta eſt communis,quicquid dixerit Bar. in l.ſequitur §.ſi viam,ff.de uſucap.& ita etiã tenent Theologi,quos
refert.& ſequitur D.Alex.conſi.51.lib.5.vbi lato ore fatetur,
ꝙ iſta eſt communis & vera opinio, à qua nullatenus eſt recedendum in iudicando,& ita conſuluerunt vterque Raph.
& plures alii,quos refert Balb.in tract.præſcrip.q.13.3.par. &
vltra adducta per eum ita conſuluit Bal. conſi. 39. quæritur,
an ſcitus.lib.1.Panormi.conſi.14.colum.3.lib.2.Imo.conſi.
46.in caſu præmiſſo. non potuit ergo Antonius Nauatini,
qui dotem ſorori ſuæ conſtituit, & quam iurauerat ſoluere
terminis expreſſis, & contentis in inſtrumento, obſtante
mala fide,& ſcientia debiti præſcribere ergo nec etiam eius
14 hæredes præſcribere potuerunt. † quia mala fides defuncti
nocet hæredibus ut etiam in actionib. perſonalibus nõ poſſunt inchoare præſcriptionẽ ex perſona propria,ſecũdum D.
Ant.de Butr.Imo. Panor.& Canon.in ca.ſi diligenti.de præſcrip.& ibi Fel.dixit ita ab omnib.teneri,& dicit Do.Iaſ.in l.
Pomponius,§.cum quis,quod iſta eſt communis opinio,ſecundum quam infinita reperiuntur doctorum conſi. relicta
prædictum D.Iaſ.ibi,& Baldum in d.tract.præſcript.&vltra
eos reperio,quod nouiſſime ita conſuluit Soc.conſi.106.libro vltimo,li.3.& ita ſuperioribus annis conſului, & tunc
reſpondi quibuſdam. quæ in contrarium adducuntur per
ſubtilem Aret. quæ nunc ſilentio inuoluam, tum quia res
agitur coram peritiſſimo iudice, tum quia iſta eſt communis. & vera, à qua ſecundum Socin. in dicto conſilio 106.
non debent iudices in iudicando diſcedere. Poſſem etiam
reſpondere alijs modis. Sed quia præcedens eſt clara, & veriſſima,Ideo quoad alias reſponſiones me remitto ad cedulam D.Bordini.

Tertia exceptio, quòd male agatur contra Bartholomæũ
inſolidum,cum ſit hæres tãtum pro parte, nihil etiam facit,
quia ipſe Bartholomæus certo cõuento pretio emit ab Alemano portionem ipſius, & promiſit ſuſcipere, & in ſe ſuſcepit omnes actiones tam actiuas,quàm paſſiuas,ut conſtat in-
15 ſtrumento inſerto in proceſſu 141.& ſequenti. † quando autem ſponte emptor in ſe ſuſcepit actiones paſſiuas, tunc poteſt à creditorib.hæreditarijs conueniri,ſecundum gl.in l.2.
in ultimis verbis,C.de hær.vel act.ven. & probatur in l. poſt
venditionem,C.de pact.& vbi alias ſponte non accepiſſet in
ſe actiones,ſi tamen Alemanus ſoluendo non eſſet, potuiſſet,& poſſet ipſe Bartholomæus emptor,& ceſſionarius conueniri,l.fi.in prin.ff.de eo per quem fact.erit, l.planè, §. qui
rogatus,ff.de leg.1.& in ſpecie ita.declarat D. Iaſ. in d.l.poſt
uenditionem.col.1.& ante eum idem tenent gl. & Scriben.
in d.l.2.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 Lex hac edictali,C.de ſec.nup.non habet locum in filia excluſa à ſtatuto exantibus maſculis, & regulariter in his, quibus non datur querela inofficioſi,nec non in filio ingrato. & num. 3.& 6.

2 Lex generaliter loquens, & ſi generaliter intelligatur, tamen recipit interpretationem reſtrictiuam à ratione ipſius l. & numero 10.

4 Inofficioſi teſtamenti querela non competit filia excluſa per ſtatutum, ſed ſolum his,qui poſſunt ab inteſt. ſuccedere, & aſſignatur ratio. & nu.7.

5 Filios non extare,ac excluſos eſſe à ſtatuto paria ſunt.

8 Lex hac edictali,de ſecun nup.fuit facta propter iniuriam illatam à patre filijs,nec habet locum in filia bonis paternis cum iuramento renunciante,ac in filijs conſentientibus,quod pater nubat,& pro libito teſtetur,

9 Iniuria non fit nolenti,nec conſentienti.

11 Nouerca an ſtante l.hac edictali, poßit conſequi tantum quantum habuerunt priuigni pro ſupplemento legitima.& nu.13.

12 Teſtatoris uoluntas in dubio præſumitur conformis cum uoluntate legis.

14 Filio prohibito petere ſupplementũ legitima nõ competit actio ex teſtamento, ſed condictio ex lege.

RESPONSVM IIII.

STante prouinciali ſtatuto, quòd extantib.maſculis
filiæ fœminæ non ſuccedant &c. & ſtante renunciatione facta per filias primi matrimonij cũ iuramento de bonis paternis. quæritur, ſi pater inſtituat hæredes duos filios maſculos, unũ ſcilicet ex primis
nuptijs,alterum ex ſecundis,& uxori ſecũdæ leget mille ducatos,filiabus ſuis primi matrimonij titulo inſtitutionis qd
1 modicum relinquat,†an ſit locus diſpoſitioni l. hac edictali,in princ.C.de ſecund.nupt.qua cauetur,id,quod plus relictum eſt nouercæ,quàm uni ex filijs primi matrimonij, cui
minus relictum ſit, applicetur liberis primi matrimonij inter eos æqualiter diuidendum? & prima conſideratione dicendum videtur,quòd etiam hoc caſu procedat d.l.hac edi-
2 ctali,†quia generaliter loquitur; ergo generaliter eſt interpretanda,l.1.§.& generaliter,ff.de leg.præſt.l.de pretio, ff.de
public.& hac ratione determinat Salic.in l.fœminæ, C.eod.
titu. quod licèt filia excludatur à ſucceſſione per ſtatutum,
tamen admittitur ad bona,quæ deferuntur filijs primi matrimonii in pœnam parentis tranſeuntis ad ſecunda uota,
iuxta diſpoſitionem dictæ l.fœminæ.ſequitur Soci.conſi.34.
proſequendo ordinem, lib. primo, & conſi.263. capio primum,columna prima,lib.2.& Dec.conſi.87. pro reſolutione,colum.3. Sed hoc non obſtante contrariam ſententiam
amplectendam arbitror.

3 Primo,†quia diſpoſitio d. l. hac edictali, non procedit in
filijs primi matrimonii,quibus non competit querela inoffi-
4 cioſi teſtamenti,vt probatur ibi in verſi.niſi ex iis cauſis.†ſed
filiæ excluſæ per ſtatutum non habent querelam innof. teſt.
ſecundum Bar.in l.fi.verſi.quæro,filia,ff.ad Tert. in l.Gallus,
§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.ubi Alexand. atteſtatur

ita communiter tenere Docto. & idem firmant Alex. & Moder. in l. filiæ, C. de collat. quia illis competit ius querelandi, & contratabulandi, qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere: alias non, l. prima, §. primo, ff. de bonorum poſſeſſ. contratab. filiæ autem non poſſunt ab inteſtato ſuccedere ſtante prædicto ſtatuto, ergo non habent ius contratabulandi, nec querelandi. Non habent ius querelandi; ergo nec dicendi id quod plus relictum fuit nouercæ, ſibi deberi.

5 Secundò, † quia paria ſunt non extare filios, vel à lege ſiue ſtatuto excluſos eſſe, l. & ſi ex modica, §. ſi filius, ff. de bo. libe. & inſt. eod. tit. §. ſed noſtra. clarum autem eſt, quod ſi dictæ filiæ non extarent, quod legatum factum uxori ſecundæ valeret, nec aliquid detraheretur. Idem ergo ſi extant, & ſuccedere non poſſint.

6 Tertio, † quia filij ingrati excluduntur ab iſto lucro, quod aufertur nouercæ fauore filiorum primi matrimonij, ut eſt caſus in l. cum apertiſſimi, C. de ſecund. nupt. & in §. ſoluto, in Auth. de nupt. quod nulla alia ratione ſtatutum videtur, niſi quia propter ingratitudinem à ſucceſſione parentum remouentur, quæ ratio etiam hoc caſu militat, ergo etiam militabit diſpoſitio l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr.

7 Quarto, † filiæ excluſæ à ſtatuto non poſſunt prætendere ſe fuiſſe aliqua iniuria affectas à patre, cum ab inteſtato nihil

8 fuiſſent habituræ, l. ſi præteritus, ff. de inoffic. teſtam. † quod autem aufertur nouercæ, & applicatur filijs primi matrimonij, id aufertur propter iniuriam illatam ipſis filijs, d. l. cum apertiſſimi, §. fin. quæ iniuria ceſſat hoc caſu. ergo etiam ceſſabit diſpoſitio.

Quinto huiuſmodi filiæ renunciando bonis paternis cum iuramento cenſentur feciſſe pactum de non contraueniendo teſtamento paterno, & videntur conſenſiſſe, quòd pater poſſit de ſuis bonis pro arbitrio diſponere, cap. quamuis, de pact. lib. 6. Ex hoc infero, quòd nõ poſſunt petere contra uoluntatem patris id quod plus fuit relictum nouercæ, quia id plus applicatur filijs primi matrimonij in pœnam teſtatoris, qui tranſiuit ad ſecunda uota, & non curauit tantum de filijs, quantum de vxore, d. l. hac edictali, quæ pœna locum non habet, quando filij conſentiunt, quod pater poſſit ſecũdo nubere, & teſtari ſuo arbitrio, ut dicit in ſimili gl. in §. 1. in uerbo, copulentur, in Auth. de nupt. quam dicit ſingularem Ludouic. Rom. ſing. 249. exordien. tu ſcis, quod mulier tranſiens ad ſecunda uota, &c. & in conſi. 219. ex themate, colum. 1. & Dec. conſi. 265. quæritur an. ubi extendit d. gloſ. ut procedat etiam ſi filij tacitè conſentiant, & iſta eſt urgẽs ra-

9 tio, † quia volenti, & conſentienti non fit iniuria, l. prima, §. uſque adeo, ff. de iureiuran. & ne conſultationi noſtræ deſit authoritas, adduco authoritatem Ang. qui ita in terminis declarat tex. in d. l. hac edictali, ut non procedat eo caſu, quo filiæ primi matrimonij reperiuntur excluſæ per ſtatutum, vel renunciationem ſponte factam, ſicut non procedit eo caſu, quo eſſent ingratæ. ita Ange. in Authen. de nupt. in §. optimè, & bene facit, quod decidit Pau. de Caſt. conſi. 312. viſo puncto, ubi conſuluit filiam, quæ renunciauit hæreditati paternæ, excludi à lucro, quod ei defertur in pœnam patris trãſeuntis ad ſecunda uota.

Non obſtat, quod tex. in d. l. hac edictali, loquatur generaliter, quia ut ex præmiſſis apparet, reſtringi debet ad filios primi matrimonij, qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.

10 † Nam lex quantumcunque generaliſſima recipit interpretationem reſtrictiuam à ratione ipſius legis, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2.

Non obſtat deciſio Salic. in l. fœminæ, tum quia loquitur in diuerſis terminis: nam illud ſtatutum fuit propter iniuriã factam defuncto coniugi per tranſitum ad ſecunda vota, §. ſoluto, in Auth. de nupt. quæ ratio non ceſſat ſtante ſtatuto prædicto. Id autem quod diſponitur in l. hac edictali, ſtatutum fuit propter iniuriam factã ſolis filijs relinquendo plus nouercæ, quàm ipſis: quæ ratio ceſſat ſtante dicto ſtatuto, vel renunciatione, ut patet ex prædictis. ſtante hac reſolutione,

11 fruſtratoria eſt ſecunda dubitatio, † an ſaltem nouercæ debeatur tantum quantum ſuppletur à lege ipſis filiabus pro ſua legitima, iuxta legẽ omnimodo. & le. quoniam in prioribus, C. de inofficio. teſtamen. tamen ut quærenti mos geratur, paucioribus quibus fieri poterit, reſpondebo. iſta eſt profunda, & ſubtilis quæſtio, ſuper qua inter Doctor. eſt maxima diſcordia. Salice. in dicta lege, hac edictali, tenet quod nouerca debeat habere tantum quantum relictum eſt uni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum fuit, nulla habita ratione ſupplementi legitimæ, quia id quod ſuppletur à lege, non dicitur relictum filio in teſtamento, leg. omnimodo, & leg. ſcimus, C. de inoffic. teſtamento, & ibi gloſ. & alij dicunt, quod ſi filius petat relictum in teſtamento, non cenſetur petere ſupplementum legitimæ, quia ſupplementum non dicitur relictum. etiam hac ratione motus idem tenet Corn. conſ. 33. & conſ. 118. lib. 1. Dicens ita conſuluiſſe Dom. Mattheum de Vbal. & Bart. de Barto. & plures alios.

Contrariam ſententiam tenent Cyn. & Bald. in dicta leg. hac edictali, & idem Bald. in l. prima, columna finali, C. de inofficio. donat. Ioan. de Anania, conſi. 67. viſo puncto, & Ludouic. Bolo. conſi ſecundo, Aret. in l. ex facto, in ultima char. ff. de uulgari, & pupilla. & Decius in l. humanitatis, columna pen. C. de impube. & alijs ſubſtit. & Salic. ſibi contrarius in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtamento, quia filius dicitur conſequi ſupplementum legitimæ ex quodam iure accreſcendi. quod ius accreſcere debet ex tacito iuditio teſtatoris, l. ſi Titio, §. Iulianus, ff. de leg. ſecundo, l. ex parte, ff. de acquir. hæred. Nam teſtator ſciens ſuppleri per legem, quod minus legitimæ relictum fuit, & non prohibens, tacitè velle videtur, quod integra legitima debeatur, quia talis præſumitur uoluntas teſtatoris, qualis eſſe debet de iure, l. ex fa-

12 cto, ff. de uulgar. & pupil. † & in dubio præſumitur teſtator conformare uoluntatem ſuam cum uoluntate legis ſecundum Barto. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. ſecundo, quia text. in dicta l. hac edictali, non tantum conſiderat quantum fuerit relictum, ſed quantum ad unum ex filijs primi matrimonij minus peruenerit. ita probat text. ibi, quantum ad unumquenque peruenerit. & ſic etiam conſiderat, quod ex lege peruenerit ad unumquenque, iuxta l. obuenire, ff. de uerborum ſignifi. nec obſtant illa uerba, cui minor portio ultima uoluntate relicta, aut donata, quia reſpondet Bologninus, quòd illa uerba non regulant uoluntatem teſtatoris ſimpliciter, ſed cum præcedenti uerbo, peruenerit.

Tertiò, quia tex. in l. quoniam parte, C. eodem tit. in illis uerbis, Danda uel relinquenda, non ſolum animaduertit & conſiderat factum, & relictum, ſed etiam quod fieri, & relinqui debuit. & iſta opinio melior, & æquior uidetur: ac de mente legiſlatoris, qui poſtquam diſpoſuit id quod plus relictum eſt nouercæ, quàm vni cui minus relictum ſit, ſubdit, ita tamen quòd quarta, quæ eiſdem debetur, nullo modo à teſtatore minuatur: quaſi dicat, dum tamen quarta relicta ſit. quod clarius probatur in d. §. optime, iuncto uer. quippe dudum olim quarta, nunc tertia, uel dimidia omnino relinquenda eſt, aut danda.

Non obſtant itaque illa uerba, cui minor portio relicta, aut donata &c. quia intelligenda ſunt, dum tamen non ſit minor ſua legitima, quæ omnino relinquenda erat. ita ſonant illa uerba, ita tamen, quæ limitant, & reſtringunt diſpoſitionem præcedentem, l. ita tamen, ff. ad Trebellian. & ſi quis uellet ſaluare contrariam opinionem, & hanc doctorum diſcordiam ſedare, poſſet probabiliter ſic diſtinguere.

13 † Aut teſtator quid modicum reliquit uni ex filijs primi matrimonij non prohibendo petitionem ſupplementi, & tunc procedat noſtra conſultatio, quaſi tacitè ſupplementum relictum cenſeatur per rationes præallegatas.

Aut prohibuit, ne plus peteretur, & tunc procedat contraria ſententia, quia nullo modo poteſt ſupplementum dici relictum, cum fuerit petitio eiuſdem expreſſe prohibi-

14 ta. & pro hac concordia facit, † quia ſi filius non ſit prohibitus plus petere, poteſt agere ad ſupplementum actione ex teſtamento.

Si uero ſit prohibitus plus petere, non datur ſibi actio ex teſtamento, ſed condictio ex lege, ſecundum Salic. in d. l. ſcimus, C. de inoffi. teſtam.

Laus Deo Opt. Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Nepotes ſublato patre ſuccedunt auo in gradum ſuitatis.*

2 *Renunciatio matris habet in ſe conditionem tacitam, ſi ei deferatur hæreditas, & an noceat filio, ſi præcedat ante eius patrem. & nu. 7.*

3 *Filia iurans ſe tacitam, & contentam, perinde eſt ac ſi totam legitimam habuiſſet.*

4 *Defuncti factum cenſetur factum hæredis, qui ideo ei contrave-*

iure non poteſt.
5 *Confeßio iudicialis non eſt reuocabilis prætextu erroris, niſi probetur ueritas in contrarium.*
6 *Ignorantia excuſatio non admittitur in iuditio, quod per peritos præſumitur agitatum, & eos conſulere potuit ſe excuſans.*
8 *Pater tranſiens ad ſecunda uota, an priuetur filij ſucceßione, ſicut priuatur mater.*
9 *Priuari quis non debet iure ſuo, niſi lex hoc expreſſe dicat.*
10 *Pœna ſecundo nubentium infra annum an hodie locum habeãt. & nu. 18.*
13 *Pœna ſecundo nubentium an habeant locum in uiro, ſicut in uxore, cum ſint correlatiui.*
14 *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio, & in pœnalibus.*
15 *Priuatio præſupponit habitum.*
16 *Parentes ambo ſuccedunt ſimul cum fratribus.*
17 *Iniuria maior fit filijs tranſeunte patre ad ſecundas nuptias, quàm matre.*
20 *Nepotes ſuccedunt in legitimam ex matris perſona per ſtirpes, & non per capita.*
21 *Profectitium quid dicatur.*
22 *Vſufructuarius non eſt pater portionis filij, cum quo ſucceßit.*
23 *Notarius accuſatus ut ſuſpectus non poteſt ſuſcipere acta.*

RESPONSVM V.

IN cauſa Ioannis Angleſij, & filiorum contra Gualterios plura dubia ſunt diſcutienda.

Primo ſtante renunciatione Catherinæ Gualteriæ matris, quæ renunciauit cum iuramento bonis maternis. & paternis, poſſint eius filij ex perſona propria petere legitimam in bonis aui materni. & ratio dubitãdi ſtat in hoc, quia Catherina filia mortua fuit uiuo patre, & in locũ eius ſucceſſerunt nepotes.

Secunda dubitatio, quia pendente lite duo nepotes deceſſerunt relicta ſorore, quæ tranſegit cum reis conuentis, an in partem legitimæ ſpectantis duob. nepotib. prædefunctis, pater dicatur priuatus eorum ſucceſſione, quia tranſierat ante eius mortem ad ſecunda vota.

Tertio poſito, quod non ſit priuatus, an ſaltem ualeat trãſactio pro parte ſpectante ipſi ſorori, non obſtante, quod pater prætendat ſibi nullum generari præiudiciũ in uſufructu.

Quarto, an proceſſus poſſit dici nullus rationibus, de quibus in quadam narratione mihi pro facti contingentia exhibita.

Circa primum dubium, quod certe profundiſſimum eſſe videtur, dicendum nepotibus legitimam deberi, non obſtã-
1 te renunciatione matris ex † eo, quia mortua matre, & ſuperſtite auo materno nepotes aui ſuccedunt in gradum ſuitatis, & in primum locum ex perſona propria, l. ſecunda, ubi Bar. & Moder. C. de liber. præter. Bar. in l. 1. §. ſi ſit nepos, ff. de coll. dot. & ſic iſtud ius ſucceſſionis, quod nepotes habent ex ſe ipſis, & ex legis diſpoſitione, non autem à matre, ergo factum matris non potuit tale ius debitum nepotibus ab eis auferre, l. ſi mater. C. de rei uend. l. ſi arrogator, ff. de adopt. & per hanc rationem ita in ſpecie determinat Barto. quem alij communiter ſequuntur in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquit. hær. & ſequitur Alex. conſ. 75. viſis, & diligenter perſpectis, col. fi.
2 lib. 1. & † quia renunciatio matris habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſibi deferratur hæreditas paterna, uel materna, arg. l. quotiens, §. fi. ff. de nouation.

Cum igitur non fuerit ſibi delata, cum prædeceſſerit, ſequitur, quod non præiudicabit filiis, tanquam defecerit cõditio, ſub qua facta erat dicta renunciatio. Et iſta eſt communis opinio ſecundum Alex. in l. pactum, C. de coll. & D. Georg. Natã in repetitione c. quamuis, char. 6. de pact. lib. 6. Soc. conſ. 181. col. 1. lib. 1.

Verum præmiſſis non obſtantibus, contrarium ſecũdum ea quæ proponuntur, videtur concludendum, quia opinio prædicta, quod renunciatio matris non noceat filiis, ea mortua ante patrem, procedit, quando mater ſimpliciter renunciauit. ſecus, ſi accepit dotem, & ſe tacitam & contentam
conſtituit, & vocauit pro parte ſibi ſpectante, & pro ſua legitima ſecundum Lud. Rom. in d. l. qui ſuperſtitis, quẽ ſequitur Dec. conſ. 181. ſatis nota eſt quæſt. col. 4. & ſeq. & in iſtis terminis poteſt gl. fi. procedere in d. ca. quãuis, quæ uult matris renunciationem præiudicare filiis. & in iſtis terminis poteſt ſaluari opinio Oldr. qui etiam tenuit renunciationẽ matris defunctæ ante patrem nocere filiis, conſ. 40. breuiter vide, & idem Decius firmat in l. pactum, quod dotale, C. de colla. col. pen. in caſu autem noſtro, ut apparet ex inſtrumento re-
3 nũciationis, † Catherina mater ſe tacitam, & contentam dote uocauit cum iuramento. mouetur, quia ſi iurauit mater ſe tacitam, & contentã pro integra ſua legitima, eſt perinde, ac ſi totam legitimã in uita habuiſſet, per ea, quæ dicit Bart. in l. 1. §. pen. in 4. q. ff. de bonor. poſſ. contra tab. quo caſu filij eius non deberent plus habere, ne idem bis conſequantur. Et licet etiam iſto caſu Pau. de Caſt. in d. l. qui ſuperſtitis, & Alex. in d. l. pactum. teneant contra Ludo. Ro. & contra eum etiam teneat D. Geor. in d. c. quamuis. rationib. quib. ſupra: tamẽ iſta opinio Lud. Ro. mihi videtur vera in caſu noſtro, in quo filij ſunt hæredes matris, quo caſu cum mater fuerit
4 ꝯfeſſa habuiſſe ſuam legitimam, & ea eſſe contentam, † non pñt facto matris ꝯuenire, cum factũ defuncti cenſeatur factum hr̃dis, in Auth. de iureiur. à mor. præſt. in prin. & d. l. cũ à matre, C. de rei uend. ſi n. filij fuiſſent confeſſi cum iur̃o habuiſſe iſtam legitimam, non poſſent aliquid ultra petere. ergo non poterunt & petere aliud, qñ defuncta mater, cuius ſunt hr̃des, fuit cum iur̃o ꝯfeſſa ſe ꝯtẽtam pro tali legitima: & ſi dicatur, ꝙ iſti filij non petunt legitimã tanquam hr̃des, quo caſu admittenda eſſet rõ mea, ſed petũt ex perſona propria, tñ ideo, eſto ꝙ ita ſit, dico tñ ꝙ eam habuerunt. quia mater eam integre dĩ habuiſſe, & ad eos peruenit. vnde non debent eam iterum habere. facit quod conſuluit Fulg. cõſ. 67. pater familias. conſtat aũt filios d. Ioannis eſſe hr̃des Catherinę, ut ex rñſionib. datis ad 14. & 15. articulos dictorum Galteriorum apparet.

Non obſtat, dum poſtea in proceſſu reuocarunt ꝯfeſſionẽ & rñſionem datam ad 14. articulum prætextu erroris. & prætextu, ꝙ Notarius interrogans non ſibi planè, & intelligibili-
5 ter explanauerit intellectum dicti articuli, quia dico, ꝙ † confeſſio facta in iuditio non poteſt reuocari prætextu erroris, niſi probetur, ꝙ aliter res ſe habeat. l. cum de indebito, ff. de prob. l. ſi poſt, C. de iur. & fact. igno. Bar. in l. non fatetur, ff. de confeſſ. Corn. conſ. 229. lib. 2. nec ſufficit dicere, ꝙ non intel-
6 lexerint articulum, † quia in iudicio non admittitur excuſatio ignorantiæ ex eo, quod præſumitur iuditium agitari per peritos, & quia potuerunt conſulere peritiores, ſecundũ Bal. in c. fi. colum. 5. de conſe. Felin. in ca. imputari, col. 2. de fid. inſtrum. nec eſt credendum, quod ſi meli Notarius recuſatus ſuſpectus per Gualterios, qui ut ex proceſſu apparet, etiã teſtificatus fuit pro Ioanne & filiis, non intellexerit articulum, cum ipſe ſit peritus, & quod articulum non explanauerit ipſi Ioanni, & filijs, cum cauſam ipſam ut propriam ſollicitet, & procuret quantum poteſt pro dictis Ioanne, & filijs. præterea & ſi teneret reuocatio confeſſionis, & reſponſionis tradita ad 14. articulum, tamen non reperitur reuocata reſponſio data ad 15. articulum, ex qua etiam apparet, quod dicti filij ſunt hæredes matris. Dicunt enim in reſponſione ſua, quod legitimam imputarunt in dotem dictæ Catherinæ, ſeu deduxerunt de tota legitima. ergo ſunt hæredes,
7 † quia filij ita demum tenentur imputare dotem datam matri mortuæ ante patrem in legitimam ſibi debitam ex perſona propria, ſi ſint hæredes: aliàs non, ſecundum Pau. de Caſt. conſ. 251. & conſ. ſeq. Raph. Cum. conſ. 10. videtur d. Pau. Pl enim in repetitione l. in quartam, char. 22. colu. 3. ff. ad leg. Falc. aliàs ſi ipſi filij non ſint hæredes, dos reuerſa eſſet de iure communi ad patrem, nec imputaretur in legitimam nepotum, & eſt pluſquam notorium, & uult Barto. in dicta l. in quartam.

Circa ſecundam dubitationem, quæ etiam admodũ ar-
8 dua eſt, vr̃ intrepide dicendum † Ioannem Angleſij propter tranſitum ad ſecunda uota non eſſe priuatum ſucceſſione filiorum, & ideo debere ſuccedere in hæreditate eorũ ſimul cum filia ſuperſtite, & ſorore dictorũ filiorũ, iuxta auth. defuncto, C. ad Tertu. tribus maxime rationibus.

Primò, quia licèt tex. in l. fœminæ, §. illud. C. de ſec. nupt. velit matrem propter tranſitum ad ſecundas nuptias priuari ſucceſſione filiorum, extantibus fratribus quantum ad proprietatem: tamen in patre non reperitur iure cautum,
9 vnde ſuccedit regu. uulgata, † quod non debet quis priuari iure ſuo, niſi lex hoc expreſſe dicat, l. at ſi quis, §. ſi diuus, ff. de

ff. de relig. & ſum. funer, c. ſi quis inuentũ, 16. q. 7. gl. in c fi. de
iure patr. & ad terminos nr̃s eſt tex. in Auth. de nõ eli. ſecũdo
nub. §. optimũ. vbi imperator corrigẽdo tex. in d. §. illud. in-
quit, ſi parentes non priuantur ſucceſſione filiorum, licet ſe-
cundas contraxerint nuptias, nec eſt lex, quæ hoc dicat, eadẽ
ratione nec etiam matres priuari debẽt, & licet Iuſtinianus
in Auth. de nu. §. hinc nos alia euocat ratio, corrigat, quod
dixerat in d. §. optimum, & remittat nos ad diſpoſitionem
d. §. illud: tamen loquitur in matribus. Vnde quantum ad
patres iura antiqua diſponentia, quod pater ſuccederet, & ſi
ſi tranſiret ad ſecunda uota, in aliquo non reperiuntur corre
cta per iura nouiſſima. quod ergo non mutatur, cur ſtare
prohibetur, l. præcipimus, C. de appellatio. ſecundo, quia
10 pœnæ ſecundo † nubentium videntur hodie ſecũdum Chri
ſtianam religionem abolitæ propter dictum Apoſtoli 7. ad
Corinthios. Mulier inquit Apoſtolus, uiro ſoluta nubat in
domino. Ideo ſecundum legem Chriſti non incurrit tran-
ſiens ad ſecunda uota infra annum luctus aliquam infamiã,
c. pen. & fin. de ſecund. nupt. & ibi Panorm. expreſſe tenet, ne
inhimidetur matrimoniũ, quòd pœna d. l. fœminæ, §. illud,
hodie locum non habeat. & iſtam opinionẽ ſequitur Abb.
& Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de cõſtitut. & plures alij,
quos breuitatis cauſa non refero.
11 Tertiò, † quia poſito, quod pater ita priuetur ſucceſſione filij
quantum ad proprietatem, ſicut mater: tamen reſtringitur
ut priuetur ſolum ſucceſſione filij quoad bona, quæ ex ſuc-
ceſſione materna ad filios peruenerunt d. §. hinc nos, & in
auth. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. ſed legitima, de qua
contenditur, non peruenit ad filios ex ſubſtantia materna,
cum deceſſerit ante patrem, ſed peruenit ad filios ex perſo-
na propria, ut ſupra concluſum fuit, & ſic iſta ſunt bona, quæ
peruenerunt ad nepotes ex ſubſtantia aui, & non matris, in
quibus pater ſuccedit filijs nedum quoad vſumfructum, ſed
etiam quoad proprietatem, dicto §. hinc nos, in Authen. de
nupt.

Sed prædictis non obſtantibus, prout uere non obſtant, re
12 ſpondeo ſequendo communes Doct. ſententias, † patrem
tranſeuntem ad ſecunda uota ita priuatum eſſe ſucceſſione
filiorum, ſicut mater, & eam deberi ſorori ſuperſtiti, ſaluo
uſufructu ipſi patri. ita determinat glo. Bar. & Sali. in d. §. il-
lud, ubi Salicet. iſtud firmat in fortioribus terminis. Idem
conſuluit Socin. conſi. 34. proſequendo ordinem. quarto vr̃.
dicendum, lib. 1. & conſi. 114. præſens conſultatio, lib. 4. Azo.
in ſumma tituli de ſecun. nup. circa fi. Matthæus in tractatu
ſucceſ. ab inteſtat. in quinta char. & Petr. de Vbal. in tractatu
etiam de ſucceſſio. ab inteſtato, in ſecunda parte, in quinta
quæſtione. Oldrad. conſilio 33. quidam habuit uxorem, Lu-
douic. Roman. conſilio 182. in caſu propoſito. Aret. conſiliò
72. præſupponitur in facto. Deci. conſilio 87. pro reſolu-
13 tione caſus. colum. tertia, mouentur omnes, † quia pœnæ
ſecundo nubentium debent eſſe communes viro, & vxori,
§. & hoc communis mulieris & uiri mutata ſit. in Auth. de
nupt. & l. generaliter, C. de ſecunp. nupt. & hac ratione utitur
14 imperator in dicto §. optimum, † & quia in correllatiuis
diſpoſitum in uno, habet locum in altero etiam in pœnali-
bus, l. unica, C. de cupreſſ. l. finali, C. de ind. uid. tollen. & ita
etiam conſuluit Dominus Stephan. Bertrand. conſi. 119. lib.
ſecundo, Com. conſilio 242. lib. ſecundo.

Non obſtat primum fundamentum, quòd in patre hoc
ſtatutum non reperiatur, ut dicit Iuſtinianus in d. §. optimũ,
quia reſpondent Salice. & prædicti Doctor. quòd imperator
antea non diſpoſuerat de patre, quia talis pœna in eo cade-
re non poterat, quia ante Auth. de hæreditate quæ ab inteſt.
fratres, & ſorores excludebant patrem à ſucceſſione filij, &
non matrem, lege finali, C. ad Tertul. l. ſancimus, C. commu
nia de ſucceſſ. Ideo non poterat dici, quòd pater priuaretur,
15 eo quod habere non poterat: † priuatio enim præſupponit
habitum, l. decem, ff. de uerb. oblig.
16 † Sed cum hodie ita pater ſicut mater ſuccedant ſimul cũ
fratribus, auth. defuncto, C. ad Tertul. debemus dicere, quòd
ita pater priuetur, ſicut mater, cum non ſubſit ratio ulla di
uerſitatis. Imò ſecundum Aret. in dicto conſi. 72. magis de
17 bet priuari † pater, cum magis iniurietur filijs primi matri-
monii, quàm mater. quod magis iniurietur, non probo ali-
ter, quia experientia hoc edocet.

Non obſtat ſecundum fundamentum de dicto Apoſtoli,
18 & capit. finali, de ſecund. nupt. † quia uerum eſt, quòd
pœnæ ſecundò nubẽtium per ius ciuile appoſitæ in odium
contractus ſecundi matrimonij, ut pœna infamiæ, & ſimiles
ſunt ſublatæ per ius Canonicum: & ita procedit textus in
dicto capitulo finali, ſed pœnæ appoſitæ in fauorem filiorũ
primi matrimonij, ut eſt iſta, quod alij fratres, & ſorores ex
primo matrimonio ſoli ſuccedant, remanent incorrectæ ſe
cundum Innocen. Hoſtien Card. & communiter omnes Ca
non. in dicto capitulo finali, & ibi Panormi. ipſemet atteſta-
tur, quod opinio Innoc. communiter tenetur, licèt ipſe con-
trarium uelit, & ita etiam concludunt Doctor. in locis, &
conſilijs ſupra allegatis, & Socin. conſilio 39. colum. quin-
ta, lib. primo, Roman. ſingu. 249. Curt. conſi. 27. columna 2.
Ioannes de Anaoia conſi. 12. Alexand. conſ. 136. lib. quarto,
Bart. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Ludoui. Rom. conſi. 182. cum
alijs auctoritatibus adductis per Felin. in d. c. eccleſia ſanctæ
Mariæ, col. 18. de conſt.

Ad tertium, quod magis urget, reſpondeo, quòd diſpoſi-
19 tio dictæ auth. ex teſtamento, in ea parte, in qua uult, † quòd
pater tranſiens ad ſecunda uota, non ſuccedat in bonis, quæ
ex ſubſtantia materna ad filios peruenerunt, niſi in uſufru-
ctu, procedit etiam in bonis, quæ ad filios peruenerunt ex
bonis aui materni cõtemplatione matris, ſeu propter ipſam
matrem, ſecundũ Bar. ibi per tex. in l. dedit dotem, ibi, quip-
pe officium aui erga nepotem ex officio patris pendet. In ca
ſu autem noſtro legitima, de qua contenditur, prouenit ad
filios Ioannis ex bonis aui materni propter mortem matris,
ergo &c.

Præterea dico, quòd Ius conſequendi hanc legitimam di-
citur proueniſſe ad nepotes aui materni ex perſona matris
quoad quid: nam ideo debetur nepotibus legitima, quia
ſucceſſerunt in locum matris, §. cum filius, inſt. de hæredita.
20 quæ ab inteſta. hinc eſt, † quod ex perſona matris ſuccedun
nepotes in legitima in ſtirpes pro una perſona tantum, ac ſi
ſi uiua mater eſſet, & non in capita, & tamen ſi ex perſona
propria ipſorum nepotum, & non ex perſona matris legiti-
ma ſibi deberetur, ſucceſſiſſent in capita, ſecundum Pau. de
Caſtr. in d. l. qui ſuperſtitis.

Cum igitur contemplatione matris, & propter eius mor-
tem, & ex perſona ipſius nepotes conſecuti fuerint hanc le-
gitimam, certè habebit locum diſpoſitio dictæ auth. facit,
quod decidit Barto. in lege ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de
21 uulgari, & pupillari, per illum tex. † vbi ex ſubſtantia mea
profectum dicitur, quod mei contemplatione, & pro-
pter me ad te peruenit. & ſequitur Roman. conſilio cen-
teſimo ſeptuageſimo ſecũdo, in ꝓpoſito themate, in 5. dub.
ponunt latè Moder. in d. §. in arrogato, & in l. & liberis, C. de
collatio.

Circa tertium poſito, quòd Ioannes ſimul ſuccedat cum
22 filia, nec ſit priuatus: dico, † quod reſpectu portionis, quæ
obuenit filiæ ſuperſtiti ex hæreditate fratrum defunctorum,
nullus uſusfructus debetur ipſi Ioanni, auth. ita hæreditas,
& in corpo. vnde ſumitur, C. de bon. quæ liber. cuius deci-
ſionis ratio fuit, quia imperator per legem nouam damni-
ficauit fratres, & ſorores admittendo patrem ad ſucceſſio-
nem filij defuncti unà cum eis, ubi antea ſoli admitteban-
tur. Ideo in recompenſationem ſtatuit, quod portio ipſo-
rum filiorum ſuperſtitum ſit ſua cum uſufructu, §. ſi uerò,
in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. def. col. 9.

Cum igitur Ioãni nullus uſusfructus debeatur, male agit
contra Guaterios ratione uſusfructus ad ſe nullo iure ſpe-
ctantis.

Circa quartum non expedit inſiſtere, poſtquam conſtat de
23 bono iure reorum. tamen aduertendum puto, † quod ſtan-
te recuſatione Iamelli Notarij tamquam ſuſpecti, & de cu-
ius ſuſpitione ſatis apparet ex proceſſu, & qui potuit recu-
ſari, ſecundum gloſ. in §. quod ſæpè, in auth. de trien. & ſe-
mis. & Felin. in capitulo quoniam contra falſam, colum.
3. de probat.

Commiſſio de recipiendo reſponſiones actorum, & rece-
ptio ipſarum reſponſionum non ualuerunt, nec iuridice fie
ri potuerunt ſecundum glo. in l. apertiſſimi, C. de iud. Barto.
in l. quia poterat, ff. ad Trebel. cum alijs plenè deductis per
Alexand. conſilio octauo, & nono, diligenter conſideratis,
libro primo. & tanto magis, ubi agitur de interrogando par
tem, cui ipſe Notarius pandit, quia potuit eam inſtruxiſſe an
generaliter debeat reſpondere, & reſpõſiones datas in fauo-
rem reorum pandit reis, ſecũdum Panor. in c. ſuper quæſtio-
num, §. 1. col. 2. de off. deleg.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Priuari nemo debet iure ſuo, niſi expreſſe à iure cautum ſit.*
2 *Pœnæ ſecundò nubentium an hodie locum habeant. & nu. 7.*
3 *Pater ſecundò nubens priuatur filij ſucceſſione, ſaluo tamen ſibi uſufructu. & nu. 6.*
4 *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio etiam in pœnalibus.*
5 *Pater olim indiſtinctè à fratribus excludebatur, hodie cum illis ſuccedit ſimul etiam cum matre.*
8 *Tranſmittitur ius adeundi ad deſcendentes.*
9 *Maritus tranſiens ad ſecunda uota ita priuatur donatione propter nuptias, ſicut mulier.*
10 *Nouercæ plus relictum contra l. hac edictali, C. de ſecun. nupt. in totum pertinet ad filios primi matrimonij, etiam ſi non eſſet acceptatum à nouerca, & ei ſubſtituti eſſent eius filij.*
11 *Subſtituti tacitè intelliguntur ſuccedentes per ius accreſcendi.*

RESPONSVM VI.

AD primum dubium videt quòd Domi. Stephanus Tertuli propter tranſitum ad ſecunda vota non fuerit priuatus iure ſuccedendi in bonis Franciſci, & Margaritæ filiorum, & conſequenter quòd debeat ſuccedere ſimul cum Saureta filia ſua ſuperſtite, & ſorore dictorum Franciſci, & Margaritæ iuxta diſpoſitionem auth. defuncto, C. ad Tertul.

Et quod non priuetur pater iure ſuccedendi in bonis filiorum propter tranſitum ad ſecunda uota, ſuadetur.

1 Primo, quia nulla lex eſt hoc tale dicens: † vnde non eſt dicendum patrem priuatum iure ſuo, quo nemo priuari debet, niſi expreſſe iure caueatur, l. & ſi quis, §. diuus, ff. de relig. & ſump. funer. c. ſi quis inuentum, 16. q. 7. ſolet allegari etiam glo. in c. fi. de iure patro. & in terminis noſtræ quæſtionis uidetur tex. in §. optimum, in Auth. de non elig. ſec. nub. vbi inquit imperator. patres non priuantur ſucceſſione filiorum, licet ſecundas contraxerint nuptias, eadem ratione nec etiã matres priuari debent.

2 Secundo, pro iſta parte facit, quia videtur, † quòd pœnæ ſecundo nubentium ſecundum Chriſtianam religionem hodie ſunt abolitæ propter dictum Apoſtoli ſeptimo ad Corinthios, mulier, inquit Apoſtolus, viro ſoluta nubat in domino. facit tex. in c. fin. de ſecund. nupt. vbi dicitur, quòd nubẽs intra annum luctus nullam incurrit infamiam, & ibi Pano. expreſſe tenet, quod hodie ceſſat diſpoſitio l. fœminæ. §. illud, C. de ſecun. nupt. quæ uult matrem priuari ſucceſſione filiorum propter tranſitum ad ſecunda uota, & hoc ne infimidetur matrimonium: ſequuntur Panor. & Feli. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. ſequuntur plures alij, quos breuitatis gratia non refero.

Præmiſſis non obſtantibus, amplector contrariam ſenten-
3 tiam, † quod pater fuerit priuatus ſucceſſione, & conſequenter quod hæreditas dictorum Franciſci, & Margaritæ pleno iure fuerit deuoluta ad Sauretam ſororem ſuperſtitem, ſaluo uſuſfructu patri pro tempore eius uitæ, per text. in l. fœminæ, §. illud, C. de ſecund. nupt. & per text. in Auth. de nupt. §. hinc nos alia euocat ratio, & licèt hæc iura loquantur in matre tranſeunte ad ſecunda uota, tamen Doct. communiter extendunt, ut procedãt etiam in patre, per tex. in §. & hæc communis mulieri, & viri mutata ſit, in Auth. de nupt. qua ratione utebatur imperator in §. optimum. corrigendo text. in d. §. illud, ſed poſtea imperator in d. §. hinc nos alia, mutauit ſentẽtiam, & remiſit nos ad diſpoſitionem dicti §. illud.
4 & † ideo cum ſimus in correlatiuis, diſpoſitum in uno, habet etiam locũ in altero etiam in pœnalibus, l. vnica, C. de cupreſ. lib. 10. l. fi. C. de ind. uid. tol. & ita tenet glo. Barto. & Sali. in d. §. illud, Azo in ſumma de ſecun. nupt. cap. fin. Matthæus in tract. ſucc. ab int. in 5. char. Petr. de Vbal. in eo. tract. in ſecunda parte, quæſt. 5. Oldr. conſi. 33. quidam habuit vxorem, Ludouic. Roman. conſil. 182. in caſu propoſito, Areti. conſi. 72. præſupponitur, Socin. conſi. 34. perſequendo ordinem, lib. 1. & conſi. 114. præſens conſultatio, lib. 4. Dec. cõnſ. 87. pro reſolutione, colum. 3.

Non obſtant contraria, & primo non obſtat primum fundamentum, quòd in patre non reperiatur lex, quę hoc dicat, vt dicit Iuſtinianus in d. §. optimum. quia reſpondent Doct. & maximè Salicet. quod ante diſpoſitionem dictæ auth. defuncto. uerum erat, quod non priuabatur pater ſucceſſione filiorum extantibus ſororibus, quia ſuccedere tunc non po-
5 terat, † imo ab inteſtato excludebatur indiſtinctè à fratrib. & ſororibus defuncti, non autem excludebatur mater, l. fin. C. ad Tertu. l. ſcimus, C. communia de ſucceſſ. & ideo nulla lex poterat patrem priuare propter tranſitum ad ſecunda vota ſucceſſione, qua carebat, l. decem, ff. de uerb. obliga. ſed cũ hodie ita pater, ſicut mater ſimul ſuccedant cum fratribus,
6 & ſororibus, d. auth. defuncto, † debemus dicere, quòd ita pater ſicut mater priuetur, cum non ſubſit ulla ratio diuerſitatis. imo ſecundum Aret. in allegato conſi. 72. magis debet priuari pater, cũ magis iniurietur filijs primi matrimonij, quàm mater, vt patet ab effectu.

7 Non obſtat dictum Apoſtoli, & tex. in d. c. fi. † quia uerũ, quod pœnæ ſecundo nuben. appoſitæ per ius ciuile in odiũ ſecundi matrimonij ſunt ſublatæ per ius Canonicum, ut pœna infamiæ, & ſimiles, ſed pœnæ appoſitæ in fauorem filiorum primi matrimonij firmæ permanſerunt, ſecundum Innocen. Hoſt. Card. & communiter Canon. in d. c. fin. & ibi Panorm. atteſtatur iſtam eſſe communem, licet ab ea diſſentiat, ut ita etiam concludunt Doct. in conſilijs ſupra allegatis, & Soc. conſi. 39. colum. 5. lib. 1. Ludouic. Roman. ſingu. 249. Curt. conſ. 27, colum. 2. Io. de Anania conſi. 102. Alex. conſi. 236. lib. quarto, Ludouic. Roman. conſi. 182, cum alijs allegans, & reductis per Felin. in dicto capit. eccleſia ſanctæ. Mariæ, col. 18.

8 Ad ſecundum reſpondeo, † quod Saureta tranſmiſit ius. adeundi ad Genebram filiam, & Gabrielem nepotem: deſcendentes ſuos beneficio l. vnicæ, C. de his, qui ante apert. tab. & ibi caſus clarus.

9 Ad tertium dico, † ꝙ ſicut uxor tranſiens ad ſecunda uota priuatur donatione propter nuptias quo ad proprietatẽ, quæ applicatur filijs primi matrimonij, d. l. fœminæ, in princ. ita etiam maritus per ea, quę dixi in 1. dub.

Ad quartum dubium omiſſa diſputatione, quia ſuper hoc varij uaria dicunt, amplector opinionem Iac. Butr. in l. hac edictali, C. de ſecund. nup. quam ſequuntur omnes Modet.
10 † ꝙ id totum, quod plus reliquit D. Stephanus ſecundæ vxori, applicetur filijs primi matrimonij, nõ aũt diuidatur inter filios primi matrimonij, & ſecundam vxorẽ, ut tenuit Sign. cuius ſniam deridet D. Flor. de S. Pau. ibidem. & hanc opinionem Iac. Butr. ſequitur Azo in ſum. Bal. ſibi ↄ̃rius in d. l. hac edictali, §. hanc obſeruationem, in fin. idem ibi firmat Raph. Fulg. ſenſit ẽt Sali. licet uariet, & ſm opinionem Iaco. Butri. conſuluerunt Mari. Soc. D. Matth. de Vbal. & D. Phil. Corn. & idem D. Philip. atteſtatur conſ. 33. & conſ. 34. & cõſi. 118. lib. 1. & pro iſta opinione adducuntur duo iura, quæ nõ poſſent eſſe magis clara. & propterea Dom. Flor. deridebat Sign. adducit primo tex. in l. hac edictali, ibi, ſi uero pluſquã ſtatutum eſt, aliquid nouercæ, uel uitrico relictũ, aut datũ fuerit, id quod plus relictum aut datum fuerit, tamquã non ſcriptum, neque derelictum, nec datum ad perſonas liberorum defuncti, & inter eos diuidi iubemus, ſi. n. id, quod plus eſt relictum nouercæ quam uni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum fuit, diuideretur inter filios primi matrimonij, & nouercam, ita ꝙ inter eos eſſet ęqualitas, ut tenebat Sig. malè pronunciaſſet legiſlator dicendo, ꝙ id totum, quod plus eſt relictum, habeatur pro non ſcripto, ſi. n. pars remaneret penes nouercam, iam totum nõ haberetur pro nõ ſcripto, & pro non relicto. ad idem adducitur text. clarius in l. quoniam. C. eod. iuncta auth. ſequen. quæ nos remittit ad jus antiquum relatum in principio d. l. qm̃, ubi dr̃ ad ſolos filios primi matrimonij pertinere omnia, q̃ ampliore quocumque modo dederit. Ponderanda ſunt illa uerba ultima omnia. Item illa uerba, Ad ſolos filios primi matrimonij, quæ excludunt omnes alios, & ſic nouercam, & filios ſecundi matrimonij. & iſta opinio eſt uerior, quàm poſſem à conſiderationibus aduerſantium ampliſſimo tractatu tueri. ſed quia prædicti Doctor. ſupra allegati reſpondent, nõ curabo implere chartas.

Ad vltimum dubium reſpondeo, etiã quòd Giletta uxor teſtatoris repudiaret ſuam portionem, non tamen præiudicaret filijs primi matrimonij, quib. à lege defertur id, quod ei plus eſt relictum, quàm uni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum fuit: nam id applicatur filijs primi matrimonij. quia relictum, non quia acceptatum, ut dicitur in d. l. hac edictali. Item eo ipſo, ꝙ eſt relictum, illico habetur ꝓ non ſcripto, vnde etiam ſi uxor uellet acceptare, non poſſet.

vnde

vnde bene ſequitur, quòd eius uoluntas non eſt habenda in conſideratione, cum eius debeat eſſe nolle, qui poteſt & velle, l. eius. ff. de reg. iur.

Præterea ubi nouerca, uel victricus doloſè repudiant ſibi relictum, ut id acquiratur filijs ſecundi matrimonij, eo ipſo repudiatio præſumitur fraudulenta, & ideo non nocet filijs primi matrimonij. ita ſingulariter conſuluit Bal. conſi. 336. amplius ſciendum eſt, lib. 3. ubi uult, quod ſi inſtituatur nouerca, & ſi hæres non erit, ſubſtituantur filij ſecundi matrimonij, etiam quod nouerca nollet eſſe hæres, tamen filij ſecundi matrimonij non erunt hæredes ex vulgari ſubſtitutione, ſed totum applicabitur filijs primi matrimonij, eo quia præſumitur, quod nouerca in fraudē legis noluit hæres eſſe, & pro iſta deciſione Bald. ego adduco text. in l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. in princi. ſic ergo dicendum in caſu noſtro, vbi ſi nouerca hæres eſſe noluerit, portio ſua repudiata accreſceret filijs ſecundi matrimonij cohæredibus, iuxta, l. vnicam, C. quando non per. par. talis enim repudiatio fraudulenta ita debet præſumi, ſicut ſi filij ſecundi matri
11 monij eſſent ſubſtituti per vulgarem, † cum ſuccedentes per ius accreſcendi tacitè ſubſtituti intelligantur, leg. ſi Titio, & Mæuio, ff. de legat. 2. l. in teſtamento, ubi Moder. ff. de vulga. & pupil.

Laus Deo Opt. Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Dos quando dicatur profectitia.*
2 *Mater propter tranſitum ad ſecunda uota, an priuetur filij ſucceſſione, non extantibus alijs filijs, & quid ſi eorum conſenſus interuenerit. nu. 6. & 7.*
3 *Ceſſante cauſa non ceſſat effectus conſummatus.*
4 *Hæreditas, & ſucceſſio uiuentis non datur.*
5 *Iniuria ſola diſſimulatione remiſſa cenſetur.*
Mater ſecundo nubens iniuriam filijs inferre dicitur, ſed priuatur eorum ſucceſſione.
8 *Iniuria non fit uolenti, & conſentienti.*
9 *Auus an excludatur à matre in uſufructu.*
10 *Vſusfructus dotis aduentitia, an ſpectet ad auum.*
11 *Vſusfructus bonorum aduentitiorum pertinet ad parentes habentes filium in poteſtate, & aſſignatur ratio.*
12 *Dos aduentitia iure ſſorum acquirebatur in totum filia, ac nepti.*
13 *Vſusfructus morte uſufructuarij, & non proprietarij expirat.*

RESPONSVM VII.

TRia addidit reſponſis meis Reuerēdiſſimus, & Clariſſimus iureconſultus Hieronymus in ſua affluenti conſultatione, quæ ueriſſima ſunt, & à me prætermiſſa tāquam nō neceſſaria, vel paruam dubitationem habentia

Veriſſima enim eſt concluſio prima, quòd dos data Giletæ à Galecrando auo non eſt profectitia, quia ex lectura inſtrumenti dotalis apparet, quod Giletta dotata fuit de bonis paternis ex ſucceſſione ipſi Giletæ aduentitia, & ſic dotata fuit de bonis propriis. cantat ſic inſtrumentum.

Noſrius aſſignauit ac in dotem dedit dictæ Gilettæ ſcut. duo mille quingentos de bonis paternis &c. ergo non erit
1 dos profectitia, † quia ad hoc ut dos dicatur profectitia reſpectu aui, oportet quòd auus, uel alius aui cōtemplatione de bonis proprlis neptem dotauerit, l. profectitia, ff. de iure dot. l. ſecunda, §. quod ſi in patris, in uerſicu. & ab eo profecta ſit, ff. ſoluto matrimonio. fortius dico, quod ſi Gileta dotata fuiſſet de bonis aui, quia tamen eam dotaſſet propter renunciationem, & reſutationem, quam fecit Giletta de bonis paternis, & maternis, quòd non diceretur dos profectitia, imò cenſeretur dotata de bonis proprijs ipſius Gilettæ. quam conſiderationem animaduertit præfatus Domi. conſultor, qui nihil ad hoc allegauit. potuiſſet enim adducere deciſionem in terminis Socin. in l. prima, columna ſeptima, & Domin. Iaſ. ibi columna ſexta, ff. ſoluto matrimonio. & Corn. conſilio 16 in præſenti conſultatione, columna finali, lib. tertio, & licet Bald. Nouel. in tractatu de dot. priuil. 6. ſexta part. uideatur aduerſari: tamen ſua deciſio nihil facit ad caſum noſtrum, quia loquitur, quando filia nō cōſenſit patri, uel auo dotanti, & proteſtanti. quod eam dotem dabat computato omni eo, quod deberetur ipſi filiæ in bonis maternis: ſecus, ſi filia proteſtationi conſenſiſſet, ſeu nūquam contradixiſſet, ut in caſu noſtro, ut declarat notabiliter Aret. in dicta lege prima, columna quarta. Iuridica eſt
2 etiam ſecunda concluſio, † quod Aldonſa mater per tranſitum ad ſecunda uota non perdiderit ius ſuccedendi Giletæ filiæ rationibus deductis in primis meis reſponſis. nec quicquam faciunt, quæ præſtantiſſimus Domin. Conſultor in medium deduxit, & quæ omitto, ne uerboſa foret mea conſultatio: nam gloſſ. in dicta Authent. ex teſtamento. expreſsè tenet, quod mater priuetur ſucceſſione filiæ etiā nullo ſuperſtite alio filio, ſed ego omiſi referre auctoritatem gloſ. & ſequatium, & max. Com. conſilio 242. Circa quod uidetur, libro ſecundo, ubi alia adduxit pro opinione dict. gloſ. quia communis opinio eſt illa, quam tenui, & quam firmant Barto. Angelus, & Bald. ibi, qui adducunt fundamenta domini mei Hieronymi, & reſpondent. & ideo ſatis mihi uiſum fuit allegare communem ſententiam, quæ probatur expreſſe in §. illud, in Authen. de non elig. ſecun. nuben. ubi videtur caſus pro communi ſententia.

Et ad argumentum, quod mater tranſeundo iniuriata fuerit Giletæ, & conſequenter ſtatim commiſſa iniuria fuit, & commiſſa pœna, quæ ceſſare non debet, licet mortua filia ceſſet cauſa, propter quam fuit commiſſa, quia vltra reſponſiones Bald. relatas in allegato conſilio domini
3 Hieronymi, reſpondetur clariſſimè. † nam licet ceſſante cauſa non ceſſet effectus conſummatus, ut eſt tex. in l. finali, ff. vnde liber. quem ad hoc notant Barto. & alij in lege ex facto, ff. de uulgari. & pupillar. tamen iſtud ad propoſitum quicquam non confert, quia per tranſitum ad ſecunda uota non poteſt dici mater priuata ſucceſſione filiæ uiuentis
4 nondum delata. † Viuentis enim ſucceſſio nulla eſt, lege qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda hæreditate, & eius, quod non eſt, nemo priuari poteſt, capitulo ad diſſoluendum, de deſpon. impub. l. decem, ff. de uerborum obligatio. oportet ergo, quod mater priuetur ſucceſſione, poſtquam fuerit delata, & ſic poſt mortem filiæ. ante ergo mortem effectus nō eſt conſummatus, poſt mortem autem filiæ non poteſt conſummari, quia quantum ad ipſam filiam mortuam ceſſat
5 † iniuria, quæ etiam ſola diſſimulatione remiſſa videtur, l. ſi
6 non conuitijs, C. de iniurijs. † merito requiritur, quòd ſuperſint alij filij iniuriari, qui ratione iniuriæ eiſdem illatæ prætendant matrem eſſe priuatam portione ſucceſſionis ſibi contingenti, & in eos conſolidata, & iſta eſt clariſſima, & aperta ratio, qua mediante defenſatur communis opinio ab omnibus obiectis, quam ultra allegata per me, & dominum poſtea conſulentem tenuerunt Angel. de Gab. in tractat. de teſtamen. columna 23. & Nicol. de Vbal. in tractatu ſucceſſio. ab inteſtato, in ſecunda parte, columna quinta, vbi allegat rationem parum diſtantem ab ea, quam ſupra dixi: inquit enim, quod mater priuatur ſucceſſione defuncti filij fauore filiorum ſuperſtitum. quæ ratio ceſſat, quando nulli ſuperuiuunt, & hac etiam ratione attenta ceſſant adducta in contrarium. & idem dicit Cor. conſilio 113. circa primum, columna prima, lib. quarto, alia etiam reſponſio per me da-
7 ta, quod † mater non priuetur ſucceſſione filiæ in tranſeundo ad ſecunda uota de conſenſu ipſius, prout in caſu iſto, tollit omnem ambiguitatem, pro qua dominus conſultor adduxit gloſ. in §. priore, in uerbo copulantur, & ibi Ange. in Authen. de nuptiis, quam etiam ad hoc pōderauit Dom. Nicol. de Vbald. in loco præallegato, & Ludouic. Roman. in ſing. ſuo 249. in ſcis, quod mul. & conſilio 219. ex theorate, columna prima, ubi etiam adduxit eam rationem, quam
8 aſſignaui in primis meis reſponſis, † ſed quia uolentibus, & conſentientibus non fit iniuria, quæ ratio magis debet nos mouere quàm auctoritas gloſ. uel cuiuſlibet alterius. & idē conſuluit Dec. conſilio 205. quæritur an diuiſio, & eſt conſilium primum, lib. ſecundo, vbi ampliat, ut ſufficiat facilius conſenſus.

9 Iuridica eſt etiam tertia concluſio, quòd † Gallitrandus auus excludatur per matrem etiam ab uſufructu rationibus adductis per dominum conſulentem: & quia, vt dixi in prima concluſione, dos Giletæ non eſt profectitia quantum
10 ad Gallitrandum, ſed aduentitia. † in dote aduentitia eſt cōmunis Doct. ſententia, quod auus non habet vſumfructum. ita concludunt Aret. Soci. & D. Iaſ. in l. 2. §. quod ſi in patris, ff. ſolutu matri. Iaſ. & Dec. in auth. quod locum. C. de colla. & Bald. Nou. in tract. de dote, in 6. parte, priuil. 33. & in nona

parte,priuil.8.qui optima ratione mouentur.nam iura Co-
dicis,l.cum oportet,& l,quod ſcitis,cum ſimilibus,C.de bo.
11 quæ lib.quæ uoluerunt, † parentes eſſe uſufructuarios om-
nium bonorum aduentitiorum liberorum in poteſtate, fue
runt condita in fauorem liberorum.

Nam iure ſtorũ liberi in poteſtate quicquid acquirebãt,
acquirebant parentibus,l.placet,ff.de acqui.hæred.iura autẽ
Codicis parentibus abſtulerunt proprietatem,quam uolue-
runt eſſe liberorũ,i.nil.per quas perſ. nob.ius acquir. in prin.
vnde talia iura Codicis, quæ uoluerunt parentibus deberi
uſumfructum bonorum aduentitiorum,ſunt neceſſario in-
telligenda de illis bonis aduentitijs,in quibus ante illa iura
ipſis parentibus per liberos acquirebantur bona aduentitia
tam quoad proprietatem,quàm quoad uſumfructum,& nõ
de illis bonis aduentitiis, in quibus ante iura Codicis libe-
ri in poteſtate acquirebant ſibi proprietatem & uſumfructũ,
alias iura C. inducta in fauorem liberorum retorquerentur
in odium contra leg.quod fauore,C.de legib. Sed ante iu-
12 ra Codicis, † dos aduentitia pleno iure acquirebatur fi-
lijs, uel nepti, vt eſt caſus in lege Gaius,ff. ſoluto matrimo-
nio,ergo etiam hodie, quia in illis, in quibus liberi ſibi ac-
quirebant, nihil fuit per iura C. immutatum, & ita etiam
conſuluit Bal.conſilio 7.punctus quæſtionis, à filioſam.lib.
tertio,ubi allegat Iacob.de Bel.in Auth.de æqua.dot.§. pen.
Nec l.quod ſcitis,& l.quacunque, faciunt ad caſum noſtrũ,
quia quando moritur neptis ſuperſtitibus patre, & auo, lo-
quuntur.nam tunc auus habet uſumfructum ex perſona fi-
lij ſuperſtitis patris, & hæredis ipſius neptis. ſed in caſu no-
ſtro non supereſt perſona patris ipſius Gilettæ neptis, ex qua
auus poſſit pretendere uſumfructum ad ſe ſpectare,ergo &c.
13 †Et licet uſusfructus non expiret per mortem proprietarij,
l.finali, C.de uſufruct. quam allegat Dominus Benedictus
Capra in allegato conſi.149.tamen illud intelligitur,ſi tem-
pore mortis proprietarij uſusfructus ad alium non pertine-
bat, ut in caſu noſtro, in quo tempore uitæ ipſius Gilletæ
auus nullum habebat uſumfructum, ſed uſusfructus erat
conſolidatus cum proprietate. vnde Gilletta ad matrem hę
redem tranſmiſiſſet omne ius ſuum,lege hæreditas, ff.de re-
gul.iur. & ſic tranſmiſiſſ proprietatem cum uſufructu cauſa-
li: nam formalis nulli tempore eius mortis debebatur. &
iſta eſt ipſa ueritas, quam poſſem ex pluribus alijs compro-
bare, quæ conſulto ſtatui prætermittere, quia ex prædictis
patet rem non habere in ſe probabilem dubitationem.

Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 *Mater propter tranſitum ad ſecunda uota priuatur ſucceſſione filij defuncti, extantibus fratribus: alias ſecus, & quid ſi non petijſſet tutorem dari Titio impuberi,uel non reddiderit rationes tutelæ par eam adminiſtratæ?*
2 *Tutor non datur habenti tutorem.*
3 *Mater in tutela præfertur omnibus agnatis ſecundum ius nouiſſimum.*
4 *In pœnis non eſt licita extenſio.*
5 *Ruſticus an excuſetur à pœna propter ignorantiam iuris.*

RESPONSVM VIII.

QVæritur, an Margarita Barſache p-
diderit ius ſuccedendi unico filio propter tranſi
tum ad ſecunda uota, & ſi non perdidit propter
ſolum tranſitum, an illud perdiderit propter nõ
petitum tutorem.& non redditam rationem adminiſtratio-
nis.ſuper quibus duobus dubijs multa dicenda ſe offerunt,
ſed reſecatis ſuperfluis paucis,ut conſulentem decet,propo-
ſita dubia reſoluere tentabo.

Ad primum videtur, ꝙ Margarita ſit priuata per text. in
auth.ex teſtamento,C.de ſecun.nup. iuncta glo. in uerbo,fi-
1 lij.quæ expreſſe uult,quod† mater priuetur iure ſuccedendi,
etiam ſi nullus alius defuncti filius ſuperſit,& pro hac parte
multa fundamenta adducit Corn.conſi.242. quod uidetur,
lib.2.ſed in contrarium eſt tex.in l.fœminę,in fi.C.de ſecun.
nup.qui non corrigitur per auth.ex teſtamẽto. eo caſu, quo
non ſuperſint fratres,uel ſorores defuncti filii,ſecũdum Bart.
Bal.Raph.Salic.& communiter Doct. in auth. ex teſtamen-
to,& quia iſta eſt communis ſententia, ut etiam teſtatur idẽ
Com.in d.conſ.242.& conſi.113.circa primum, col.1.lib.4.
vlterius non inſiſtam.& hanc partem ſequuntur etiam Ang.
de Gãb.in tract.de teſta.colum.23.& Nicol.de Vbal.in trac.
de ſucce.ab inteſt.in 2.parte,col.5.& Soc.conſi.34.proſequẽ-
do ordinem,col.6.lib.1.& Io.de Anna.conſi.101.viſis,& pon
deratis,in fine,ubi dicit quod tex.in l.mater,C.ad Tertu.de-
bet intelligi, quando ſuperſunt fratres,uel ſorores defuncti
filij,alioquin mater ſuccedit pleno iure,dicta lege fœminæ,
in fine.

Ad ſecundum uideretur, quod mater non debeat ſucce-
dere filio tanquam indigna, uel quia intra annũ à die mor-
tis non petijt tutorem dari filio,iux.tex.in l.2.& ſequẽ.ff.qui
pet.tut.& l.2.§.mater,ff.ad Tertu.l.ſciant,C.de legitimis hę-
redi. uel ſi ipſa fuit tutrix, & non depoſita tutela, & ratione
reddita, & alio non facto tutore ad ſecundas conuolauerit
nuptias,lege omnem,C.ad Tertu.auth.eiſdem pœnis, C.de
ſecund.nupt.

Sed ſecundum ea.quæ proponuntur, mater hoc loco non
poteſt dici priuata ſucceſſione filij,nec ex eo,quod nõ petie-
rit tutorem dari filio intra annum,iux.d.l.ſciãt, quia illa lex
non procedit, quando fuit petitum prouideri de tutore per
alium,& fuit ſecuta prouiſio,ſecundum glo.ab omnibus re-
ceptam in l.matres,C.ad Tert.

Conſtat autem per inſtrumentum in actis productum pe
titum fuiſſe tutorem dari d.filio per Benedictum Bem. Cla-
uarium,& fuiſſe decretam tutelam Petro,& Stephano Rigã-
di,qui eam acceptarunt,iurauerunt,& alia fecerunt. quæ in
aſſumptione tutelæ requiruntur. vnde non eſt, quod matri
poſſit imputari, ſi alium tutorem dari filio poſtea nõ petijt,
2 † quia tutorem habenti, tutor dari non poteſt, l. licèt, & per
totum,C.in quib.caſ.tut.habenti tut.dar.poſſ.vel aliter & ſe-
cundo reſpondetur,quod mater non priuatur ſucceſſione fi-
lij propter non petitum tutorem, quando filius habebat tu-
torem legitimum,ſecundum gl.in d.l.matres.quam ſequũ-
tur ibi Cy.Sali.& plures alij,& ſi dicatur,quod Bar.in l.2.ff.q
pet.tut.dixit illam glo.procedere ſecundum diſpoſitionem
iuris antiqui, quo tempore agnati in tutela præferebantur
3 matri,non ſecundum diſpoſitionem iuris nouiſſimi, † quo
mater in tutela pręfertur omnib.agnatis,auth.matri,& auię,
C.quando mul.tut.offi.fung. Reſpondetur, quod mater ho-
die præfertur,ſi uelit. & ideo ſi appareat eam non uelle, eſt
locus legitimæ:& ideo ſi ante annum datum matri ad petẽ-
dum tutorẽ appareat eã eam non uelle,ſtatim locus eſt legi-
timæ tutelæ,& ſic priuari non poteſt, quia non petierit intra
annum,cum ante lapſum anni locus fuerit legitimæ.qua ra
tione dicebat Ang.in d.l.matres, quod ſi ante annum ma-
ter tranſiuit ad ſecunda uota, non priuatur ſucceſſione filij
ex eo, quòd intra annum non petierit tutorem, quia pro-
pter tranſitum ad ſecunda uota ante lapſum anni locus fuit
legitimæ. & eadem ratione dixit Barto. in dicta l. ſecunda,
quod ſi antequam prætereat annus, mater renunciauerit
tutelæ, non priuabitur ſucceſſione filij, ex eo, quod non
petijt tutorem ante annum, cum ſucceſſerit tutor legiti-
mus.In propoſito noſtro mater Citata ad videndum proui-
deri de tutore legitimo,uidelicet de patruis, prout proui-
ſum fuit,non contradixit. Quo fit,ut ſe non uelle tutorem
aſſumere tacite declarauerit,l.qui tacet, ff. de reg.iur.leg.cũ
oſtendimus,§ primo,ff.de fideiuſ.tutor.cum ſimilibus,ergo
illico fuit locus legitimæ, & conſequenter hoc caſu ſtat ra-
tio iuris antiqui, ut mater non priuetur propter non peti-
tum tutorem,quia filius legitimum tutorem habebat.

Nec quicquam facit,quod ipſa mater adminiſtrauerit, &
non ipſi tutores,quia mater non priuatur ſucceſſione ex eo,
quod non petierit tutores compelli ad adminiſtrationem,
ſecundum Barto.in dicta leg.ſecunda, columna ſecunda, ff.
qui pet.tut.& Salic.in dicta lege matres. Ex quibus liqui-
de conſtat ipſam non eſſe priuatam ſucceſſione, quia non
petierit intra annum tutores dari filio iuxta diſpoſitionem
d.l.ſciant,& aliorum iurium concordantium.

Non etiam poteſt dici priuata, quia tranſiuerit ad ſecun-
da uota non petito tutore,& non reddita ratione tutelæ,iu-
xta diſpoſitionem dictæ leg.omnem, & auth. eiſdem pœ-
nis, quia illa iura procedunt in matre, quæ ſuſcepta tute-
la liberorum tranſiuit ad ſecunda uota,non prius petito pro
uideri de alio tutore, & ratione tutelæ adminiſtratæ prius
non reddita, ut licet intueri ex lectura ipſorum legum. vn-
de non ſunt extendenda ad caſum noſtrum, in quo mater
nunquam tutelam ſuſcepit, neque ut tutrix adminiſtrauit,
4 † quia in pœnis non eſt licita extenſio,leg.cum quidam, ff.
de

de lib.& poſthum. & regu.odia, de regul.iur.lib.ſexto. nam
cum duraret tutela Petri,ſiue Stephani,non expediebat. ne-
que dari poterat alius tutor, ut ſupra dixi. & vbi poſſet hæc
5 mater argui in aliquo de negligentia non petiti tutoris,ſi qua
tamen ruralis eſt, & imperitia excuſanda foret propter ruſti-
citatem, & iuris ignorantiam à pœna priuationis luctuoſæ
hæreditatis filij ſui, vt ſignanter conſuluit Soc.conſi.39.in ſe
cundo dubio,lib.1.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 Lex hac edictali, C.de ſecun.nup. habet locum tàm in vitrico, quàm in nouerca, nec non ſiue agatur de ſucceſſione ab inteſto,ſiue ex teſtamento.

2 Nouerca donatio à patre facta,an ſaltem defendi poſsit pro legitima filij primi matrimonij,cui nihil,aut minus legitima fuit relictum in teſtamento, & quid ſi pater deceſsit ab inteſtato?

3 Teſtati & inteſtati cauſa ſimul non poſſunt concurrere.

4 Legitima ſupplementum an dicatur relictum in teſtamento ad hoc, ut nouerca non ſolum filio relictum conſequatur, ſed etiā ſupplementum ipſum,quod petitur condictione ex lege.

5 Vitricus an nihil, an verò tantum, quantum conſequi poteſt priuignus à matre,prateritus habere debeat.

6 Trebellianica non poteſt detrahi à ſuccedente per fideicommiſſum, niſi hares ei Trebellianicam remiſiſſet.

7 Filij vocati cum parentibus, an ordine ſucceſsiuo,an verò ſimul & ſemel cenſeantur vocati. nu.12.

8 Anus maternus non cogitur nepotes inſtituere, ſed eos ſilentio praterire poteſt.

9 Liberorum nomen eſt collectiuum plurium graduum.

10 Dictio, ex, denotat cauſam immediatam.

11 Copula,etiam, aqualiter copulat.

13 Dictio,pro, compoſita denotat cauſam mediatam.

14 Dos in legitima computatur.

RESPONSVM IX.

1 CErtum eſt † matrem non poſſe vitrico plus donare, quàm vni ex li-
beris primi matrimonij, cui minus donauit, l.
hac edictali, C.de ſecun. nupt. Sed dubium eſt,
ſi mater, quæ nihil dederat alicui filio ex primo
matrimonio,donauerit vitrico tantum,quātum de iure po-
tuit,an huiuſmodi donatio viribus ſubſiſtat,& vbi valida ſit,
quid donatum cenſeatur. ſi ad tempus factæ donationis re-
ſpectus habeatur,donatio inutilis videtur, cum tunc nihil
datum fuiſſet liberis primi matrimonij,nec legitima ipſis li
beris deberetur,cū mater viueret, l.1.§. ſed nec impuberis,
ff.de colla.bon.eum ergo nil datum liberis, donatu & obla-
tum vitrico videretur,quia etiam cum nihil relinquitur,uel
datur,minus datum intelligitur,l.2.ff.de hæred.inſti.& ff.ad
Trebel. l.illud,§.minus. Si vero ad tempus fuit relatio,ideſt
ad id quod per matrem dandum uel relinquendum ſit in fu
turum liberis primi matrimonij, donatio incerta videtur,
ergo inualida,l.triticum, ff.de verb.obliga. Sed poſito quod
ad futurum tempus relatio ſit habenda, ſenſus ſit ꝙ mater
tātum donauerit vitrico, quantum dabit,vel relinquet vni
ex liberis primi matrimonij, cui minus dabitur, uel relin-
quetur,quod uerius puto,l.quoniam præteritæ, C.de ſecun.
2 nupt. quæritur quinto,an † ſi nihil relinquitur liberis primi
matrimonij, vel minus legitima: An ſaltem defendi poſſit
donatio pro rata legitimæ debitæ vni ex filijs primi matri-
monij? Pro reſolutione diſtinguendum puto. Aut mater,
quæ nihil dedit, vel reliquit, deceſſit inteſtata: & tunc quia
tacitè cenſetur uoluiſſe bona ſua peruenire ad filios vtriuſ-
que matrimonij,l.conficiuntur, ff. de iure codic. Reſpōdeo
tantum cenſeri donatum vitrico,quantum aſcendit portio,
quæ ab inteſtato ad vnum ex liberis primi matrimonij ſpe-
ctare dignoſcitur,§.optimè,in Auth.de nup.& in iſtis termi
nis loquitur glo.in d.l.hac edictali, quæ ita intellecta à Do-
ctoribus communiter recipitur,quicquid Bar.ibi in aduer-
ſum pugnat.Si verò deceſſit teſtata, & tūc ſi minus legitima
reliquit uni ex filijs primi matrimonij,an ſaltem vitrico de
beatur id duntaxat,quod relictum legitur, non etiam id qđ
ſuppletur à lege pro ſupplemento legitimæ, iuxta tex.in l.ſci
mus,§.repletionem,C.de inoffic. teſtam. Iſtud ambiguum
eſt,& inter Doctores non parua eſt altercatio. Quidam vo-
lunt non ſolum tantum quantum relictum legitur, ſed etiā
quantum ſuppletur, & ſic quod vitrico donari potuerit tan-
tum quantum aſcendit integra legitima: quia licèt ſuppleat
quod deeſt à lege, tamen filius ſupplementum conſequitur
ex teſtamento iure quoddam accreſcendi,ſecundum Bal.in
d.l.hac edictali. & quod ſupplementum filius conſequar ex
3 teſtamento,patet † quia ſi aliter diceremus, concurreret ne-
ceſſario cauſa teſtati,& inteſtati ſimul & ſemel,quod ius no-
ſtrum non patitur,reg.ius noſtrum,de reg.iur. ſecundū Soc.
conſi.30.quamuis,colum.10.lib.1. Cum ergo ſupplementū
petatur actione ex teſtamento, ſequitur, quod dicatur reli-
ctum. ergo tantumdem habebit vitricus,ſecundum Bal. in
d.l.hac edictali,in 2.lect.ſequitur Aret. in l. ex facto, ff. de
vul.& pup.in vlt.char.Dec.in l.humanitatis, C.de impub. &
alijs ſubſtit.& in l.fina.colum.7.C.de edict.diui Adr.tollen.
& Ioan.de Anan.conſi.67.viſo puncto, & ibi comprobat Bo
logninus per plura.

Sed prædictis non obſtantibus recolo iā bis me conſulu-
iſſe contrarium per tex. in d. l.hac edictali,per quem ita ibi
firmat Sal.vbi ſolum vult legiſlator tantum deberi vitrico,
4 quantum fuit relictum vni ex liberis primi matrimonij:† ve
rum id quod ſuppletur à lege,nō dicitur relictum, l. omni-
no,& d.l.ſcimus,C.de inoffi. teſt. ergo &c. Quod non dicat
relictum ſupplemētum legitimæ,patet, quia ſi agatur ad re-
lictum in teſtamento per filium, non dicitur actum ad ſup-
plementum ſecundum gl.& alios in d.l.ſcimus, & d.l.oīno,
& hanc ſententiam quod vitricus non debeat habere niſi tā
tum quantum relictum legitur,non etiam quod ſuppletur,
tenuit Bald.ſibi contrarius in l.1.in 4.q.C.de inof.donat. &
ita etiam conſuluit Com.conſi.33.& conſi. 118.in hac, li. 1.
Ad contrariam rationem reſpondetur, primo ꝙ non eſt ex-
peditum, ꝙ ſupplementum petatur actione ex teſtamento,
imo petatur condictione ex lege,ſecundū Sal.in d.l.ſcimus,
vel vbi petatur actione ex teſtamento, non ſequitur tamen
ꝙ fuerit relictum, ſed lex pro conſeruatione teſtamenti vult
poſſe peti, præter tamen uel contra intentionem defuncti,
ſicut petitur Falcidia,& Trebellianica,contra tamen volun
tatem l.Titia,ff.ad l.Falc.ca.Raynaldus, de teſta. in fi. Quod
maximè verum erit,ſi mater ultra relictum prohibuiſſet, nè
plus peteretur,per ea quæ traduntur in l.quoties,ff.de hæred.
5 inſti. † Si uerò mater vnum filium primi matrimonij in te-
ſtamento prętęrijſſet, quia talis præteritio materna pro exhę
redatione habetur, an vitricus debeat habere tantum, quan
tum poteſt filius præteritus conſequi per viam querelæ,varię
ſunt opiniones, de quibus in d.l.hac edictali,& in l.filiæ præ
teritę,C.eod.tit. Ego ſtatutibus his, quę in pręcedentibus di-
cta ſunt, adhæreo opinioni glo. in d.l.filiæ, quam ibi Sal. &
alij ſequuntur.

Circa ſecundam dubitationem, an d. Franciſca poſſit di-
ſponere de duabus quartis, & ſic de dimidia parte bonorū,
quæ fuerunt quond.Marg. domini Claudij de Monteſalco-
ne eius patris ad eam peruenta in vim ſubſtitutionis fidei-
commiſſariæ factæ Petro hæredi inſtituto, & poſthumo, ſi
decederet ſine liberis, iſta dubitatio habet lōgam caudam.
Refert enim,an liberi d. Frāciſcę fuerint ſubſtituti ipſi Fran-
6 ciſcę ordine ſucceſſiuo, an ſimul cum ea vocati. † Primo
caſu non putarem dominam Franciſcam poſſe diſponere
de Trebellianica,quia non ſucceſſit directo,ſed per fideicō-
miſſum, fideicommiſſarius autem nō poteſt detrahere Tre-
bellianicam, niſi hęres ipſi fideicommiſſario Trebellianicā
remiſerit,volens ei gratiam facere,l.1. §.inde Neratius,ff.ad
Trebel.& l. ſi patroni,§.qui fideicommiſſariam,ff.eod.tit. Si
vero ſimul & ſemel fuerint vocati, poterit mater de ſua por-
tione diſponere, videlicet de dimidia diſponere ꝓ arbitrio,
7 cum tunc non habeat ſubſtitutos liberos,ſed cohæredes.† vi
dendum itaque eſt, an liberi cenſeantur vocati ordine ſuc-
ceſſiuo,aut ſimul & ſemel. & prima conſideratione videtur
dicendum liberos fuiſſe vocatos ordine ſucceſſiuo tribus
rationibus. Primò quia ſubſtitutio copulatiua plurī per-
ſonarum, inter quas cadit ordo neceſſitatis, vt quando ſub-
ſtituitur filius,& eius liberi, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo
ſecundum conſi.Galli,in l.Gallus, in princ.& §.1. ff. de libe.
& poſthu. Secundò, quia ſubſtitutio plurium perſonarum,
inter quas cadit ordo charitatis,& affectionis, & ſi copulati-
uè facta ſit,ordine tamen ſucceſſiuo creditur facta,ſecundū
Bar.in d.§.quidam rectè. Cuius opinionem dicit eſſe com-
munem Soc.conſi.49.circa primum,colum.1.lib.1. Tertiò
quia vocantur copulatiuè Franciſca,& eius liberi,& ſic non
ſolum

ſolum filij ipſius Franciſcæ, ſed etiam nepotes, pronepotes, & deinceps. quo caſu ordine ſucceſſiuo cenſentur uocati, ſecundum Raph. Com. Aret. Socy. & Iaſ. in d. §. quidam recte, poſt Ang. conſi. 37. & ſeq. & Decius conſi. 205. col. 2.

Pro contraria parte, quod ſint uocati ſimul & ſemel, facit, quia cum ordine charitatis non concurrit ratio neceſſitatis reſpectu diſpoſitionis, de qua agitur, ſi inſtituatur uel ſubſtituatur, mater & filij cenſentur ſimul, & ſemel uocati, non ordine ſucceſſiuo ſecundum Bald. Ang. Imo. & Senen. in d. l. Gallus, §. 1. per tex. in c. Raynutius, de teſtam. ubi erant ſubſtituti frater & eius filij, & in c. Raynaldus, co. tit. ubi erãt ſubſtituti filia, & proles, quam geſtabat in utero, & ibi dicitur, quod cenſentur ſimul & ſemel ſubſtituti. & ibi Hoſtien. Card. Petr. de Ancha. Abb. & alij Canoniſtæ communiter ita concludunt. & hæc eſt communis ſententia ſecundum Do. Alexan. Socyn. & Iaſ. in d. §. quidam recte, quicquid dicat Socyn. in d. conſi. 49. Ista concluſio applicata ad propoſitum decidit dubitationem propoſitam, quia in caſu noſtro cum or-
8 dine charitatis non concurrit ratio neceſſitatis, † quia auus maternus nõ neceſſitatur inſtituere nepotes ex filia, nec prætentione nepotum ex filia teſtamentum irritatur, ſecundum glo. & Doc. communiter in l. certani, §. filia, ff. de iniuſt. rup. irrit. que fact. teſta. l. 3. in prin. ff. eod. & probatur in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & poſthu. Et ex hoc patet, ꝙ prima ratio in contrarium adducta non facit ad rem nſam, quia in caſu occurrenti nullus ſubeſt ordo neceſſitatis. & licet militet ordo charitatis, quia tamen non eſt coniunctus cum ordine neceſſitatis, ſolus non operatur, & cenſentur uocati filia, & filij ordine ſucceſſiuo, non obſtante ſentẽtia Bar. ſupra in ſecunda ratione contraria: quia ſententia Bar. communiter damnatur, vt dixi, per text. in ca. Raynutius, & in d. cap. Raynaldus. & ita conſuluit Soc. conſi. 113. ſuprascripti inſignes Iureconſulti, lib. 2. Difficultas itaque reducitur ad tertiam rationem in oppoſitum adducta, videlicet quia in
9 caſu iſto non fuerunt cum matre ſubſtituti filij, † ſed liberi, quod eſt nomen collectiuum plurium graduum, quos impoſſibile eſt ſimul vocare cum matre, propter quod cenſent ſubſtituti ordine ſucceſſiuo: quia ad iſtud, in quo conſiſtit ſumma rõnis dubitationis reſpõderi poteſt, quod hoc loco verbum liberos, non comprehendit niſi filios dictæ Franciſcæ propter verba adducta, quæ reſtringunt propriam ſignificationem verbi Liberos, ad filios duntaxat. Inquit enim teſtator, in eum caſum ſubſtituo Franciſcam, & ſuos liberos ex ſuo legitimo matrimonio procreatos.

Quę verba, ex ſuo matrimonio procreatos, ad filios ipſius Franc. duntaxat referuntur, non ad nepotes, quia nepotes ex filio non dicuntur procreati ex matrimonio ipſius Franciſcæ. l. nam, ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & inſti. de pat. poteſt. §. fina. per quæ iura ita dixit Bar. conſi. 133. licèt in quęſtione. quod etiam probatur ex illa dictione, ex matrimo-
10 nio. † quæ dictio, ex. denotat cauſam immediatam, l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. ruin. naufr. & id uoluit Bar. in d. l. Liberorum, colum. 5. verſ. præterea, ff. de verb. ſign. & in l. Gallus, §. inſtituens. ff. de lib. & poſth. Ang. in §. nec illo, in Auth. de trien. & ſemiſ. Cons. conſi. 299. in præſenti, col. 12. lib. 2. Guido Papæ. q. 353. teſtator tres habens filios. & ſtante hac reſolutione ſequuntur plura. Primũ quod illi tantum filij cẽſentur ſubſtituti, qui tempore, quo uenit & ceſſit dies fideicommiſſi, erant in rerum natura, ut cõcludit Ioan. And. in add. Spec. in rub. de teſtam. colum. 3. verſ. item. Ludo. Rom. conſil. 438. in caſu conſultationis, & Soc. in d. conſi. 113. col. 3. ſequitur ſecundo, quod ipſa Franciſca. & filij cenſentur æqualiter ſubſtituti. videlicet ipſa Franciſca pro dimidia, & filij
11 pro alia dimidia, † quia copula copulat æqualiter, & uocat Franciſcam ad unam dimidiam, & filios ad alteram, l. ſi qs Titio. ff. de uſuſr. accreſ. & l. ſi pater, ff. de uulg. & pupil. ſequitur tertio, ꝙ ſi tempore quo venit & ceſſit dies fideicõmiſſi, nulli forent filij procreati, quod ipſa Franciſca ſola admittatur ad fideicommiſſum, ſolaq; ſuccedet? Quid igitur tenẽdum in ſtricta diſpoſitione? Defendi facilè poterit hæc ſententia, quòd fuerint liberi ſimul & ſemel uocati cum ma-
12 tre. † Tamen puto mentem teſtatoris fuiſſe vocare liberos ordine ſucceſſiuo, tum quia vocauit per nomen collectiuũ plurium graduum, vt ſupra dictum eſt, tum quia grauauit ſolam d. Franciſcam ad ſoluendum legata, ex quo grauamine arguitur eam ſolam ſubſtituiſſe. arg. l. interdum. ff. de pen. leg. & quia ordo charitatis & affectionis ita ſuadet, ut dicit Bar. qui licèt reprobetur communiter, tamen ſua ratio iuncta cum præcedentibus efficatius intentionem teſtatoris oſtendit. ſolum ſupereſt, vt reſpondeatur ad illa verba, ex ſuo matrimonio procreatos. quæ uolunt reſtringere ſignificationem verbi Liberos. & aduertendum eſt, quod nepotes & pronepotes, licet non dicantur nati ex matrimonio auiæ, & aui immediatè, dicuntur tamen procreati mediatè ex eati.
13 † Nam dictio, pro, compoſita denotat cauſam mediatam. hinc Progenitores, Proaui, Progene, Progenies, & ſimilia ſecundum Bar. in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de lib. & poſthu. Vnde non obſtant contraria, quia loquuntur de natis ex matrimonio. nos loquimur de procreatis. Item contraria procedunt, niſi appareat de contraria intentione ex alijs verbis, vt in caſu præſenti, in quo verbum Liberos, & verbum Procreatos, & onus ſoluendi legata ſolum iniunctum Franciſcę contrariam mentem demonſtrant. ut in ſimili concludit Salic. in auth. ſed ſi quis. colum. 2. C. de ſecun. nupt. Socin. conſil. 51. viſa facti narratione, lib. 4. d. Alexan. in l. ex facto, §. ſi. colum. 1. ff. ad Treb. & ſtante hac reſolutione, quam credo veriorem, ſequitur, quòd domina Franciſca tanquam grauata per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem ſuis liberis,
14 non poterit † diſponere niſi de ſua legitima, in qua dos cõputabitur, iuxta doct. Bar. in l. in quartam. ff. ad l. Falci. Nam Trebellianicam non poteſt de iure detrahere, niſi hæres inſtitutus eam ſibi remiſerit, vt ſupra dictum eſt.

Laus Deo Optimo Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium iam contractum licèt nondum conſummatũ nõ dirimitur ex cognatione ſpirituali, uel affinitate ſuperuenien te, cum ſit de iure diuino, & utrũ impedietur eius conſummatio, & debiti exactio.*

2 *Sponſa licitè poteſt ſponſum cogere ad conſummationẽ matrimonij, non obſtante affinitate contracta poſt ſponſalia.*

3 *Confeſſio coniugum an probet matrimonium fuiſſe contractum ante cognationem ſpiritualem, & quid ſi mater ſponſa hoc deponat? num. 6.*

4 *Matrimonium clandeſtinum coniuges propalantes an ſint audiendi.*

5 *Malitijs eſt obuiandum.*

6 *Matrimonia clandeſtina à coniugibus propalata ſunt ab eccleſia confirmanda, niſi agatur de præiudicio alterius matrimonij.*

7 *Vir & fœmina reperti in commiſtione excuſantur à delicto, ſi fateantur prius inter ſe contraxiſſe matrimonium, niſi ſigna in contrarium appareant.*

8 *Confeſſioni contrahentium ſtandum eſt in his, quæ à ſolo conſenſu eorum dependent.*

9 *Mater an ſit idonea teſtis ad probandum matrimonium cõtra utrum, & quid de alijs conſanguineis?*

10 *Teſtes in cauſa matrimonij quando ſunt idonei conſanguinei.*

11 *Legitimatio probatur per matrimonium præſumptiuum ac clãdeſtinum. num. 13.*

12 *Matrimonium, de quo principaliter agitur, non probatur ſola cohabitatione, ac dotis inſtrumento: ſecus ſi incidenter, quia tunc qualibet probatio ſufficit.*

14 *Dotis inſtrumentum plenè probat filios fore legitimos, non matrimonium, ſi de eo principaliter agatur. num. 21.*

15 *Dominium ex poſſeſſione præſumitur, ſi de eo incidenter agatur: ſecus ſi principaliter.*

16 *Coniugum dicto quòd ignoranter contraxerunt in gradu prohibito, creditur ad hoc, ut filij dicantur legitimi.*

17 *Ius acquirendum facilius impeditur, quam acquiſitum tollatur.*

18 *Legitimari poteſt filius à patre non citatis uenientibus ab inteſtato: ſecus ſi filius petat ſe legitimari, mortuo patre.*

19 *Prohibendus non eſt actus, qui ita ad bonum, ſicut ad malum haberi poteſt.*

20 *Delinquere nemo præſumitur in dubio, nec ſalutis æternæ immemor. num. 21.*

22 *Matrimonium clandeſtinum ratione affinitatis an poſſit approbari ad effectum, ut filij nati dicantur legitimi.*

33 *Ratificatio requirit extrema habilia.*

24 *Papa non poteſt mortuos baptizare, nec à peccatis abſoluere quo*

ad

ad eccleſiam triumphantem : ſecus quo ad militantem . num. 30.
25 *Rex Francia neminem recognoſcit .*
26 *Legitimandi poteſtatem non habent Principes extra eorum territorium, nec Papa niſi per indirectum, puta approbando matrimonium prohibitum . num. 31.*
28 *Matrimonium contra prohibitionem canonicam poteſt Papa approbare non ſolum ut ex nunc, ſed etiam ut ex tunc.*
29 *Papa poteſt ſupplere probationem imperfectam .*

RESPONSVM X.

Qui ueritas eſt, me in viam dirigat ueritatis .

DVbia propoſita forẽt fruſtratoria, ſi cognatio ſpiritualis
contracta inter Titium, & Bertam ex confirmatione ſchiſmatis non dirimeret matrimonium
iam contractum, licet nondum carnali copula
1 cõſumatum. vnde quæro, † an cognatio ſpiritualis dirimat
matrimonium iam contractũ, nondum tamen conſummatum? Ad hoc reſpondeo, quod non dirimit, ca. veniens, ca. ſi
vir, vel mulier, de cogn. ſpirit. ſic & affinitas ſuperueniens
non dirimit, neque diſſoluit ſponſalia de præſenti, ca. diſcretionem, de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. nam matrimonium ſolo conſenſu contractum etiam nondũ conſummatum, eſt de iure diuino ſm Pan. in ca. ex publico, de conuer.
coniug. ſed dubium eſt, an impediat conſummationẽ & exactionem non debito. In hoc puncto Doct. ſunt multum uarij, & inter ſe diſſidentes. Communis tamen opinio eſt, ꝙ
cognatio ſpiritualis non impedit, per tex. in d. ca. ſi uir, ibi,
nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, & ibi gl. Vincent.
Goff. Hoſt. & Card. concordant in hoc, quod ſi vterq; ſciẽter
contraxit cognationem ſpiritualem poſt matrimoniũ, tunc
neuter perdit facultatem exigendi debitum. quod etiã uoluit glo. in ca. noſter, 30. q. 1. vbi Archi. idem tenuit, & facit
2 tex. in d. ca. diſcretionem. † vbi ſponſa licitè poteſt cogere
ſponſum ad conſummandum matrimoniũ, licet obſtet impedimentum affinitatis contractæ poſt ſponſalia, ſtante hac
concluſione ꝙ compaternitas non dirimat matrimonium
contractum ante compaternitatem, etiam quod ante non
eſſet carnali copula conſummatũ, d. c. ueniens, ſtante etiam,
quod non impediat conſummationẽ, bene ſequitur quod filiæ natæ ex huiuſmodi matrimonio erunt legitimæ. Sed
3 dubium eſt, nunquid † confeſſio coniugum iuncta depoſitione matris ipſius Bertæ ſufficiat ad probandum matrimonium fuiſſe contractum ante compaternitatem cauſatã ex
confirmatione chriſmatis. In foro pœnitentiali clarum eſt,
quòd talis confeſſio plene probet ſecundum glo. in c. ſignificaſti, de homicid. & in c. placuit, de præſentat. diſt. a. Sed in
foro fori & in præiuditium venientium ab inteſtato, & ſubſtitutorum non uidetur probare, ca. a. de cland. deſponſ. vbi
4 deciditur, † ꝙ non ſunt audiendi coniuges propalantes clãdeſtina matrimonia, ubi rationabilis cauſa ſubeſt. & dicit
glo. ſubeſſe legitimam cauſam, quando ſubeſt impedimentum affinitatis carnalis, uel ſpiritualis. & illam gl. intelligũt
Vincent. Card. Panor. & alii ſaltem procedere, quando agitur de prẹiuditio alterius matrimonij, & conſequenter ſi
agatur de præiuditio tertij. Ergo in caſu noſtro, in quo agitur de præiuditio uenientium ab inteſtato, & ſubſtitutorũ,
huiuſmodi confeſſio nõ probabitur. facit quia ſi diceremus
5 ſtandum eſſe confeſſioni ipſorum coniugum, † eſſet aperta
uia malitijs, contra l. contrauenire, ff. de pact. dotal. & ca. ſedes, de reſcrip. Daretur enim occaſio coniugibus, qui contraxerũt matrimonium cum cognatis ſpiritualibus permanendi in matrimonio prohibito, & ſemper perſeuerarent in
peccato, quia ſemper poterunt allegare, ꝙ contraxerunt ante affinitatem ſpiritualem. & quòd confeſſio coniugum in
præiuditium tertij non probet matrimonium, tenet Socyn.
conſi. 39. viſis & inſpectis. colum. 5. lib. 1. allegat tex. cum ibi
not. per Innoc. Card. Panor. & alios in c. Illud, de præſumpt.
vbi concluditur ꝙ inſtrumentum dotis, in quo enunciatur
matrimonium, non probat matrimonium.
6 Præmiſſis non obſtantibus, reſpondeo. † ꝙ confeſſio coniugum maximè iuncta depoſitione matris plenè probat matrimonium fuiſſe contractum ante cõfirmationem, per text.
in cap. a. de cland. deſpon. ubi eſt tex. clarus, ꝙ matrimonia
clandeſtina à coniugibus propalata, ſunt ab eccleſia cõprobanda. & per illum tex. Panor. & alij ibi, & in c. ſuper eo. de
eo qui cogn. conſang. ux. ſuæ, concludunt ꝙ confeſſio coniugum plene probat matrimonium, niſi agatur de præiuditio
alterius matrimonij. Idem tenet Hoſt. in ſumma de ſponſ.
& matr. §. qualiter contrahatur, verſ. quid ſi ambo, & Ludo.
Roma. ſing. 619. incipiente, tu audiuiſti : Dicunt enim iſti ꝙ
ſi confeſſio coniugum tendat ad validitatem matrimonij,
7 quòd plenè probat. Hinc eſt † quod ſi vir & fœmina reperti
in actu commixtionis confiteantur, ꝙ prius inter ſe contraxerunt matrimonium, excuſantur à delicto, niſi appareant
ſigna in contrarium, vt quia fœmina ſit inuenta plorans, vel
capillis lacerata, ſecundum Bald. in l. fina. C. de fideiuſſ. & in
l. 1. C. de colluſ. deteg. & in c. 1. §. iniuria. de pac. iuramento
fir. Alex. conſi. 24. animaduerſis, col. 5. lib. 2. & conſ. 1. col. 5.
lib. 3. Et quod confeſſio coniugum probet matrimonium,
quando agitur de contracto matrimonio conualidando, tenet Dec. conſi. 133. viſo proceſſu, colum. 2. & fin. ubi aſſignat
rationem, quia matrimonium ſolo conſenſu contrahitur,
l. nuptias, ff. de reg. iur. ca. cum locum, de ſponſ. 27. q. 2, cap.
8 ſufficit, † & in his, quæ a ſolo conſenſu contrahentium depẽdent, ſtandum eſt eorum confeſſioni, ſecundum Bar. in l. ſi
ſone, ff. de caſtr. pecu. & in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.
& pro hoc adducitur tex in l. cum te, ibi, ſi de fide contractus
confeſſione tua conſtet, ſcriptura non eſt neceſſaria, C. de trãſact. Accedat teſtimonium matris ipſius Bertæ, † quæ licet
9 ſit mater, tamen in cauſa matrimoniali etiam cõtra uirum
negantem teſtis eſt idonea eo caſu, quo contrahentes eſſent
paris conditionis, uel eo caſu, quo filia eſſet dignior & no-
10 bilior, c. ſuper eo, vbi glo. & Doct. de teſtib. † Nam cum filia
excedat virum, vel ſit æqualis, nulla ſuſpitio eſt in patre, matre, uel fratribus deponentibus pro matrimonio, vt ibi declarant Scribentes, & conſuluit Dec. conſi. 163. in cauſa matrimoniali, col. 11. Et ſi confeſſio coniugum probat matrimonium, vbi principaliter agitur de matrimonio, multo magis
probabit matrimonium, vbi agitur de matrimonio incidẽter, vt in caſu noſtro, ubi agitur de legitimitate filiarum, ad
quam legitimitatem probandam incidenter deducitur matrimonium. iſta conſequentia probatur in ca. cauſam quę,
11 qui filij ſint legitimi, † vbi ad probandum filios fore legitimos ſufficit probare, ꝙ mater & pater ſimul commoraban-
12 tur, & ſic probare matrimonium præſumptiuè. † & tamen ſi
principaliter agitur de matrimonio, ſola cohabitatio non
probat, ca. illud. de præſump. & hoc firmant gl. Panor. & alij
13 in ca. lator, qui filij ſint legitimi, vbi concludunt † quod clandeſtinè contrahentes quantum ad probandum filios eſſe legitimos, præſumuntur ueri coniuges. & per prædicta dixit
Gemi. Maximus Canon. conſi. 27. ſuper dubijs, quod ad finẽ
legitimitatis filiorum quælibet probatio videtur ſufficiens
ad probandum matrimonium, de quo quæritur incidenter.
& dixit d. Anto. de Butr. in c. a. eod. tit. in 5. no. quòd colorata opinio, & quaſi poſſeſſio maritalis ſufficit ad probandum
filios etiam legitimos, excluſa proprietate ueri matrimonij
per illum tex. & ita probat Decius conſi. 153. in effectu quæ-
14 ritur, colum. a. Confirmantur præmiſſa, † quia inſtrumentũ
dotis, in quo enunciatur matrimonium, quando de matrimonio incidenter quæritur ad effectum probandi filios fore legitimos, plenè probat ſecundum Bal. in l. filium definimus, ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. & ita intelligit tex. in
Auth. ut fratrum filij, §. 1. ſecus ſi principaliter agatur de probando matrimonio, & ita procedunt notata in ca. illud, de
præſumpt. bene facit quod decidit Bar. quem Doct. communiter ſequuntur in l. quidam in ſuo, ff. de cõdi. inſti. ubi uult
15 † quòd ex poſſeſſione præſumatur dominium, ſi de eo incidenter agatur, ſecus ſi principaliter. Et pro comprobatione
facit, quia creditur dicto coniugum, qui contraxerunt cum
affine in gradu prohibito, ſi aſſerant ſe ignoraſſe affinitatem
ad effectum, vt proles ex tali matrimonio putatiuo dicatur
legitima, iuxta tex. in ca. a. qui filij ſint legitimi, & in ca. ex tenore, de teſtib. ſecundum Gem. conſi. 66. pro declaratione,
col. 3. in 3. dubio, & Panor. in ca. peruenit, qui filij ſint legitimi. Ex iſtis patet, quod cõtraria ſupra adducta nihil obſtãt.
& ſpecialius reſpondendo, non obſtat, dum dicitur quòd cõfeſſio coniugum non probat matrimonium clandeſtinum
in præiuditium alterius matrimonij contracti in faciem eccleſiæ : ergo etiam non debet probare in præiuditium uenientium ab inteſtato, & ſubſtitutorum, quia reſpõdeo multipliciter. Et Primo ꝙ non probat in præiuditium alterius
matrimonij, eo quia tunc agitur principaliter de probando
matrimonio, ideo non plenè probat. ſed in caſu noſtro quęritur, an cõfeſſio probet matrimonium clandeſtinũ, de quo
agitur

agitur incidenter. Ideo plenè probat, per ea quæ abundè ſu
pra dixi. Secundo reſpondeo ꝙ confeſſio coniugum non
probat clãdeſtinum matrimonium in præiuditium alterius
matrimonij, quia coniuges non poſſunt tunc contrahendo
nouum matrimonium, præiudicare aliquo modo alteri ma
trimonio. Vnde ſicut non poſſunt præiudicare faciendo,
ita nec etiam confitendo: ſed venientibus ab inteſtato & ſub
ſtitutis poſſunt coniuges per nouum matrimonium legiti-
mè contrahendum præiudicare pro libito: ergo etiam poſ-
ſunt præiudicare confitendo ſe contraxiſſe legitimum ma-
trimonium. Tertio reſpondetur, quod coniuges non poſ-
ſunt præiudicare alteri matrimonio confitendo, quia agitur
de auferẽdo ius iam acquiſitum alteri, ſed bene poſſunt præ
iudicare venientibus ab inteſtato & ſubſtitutis, quia non agi
tur de auferendo eis ius acquiſitum, ſed acquirendum. Cuius
iure acquirendo facilius præiudicatur, c. fin. de conceſſ. præb.
17 † facilius enim impeditur ius acquirendum, quam acquiſi-
tum tollatur, l. fina. C. de nup. l. patre furioſo, cum ſimilibus,
18 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. vnde facit, † quia parẽtes,
dum viuunt, poſſunt legitimari facere filios non citatis ve-
nientibus ab inteſtato, quia eis nondum eſt ius acquiſitum:
ſecus, ſi filij mortuis parentibus petant ſe legitimari. tunc. n.
vocandi ſunt venientes ab inteſtato, quia eis eſt iam ius ac-
quiſitum ſecũdum Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de
lib. & poſthu. cuius opinio eſt communiter approbata, ſecũ-
dum Alex. & Moder. ibi, Alex. conſi. 157. & 158. lib. 5. Bald.
conſi. 173. caſus quæſtionis, lib. 1. Ang. conſi. 87. pro deciſio-
ne puncti. Non obſtat, dum dicitur ꝙ hoc modo coniuges
habebunt occaſionem peccandi, & in matrimonio illicito
19 permanendi, quia reſpondetur, † ꝙ vbi actus poteſt ſe habe-
re ita ad bonum, ſicut ad malum, non eſt prohibendus eo re
20 ſpectu, quod poſſit ſequi malum, eo quia † in dubio nemo
præſumitur delinquere, l. 1. C. ſi ſer. exter. l. merito, ff. pro ſo-
cio, & nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.
21 † Non obſtat ꝙ confeſſio coniugum facta in inſtrumento
dotis non probet, quia reſpondetur, ꝙ non probat, quando
principaliter agitur de ipſo matrimonio: ſecus ſi incidẽter
agatur, ſecundum Bald. in d. l. filium diffinimus.
Secundò reſpondetur, ꝙ confeſſio facta in inſtrumento
dotis non probat, quia facta enunciatione & propter aliud,
l. ex his verbis, C. de teſtam. milit. & l. ex hac ſcriptura, ff. de
donat. ſecus quando confeſſio coniugum facta fuit per ver-
ba diſpoſitiua, & principaliter propter probationem matri-
monij clandeſtini, d. c. 2. de cland. deſponſ. Non obſtat glo.
in d. ca. 2. de cland. deſpon. dum declarando tex. dicit ꝙ ſuf-
ficiens eſt rationabilis cauſa, quia non ſit probatum matri-
monium clandeſtinum, quia bene dicit, ſi affinitas obſtet
matrimonio, vt ſi tempore contracti matrimonij erat affini
tatis impedimentum. & ita intelligitur illa glo. vt patet ex
iuribus allegatis per eam.
Præmiſſis veris exiſtentibus, prout ego veriſſima etiam ar
bitror, non expediret intrare dubia mihi propoſita: ut tamẽ
quærenti conſilium plenè ſatisfaciam, aggredior illam q. an
Papa poſſit clandeſtinum matrimonium prohibitum rõne
affinitatis poſt diſſolutionem approbare, vt ſic eius appro-
batio retrotrahatur ad effectum, ꝙ filij nati dicantur legiti-
mi? Et prima facie vnicuique videretur dicendum, ꝙ non,
22 † quia licèt Papa poſſit approbare matrimonium clandeſti-
num, & diſpenſare ſuper impedimento affinitatis, & quo ad
effectum, vt filij nati dicantur legitimi, ca. pro nobis, qui filij
ſint legitimi: non tamen videtur poſſe approbare matrimo
nium iam diſſolutum per mortem alterius coniugis, tum
23 quia † approbatio, & ratificatio requirit extrema eſſe habi-
lia, l. fina. & l. bonorum, ff. rem rat. haberi, tum quia poteſtas
24 Petri non ſe extendit quo ad mortuos, † cum Papa non poſ
ſit mortuos baptizare, nec à peccatis abſoluere, ca. à nobis,
de ſententia excommunicat. ca. qualis, 25. diſtin. item Papa
ad effectum legitimãdi ſpurios & inceſtuoſos, vt poſſint ſuc-
25 cedere, non uidetur habere poteſtatem in terris † Regis Frã-
ciæ, qui eſt Imperator in regno ſuo, & neminẽ recognoſcit,
cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & ibi communi-
26 ter Scribentes ita concludunt. ſicut econtra † Imperator
non habet poteſtatem legitimandi in terris eccleſiæ, ſecun-
dum Bald. in l. 1. verſ. item quæro, C. de iur. aur. annul. & in l.
cam quam, col. 8. C. de fideicom. cuius opinio eſt communi
ter approbata ſecundum Dec. conſi. 55. verſ. 3. difficultatem
facit, & conſi. 150. col. 3. vbi allegat plura conſilia, & auctori-
tates Doct.
Præmiſſis non obſtantibus ſecundum ea quæ proponunt̃,
27 teneo, † quod Papa poſſit approbare dictum matrimoniũ,
etiam quod obſtaret impedimentum cognationis ſpiritua-
lis, etiam quod ſit iam diſſolutum, & conſequenter poſſit le
gitimare filios natos ex dicto matrimonio. Pro eius verita-
28 te declaranda ſubijcio hanc concluſionem. † Papa poteſt
approbare matrimonium contra prohibitionem Canoni-
cam non ſolum vt ex nunc, ſed etiam vt ex tunc, ideſt non ſo
lum à die approbationis, ſed etiam à die, quo fuit matrimo
nium celebratum, ſecundum Ioan. And. Hoſt. Car. Panor. &
alios in d. c. per venerabilem, & Fely. in cap. quæ in eccleſia-
rum, colum. 6. de conſti. & Anch. in conſi. ſtatim allegando.
Nam Papa eſt ſupra ius poſitiuum, cap. propoſuit, de cõceſſ.
præben. Ideo indubitati iuris eſt, ꝙ ipſe poteſt comprobare
matrimonia contracta contra legem poſitiuam. Cum igitũ
non reperiatur prohibitum matrimonium inter ſuſcipien-
tem, & matrem confirmati, ſed ſolum prohibeatur lege Ca-
nonica, per tex. in ca. 1. §. fina. de cog. ſpirit. lib. 6. bene ſequitũ
cõcludendum, quòd Papa poterit huiuſmodi matrimoniũ
conualidare.
Secundo retento themate noſtræ dubitationis, iſtud con-
firmo clarius, ſi dicamus quod confeſſio coniugum iuncta
matris depoſitione plenè probet matrimonium fuiſſe cele-
bratum ante confirmationem, res eſt clara quòd filiæ dicun
tur legitimæ. Si dicamus quòd plenè non probet, tunc dico,
29 † quòd Papa poterit talem probationem imperfectam ſup-
plere, & perficere, ca. cum dilectus, de fi. inſtrum. firmat Ioã.
Andr. Panor. & alij in c. ſicut conſuetudo, de probat. Panor.
& Moder. in c. 1. de appell. Poterit ergo Papa ſtante confeſ-
ſione coniugum, & dicto matris declarare dictum matri-
monium eſſe legitimum, & impedimentum ſpiritualis co-
gnationis minimè obſtitiſſe. & hoc modo ceſſabunt omnia
in contrarium ſupra deducta. Sed dato quod impedimen-
tum cognationis ſpiritualis obſtitiſſet, dico quòd nihilomi-
nus poterit matrimonium conualidare non obſtantibus al-
legatis in contrarium. Et primò non obſtat, quòd ratifica-
tio requirat extrema habilia, quia Papa non ratificat matri-
monium, ita quod velit valere nunc, quia hoc eſt impoſſibi
le: ſed ratificat ita, ꝙ valuerit eo tempore, quo durauit, &
eo tunc erant extrema habilia, cum eſſet tunc inter virum
& vxorem matrimonium in figura. Ita reſpondet Petr. de
Ancha qui in terminis noſtris ita conſuluit, conſi. 409. viſo
& diligenter inſpecto, per totum, quem ſequitur Fely. in d.
30 ca. quæ in eccleſiarum, col. 6. Non obſtat † quod Papa non
poſſit exercere ſuam poteſtatem quoad mortuos, quia verũ
quo ad eccleſiam triumphantem: ſecus quo ad eccleſiã mi-
litantem, vt per Panor. in d. c. à nobis.
31 Non obſtat, † quod Papa non poſſit legitimare in terris
Imperij quoad ſucceſſiones, & honores temporales, quia ve
rum in directa legitimatione, vt ſi directò & principaliter
Papa legitimare vellet filios genitos ex coitu non matrimo
niali. nam cum Papa non poſsit ſupplere conſenſum ma-
trimonialem, nec etiam legitimare poterit: ſecus ſi Papa ve-
lit legitimare indirectè filios natos ex coitu matrimoniali,
vt quia velit comprobare illud matrimonium, & illum coi-
tum habitum ex effectu matrimoniali tolendo impedimen
tum, quod obſtabat. quo ſublato remanet matrimonium
validum, & in conſequentiam filij dicuntur legitimi pro-
pter virtutem matrimonij validi, c. tanta, qui filij ſint legiti-
mi. Ita reſpondet Anch. in d. conſi. 409. & Panor. poſt Ioan.
Andr. in d. ca. per venerabilem, colum. 4. vbi intelligit iſtud
eſſe verum, ſi Papa conualidet matrimonium vt ex tũc, ideſt
ac ſi à principio fuiſſet legitimè contractum. nam hoc ca-
ſu filij nati ante approbationem erunt legitimi: ſecus ſi ſim-
pliciter approbaret. aduertat ergo pater hactenus filiarum
ad formam impetrationis faciendæ, &c.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Legitimam petens probare debet valorem bonorum, aliàs ſuc-cumbit.*
2 *Legata an computentur in legitimam. nu. 6.*
3 *Proœmium inſtrumenti probat finalem cauſam diſpoſitionis.*
4 *Libellans cenſetur fateri omnia in libello narrata.*
5 *Promiſſio quantitatis collectiuè facta pro pluribus rebus, pro omnibus ſimul, & non pro qualibet debetur.*
7 *Legitima ſicut pacto ceditur, ita conuentio quòad legata imputetur in legitimam, valet.*
8 *Filius poteſt agere ad ſupplementum legitimæ in corporibus hæreditarijs,*

reditarijs, legataq́, recuſare, niſi ea ſemel ſibi pro legitima acceptauerit.

9 *Tranſactione receditur ab actione.*
10 *Actio dignoſcitur ex medio concluſionis libelli.*
11 *Fidem non ſeruanti, non eſt fides ſeruanda.*
12 *In legitima imputatur, quicquid iudicio teſtatoris percipitur.*
13 *Legata litigioſa an computentur in legitimam*
14 *Negatio extraiudicialis non facit legatum litigioſum*
15 *Negatio debitorum legatorum non facit legata dubia, quando de debito conſtat per inſtrumentum.*
16 *Negatio non facit rem dubiam, quando præſumptio, & probatio eſt pro affirmante.*
17 *Inſtrumentum facit rem indubitatam, donec probetur contrarium.*
19 *Legatario pro legatis nominibus datur utilis actio contra debitores, à quibus hæres non cogitur exigere debitum: ſed ſufficit contra eos cedere legatario actionem, quã tenetur ſuo ſumptu proſequi legatarius, qui ab hærede tunc conſequitur æſtimationem, ubi ſine ipſius legatarij culpa non poterit debitum conſequi.*
20 *Legatario, niſi ſit filius, non datur actio de euictione pro legato euicto, ſed ſolum poteſt agere ad æſtimationem.*

DE TRIEN. ET SEMISS.

RESPONSVM I.

QVia Domina Anna agit ad ſummã quatuor
millium ſcutorum, quos ſibi deberi prætendit ꝑ
legitima ſibi debita in bonis, & hæreditate eius
patris, ut ex tenore libelli apparet, & recuſat in dictam ſummam
imputare legata ſibi à patre in teſtamento relict: a duo
pro clara deciſione habenda ſunt neceſſario diſcutienda.
Primum, an ex productis & deductis per ipſam d. Annam
fuerit ſufficienter uerificata intentio ipſius, videlicet ꝙ eius
legitima aſcẽdat ad ſummam quatuor millium ſcutorum.
1 † Tenetur enim agens ad certam ſummam ꝑ legitima probare
bona paterna eſſe tanti ualoris, & quod facta computatione
valor legitimæ aſcendat ad eam ſummam, ut docet
Bart. conſi. 17. modus &c. & ſi agens deficit in probatione,
reus eſt abſoluendus, l. qui accuſare, C. de eden. ca. cum eccleſia,
de cauſa poſſ. & propriet.
2 Secundum, † an legata in libello deſcripta ueniant imputanda
in dictam ſummam 4000. ſcutorum.
Ad primum, ego ex deductis & productis non uideo probatum
legitimam aſcendere ad ſummam petitam, nec ad
aliquam aliam certam ſummam. Nec obſtat, ſi dicatur ex
tenore inſtrumenti tranſactionis apparere eam ſummã fuiſ
ſe ipſi d. Annæ promiſſam, prius facta calculatione ſeu æſtimatione
bonorum paternorum & maternorum.
Secundo reſpondetur, quod ſi dicta ſumma quatuor milliũ
ſcut. fuiſſet eidem promiſſa pro ſola legitima, fundata
eſſet intentio ipſius d. Annæ, ꝙ valor legitimæ, facta prius, vt
dicitur, æſtimatione bonorum paternorum, aſcenderet ad
dictam ſummam. Sed in hoc fallitur d. Anna, quia d. ſumma
quatuor milliũ ſcutorum non fuit eidem promiſſa pro
ſola legitima. ſed etiam pro ſua portione hæreditatis paternæ,
quæ ab Inteſtato ſibi deberi prætendebat. nam tranſactio
etiam facta fuit ſuper differẽtia, quæ vertebatur inter ipſam
d. Annam. & conſortes ex vna, & d. dominam Franciſcam
hæredem inſtitutã ſuper inualiditate & nullitate teſtamenti
paterni, & etiam ſuper hæreditate uniuerſali dominæ Ioãnæ
ipſarum partium matris, ut ex proœmio tranſactionis dilucidè
conſtat, ibi, ad cauſam omniũ & ſingulorum bonorum
mobilium & immobilium, iuraq; & actiones hæreditatis
præfatorum quondam nobiliũ Franciſci Mayandi & Ioã-
3 næ coniugum. † Cuius proœmij tenor probat cauſam ſutalis
diſpoſitionis, l. fin. ff. de hæred. inſti. l. Titia, §. 1. ff. de uerbor.
obliga. & fatetur etiam ipſa domina Anna in ſuo libel-
4 lo, artic. quarto. † Nam libellans omnia fateri cenſetur, quæ
in ipſo libello narrauit, ſecundum glo. uulgatam in l. cum
precum, C. de lib. cauſa, & traditur per Bar. in l. poſt legatum,
ff. de his quib. vt indi. ac etiam dicta ſumma promiſſa fuit ꝑ
omni alio, & quocunque iure ex quacunque cauſa excogitata,
vel in poſterum excogitanda ſibi competenti, & in futurum
quolibet competituro ſuper bonis paternis & maternis,
vt probant illa uerba tranſactionis ibi, occaſione legitimæ
& ſupplementi illius, ac alio quocunque iure &c. & ſic
pro quocunque fideicommiſſo, ſi quod ſibi de præſenti, uel
in futurũ ex cauſa de præſenti deberetur, l. qui Romæ, §. duo
fratres, ff. de verb. oblig. & l. 1. & l. de fideicommiſſo, C. de trãſact.
Ac etiam fuit dicta ſumma ſibi promiſſa pro omni iure,
quod ſibi ex quacunque cauſa compeint, vel competeret
in & ſuper bonis & hæreditate quondam d. Martoriæ Cabaſonæ,
& quondam eius mariti, ut cantant uerba trãſactionis
ibi, nec non quondam dominæ Martoriæ &c. Cum igitur
dicta ſumma quatuor milliũ ſcutorum fuerit promiſſa tã ꝑ
portione debita ſibi ab inteſtato in hæreditate patris, ac etiam
hæreditate matris, quàm hæreditate dictorum quondã
dominæ Martoriæ, & eius mariti, & pro legitima, & ſupplemento
eiuſdem, & omni alio iure ex quacunque cauſa
debito vel debendo; non poteſt dici quod ea integra ſumma
ſibi debeatur pro ſola legitima. Imo neceſſariò ſequit̃,
5 ꝙ legitima non aſcendat ad totalem ſummam, † quia quãtitas,
quæ pro pluribus rebus conſtituitur, collectiue promittitur,
ut in caſu noſtro, pro omnibus ſimul, & non pro qualibet
tota debetur, l. ſi ex tota, §. fin. ff. de leg. 1. l. ſi duorũ fund.
ff. de contrahen. emptio. & ꝙ legitima non aſcendat ad tantam
ſummam, conſtat ex uerbis dictæ tranſactionis ibi, &
eo caſu tenebuntur in parte & portione hæreditatis maternæ,
ſi reperiatur aſcendere valorem quatuor lib. auri. imputare
id, quod eę, & quælibet ipſarum reperitur habere de bonis
paternis vltra legitimam, quæ eis debebatur. Ecce tex.
tranſactionis clarũ. quod dicta ſumma quatuor milliũ ſcutorum
aſcendet ultra legitimam bonorum paternorum, &
detractis 14000. lib. quibus æſtimata fuit hæreditas materna.
Non iure ergo d. Anna petit integram ſummam 4000.
ſcut. pro ſua legitima, cum ad eam ſummam non aſcendat
valor legitimæ, nec ex tenore tranſactionis apparet ad quantam
ſummam poſſit aſcendere, cum non exprimatur valor
bonorum paternorum, licèt in genere proponatur factã fuiſ
ſe æſtimationem illorum.
6 Circa ſecundum, † an d. Anna teneatur imputare dicta legata
in ſummam dictorum 4000. ſcu. ſibi dari conuenta, ſtãte
præcedenti ueriſſima reſolutione, quod dicta ſumma nõ
poſſit dici debita pro ſola legitima. Iſtud quæſitum nullam
vel modicam habet dubitabilem rationem, quia lege conuentionali
cautum eſt, quod legata prædicta imputari debeant
in dictam ſummam, vt cantat conuentio ibi, in qua
quidem ſumma &c. Non obſtat, quòd aliqua legata ſint in
diem, aliqua ſint obſcura. quæ, ut prætenditur, filia non tenetur
acceptare pro ſua legitima: quia dicta ſumma non debetur
pro ſola legitima, vt ſupra probatum fuit. Et ubi pro legitima
deberetur, reſpondeo in eam ſummam imputanda
etiam dicta legata. rationibus quàmpluribus. Et primo,
7 quia ita conuentum eſt. † Quæ conuentio abſque dubio ualet,
maximè cum iuramento, ca. quamuis, de pact. lib. 6, nam
ſi valet pactum, quo legitima ceditur in totum, ut per Bal. &
Moder. in l. generale, §. ſi quando, C. de inoffi. teſtam. per illum
tex. cur non etiam debet valere pactum, quod legata
imputantur in legitimam, etiam quòd per talem imputationem
durior & deterior fieret conditio legitimæ, quia legata
8 eſſent in diem, vel difficilia ad exigẽdum? † Et dato quod
domina Anna de iure potuiſſet condictione ex lege agere
ad ſupplementum legitimæ in corporibus hæreditarijs facien.
l. ſcimus. §. repletionem, C. de inoſ. teſt. & non acceptare
legata: attamen quod ſemel placuit, amplius diſplicere
non poteſt, reg. ſemel, de reg. iur. in 6. l. ſicut. C. de act. & obliga.
cum ſimilibus. Et quia d. Anna acceptauit d. legata, &
ea voluit imputari in legitimam, non poteſt amplius illa
refutare, ſecundum d. Alexan. qui ita ſpecialiter determinat,
conſi. 8. viſis ſubtiliſſimis, colum. 5. in fi. & ſeq. lib. 3.
Secundo reſpondetur, tranſactione nouatam eſſe actio-
9 nem, quæ olim competebat ipſi d. Annæ ad legitimã. † Nam
per tranſactionem fit ab actione tranſitus, l. 1. ff. de tranſact.
& per tranſactionem perempta eſt actio, quæ ad legitimam
competebat, l. ſi diuerſa, vbi glo. & Scrib. C. de tranſact. &
Bar. in l. pupilli, §. 1. ff. de ſolut. Et ſic non amplius poteſt d.
Anna agere condictione ex lege ad ſupplementum legitimæ.
Sed ſolum ſibi competit actio ex ſtipulatu, quæ ex contractu
tranſactionis ſtipulatione vallato ſuboritur. quam
actionem intentauit ipſa domina Anna, ut ex medio concludendi
ſui l. belli ibi, nob. Franciſcam condemnandã ad
obſeruandum conuentiones & in earum obſeruantiam ad
10 dandum &c. euidentiſſimè apparet. † Ex medio autem cõ-
cludendi

cludendi cognoſcitur, quę actio fuerit intentata, ſecundum
Bartol. in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cer. pet. & l. ſi prius,
ff. de nou. oper. nunc. Tranſactione nouata ſunt iura legiti-
mæ, etiam patet, quia ex alijs cauſis promiſſa fuit ſumma di
ctorum quatuor millium ſcut. quoties autem obligationi
additur noua cauſa, tunc intelligitur nouata obligatio, ſe-
cundum Bald. conſi. 128. factum tale, lib. 2. vbi reſpondet ad
l. fina. C. de nouat. vt procedat eadem forma ſeruata, & cau-
ſa non variata. In caſu autem huius tranſactionis fuit mu
tata forma, quia de corporibus hæreditarijs, & non in ſola
pecunia erat facienda repletio, d. §. repletionem. Item varia-
ta & adiecta fuit noua cauſa, quia etiam ex cauſa hæredita-
tis paternæ & maternæ, & hæreditatis dictæ quond. Marto-
riæ, & eius mariti, ac ex cauſa alterius cuiuſcunque iuris be
ne ſequitur nouata fuiſſe iura legitimæ. Cum igitur d. An-
na agat ex tranſactione, ſeu ex ſtipulatu ad obſeruationem
conuentorum, nec amplius ſibi competat actio, ſeu condi-
ctio ex lege ad legitimam, & illius ſupplementum, reſtat
concludendū, quod etiam ipſa teneatur adimplere promiſ
ſa & conuenta, & ſic imputare legata in dictam ſummam,
11 quia ita legitur conuentum & tranſactum. † Et ſi fidem da
tam ſeruare non uult, nec ſibi ſeruandam putet, l. cum pro-
ponas, C. de pact. cum uulgaribus.

Tertio reſpondetur, quod etiam citra pactum ipſa domi-
na Anna tenetur legata prædicta imputare in dictam ſum-
12 mam, etiam ſi pro ſola legitima foret promiſſa, † quia quid
quid iuditio teſtatoris percipitur, in legitimam venit impu
tandum, l. quoniam in nouella, C. de inoffi. teſtam. ff. l. etiam,
§. pen. & fina. ff. de bon. liber. & docet Bart. in l. in quartam,
colum. antepen. ff. ad l. Falc. legata autem iuditio teſtatoris
capiuntur; ergo imputanda ſunt in legitimam, vt etiā con-
ſuluit Com. conſi. 303. plura quæſita, lib. 1. & iſtud eſt certiſſi
mum, & authoritates, & iura abundant. Nec obſtat inquan-
13 tum d. Anna prætendit, † quod legata litigioſa non ſunt
imputanda in legitimam, & propterea non teneatur impu-
tare legata deſcripta in libello, quorum 4. dicuntur litigio
ſa. quia ad iſtud, in quo ſolo videtur conſiſtere omnis ſpes,
& omne fundamentum dominæ Annæ, reſpondetur tripli-
citer. Primo quia ex actis non conſtat talia legata fore liti
gioſa. nec ſola negatione debitorum, quorum nomina le-
14 gata ſunt, dici poſſunt legata litigioſa, † cum talis negatio
non fuerit facta in iuditio, l. 1. cū auth. litigioſa, C. de litig.
Imo negatio extraiudicialis non facit quod legata nominū
dicantur eſſe dubia & incerta, ſecundum Innoc. & d. Anto.
in c. uenerabili, de cenſibus.

15 Secundo reſpondetur, † quòd negatio debitorum non fa
cit legata videri dubia, quando per inſtrumentum conſtat
de iure teſtatoris, qui legata fecit, ſecundum Bald. in ca. ad
noſtram, ante fin. per illum tex. de probat. & Fely. in ca. ſuper
eo, de teſti. cog. & in ca. ſi clericus laicum, col. 1. de for. com
16 pet. vbi dicit † quod ubi præſumptio uel probatio eſt pro af
firmante, negatio non facit rem dubiam. In caſu noſtro ex-
hibita fuerunt inſtrumēta uerificantia ipſa legata; ergo &c.
17 † inſtrumenta. n. faciunt rem certam, & indubitatā, niſi con
trarium probetur, c. cum olim, de verb. ſignifica. & traditur
ampliſſimè per d. Iaſ. in l. 1. §. 1. ff. de oper. nou. nunc.

Tertiò reſpondetur, quod legata ſemel agnita imputant
in legitimam, & repletionem fieri impediūt, donec fuerint
euicta, ut eſt caſus in l. ſcimus, in verſ. quęrebatur, C. de inoſ.
teſtam. & ibi not. Doct. maximè d. Iaſ. quod filius poteſt inſti
tui in re aliena, & ualet inſtitutio, quia ſi res euincatur, de-
18 bebitur æſtimatio. ergo ibi eſt clara deciſio, † quod legatū
etiam rei alienæ in legitimam imputatur. nec poteſt filia,
quæ ea agnouit, ante euictionem petere illorum æſtimatio-
nem. Fruſtra itaque d. Anna, quę legata ipſa acceptauit, &
conſenſit, quod in legitimam imputarentur, vt conſtat in-
ſtrumento prędictæ tranſactionis, ante illorum euictionem
nititur excipere, quod ſunt legata dubia, & litigioſa. Nec
ſuffragatur eidem dominæ Annæ illa exceptio, quod ipſa
non tenetur agere ad nomina debitorum ſibi legata, quia
19 iſtud eſt à iuris ratione alienum. † Nam legatarius, cui le
gata ſunt nomina, habet utilem actionem cōtra debitores,
l. ex legato nominis, C. de lega. & ſimiliter tenetur agere cō
tra occupatores domus ſibi legatæ, & ſufficit ipſi d. Franci-
ſcę heredi cedere actiones contra tenentes ipſam domum,
l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, alias eſt idem Iulianus, ff.
de leg. 1. Quas quidem actiones ſuo ſumptu proſequi de-
bet ipſa domina Anna. l. ſeruum filii, §. eum qui chirogra-
phum, ff. eod. & ibi d. Iaſ. in vlt. notabili dicit, quod licèt hæ-
res teneatur inſtrumenta ſubminiſtrare legatario: tamen
non tenetur ſumptibus ſuis, ſed ipſius legatarij. & ita dicit
intelligendam deciſionem Bald. in l. inſtrumenta, C. de fi-
deicom. Et ſi ſine culpa ſua domina Anna conſequi nō po-
terit legata ſibi facta, tunc petere poterit æſtimationem, &
20 repletionem ſuę legitimæ, ſi quicquam ſibi deerit, † quia li-
cèt pro legato non competat legatario actio de euictione,
l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. tamen fallit in legatis filio,
vel filiæ pro ſua legitima, quę ſi euincatur, competit ipſis fi-
lijs actio de euictione contra hæredem pro repletione ſuæ
legitimę facienda; & iſte eſt caſus in d. l. ſcimus, uerſ. quæ-
rebatur.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 Legitima debetur nepotibus, præmortuis filijs & omnibus his, quibus competit querela inoff.

2 Renunciatio filiæ an noceat nepoti.

3 Viuentis nulla eſt hæreditas.

4 Conditionalis diſpoſitio non obſeruatur, niſi de conditione purificata.

5 Dos data filiæ, cuius nepos eſt hæres, an computetur in legitimam nepotis mortua filia.

6 Filia poteſt teſtari quo ad dotem.

7 Legitima conſideratur ſecundum numerum filiorum, & non nepotum.

8 Nepotes ab inteſtato ſuccedunt in ſtirpes.

9 Legitimæ fructus debentur à die mortis aui, aut patris, de cuius ſucceſſione agitur.

RESPONSVM II.

FActi exemplum tale eſt,
Magnificus & potens vir Do. Himbertus de Ber
tenay dominus de Baſagio, duos habuit filios le
gitimos & naturales, videlicet Franciſcum, &
Ioannam Domino de Sancto Valerio nuptam viginti au-
reorum millibus in dote conſtitutis. Qui Franciſcus & Ioā
na relictis pluribus liberis, videlicet ipſe Frāciſcus duobus,
ſcilicet Raynaldo, & Anna, & dicta Ioanna quatuor liberis,
uno filio maſculo, & tribus filiabus, ante patrem Aimbertū
diem ſuum obierunt. Modo Franciſca vna ex filiabus di-
ctę dominæ Ioannæ, & de Sancto Valerio coniugum præ-
tendit ſibi deberi legitimam iure naturę debitam in bonis,
& hæreditate prædicti domini Aimberti aui materni. Con-
trarium prætendit dictus Ray. nepos & hęres prędicti domi
ni Aimberti. ſtante prędicta dote viginti millium conſtitu-
ta & ſoluta Ioannæ, ac renunciatione & quitatione in am-
pliſſima forma, ut prępponitur, facta per dictam Ioānam
de omnibus bonis paternis, & maternis &c. Ideo de pluri-
bus hęſitatur, ſuper quibus petitur reſponſum iuris &c.

Primò dubitatur, utrum prędictę dominæ Franciſcę com
petat ius petendi legitimam.

Secundo, vtrum teneatur imputare dotem matri traditā
in ſua legitima.

Tertio quanta ſit huiuſmodi legitima.

Quartò utrum debeantur fructus legitimæ, & à quo tem-
pore.

1 Circa primum † certiſſimi iuris eſt, prę mortuis filijs legi-
timam deberi nepotibus in bonis aui, tàm paternis, quàm
maternis, §. prohibemus, in Auth. de trien. & ſemiſ. l. is qui,
ff. de inoff. teſtam. his enim competit ius legitimæ, quibus
competit ius querelæ inoffi. teſtamenti, l. pater filium. eod.
tit. & hi ſunt, qui primum locum tenent, l. Gallus, §. & quid
ſi tantum. & §. 1. ff. de lib. & poſthu. Pręmortuo autem filio,
uel filia, nepotes incipiunt primum locum tenere, §. ſui. In
ſti. de hęred. qual. & diff. & iſtud planum foret, niſi domina
Ioanna mater renunciaſſet bonis paternis cum iuramento.
Renunciatio hoc loco quæſtionem mouere videtur. Pro re
ſolutione huius quęſtionis, quia verba renunciationis mi-
hi non exhibentur, non poſſum diuinare, tamen a ſufficien
2 ti partium enumeratione oſtendam † renunciationem nō
poſſe præiudicare nepotibus, neptibuſve. Aut enim renun-
ciatio fuit ſimplex facta; & omnes conſentiunt non nocere
nepotibus, per tex. in l. ſi quis filio exhęredato, in princ. ff. de
iniuſt. rupt. irritoque teſtamento, l. ſi ex patroni, §. ſi. de bon.
liber.

liber. & ſi talis renunciario fuerit iuramento vallata: aliàs fruſtra dubitaretur, quia renunciario non ualeret, l. pactum quod dotali, C. de pact. l. pactum, quod dotale, C. de coll.

Ant renunciatio non fuit ſimplex, ſed additum, quod ipſa Domina Ioanna erat dote contenta pro parte ſua; & tunc Doctor. uariant. Ludouic. Roman. in lege qui ſuperſtitis, ff. de acquiren. hæredit. fuit in ea ſenrentia, quod talis renunciatio noceat nepotibus, quia perinde eſt, ac ſi ipſa filia, quæ renunciauit, & confeſſa fuit habuiſſe partem ſuam, ſucceſſiſſet patri, argum. eius, quod not. Barto. in l. prima, §. penulti. columna finali, ff. de bonorum poſſ. & dicit Ludouic. Rom. quod ita etiam renet Bald. in d. l. pactum, quod dotale, in ſecunda, quæſtione, ſecutus fuit Decius conſi. 181. ſatis nota eſt quæſtio.

Contrariam ſententiam, quod etiam hoc caſu renunciatio non noceat neporibus, tenent Ioan. de Imo. Pau. de Caſt. & Franciſcus de Aret. in dicta l. qui ſuperſtitis, Domi. Alex. & Philip. Corn. in dicta l. pactum, quod dotali Dom. Georg. Nata in repet. capitu. quamuis, columna 24. uerſic. quæſtio iſta ardna eſt, de pact. lib. ſexto, & ita conſuluit Dominus Stephanus Bertrand. Doctor ueriſſimus, dicens iſtam eſſo communem Doct. ſentenriam, conſi. 226. viſo caſu, lib. a. & conſi. 77. Rennnciario, lib. tertio. ſundamentum huius communis ſententiæ euidens eſt, & ſolidiſſimum, quia renuncia tio filiæ, quæ renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ, ac legirimæ, & eius ſupplemento, recipit tacitam condinonē, ſi ſibi deſeratur, quæ non poreſt dici delata niſi poſt mortē patris, ut eſt text. in dicta l. ſi quis filio, uerſic. non ſuiſſe filio delatam, ff. de iniuſt. rupt. vnde cum filia præmortua ſit, con-
3 ſtat conditionem ſuiſſe deſectam, † quia uiuentis nulla eſt hæreditas, dicta l. qui ſuperſtitis, & nulla filio prædefuncto fuit unquam deuolura legitima, l. prima, §. ſed nec impuberis, ff. de collat. bono. ergo bene ſequitur, quod renunciatio habetur pro non facta.

4 Eſt enim trita concluſio, † quòd niſi purificetur conditio, nō eſt obſeruanda conditionalis diſpoſitio, l. iubemus, §. ſin autem, C. ad Trebelli. ſic uidemus in ſtipulatione facta animo nouandi obligationem conditionalem, quia ſtipulatio habet tacitam conditionem, ſi ueniar conditio obligationis nouandæ. Ideo ſi deficiat illa cōditio, ſtipulatio habetur pro non facta, l. quoties, ad fin. ff. de nouat. Qua ratione etiā utitur in propoſito Socin. conſi. 183. eleganrer, lib. 2.

Non obſtat, quòd filia confeſſa fuerit habuiſſe partem. & ſe tacitam, & contentam uocauerit, quia uerum ſub conditione, ſi ad eam hæreditas, & legitima deſerantur pro eius rata. Quæ condirio non euenit, cum ſit præmortua.

Vel aliter reſpondet Pau. de Caſtro, quòd filia ſi uiueret, non excluderetur, quia ſuiſſet confeſſa habuiſſe partem ſuā, ſed quia renunciaſſet cum iuramento, dicta capit. quamuis, de pact.

Conſtat autem iuramentum filiæ non nocere nepotibus petentibus legitimam ex perſona ſua, & non ex perſona matris, l. tertia. §. finali, cum l. ſequen. ff. de iuretur. ſed forſan dicetur prædicta procedere, niſi nepotes ſint hęredes filiæ corū matris, quaſi tunc cenſeantur habuiſſe corum legitimam ex perſona matris, cuius ſunt hæredes.

Ad iſtud reſpondetur, quod iſta ratio procederet, ſi nepotes agerent ad legitimam tamquam hæredes filiæ corū matris, quia tunc forent repellendi, per reg. ex qua perſona, ff. de regu. iur. quod eſſet, ſi pater idemque auus fuiſſet mortuus ante filiam: nam tunc nepotes excluduntur ui ſucceſſionis, quia cum filia ſuperuixerit, & habuerit dotem pro ſua parte, excluduntur nepotes ui ſucceſſionis, non ui renunciationis. Ita ſe ipſum declarat Bald. in dicta lege pactum, quod dotale. in ſecunda quæſtione, qui loquitur in iſtis terminis, ſcilicet quando filia, quæ fuit contenta dote pro parte ſua, ſuperuixit eius patri poſt mortem patris, & poſtea deceſſit relictis nepotibus hæredibus. & ita declarat Imola. & Pau. in dicta lege qui ſuperſtitis, Alexand. Corn. & ipſe Decius in dicta l. pactum, ex quo patet, quod Ludouic. Roma. remanet ſolus in opinione contraria, & Decius in d. l. pactum, ſe excuſando dicit, quod in conſultatione ſua, uidelicet in d. conſi. 181. alia concurrebant.

Non ergo recedendum eſt à communi capitulo, ne innitaris, de conſtit.

Sed iterum aliquis poterit dicere prædicta procedere, niſi filiæ promiſerit, quod nec ipſa, nec eius filij, & hæredes aliquid petent: quia reſpondetur, quòd talis promiſſio debet intelligi, quòd filij nihil petent, ſcilicet vt hæredes. iſta dicunt Barto. & alij in dicta l. qui ſuperſtitis, non alio iure, ut per Barto. in l. iuriſiuran. §. ſi liberi, ff. de oper. liber.

Cæterum ubi aliquo caſu dici poſſit, quod renunciatio filiæ noceret nepotibus, id ſanè uenit reſtringendum, ut ita demum verum ſit, ſi oporteat, quod nepotes utantur iure repñtationis, ideſt quod repręſentēt perſonam matris, ut quia uelint concurrere in legitimam cum patruis, §. cum filius, inſt. de hæred. quæ ab inteſt. ſecus, quando concurrunt cum alijs nepotibus, quia tunc unuſquiſque ex propria perſona, & ex proprio gradu agit. ita concordat opiniones Sali. in d. l. pactum, C. de pact. ſed in caſu præſenti ceſſat ius repręſentationis, quia nepotes cum nepotibus cōcurrunt, igitur, &c.

Vlterius non conſtat prædictam Dominā Franciſcam eſſe hæredem Dominæ Ioannæ eius matris, licet enim pater ei promiſerit 11. milia aureorum in dotem pro omni iure hæreditario patris, & matris, non propterea cenſetur adiuiſſe hæreditatem patris, uel matris, ut uult D. Alex. in l. ſicut, C. de repud. hęred. & ubi cenſeretur adiuiſſe, non eſt dubiū aduerſus aditionem ipſam uti læſam in integrum reſtituendā, cum ſit intra tempora, lege prima, C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin.

Circa ſecundum plura ſcribunt Doctor. in l. illam, C. de collatio. & in lege in quartam, ff. ad leg. Falci. Reſolutè procedendo, ubi Domina Franciſca non ſit hæres matris ſuæ, fruſtra quæritur, an teneatur imputare dotem datam matri pro rata, cum nihil habeat nec à matre, nec ab auo materno de dicta dote. ſed poſito, quòd ſit hæres Dominę Ioannę eius matris pro rata, videndum ergo eſt, an ipſa Domi. Franciſca dicatur habuiſſe ratam d. dotis ab auo materno, an à matre ut hæres ipſius matris.

5 Primo caſu communis opinio eſt, quòd † teneatur imputare talem dotem in legitimam ſibi debitam in bonis aui, cū illam hăbeat iuditio aui, ſecundum Bart. in d. l. in quartam, & conſ. 190. Giſbertus, Alex. conſi. 24. viſis dubijs, lib. 1. & in d. l. illam, ubi dicit hanc eſſe communem, & idem dicit Decius d. conſi. 181.

An uero dicatur habuiſſe à matre: & tunc non tenetur imputare in legitimam in bonis aui materni, cuius iuditio
6 nihil habuit. ſed à matre, † quę poterat de dote ipſa teſtari, & non teſtari, prout uoluit. ita in effectu uult Bart. in d. l. in quartam, & clarius in l. poſt dotem, ff. ſoluto matrimo. & in l. quoniam, C. de inoffic. teſtam. per text. in l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dot. & ita concludunt Alexand. & omnes Moderni in d. l. illam, & in iſtis terminis conſuluerunt Imo. conſi. 63. in caſu præmiſſo, Raph. Cuman. conſ. 86. circa princip. Bened. Capr. conſilin 53. punctus Dominæ Aluiſiæ, Corn. conſi. 190. pro deciſione, lib. ſecundo, & conſ. 148. circa princ. & conſi. 168. pro præſentis, lib. quarto. inſpicienda igitur ſunt verba inſtrumenti dotalis, quæ clariſſima hoc loco ſunt. quod Dominus de Boſagnes ſtipulatus fuit dotem reddi filiæ, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus: ergo nepotes dicuntur dotem habere à matre, non ab auo, ut patet ad oculum, ut in terminis decidit Petr. de Anch. conſil. 50. viſis diligenter, & conſ. 315. duæ, Bat. &c. Concludendū igitur eſt, quod talis dos non uenit nepotib. imputanda.

Circa tertium, ſi habeatur reſpectus ad numerum filiorū, qui fuerunt duo, certum eſt legitimam non excedere trientem. Si uero habeatur reſpectus ad numerum nepotum, qui ſunt ſex, conſtat legitimam capere ſemiſſem, iuxta taxam authen. nouiſſima, C. de inoffic. teſtamen. Vtrum autem hoc loco ſit habenda ratio ſecundum numerum filiorum, uel ſecundum numerum nepotum? Dubium eſt quæſtionē mouere, quia nepotes ſimul concurrunt ſecundum ſuum gradum, & non ſecundum gradum eorum parentum: nam ſi nepotes concurrerent in legitimam cū patruis, quia oporteret ipſos nepotes ſubintrare in locum matris, & uti iure repręſentationis, tunc ſuccederent in ſtirpes, & fieret computatio iuxta numerum filiorum, & non nepotum.

7 † Sed quia hoc loco ceſſat repræſentatio, uidetur computatio facienda ſecundum numerum ipſorum nepotum. & ita determinat Bal. conſ. 342. caſus ſuper quo. ſed quia contrarium determinat D. Fab. Biochus in d. auth. nouiſima, in quinta quæſt. quartæ quæſt princ. Et quia licet iſti nepotes
8 ſimul concurrant. † quia tamen ab inteſtato ſuccederent in ſtirpes, l. 2. C. de ſuis, & legitimis, & in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. §. ſi quis igitur. Idem dico in legitima, quæ eſt quota bonorum, quam filij uel nepotes habituri ſunt ab inteſtato, l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. teſtam. & l. cum quęrimur, C. eod.

Ad quartum, utrum legitima debeatur cum fructibus:
9 Reſpondetur paucis, † fructus deberi à die mortis aui, ut eſt

tex.in d.l.Papin. §.vnde ſi quis. & ita conſuluerunt Cardin. Floren.conſi.80.præſuppoſito ſtatuto, in fin.Bald.conſi.222. ſuper primo,lib.4.Alex.conſi.69.ſuper primo. lib.primo,So cyn.conſi.57.col.8.lib.4.Corn.conſi.265.circa primũ,col.1. lib.1.& conſi.265.in hac,col.fin.lib.3.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ defunctæ quando noceat nepotibus quo ad legitimam.*

2 *Statutum non extenditur ad forenſes, quos poteſt excludere ab acquiſitione bonorum in territorio ſtatuentium ſitorum, quãdo in rem loquitur: ſecus ſi in perſonam, niſi agatur de ſucceſſione ſuppoſiti iuriſdictioni ſtatuentium.*

RESPONSVM III.

Titius habet domicilium in ciuitate Auinionenſi, & in ciuitate Aquenſi,deceſſit relictis pluribus filiabus, & nepotibus ex matre prædefunctæ filiæ. Dubitatur, an 1 renunciatio filiæ defunctæ, quæ cum iurã renunciauit oĩbus bonis paternis,præiudicet nepotibus,vt non poſſit petere ſupplementum legitimę contra prohibitionem Titij aui, & diſpoſitionem ſtatuti prouincialis.

Si ad ius cõe quæſtio referatur,dubitatio erit non parua. ſunt enim Doct.ſuper hoc varij & contrarij, ut patet ex his, quæ traduntur per Alex.in l.pactũ quod dotale, C.de coll.& per Io.ã. de Imo. & Aret. in l.qui ſuperſtitis, ff.de acq.hæred. Mihi autem ſemper placuit opinio Lud.Roma.& ſequatiũ, quod renunciatio filiæ noceat nepotibus eo caſu, quo ſunt hæredes filiæ,quæ recepit à patre legitimam, ſeu dotem loco legitimæ,quia hoc caſu nepotes, cum ex perſona matris eius ſunt hæredes,dicuntur habuiſſe legitimam, ut latè probaui reſponſorum li.1.c.6.Nec iſto caſu obſtat,quod nepotes agant ex perſona propria,& non perſona matris, quia reſpondetur dupliciter. Primo ꝙ licèt renunciatio matris nõ noceat nepotibus, quominus agere poſſint ad legitimã ſibi debitam ex perſona propria. dato quod ſint hæredes matris, iuxta l.fina.C.de euict.cum ſimilibus,& licèt mater quæ recepit legitimam,non teneatur de euictione, attamen contra nepotes agentes obſtat exceptio eatenus, quatenus peruenit ad eos de legitima recepta per matrem,arg.l.ſi ſeruo, cum gl.& l.filium,ff.de lib.cauſa.& l.ſi ab eo, C.eo. & docet Bar.in l.cum uir, verſ. quæro quid è conuerſo, ff. de vſucap.

Secundo reſpondetur, ꝙ nepotes hoc caſu excluduntur ex perſona matris,quæ recepit legitimam ſibi debitã poſt mortem patris,& non antea,l.1.§.ſed nec impuberis,ff.de colla. bonorũ,& ſic recepit in uita, quod erat habitura poſt mortem patris,ſi ſuperuixiſſet. ſi aũt ſuperuixiſſet, ex eius perſona excluderẽtur nepotes,adeo ꝙ et per ſucceſſoriũ edictum non admitterentur,ſm Bal.Ale.d.Iaſ.& Dec. in d.l.pactum, reprobata ſententia Imo. in d.l.qui ſuperſtitis, motos quia filia,quę aliquid habet pro dote ſua,vel legitima ſua, dicitur patri ſucceſſiſſe in legitima,licèt patris hæres non ſit. ergo eadem rõne idem dicendum,ſi ſit pręmortua,quia cum receperit in uita ſuam legitimam, quam erat habitura poſt mortem patris, dicitur effectualiter ſucceſſiſſe in ipſa legitima. Et ideo nepotes,& ſi non propter renunciationem, ſaltem propter ſucceſſionẽ puto ab actione legitimæ ſeu eius ſupplemento repellendos. Et ſi inſtetur,ꝙ filia recipiendo in uita ſua legitimam non potuit per talem receptionem præiudicare nepotibus in legitima eis debita iure proprio, iſtud admitterem,ſi non eſſent hęredes matris.ſed quia ſunt hæredes ipſius matris, quæ recepit in uita id,quod erat habitura poſt mortem, dico quod nepotes eius hæredes non poſſunt improbare factum defunctæ matris, excipiendo quod matri pręmortuę nihil debetur, l.cum à matre,C. de rei uẽdica.l.ex qua perſona,ff de reg.iur.iſtud eſt quod voluit dicere Old.conſi.40. breuiter videtur.& iſtud eſt quod dixi in allegato meo reſpon. dum dixi,quod exceptionis ſubrogatum fuit loco temporis mortis ſecundum Bald.in l.quamuis,C.de fideicom.ergo debet ſapere naturam eius mortis, in cuius loco ſubrogatur,l.ſuperuacaneam,C.de tempor.in integ.reſt.cum ſimilibus, &c.

Si verò ad ius municipale quæſtio reſtringatur, probabi-
2 lis etiam videtur dubitatio, 1 quia ſtatutum prouinciale nõ videtur porrigendum ad hos nepotes forenſes,l.omnes populi,ff.de iuſt.& iu.l.ſi non ſpeciali,& l.fin.C.de reſtam.& eo maximè,quia dicti nepotes præſupponuntur etiam non habitare in prouincia,l.2. ff.quemad. teſt. aper. & traditur per Bar.in l.cunctos populos, in 3.q. C.de ſumma trinit. & fide cath. In contrarium,quod quantum ad bona ſita in prouintia ſeruandum ſit ſtatutum prouinciale excludens nepotes à ſupplemento legitimæ eo caſu, quo mater illi cum iuramento renunciauerit.probatur, quia ſtatutum poteſt excludere forenſes ab acquiſitione bonorum in territorio ſtatuẽtium,l.certa forma,C.de iure fiſ.& C. de commercijs,& mercator. per totum, & iſtud in propoſito caſu uidetur verius, per id quod decidit Bar.in d.l.cunctos populos, in 7. quæſt. verſ.licèt poteſt dubitari de tali quæſtione. Conſuetudo eſt in Anglia,ubi tenet quod ſtatutum Angliæ excludens ſecũdo genitum à ſucceſſione patris ligat ſecundogenitum forẽſem quantum ad bona ſita in Anglia, ſiue ſtatutum loquatur in rem,ſiue in perſonam, ſi pater, de cuius ſucceſſione agitur,erat ſubiectus ſtatutis Angliæ. ſequuntur Pau. de Ca. Saly.& alij communiter,vt teſtatur d.Iaſ.ibi.Idem ergo dicẽdum in caſu noſtro, in quo præſupponitur auum eſſe ſuppoſitum ratione domicilij legibus prouinciæ. & ita in propoſito noſtro determinat d.Ale.conſi.128. conſideratis uerbis,lib.1.Non obſtant iura contraria,quia procedunt, quando is, de cuius bonis agitur, non erat ſuppoſitus ſtatutis:tũc diſtinguendum eſt,utrum ſtatutum loquatur in rem, uel in perſonam,ut etiam traditur per Alex. conſi.16. lib.1. & per Panor.& alios,in c.quod clericus.de fo. compe. Sed ubi is, de cuius bonis agitur, erat ſubditus ſtatutis, tunc abſque diſtinctione ligantur nepotes, & filij forenſes. Quia tamen non uidi uerba ſtatuti, non ingredior illam difficultatem, an loquatur in rem, uel in perſonam. Sed ſi emergat ſuper hoc controuerſia, viſis uerbis ipſius ſtatuti latius diſcuti poterit punctus huius controuerſiæ.

Laus Deo Optimo Maximo.

Hic addi poſſet Reſponſum 5. incipiens, in cauſa Ioannis Anglesy, & filiorum, ſupra de ſecun. nupt.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus iuris ſeruitutem non poteſt epiſcopus imponere eccleſia libera, nec facere patronum eum, qui non fundauit, conſtruxit, uel dotauit, præcipuè eccleſiam conſecratam: poteſt tamen antiquam ſeruitutem renouare. & nu.4.*

2 *Sententia uerba, niſi teſtibus, & inſtrumentis, nullam fidem faciunt, niſi tranſiuerint in iudicatum. & nu.13.*

3 *Sententia lata non citata parte, nec emanato peremptorio nulla exiſtit, & an tranſeat in iudicatum.*

5 *Epiſcopus & ſi non poſſit nouum cenſum eccleſia imponere, poteſt tamen antiquum renouare.*

6 *Patronatus ius non acquiritur, ſed iam amiſſum reacquiritur ex reædificatione eccleſia ſine licentia epiſcopi.*

7 *Declarans nihil addit.*

8 *Enunciatiua uerba planè probant, ſi totus tenor enunciati inſeratur.*

9 *Antiquum tempus decennium dicitur in ſententia, & an ſit arbitrarium, uel 40. ann. aut 100. ann. faciant tempus antiquum.*

10 *Amiſſionem inſtrumentorum allegantiꝰ an ſit credendum ſaltem cum iuramento.*

11 *Patronatus ius conſtituitur ex ſententia, quæ tranſiuit in rẽ iudicatam.*

12 *Res iudicata pro ueritate habetur, facitque de nigro album, etiam quo ad ius patronatus eccleſia.*

15 *Citatio in antiquis præſumitur.*

16 *Nullitatis dicenda facultas tollitur triginta annis.*

17 *Præſentandi tempus, uidelicet quatuor menſes currunt à die ſcientia uacationis.*

18 *Beneficij renunciatio qualiter ſit facienda.*

DE

DE IVRE PATRONATVS.

RESPONSVM I.

IN caſu, de quo quæritur, tria du-
bia ueniunt diſcutienda.
Primò,an ſententia reſtitutionis & con-
firmationis iuris patronatus lata per Epi-
ſcopum Cremonenſem conſtituat no. de
Cataneis patronos.
Secũdo,poſito quòd ſint patroni, an pro
pter negligentiam in non præſentando infra quatuor men-
ſes dicatur ius conferendi deuolutum ordinario.
Tertiò, an collatio facta per Papam de huiuſmodi benefi
cio tanquàm reſeruato propter vacationem in curia,præiu-
dicare habeat iuſpatronatus horum de Cataneis.
Circa primum videtur quòd non valeat,† quia epiſcopus
1 non poteſt imponere hanc ſeruitutem † iuris patronatus ec
cleſiæ liberæ,& ſic non poteſt facere patronum eum, qui nõ
fundauit,conſtruxit,uel dotauit. ita in terminis decidit Pa-
nor.conſi.106.incipien.caſus,ſuper quo,circa fi. uolu.2. Et
iſtud maximè procedit, quando eccleſia eſſet iam conſecra
ta,ſecundum glo.in c.piæ mentis,16.q.7. Pan.in ca.quoniã,
de iure patron.Iſta autem eccleſia tempore ſententiæ erat li
bera. Quod eo ipſo probatur, ex quo non conſtat, quòd
tunc eſſet ſub iugo patronorum,ſecundum Panor.in c.que-
relam,colum.2.de elect.& erat cõſecrata, ut præſupponitur
in themate, ergo &c. Nec huic fundamento obſtare uide-
tur,ſi dicatur quòd conſtitit tunc epiſcopo, quòd erat iuris
patronatus dictorum de Cataneis, vt patet ex teſtibus rece-
ptis in inſtrumentis exhibitis, de quibus fit mentio in ipſa
2 ſententia:quia reſpondetur, † quòd illa uerba,viſis teſtibus,
& inſtrumentis:poſita in ſentẽtia nullam faciunt fidem,niſi
aliter de ipſis conſtet,ſecundum Bar.& alios in auth. ſi quis
in aliquo,C. de eden.per Alex.in l.ſciendum,ff.de verb.obl.
cum ſimilibus &c.
3 Secundo videtur, † quòd dicta ſententia non conſtituat
Cataneos patronos,quia nulla,tanquàm lata fuerit nõ cita-
ta parte,videlicet presbytero Firmo, cui erat facta collatio
per ordinarium, & qui erat in poſſeſſione beneficij, & de eu
ius intereſſe etiã tractabatur, clemen. paſtoralis, de re iudi.
cum ſuis concord & non emanato peremptorio, c.conſu-
luit, de offic.deleg.l.properandum.§. & ſi quid,C.de iud.
Præmiſſis tñ non obſtantib.credo contrarium fore de iu-
4 re verius. & ad hoc oſtendendum conſidero primo, † quod
epiſcopus, licèt non poſſit creare aliquem patronum, qui
non ſit, & ſic de nouo creare ius patronatus: poteſt tamen
creatum ius reſtaurare, reficere, & renouare. Aliud enim
eſt eccleſiam ſeruituti ſubijcere, aliud ſeruitutem antiquã
renouare,l.3.§.fina.ff.de itin.actuque priu.c.Iudæi,de Iudæ.
& ad terminos noſtros facit quod dixit Ioã.Andr.poſt Hoſt.
5 in cap.ſignificauit, de cenſ. vbi decidunt, † quod licet epi-
ſcopus non poſſit nouum cenſum imponere eccleſiæ: po-
teſt tamen antiquum renouare, quia non uidetur facta de-
terior conditio eccleſiæ,ſi ad id quod ab initio eccleſiæ im-
poſitum fuerat,reuertitur,argumen. l.ſi unus,§.pactus,ff.de
pact.& ita etiam tenent Ant. & Felyn. in c.cum acceſſiſſent,
colum. penul. de conſtit. & ibi etiam Gemi.ad propoſitum
6 decidit, † quod licèt aliquis non poſſit eccleſiam reędifica-
re ſine licentia epiſcopi ad finem, ut acquirat ius patrona-
tus: tamen ille, qui aliàs erat patronus, poterit reædificare
ſine licentia,& reacquirere ius patronatus ſine licentia epi-
ſcopi. Potuit ergo epiſcopus nob. Cataneos, etiam ſi pa-
troni eſſe deſijſſent. ad eorum antiquum ius patronatus re-
mittere,licèt ius ipſum ipſi Catanei ad hue haberent, & re-
tinerent,ut infra oſtendã.Secundo licèt epiſcopus nõ poſſit
de nouo facere patronum,qui non ſit; poteſt tamen decla-
rare ex probationibus aſſumptis alicui competere ius pa-
7 tronatus. † Nam qui declarat, nihil noui facit, l. hæredes
palam,ff.de teſtam.c.ex parte,de conſu.ſententia autem, de
qua agitur, eſt declaratoria, igitur &c. ex iſtis apparet pri-
mum fundamentum pro contraria parte nihil obſtare. Et ſi
dicatur, fatemur ꝙ epiſcopus potuit confirmare,renouare,
& etiam declarare ius patronatus Cataneis pertinere, dum-
modo conſtiterit eidem de iure patronatus antiquo ipſorũ
de Cataneis. ſed non conſtat de aliquo eorum iure, quia
illa verba poſita in ſententia, viſis dictis & teſtimonijs, non
probant, niſi denuo exhibeãtur, iuxta plene tradita in d. au
then.ſi quis in aliquo. & in hoc præcipuè ſe fundare uiden-
tur aduerſantes, ut ex lectura proceſſus percipere potui. ſed
iudicio meo debile eſt, & faciliter reſolubile iſtud funda-
8 mentum, † quia ubi notarius exprimit locum & tempus,
ac tenorem actorum geſtorum,& in ſubſcriptione aſſerit ſe
omnibus interfuiſſe, tunc talia uerba plenè probant,acta in
ſententia enunciata præceſſiſſe,ſecũdum Spec. tit. de ſenten.
§.nunc autem,verſ.& nota. & clarius hoc voluit Bald.in l.iu
riſiurandi, in fine princ. C. de teſta. & firmant Cano. Hoſt.
d.Ant.Imol.Panor.in ca. quoniam contra, de proba. in in-
ſtrumento autem ſententiæ notarius atteſtatur plures teſtes
depoſuiſſe, quòd dicti de Cataneis fuerunt & erant patroni
dictæ eccleſiæ de Vindelago, & quòd depoſuerunt in loco
Carauatij, & tempore, quo dominus Ioan. Steph. Butigella
epiſcopus erat in uiſitatione, & poſtea in ſubſcriptione idẽ
notarius aſſerens ſe ſcribam, & cancellarium prædicti do-
mini epiſcopi,atteſtatur omnibus,de quibus in ſentẽtia, in-
terfuiſſe. ergo talia verba plenè probabunt.
Accedat ſecundo,quòd iam ſunt 45.anni,quòd lata eſt di
9 cta ſententia, quo caſu dicitur de antiquo.† ſententia enim
dicitur de antiquo per decennium,ſecundum Aret. conſi.
35.caſus talis eſt,colum.2.vel ſaltem,vt ipſe refert, eſt arbi-
trarium. ſed quis negabit, quod tempus 45.ann.non dica-
tur de antiquo? certè nullus,hodierno ſaltem tempore quo
& menta, & corpora defecerunt, ca.fraternitatis, 34.diſtin.
Nam licèt in alia materia communis opinio videatur eſſe,
quod requiratur ætas centum annorum, vt dicatur eſſe de
antiquo: tamen in ſententia aliter tenet Aret. & illa opinio
hodie attenta diminutione ætatis hominum nõ poteſt pro-
cedere. Ideo tenendum eſt,quod hodie res dicatur de anti-
quo, ſi ſit de annis 40.vt tenet Alex. conſi.4.in 2.volu.col.9.
ubi alia allegat. in his autem, quæ ſunt de antiquo, uerba
enunciatiua in inſtrumento plenè probant abſque eo ꝙ in-
ſtrumentũ enunciatũ exhibeatur,ſm d.Ant.in c. fi.de ſucc.
ab inteſt.& in c.quoniam contra,de prob. & per Moder.in l.
ſciendum, ff.de verb. obliga. Tertio ex quo per inſtrm præ-
ſentationis & inſtitutionis ſecutæ de anno 1419.apparet hãc
eccleſiam eſſe iuris patronatus, & ſic non liberam: certè nõ
poteſt cum ueritate affirmare, quod epiſcopus nouum ius
patronatus conſtituerit. Hoc ſic ſtante ꝙ aliqualiter conſtet
hanc eccleſiam fuiſſe ſemel iuris patronatus, debuit epiſco-
pus credere Cataneis allegantibus & iurantibus ſe perdidiſ
ſe iura facientia fidem de iure patronatus ipſorum, ex quo
deducebant caſus fortuitos bellorum, & malorum tempo-
rum. ita Bal.in l.fi.ad fi.C.de eden.ſequitur Felyn.in c.ſicut,
10 col.6.ad fi. de re iud.vbi dicunt, † ꝙ ſi allegans amiſſionem
inſtrumentorum eſt perſona honeſta, & alleget veriſimilia,
puta incendium domus,vel guerram,tunc eius iuro creden
dum eſt. facit bonus tex.in l.ſi ad ſuum, C. de fide inſtrum.
11 Quartò,† hæc ſententia in pręiudicium eccleſiæ tranſiuit in
rem iudicatam, cum fuerit & ſit lata, & approbata ab ipſo
epiſcopo. Vnde ẽt ꝙ non fuiſſent verè patroni,tñ ꝑꝑ tranſi-
12 tum in rem iudicatam effecti ſunt veri patroni. † res enim
iudicata ꝓ ueritate habetur, l.rei iudicatæ,ff.de reg.iur.l.in-
genuum,ff.de ſta.hom.c.cum inter,de re iud.& ut ſæpe dixit
Bal.facit de nigro album. & quòd ſñia lata ſuper iure patro
natus tranſeat in rem iudicatam, & faciat ius, tàm pro, ꝗ 9̃,
13 tenet Alex.in conſi.75.col.5.vol.4. † & ex hoc infertur, ꝙ ſi
tranſiuit in rem iudicatam, ꝙ probat narrata in ea præceſſiſ
ſe,abſque eo quod exhibeantur acta,ut per Fel.in d.c.qm 9̃.
in hoc etiã eſt aduertendum, ꝙ uirtute allegatæ ſñię Cata-
nei dicũtur in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, & ſic dicti
Catanei habent tit.& quaſi poſſeſſionem. vnde ſequitur, ꝙ
dñs Dauid ab eis præſentatus,eſt inſtituendus:aliàs dicti Ca
tanei dicerentur ſpoliari ſua quaſi poſſeſſione, ut eſt caſus
in c.querelam,de elect.Notat Innoc.in c.in literis,de reſtit.
ſpol.Quod aũt Catanei ſint in quaſi poſſeſſione, oſtenditur
in ipſa ſentẽtia, ubi adeſt pactũ ꝙ presbyter Firmus, cui erat
facta collatio authoritate ordinaria, & quæ nulla dicebat̃
tanquàm facta ſine conſenſu patronorum, c.illud,c.ex inſi-
nuatione,de iu.patr.ſit legitimus curator eccleſiæ prædictę,
& ſic Catanei paciſcendo dicuntur conſentire collationi iã
factæ,l.1.ff.de pact.ibi, pactum eſt duorum vel plurium con
ſenſus. & epiſcopus talem conſenſum admiſit. vnde ex hoc
ipſi dicũtur præſentaſſe dictum presbyterum Firmum,& col
lationem conualidaſſe ſua ratificatione, ſecundum Ioan.
And.in ca.per noſtras,de iure patr. & Gemin.in conſ.45.col.
fina.in conſilijs nouiter impreſſis.
Ex præmiſſis etiam apparet, ꝙ non obſtat defectus nullita-
tis oppoſitus contra ſñiam, quia lata non citato presbytero
14 Firmo. † Attamen aliter rñdetur, ꝙ ex quo nunquàm fuit

appellatum à dicta ſententia, eſt præſumendum, quod fue-
rit ritè & rectè lata, c. hanc, de elect. d. Auton. & alij in d. cap.
quoniam contra, & in terminis de defectu citationis, Alex.
conſi. aa. viſo proceſſu, volu. 2.
15 Secundo, † ex quo eſt de antiquo, citatio præſumitur in-
teruenisse, ſecundum Lud. Roma. & Moder. in l. ſciendum,
ff. de uerb. obliga. Bal. in c. 1. de mili. vaſſa. qui. d. Iaſ. in l. nec
quicquam, §. ubi decretum, colum. 9. vbi ponit iſta duo, ff.
de offic. procon.ſ.
16 Tertio, † quia ſpatio triginta annorum tollitur facultas
dicendi de nullitate, inſtitu. de perpet. & temp. act. & ita in
terminis Prat. Pap. in forma appell. a differentia, in uerſ. &
in quantum ſit aliqua. Secundum dubium non expedit
17 diſputare, † quia quatuor menſes ſtatuti ad præſentandum
incipiunt currere à die ſcientiæ vacationis ſecũdum Ioan.
Andr. & Panor. in c. fina. de iure patr. & in c. cum propter. eo-
dem tit. & Fede. de Sen. conſi. 124. quod etiam allegat Pan.
in ca. quia propter. in vltimo not. de teſtamen. & in cap. nos
quidem, cum glo. 3. de teſtam. Modo non fuit probatum,
quod Cataneī habuerint notitiam de renunciatione, pro-
pter quam dicitur uacaſſe iſtud beneficium, igitur &c. & ſi
dicatur quod fuit facta intimatio generalis in terra Catana-
tij dictę renunciationis, & prouiſionis factæ d. Ioan. France-
ſio aduerſario, reſpondetur, quod à die talis intimationis
non dicuntur lapſi quatuor menſes, & fruſtra oppugnatur
negligentia. Secundo adducitur, quòd ſtantibus præmiſſis,
quod dicta ſentẽtia renouauerit ius patronatus & quod Ca-
tanei dicantur vigore cõſenſus præſtiti per ipſos collationi
factę dicto presbytero Firmo in quaſi poſſeſſione, ut ſupra
probatum fuit; Non poteſt dici, quod beneficium uacaue-
18 rit per talẽ renunciationem, † quia renunciatio facta ſine
conſenſu patroni non tenet, nec facit quòd beneficium ua-
cet, quantum ſit reſpectu patroni, & epiſcopi, ſed ſolum dici-
tur vacare quo ad ipſum renunciãtem, quem epiſcopus po-
terit, ſi voluerit, priuare tali beneficio. Ita Panor. in ca. quod
in dubijs, & in c. admonet, de renun. & in ca. ſignificatum, &
in c. multa, de præben.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 Patronatus iuris ceſſio an & quando fieri poſſit, ac in diuiſione uni ſoli adiudicari.

2 Patronatus ius pro temporali cedens, illud amittit.

3 Patronatus ius eſt indiuiduum in ſubſtãtia, & diuiduum quo ad ius præſentandi, & in eo ſuccedītur in ſtirpes, & non per capita.

4 Patronatus ius tranſit cum uniuerſitate bonorum.

5 Patronatus ius cum ſit indiuiduum quo ad ſubſtantiam, eſt etiam penes quemlibet ex compatronis inſolidum, nec continetur in diuiſione bonorum.

6 Patronatus ius acquiritur fundatione, & dotatione.

7 Præſentare & eligere ſe ipſum nemo poteſt, uox tamen eius cõputatur in numero.

8 Præſentatus ab habente maiorem partem iuris patronatus eſt præferendus.

9 Simonia diffinitio.

10 Argumentum à diffinitione.

11 Simoniæ uitium quis contrahere dicitur, etiam ſi eo ignorante pro ipſo aliquid datum fuerit non ſolum præſentato, ſed etiã eccleſiæ, niſi datum ſit ante promotionem abſque aliquo pacto, uel etiam poſt. & num. 14. & 19.

22 Teſtes duo in qualibet cauſa etiam criminali ſufficiunt.

13 Simoniæ crimen poteſt probari per probationes, quæ reijciũtur in aliquibus.

15 Simonia facilius committitur in dato ante, quàm poſt collationem.

16 Regula ſi de quo magis.

17 Simonia non contrahitur ex dotatione eccleſiæ facta ſub conditione, quòd Titio conferatur eccleſia.

18 Diffinitione remota remouetur & diffinitum.

19 Simoniam non contrahit, ſi poſt receptos ordines aliquid ſponte det collatori. & nu. 22.

20 Vſuram non contrahit recipiens aliquid à ſponte dante poſt diſſolutum mutuum

21 Iudex non prohibetur recipere ſibi poſt ſententiam ex liberalitate oblatum.

23 Conſuetudo quòd pro ſepultura aliquid ſoluatur, an ualeat?

24 Teſtes de auditu non faciunt fidem, & etiam ſunt ſingulares, & ſi non deponant, à quo audiuerint, non probant etiam in caſibus, in quibus contra iuris regulas admitterentur.

25 Teſtes deponentes ſuper fama publica abſque ratione non probant, etiam quòd de cauſa non ſint interrogati.

26 Fama nihil probat, niſi conſtet, unde originem habuerit, & dicitur potius uana populi uox, & an probetur ſimonia.

27 Interpretatio delicti excluſiua eſt ſumenda.

RESPONSVM II.

Qui ueritas eſt, me dirigat in ſemitam ueritatis.

EX longa facti narratione tria dubia principalia petitorium reſpicientia reſultare concipio.

Primum, an aliquod ius patronatus ſit penes Claudium Morem, & Ioannem Bachetti tutorio nomine filiorum ſuorum.

Secundum, poſita parte affirmatiua pręcedentis dubij, an Philibertus Cordini habeat potiorem & meliorem partem Iuris patronatus, quàm nominati Claudius, & Ioannes.

Tertium, poſito quod Philibertus ſolus ſit patronus, uel pro maiori parte, an præſentatio per ipſum facta de domino Petro Regis fuerit, & ſit ſimoniaca.

Ad primum breuibus agendo videtur, quod per ceſſionem
iuris patronatus titulo tranſactionis, & diuiſionis hæredita-
tis factam prędicto Philiberto non perdiderint ius patrona-
tus. nam Ioan. Andr. Goffr. & Panor. in c. querimoniã, con-
1 cludunt † talem ceſſionem & adiudicationem iuris patro-
natus factam vni ex cohęredibus compatronis nullius eſſe
momenti, quia ſi hęreditas ęqualiter diuiditur, non apparet
ratio, quia vni ſoli ius patronatus debeat adiudicari. Si ue-
rò adiudicatur illi, cui data fuit minor pars, quàm deberé-
tur, non valet talis adiudicatio, quia in recompenſationem
bonorum temporalium remiſſum videtur ius patronatus,
quod eſt ius ſpirituale, contra cap. de iure, de iur. patro. & ſe-
quitur pręceptor meus d. Ro. Curt. in ſuo tractatu de iure
patro. in verſ. vel is à quo cauſam habuit, in 12. quæſtio. &
Dec. conſi. 149. in cauſa iurispatronatus, col. 1. ſed pręmiſſis
non obſtantibus crederem pręedictos Morenum & Bachet-
tos per talem ceſſionem & remiſſionem perdidiſſe ius pa-
2 tronatus, quod ſibi competebat. Si enim dixerimus † remiſ-
ſionem non valere, quia ſimoniaca fuit remittendo ſpiritua-
le pro temporali, ut dicunt pręfati Doct. in d. cap. querimo-
niam, tunc clarè concludendum eſt cedentes perdidiſſe ius
patronatus, quanquàm ceſſionario ſuo acquiratur, ſecundũ
Ioan. Andr. & Panormitan. poſt alios communiter, repro-
bata glo. ibi in cap. quia clerici, de iure patronatus. Indignũ
enim eſt, ut patronus amplius fruatur iure patronatus,
quod pro re profana & temporali alienauit, ſecundum eos.
Si uerò dixerimus ceſſionem non ualere, non quia ceſſerint
ius ſuum patronatus pro aliquo temporali percipiendo,
3 † ſed quia illud ius Philiberto compatrono liberaliter re-
miſerunt abſque conſenſu epiſcopi. quo caſu donatio non
valet, vt per Panormit. & alios in cap. illud, eodem tit. Re-
ſpondebo, quod verum eſt, quando ius patronatus titulo do-
nationis alienatur in laycum extraneum: ſecus, ſi donetur
compatrono, quia valet ipſa donatio, ſecundum glo. in ca.
nemini. 16. quæſtio. ſeptima, & in clemen. ſi plures, in ver-
bo, liberè, de iure patro. quam ibi ſequuntur Imo. & Card.
& idem tenet d. Iaſ. in l. volun as, colum. 2. C. de fideicom.
& Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum, colum. antep. de conſtit.
vbi ex pluribus ſimilibus iſtud comprobat, quę non refero,
ne fruſtra folia impleantur. & idem tenent glo. & d. Ancha.
in ca. ex inſinuatione. per illum tex. de iure patronatus, & li-
cèt Panor. ibi dicat, quod iſtud eſt æquius, licèt contrarium
ſecundum eũ eſt uerius. Præterea illud, quod dr̃, quod donatio
iuris

iuris patronatus facta ſine conſenſu epiſcopi non ualet,
ſanè debet intelligi, videlicet quantum ad translationem
iuris patronatus in donatarium. nam translatio fieri non
poteſt abſque diœceſani conſenſu, ſed in præiudicium do
nantis ualet, ſecundum dominos meos de Rota deciſio.
872. quidam laicus, in antiquis, inſerentes ꝙ conſenſus epi
ſcopi quandocunque ſuperueniens validat talem donatio-
nem in fauorem donatarij, ita quòd præſentatus ab eo de-
bet præferri à præſentato à donante.

3 Circa ſecundum ſciendum eſt, † quod licèt ius patrona-
tus ſit indiuiduum in ſubſtantia, eſt tamen diuiduum quò
ad ius præſentandi, cap. primo, de iure patro. Item ſciendũ
eſt, quod hæredes plurium patronorum ſuccedunt in iure
patronatus in ſtirpes, & non in capita, clemen. plures, de iu
re patro. Cum itaque tres fuerint fratres patroni, & funda-
tores huius capellæ, videlicet Ioannes presbyter, Guiliel-
mus, & alter Ioannes de Corditijs, & Philibertus fuerit &
ſit hæres vtriuſque Ioannis, & hæres dicti Guilielmi pro
duabus partibus, Morenus verò & Bachetti ſint hæredes
ſolum pro tertia parte dicti Guilielmi, reſultat clara con-
cluſio, quod Philibertus habet duas integras uoces, & ter-
tiam partem tertiæ vocis. Et Morenus, & Bacchetti ſolum
habent vnam tertiam partem vnius tertiæ uocis. Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, quod Ioannes presbyter remiſit partem, &
portionem ſibi in domo, & bonis ſpectantem pro certa quã
4 titate bladi, & conſequenter etiam cenſetur remiſiſſe † ius
patronatus, quod tranſit cum vniuerſitate bonorum, cap. ex
literis, de iure patronatus, l. in modicis, cum gloſ. ff. de con
trahenda emptio. quia reſpondetur, quod in tali remiſſio-
ne non continetur ius patronatus, quia in iure patronatus
quo ad ſubſtantiam ipſius iuris, de qua nunc agitur, Ioan-
nes presbyter non habebat partem, ſed erat apud eum in-
5 ſolidum, † cum ius patronatus ſit quo ad ſubſtantiam in-
diuiduum, & penes quemlibet inſolidum, d. cap. primo. de
iure patronatus. Et propterea dicebat Bald. in l. ſi familię,
C. famil. erciſcun. quod in diuiſione omnium bonorum
non continetur ius patronatus, quod eſt penès quemlibet
inſolidum. Præterea huiuſmodi ceſſio non eſt vniuerſa-
lis, ſed particularis, vt de ſe patet, & tradit Bal. in l. fina. C.
de edict. diui Adria. tollen. & conſequenter non eſt exten-
denda ad ius patronatus. Non etiam obſtat, quod alter,
Ioannes & Guilielmus ſoli præſentauerint ipſum Ioãnem:
quia reſpondetur, quod licet Ioannes presbyter non præ-
ſentauerit ſe ipſum: tamen non propterea ſequitur, quod,
6 non ſit patronus. † Nam ius patronatus acquiritur funda-
tione, & dotatione, cap. piæ mentis, 16. quæſtio. ſeptima,
nec perditur ex eo, quod ſemel & pluries omiſerit patro-
nus pręſentare, cap. conſultationibus, de iure patronatus,
& ibi nota. Et forte non præſentauit ſe ipſum, exiſtimans
7 ſe ipſum non poſſe. vulgo enim dicitur, † quod nemo po-
teſt ſe ipſum eligere, per tex. in l. ſi mandauero, §. ſi tibi cen
tum, ff. manda. & nemo poteſt ſe ipſum præſentare, cap. per
veſtras, de iure patronatus, licèt veritas ſit, quod licet quis
non poſſit ſe ipſum eligere, poteſt tamen coeligere, & uox
ſua computabitur in numero, cap. cum in iure, de electio.
traditur etiam per Panormit. in cap. gratum, ſuper gloſ. pe-
nult. de poſtul. pręla. Sed poſito quod Ioannes presbyter
remiſiſſet ius ſuum patronatus alteri Ioanni, & Guilielmo,
quia tamen Morenus, & Bachetti non eſſent hæredes niſi
pro una tertia parte dictorum Guilielmi, & Ioannis. & Phi-
8 libertus eſt hęres pro duabus partibus, † & ſic habet maio-
rem partem iuris patronatus, bene ſequitur quod pręſenta-
tus ab ipſo Philiberto venit pręferendus, dicta clemen. plu-
res, & c. quoniam in quibuſdam, eo. tit. Et eo maximè, quia
p̃ſentatus à Philiberto fuit prius inſtitutus, & prius adeptus
poſſeſſionem, cap. ſi duobus, de reſcrip. ca. ſi à ſede, de prę-
ben. lib. 6.

Circa tertium, an pręſentatio facta per Philibertum de
dicto domino Petro Regis, dici poſſit ſimoniaca, pro intro-
9 ductione ſciendum eſt, † quod ſimonia nihil aliud eſt,
quàm ſtudioſa voluntas concedendi ſpirituale, aut ſpiri-
tuali annexum pro temporali ad actum emiſſa, ſecundum
ſummiſtas, & Panormitan. in rub. de ſimon. Ideo uiden-
dum eſt, an per inſtrumentum depoſitiones 50. Floreno-
rum penes dictum Philibertum, & per teſtes exhibitos pro-
betur ſimonia. Et prima facie videtur quòd ſic.

Nam inſtrumentum, quod Claudius Regis frater d. Pe-
tri præſentati contemplatione præſentationis factæ per di-
ctum Philibertum dedit & exburſauit eidem Philiberto
Florenos 50. pro una penſione ſolidorum quinquaginta ac-
quirenda ad opus, & vtilitatem dicti Petri Regis, & ſucceſ-
ſorum in dicta capella, & ſic conſtat, quod datum fuit tem
porale pro ſpirituali. ergo contractum fuit vitium ſimo-
10 nię, † arguendo à diffinitione, l. prima, §. dolum, ff. de
dolo.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd Petrus Regis non dedit ali-
quid, & ſic ex parte ſui non poteſt dici contracta ſimonia:
11 † Quia ſufficit quod frater ſuus dederit etiam eo ignoran-
te, & conſequenter ſufficit, quod contracta ſit ſimonia ex
parte præſentantis, capit. ſicut tuis, de ſimon. Non etiam
obſtat, ſi dicatur, quod frater non dedit ipſos quinquagin-
ta Florenos Philiberto patrono. ſed capellæ, quia etiam
qui dat aliquid eccleſiæ, vt ad illam promoueatur, incur-
rit labem ſimoniæ, cap. tua nos, eodem titu. accedant
depoſitiones trium teſtium, qui deponunt fratrem dediſſe
Floren. quinquaginta dicto Philiberto occaſione præſenta-
tionis, & quod eſt publica uox, & fama de conſignatione,
12 & traditione dictorum Florenorum quinquaginta. † nam
ſi duo teſtes in alijs cauſis etiam criminalibus ſufficiunt, ca
pit. in omni negotio, de teſt. l. vbi numerus, ff. eodem
titu. multo magis in crimine ſimoniæ debeat ſufficere,
13 † quia in tali crimine admittuntur probationes odio crimi
nis, quæ in aliquibus reijciuntur, cap. tanta eſt labes, de
ſimonia.

Præmiſſis non obſtantibus, arbitror non poſſe dici, quòd
ex deductis & probatis fuerit contractatum aliquod vitium
ſimonię, ad quod demonſtrandum aſſumo pro fundamen-
to concluſionem, quam facit tex. in dicto cap. tua nos, in
ſecundo reſpon. ſi ſine pacto eccleſiæ, ad quam petat pro-
moueri, quid offertur, non eſt ſimonia: ergo donatio facta
ante promotionem abſque aliquo pacto pręcedente ab eo,
14 qui poſtea fuit promotus, non inducit ſimoniam. † Multo
minus inducet donatio facta a tertio poſt præſentationem:
nam facilius contrahitur ſimonia, ſi temporale datum ſit à
promoto, quàm à tertio, vt probatur in dicto cap. ſicut tuis,
15 † & facilius committitur, ſi temporale detur ante collata
ſpiritualia, quàm poſt, quia quod poſt datum fuit, non ita
ex ambientis petitione proceſſit, cap. ſicut epiſcopum, pri-
16 ma quæſt. ſecunda. † Nam ſi de quo magis non videtur ineſ
ſe, non ineſt ergo nec de quo minus, auth. multo magis, C.
de ſacroſ. eccleſ.

Secundo videtur quòd ſi frater, uel alius tertius det eccle
ſię aliquid, ut alteri eccleſię conferatur, quòd talis collatio
17 non dicatur ſimonia. † Nam ſi teſtator in teſtamento do-
tet unam capellam cum hoc, quod conferatur Titio: Col-
latio facta Titio in executione uoluntatis teſtatoris ualet,
nec dicitur ſimoniaca ſecundum Rotam Deciſione 662.
in titu. de teſtamen. in antiq. Nec enim huic caſui videtur
conuenire diffinitio ſimonię, quia ex parte præſentantis, ſeu
conferentis abeſt voluntas dandi temporale pro ſpirituali,
quia ſibi nihil acquiritur: nec etiam ex parte eius, qui præ-
ſentatur, uel cui confertur, quia ipſe nihil dedit pro ſpiri-
18 tuali obtinendo. † vnde ſi remouetur diffinitio, & diffi-
nitum remoueri neceſſe eſt, dicta l. prima, §. dolum, & pro
pterea tex. in dicto cap. tua nos, in primo reſponſo, loquitur
in eo, qui dedit bona temporalia eccleſię, vt ſibi confera-
tur. Nam iſto caſu eſt ſimonia ex parte dantis, qui habet
cupiditatem conferendi ſpirituale pro temporali: ſecus
videtur, quando tertius dat eccleſiæ ratione, de qua ſu-
pra.

Tertiò, quia ſi frater hos quinquaginta Florenos poſt fa-
ctam præſentationem ſponte, & liberaliter obtulit Phili-
berto patrono pro emenda una penſione quinquaginta ſo-
lidorum ipſi capellæ, non uidetur commiſſa ſimonia.
19 † Nam etiam in ſimoniacis, quia prohibitus, vt in ordini-
bus ordinatus, ſi poſt receptos ordines ſponte aliquid etiã
collatori donauerit, non contrahitur ſimonia, dicto cap.
20 ſicut Epiſcopum. prima quęſtio. ſecunda. Facit, † quia non
eſt vſura recipere aliquid a ſponte dante poſt diſſolutum
21 mutuum, ſecundum gloſ. in cap. conſuluit, de uſur. † Item
Iudex poſt latam ſententiam nõ prohibetur recipere, quod
ſibi liberaliter offertur, ſecundum Geminia. in capit. ſtatu-
tum, §. inſuper, de reſcrip. lib. ſexto.
22 † Nam abſque vitio ſimoniæ recipiuntur ſponte oblata,
cap. emendari, prima quæſtio. prima, cap. placuit, prima quę
ſtio. ſecunda, cap. & ſi quæſtiones, cap. dilectus, de ſimonia,
& dixit Panor. in cap. abolendę, de ſepul. & in cap. cum M.
23 Ferrarienſis, de conſt. † quòd licèt non ualeat conſuetudo,
quod pro ſepultura aliquid detur temporale Sacerdoti, ut
dicitur in dicto cap. abolendæ, tamen poſt ſepulturã licitè

recipitur, quod offertur: imò ſecundum eum poſſunt compelli hæredes defuncti ad obſeruandam conſuetudinem, quod communiter tenetur, licèt in hoc ultimo ego ꝯrium teuuerim.& verius credam, ut probaui in tractatu meo de peſte, char.65.verſ.96. Ex iſtis apparet quod per inſtrumentum depoſiti non probatur, quod huiuſmodi præſentatio ſit ſimoniaca. minus etiam probatur ex depoſitionibus te-
24 ſtium, quia duo ex eis deponunt de auditu: † Teſtes autem de auditu non faciunt fidem, ca. licèt ex quadam, de teſtib. l.teſtium, C. de teſt. nec deponũt a quibus audiuerint in ſpecie, & ſi deponunt a quibus audiuerint, vnus dicit audiuiſſe ab vno, alius ab alio, & ſunt ſingulares: vnde non probaret etiam in caſibus, in quibus contra regulas iuris admittitur teſtimonium de auditu, ſecundum gl. Ioan. Andr. & d. Ant. de Butr. in d.c. licet ex quadam. Tertius autem dixit uidiſſe inſtrumentum dicti depoſiti. vnde non plus probat ipſum inſtrumentum, quod conſtat non probare, vt ſupra deduxi, ergo &c. Nec obſtat, ſi dicatur, quod omnes tres teſtes concorditer deponunt, quod eſt fama publica, quod frater dicti domini Petri Regis dedit 50. Florenns dicto Philiberto, vt fratrem præſentaret: quia reſpondeo, licet non videre in
25 teſtes, quod non aſſignant rationem dicti ſui. † nam teſtes deponentes ſuper publica fama non probant, niſi aſſignent rationem concludentem per ſenſum corporis, ſecundn Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. Dicens quod teſtes, ſi deponant, quod eſt publica fama, quod Titius commiſit ſimoniam, quod talis teſtis nõ probar, niſi addat rationem, quia audiuit a maiori parte populi. & illud dictum Bartol. communiter recipitur ſecundum d. Alexan. conſi. 100. uerſ. ſextus, lib. 1. etiam quod non fuerit de cauſa interrogatus, ſecundum Innoc. in ca. cum oporteat, de accuſ. Panor. & Fel. in c. cum cauſam, de teſtibus, & in c. ueniens, colnm. fin. eo. tit. cum concord. adductis per Decium conſi. 37. in cauſa rigoroſa colum. 3.
26 Secundo reſpondetur, † quod iſta eſt nuda fama, cum nõ fuerit probatum, unde traxerit originẽ; quo caſu nihil probat, quia non dicitur fama, ſed vana vox populi. l. decurion. C. de pœn. c. a. de elect. Ita formaliter dixit Panor. in cap. ueniens, 1. de teſt. & dixit ibi Bal. quod diſcretus Iudex non ſolum debet interrogare de ſama, ſed de ratione ſamæ. & dixit Bal. in c. ſuborta, de re iud. quod nuda fama, quam non conſtat habuiſſe originem ex aliqua probabili cauſa, nõ eſt ponenda inter genera probationum. quanto magis ergo non erit recipienda fama, quam conſtat habuiſſe originem ex falſa cauſa, ut in caſu noſtro, in quo conſtat hanc famam ortum ſumpſiſſe ex illo depoſito Florenorum 50. quod, ut ſupra dixi, iuridicum fuit, neque ſimoniam inducit. nam teſtes, qui deponunt audiuiſſe dici, quod frater dederat Philiberto pro præſentatione eius fratris Flor. 50. concordari poſſunt cum inſtrumẽto, vt dicamus dediſſe, ſcilicet ex cauſa depoſiti, prout cantat inſtrumentum. nam cum ſit identitas ſummæ, & identitas cauſæ (contemplatione enim præſentationis frater depoſuit, vt dicitur in inſtrumento) de eiſdem 50. Flor. & teſtes, & ſcripturam loqui interpretãdum eſt, l. tritium, ubi Bar. ff. de verb. oblig. l. cum centum, ff. de
27 adim. leg. Et in caſu noſtro † hæc interpretatio ſumenda
28 eſt, quia eſt excluſiua delicti, l. merito, ff. pro ſocio. † Inſuper etiam quod eſſet probata publica fama: tamen talis fama non etiam probat ſemiplenè crimen ſimoniæ, ut eſt caſus in c. in ſimoniacũ. de ſimon. quod procedat, etiam ſi de crimine quæratur excipiendo, ut in terminis noſtris, c. tam litens. & ibi Bal. ad hoc extollit illum tex. de teſt. refert & ſequitur Fely. in d. c. ueniens, col. 4. eo. tit.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

1 Patronorum conſenſu mediante poteſt epiſcopus ſemel inſtitue re præſentatum a patronis contra formam fundationis.
2 Vicarius epiſcopi non poteſt niſi ea quæ ſunt iuris, non quæ ſunt gratiæ, niſi hoc ſibi fuerit ab epiſcopo conceſſum, minus & alterare fundationem. nu. 5.
3 Regula, qui uult unum, uult pariter omne antecedens, & ſubſequens ad illud.
4 Præſentans præſumitur habere notitiam perſonæ præſentatæ.
6 Copula, &, eſt repetitiua qualitatum præcedentium.
7 Relatiuum, is, ea, id, eſt demonſtratiuum & reſtrictiuum.
8 Clauſula executiua an & quando operetur.

RESPONSVM III.

Qui veritas eſt, me dirigat in viam veritatis.

VIdetur, quòd inſtitutio facta per officialem Vaprent de Aſtoyno noo presbytero acta valeat, licèt contrarium diſponat teſtamẽtum fundatoris, quia communis opinio eſt,
1 † quòd epiſcopus cum cõſenſu patronorum poteſt pro vna vice inſtituere præſentatum à patronis contra formam fundationis, ſecundum d. Anton. Panor. & Felyn. in ca. cum acceſſiſſent, de conſtit. quos ſequitur Dec. cõſi. 121. col. 1. quicquid dixerit Rochus de Curte in tractatu ſuo de iure patro. in verſ. de diœceſani cõſenſu, q. 15. Nec huic concluſioni re-
2 fragari uidetur, ſi dicatur, † quod Vicarius epiſcopi non habet facultatem diſpenſandi, cum non poſſit niſi ea, quę ſunt iuris, & non ea quæ ſunt gratiæ, ſecundum Guil. in clemen. prima, de offic. vica. & Silu. in tractatu de beneficio, in 14. q. 2. par. quia ex inſpectione ſui vicariatus, & mandati apparet, quod d. Epiſcopus Vaprent dedit ſibi authoritatẽ faciendi quaſcunque diſpenſationes. Non etiam refragari uidetur, ſi obijciatur, quòd in caſu iſto non conſtat de conſenſu patronorum. Quia aduertendum eſt, quòd patroni dando mandatum procuratori ad præſentandum prædictum de Aſtoyno clericum, & non ſacerdotem, videntur etiam dediſſe mandatum, ut conſentiant derogationi neceſſariæ, &
3 etiam petendi diſpenſationem neceſſariam, per † regulam, qui vult vnum, vult omne antecedens, & omne conſequens neceſſarium ad illud, l. ad rem mobilem, ff. de procur. & ca. de cauſis, de offi. deleg. Præterea ipſi patroni præſentãdo medio procuratoris eorum ſcienter inhabilem contra formã fundationis uidentur conſentire derogationi, & contrauentioni illius formæ, l. Titius, ff. quib. mod. pig. uel hypoth. ſol. & ita in terminis noſtris decidit Dec. d. conſi. 121. iſta ſunt quę multum aduerſantur intentioni Bolgatelli. Et ideo eſſem huius opinionis, quòd iſta intimarentur domino Bernardo, qui reſponderi faciat. Non etiam videtur obſtare ſi diceretur, dato quod patroni conſtituant procuratorem ad præſentandum dictum de Aſtoyno clericum, per hoc noo infertur, quod ipſi habetent notitiam & ſcientiam, quod di-
4 ctus de Aſtoyno non eſſet presbyter, † quia præſentantes pręſumuntur habere notitiam & ſcientiam perſonæ pręſentatæ, & qualitatem ipſius, ſecundum Bart in l. ſi patronus, ff. de confir. tit. glo. & Canon. in ca. innotuit, de elect.

Iſtis non obſtantibus videtur determinandum contrariũ ex duobus. Primo conſidero defectum in inſtitutione ex parte Vicarij inſtituentis, qui licèt habeat de iure communi poteſtatem inſtituendi ex propria iuriſdictione, ca. ex fre-
5 quentibus, de inſti. tamen non † habet poteſtatem alterãdi formam fundationis, quia eſt actus grarioſus, & diſpenſatiuus Vicario interdictus, ſecundum Geminia. in conſi. 38. colum. 3.

Nec huic fundamento obſtat, ſi dicatur, quòd in mandato Vicarij eſt data in ſpecie facultas diſpenſandi, quia aduertendum eſt, quod in duobus locis in dicto Vicariatu fit mentio de dicta diſpenſatione. Primo datur poteſtas conferendi beneficia quibuſcunque perſonis, & eiſdem diſpenſandi &c. Quod intelligi debet ſuper collationibus, quod probo ex duobus.
6 † Primò ex copula, quæ repetit qualitates præcedentes, l. Seię, §. Gaio, ff. de fun. inſtru. & ſic verba illa, eiſdem diſpenſandi, quæ debeot intelligi eiſdem, ſcilicet quibus conferuntur beneficia.
7 Secundo † ex relatiuo, eiſdem, quod eſt demõſtratiuum, & reſtrictiuum, l. prima, C. de ſumma trini. & fi. cath. Secũdo fit mentio ibi; Quaslibet collationes, inſtitutiones, & diſpẽ-
8 ſationes ratas &c. Sed etiam iſtud nihil facit, † quia clauſula executiua non ampliat diſpoſitionem, in qua nulla eſt habita mentio de diſpenſatione, clementina prima, de præben. Cum ergo in mandato non ſit facta mentio niſi de diſpenſatione ſuper collationibus clauſulæ executiuæ, non operabuntur, ꝙ ẽt fiat extenſio ad diſpenſationes ſuper inſtitutionib. Secundo conſidero quod inſtitutio fuit ſaltẽ modalis, videlicet ꝙ ſe promoueri faceret infra ſex menſes ad

ad ſacerdotium iuxta formam fundationis,quo caſu elapſis
dictis ſex menſibus abſque eo, quod non fecerit ſe promo-
ueri,euanuit inſtitutio.
Nec obſtat diſpenſatio Vicarii, per quam cum Aſtoyno
9 diſpenſauit vſque ad quadriennium, † quia hoc non potuit
abſque conſenſu patronorum,ſecundum Abb.in cap.inno-
tuit,de elect. vel quia etiam poſt quadriennium elapſi ſunt
quatuor menſes, ita q iterum ius eſt deuolutum Epiſcopo,
quæ deuolutio ex eadem cauſa retrotrahitur, ut per Rotam
deciſ.508.tit.de iure patron.in Auth. licet collector teneat
oppoſitum, ut ibi, & ita tenuit Ioan.Ferra.cautel.55.ſcien-
dum eſt.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia præſumitur libera, ubi non conſtat de iure patronat.
*2 Præſentandi ſolum quaſi poſſeſſio,& non ius patronatus acqui-
ritur ex unica inſtitutione facta ad præſentationem.*
*3 Patronatus ius ex fundatione,& dotatione acquiritur,& præ
ſcriptione 40.an.in præiuditium ueri patroni.*
*4 Patronatus ius præſcribitur 40.an.in præiuditium ueri patro
ni,non libertatis eccleſiæ.*
*5 Papa & Legatus de latere an poſſint apponere manum in præ
iuditium patronorum ex præſcriptione,uel priuilegio, uel fun
datione,& dotatione.& nu.7.*
*8 Patronatus ius in dubio præſumitur ex fundatione, uel dota-
tione,& non ex præſcriptione,& quare ſit Laycis conceſſum.*
9 Delinquere quis non præſumitur.
*10 Hæres præſumitur poſſidere rem hæreditariam,modo nõ neget,
nec appareat alius,hæredem ſe eſſe aſſerens.*
*11 Prior in data etiam unica hora,potior eſt in iure circa collatio
nes beneficij.*
*12 Præſentatum ab exiſtente in quaſi poſſeſſione ſufficit ad validi
tatem inſtitutionis,licet non ſit uerus patronus præſentans,
& à tali præſentatus præfertur præſentato à uero patrono.*
*13 Præuentio inter Epiſcopum & legatum habet locum in collatio
nib.beneficiorum.*

RESPONSVM IIII.

Qui ueritas eſt, me in ſemitam dirigat ueritatis.

VIdetur primo aſpectu dicendũ prouiſio
nem Domini Legati præualere inſtitutioni fa-
ctæ per ordinariũ ad præſentationem no. & ho.
1 neſtæ Matronæ D.Nicoletæ Cabaſolæ, † quia nõ
conſtat de aliquo iure patronatus prædictæ Dominæ Nico-
letæ,vnde eccleſia debet præſumi libera,ſecundum Inno.in
c.cum venerabilis,de excep.in fi.Arch.in c.decernimus,16.
q.7.Pann.in c.querelam,col.2.in 4.nnt.de elect.
Nec obſtat,ſi dicatur conſtare de iure patro. ex duab.ulti-
mis immediate præcedentibus inſtitutionibus factis ad præ
2 ſentationem prædictæ D.Nicoletę, † quia licet ex inſtitutio-
ne etiam vnica facta ad præſentationem etiam acquiratur
quaſi poſſeſſio præſentandi,c.conſultationib. de iure patro-
natus,not.Panot.in c.cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. &
propr.Innoc.in c.2.de in integ.reſt.Fed.conſ.234.pũcto &c.
3 † Nõ tamẽ acquiritur ipſum ius patronatus,ad quod acqui-
rendum opus eſt fundatione dotatione, uel conſtructione,
ſecundum glo.in c.piæ mentis,16.q.7. declarant Imo.& alij
in rub.de iur.patr.
Et ſi dicatur etiam præſcriptione acquiri ſecundum com
munem ſententiam Doct.ut per Gemi. conſi.123. Decium
conſ.124.126.& 134.& Feli.in c.cauſam quę de præſcri.& in
ſuo tractat.quomodo literę Apoſt.&c, Reſpondeo,q in ca-
ſu noſtro non ſunt decurſa legitima tempora ad præſcriben
4 dum. † Requiruntur enim 40.anni.ut dicitur in locis præal
legatis,qui nondum decurſi reperiuntur.
Præterea illa communis opinio procedit in præiudicium
ueri patroni: ſecus in præiuditium libertatis ipſius eccleſię,
ut eſt de mente Io.And.in reg.quod alicui,de reg.iur.lib.6.
& Spec.in tit.de iure patron.in fi.Aret.in rub.de iud, Gemi.
in c.1.ad fi.de iur.patr.lib.6. ſic conſuluit Alex. conſi.74.vi-
ſis,in fi.uol.4. Et poſito quod eſſet acquiſitum ius patron.ex
5 præſcriptione: † tamen Legatus de latere poteſt apponere
manum in præiuditium patronorum ex pręſcriptione, uel
priuilegio,ſecundum Feder.de Sen.conſ.63.D.Ant.Card.&
Panor.in c.dilectus,de offi.leg.Dec.conſi.149.in fi. & ſi dica
tur verum eſſe,ſi derogauerit, ſed in caſu iſto nõ derogauit,
dico legatum de latere præiudicare patronis ex præſcriptio-
ne,etiam ſi abſque derogatione conferat,ſecundum Car in
clem.1.in 5.col.iſt lit.pen.D.Ant.in d.c.dilectus, Alex.cõſi.
74.col.fi.aſſignans rationem, q licet patroni præſcripſerint
contra ordinarium,non tamen præſcripſerunt contra Papã,
uel eius legatum. Ideo de iure non quæſito contra eos non
eſt neceſſaria mentio,nec derogatio.
Verum pręmiſſis non obſtantib.iuxta ea, quæ proponun-
tur,contrarium arbitror fore verius. Et pro fundamento
intentionis prædictæ Dominæ Nicoletæ ſubijcio infraſcri-
ptas concluſiones.
6 Prima concluſio,ex unica præſentatione ſecuta inſtitutio
ne,& apprehenſione poſſeſſionis beneficij per inſtitutum ac
quiritur quaſi poſſeſſio iuris patronatus,d.c.conſultationib.
& d.c.cum eccleſia Sutrina,ubi Panor. cum alijs ſupra alle-
gatis.declarat Card conſi.1 a.tit.de iure patro.ſequitur Pan.
conſi.54.in primo.Oldra.conſ.312.thema quæſtionis. & iſta
eſt apud omnes indubitata concluſio. Cum ergo in caſu no
ſtro plures præſentationes,& inſtitutiones ſucceſſiuè, & im-
mediate prætendentes probatæ fuerint,remanet concluden
dum dictam D. Nicoletam eſſe in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi.
7 † Secunda concluſio, Papa & legatus in dubio ſicut confe-
rendo beneficium ſimpliciter non intelliguntur derogare
iuri patronatus laicorum, niſi expreſſe ſit derogatum, & fa-
cta mentio iuris patr.gl.& Scrib.in c.a.de præb.lib.6.Pannr.
& alij in c.cum dilectus,in fi.de iur.patr.Lapus alleg.96.etiã
ſi conferant motu proprio,ut per Fel.in c.cauſam quæ, col.
2.de teſti.& in ſuo tract.quomodo litteræ Apoſt. &c,ita etiã
non præſumuntur uelle derogare quaſi poſſeſſioni iuris pa-
tronatus, ut pulchre conſuluit Dec.conſi.126. in cauſa Do-
mini Franciſci Gentilis,col.fi.ſubijciens, ibi col.a.
Quod ita ſeruat curia Romæ,& ita procedit opinio Imo.
in d.c.dilectus,de offic.leg.bene facit, quod eſt facienda mẽ
tio de colorata poſſeſſione alterius,alias prouiſio reputatur
ſubreptitia, c.cum noſtris de conceſ.præb.Rot.tit.de reſcri.
deciſ.32.& 72. in antiquis, cum ergo nulla ſit facta mentio
de quaſi poſſeſſione prædictæ D.Nicoletæ,nec illi derogatũ,
non pręiudicabit dicta prouiſio Do.Legati in aliquo iurib.
prædictę Dominæ Nicoletæ. Nec obſtant allegata ſupra in
contrarium tum quia non admittuntur per curiam, ſecun-
dum Dec.tum quia conceditur,quod legatus poteſt deroga
re iuri patronatus laicorum ex præſcriptione, ſi uelit, & ex-
preſſe derogat: ſecus,ſi ſimpliciter conferat, quia non præſu
mitur uoluiſſe, vel aliter, & iſta erit optima & uera concor-
dia.dico quod ſi in narratione prouiſionis d.Legati ſit facta
mentio de iure patro. ex præſcriptione, uel de quaſi poſſeſ-
ſione laicorum,legatus ſimpliciter conferendo intelligitur
illi derogaſſe: quod ſecus eſt, ſi in narratione non ſit facta
mẽtio de iure patronatus ex fundatione,uel dotatione,quia
nunquam per ſimplicem prouiſionem abſque ſpeciali dero
gatione præſumitur derogatum,ſecundum Fel.in c.cum in
ter,col.3.de exceptio. Dicẽs,quod tempore ſuo ſæpe ita fuit
pronunciatum in Rota. Et in iſtis terminis procedit opinio
contraria.ſed ubi in narratione prouiſionis nulla ſit mẽtio
de iure patronatus laicorum ex præſcriptione, uel de quaſi
poſſeſſione ipſorum.quia nunc non apparet Legatum cogi-
taſſe aliqualiter de iure patr. nec de quaſi poſſeſſione laico-
rum non præſumitur uoluiſſe derogare alicui iuri,nec quaſi
poſſeſſioni ipſorum laicorum,& ita procedit opinio Imo.&
Deci.facit c.ſuper eo de officio delegat.& l. nec auus, C.de
eman.liber.cum ſimilibus, & in iſtis terminis procedit the-
ma.quæſt.noſtræ.ex pręmiſſis itaque concludo inſtitutionẽ
ordinarij præualere prouiſioni Domini Legati, quia proui-
ſio Domini Legati facta abſque derogatione iuris patr. ſeu
quaſi poſſeſſionis in caſibus etiam in quibus poteſt,non ua-
let.c.decernimus,16.q.7.c.illud,ubi Abb.de iur.patro.Rota
de iure patr.deciſ.10.in antiq.& Cald.conſi.ultimo, de iure
patr.& alibi ſæpe.Et quantum ad propoſitum paria ſunt eſſe
patronum,uel in quaſi poſſeſſione, ſecundum Car. conſ.65.
incipi.quo ad primum. Dec.conſi.117.col.3. aliàs eſſet ſpo-
liare prædictam Dom.Nicoletam ſua quaſi poſſeſſione con
tra omnia iura,& contra omnem æquitatem. d.c. conſulta-
tionibus,

tionibus,& d.c.querelam.alia etiam uia inſtitutio præualet,
quia legatus non poteſt derogare iuri patronatus laicorum
ex fundatione,vel dotatione,d.c.dilectus,de offic.legat.& ſi
poſſet ex ſpeciali cõceſſione ſanctiſſimi D.Noſtri, ſaltem re
quireretur ſpecifica derogatio,ut ſupra dixi , quæ non inter-
uenit in caſu iſto,igitur &c.

Quod autem D. Nicoletæ cõpetat ius patronatus ex fun-
8 datione,vel dotatione,probatur ſic, † quia in dubio ius
patronat.præſumitur ex fundatione,uel dotatione,& non ex
præſcriptione. Eccleſia enim non naſcitur de ſe, neque dota
tur,ergo ab antiquo conſtructam,& dotatam fuiſſe neceſſa-
rio dicendum eſt.hinc de gratia conceſſum fuit ius patrona
tus laicis,vt ad conſtruendum,dotandum,& fundandum ec
cleſias inuitarentur,ſecundum glo.in c.cum dilecti, in gloſ.
magna,ad fin.de iur.patro.ab eo autẽ, qui reperitur in quaſi
poſſeſſione,vel ab anteceſſoribus ſuis conſtructam & dotatã
fuiſſe præſumendum eſt quia ſi aliter diceremus, præſume-
remus quaſi poſſeſſionis fuiſſe uſurpatorem, & ſic deliquiſ-
9 ſe,†quod non eſt dicendum,c.fi.de præſump.l.merito,ff.pro
ſocio. Et ita in terminis tenet Dec.in d.conſi.117. col.fi.&
conſi.146.colum.1. Et ſi dixeris, quòd Decius loquitur, qñ
conſtat de poſſeſſione antiqua,reſpondeo,quòd ratio prædi
cta concludit,etiam quod non ſit antiqua , dummodo non
appareat de contraria quaſi poſſeſſione libertatis. tamẽ eſto
quod ita ſit,dico etiam conſtare de antiqua,& antiquiſſima
quaſi poſſeſſione dictæ Dominæ Nicoletæ,mediante prima
quaſi poſſeſſione auctorum ſuorum,videlicet Bertiandæ, &
Berengariæ ſororum de Caluarijs. Et quartum medio iam
prope annos centum prædicta Domina Nicoleta eſt in qua
ſi poſſeſſione præſentandi .

Nec obſtat , ſi dicatur non conſtare , quòd ipſa habuerit
10 cauſam à dictis ſororibus: quia reſpondetur, † quod ex poſ-
ſeſſione rei hæreditariæ præſumitur,quod poſſeſſor ſit hęres,
quando ipſe non negat ſe hæredem,nec apparet alius,qui ſe
hæredem aſſeueret,l.1.& 2.C.de repud hæred.Bald. in l.non
hoc,C.unde legitimi,dum dicit,quod illa lex procedit,quã-
do poſſeſſor ſe negat hæredem,notatur in l.getit, & in l.pro
hærede,ff.de acquir.hæred.

Cum igitur. D.Nicoleta reperiatur in quaſi poſſeſſione iu
ris præſentandi,quod eſt quid hæreditarium dictarum ſoro
rum,clem. ſi plures , de iure patro. aſſeratque ſe quaſi poſſi-
dere iure hæreditario,ſatis concludenter probatur ipſam hę
redem fore dictarum ſororum.

Tertia ratione præferendus eſt inſtitutus ad præſentatio-
11 nem prædictæ D.Nicoletæ, †quia prior eſt in data , & conſe-
quenter potior in iure,cap.capitulum ſanctæ Crucis , de re-
ſcript.quod procedit , etiam ſi ſit prior ratione unius horæ ,
glo.in c.ſi à ſede,& ibi Gemi.de præben.lib.6. & in c.pen. de
reſcrip.col.16.Abb.& Fel.latè in c.paſtoralis, eo.tit.cum er-
go ordinarius prius per duas horas inſtituerit præſentatum
ante collationem dicti legati,optime ſequitur concluſio, ꝙ
potior erit inſtitutus per ordinarium,vt eſt caſus in d. ca. ſi à
12 ſede. Et pro iuſtificatione huius rationis ſciendum eſt, † ꝙ
ad ualiditatem inſtitutionis ſufficit, quod inſtitutus fuerit
præſentatus ab his,qui erant in quaſi poſſeſſione, licet patro
ni ueri non eſſent,cap.cõſultationibus,de iur.patr.Imo præ-
ſentatus à quaſi poſſeſſore præfertur præſentato à ueris patro
nis,ſecundum Panor.& communiter alios in d.c.cum eccle
ſia Sutrina,Rota de præb.deciſ.5.in antiq.Panorm. in d.cõſ.
54.Dec.conſ.129.dato ergo millies , quod non conſtaret de
ipſo iure patronatus,non tamen negari poteſt,quod inſtitu-
tio non fuerit legitima:ideo cõcludo inſtitutum habere po
tiora iura,quia per prouiſionem D.Legati ſubſecutam, etiã
quod potuiſſet derogare iuri patronatus,& quaſi poſſeſſioni
patronorum laicorum ; non tamen ſequitur ſublatum ius
iam acquiſitum ex inſtitutione priori,ut eſt caſus in d. c. ſi à
13 ſede . † Et ideo dicitur,quod in collationibus beneficiorũ
inter legatum,& Epiſcopum habet locum præuentio, ſecun
dum gl.approbatam ab omnib.in c.1.de offi.leg.lib.6.Ioan.
And.in c.paſtoralis,de offi.ord.eod.lib.

Laus Deo Opt. Max.

Reſponſum quintum incipiens,uiſum fuit prima cõſideratione, eſt impreſſum ſub reſpon. 59. ſecundum impreſſionem Lugdunen.1564.

SVMMARIVM.

1 Copula,&, poſita inter plures hæredes uocat eos æqualiter, & uniformiter copulat in contractibus : ſecus in ultimis uoluntatib. quia tunc ſtat diſcretiue. & nu.3. & 4.

2 Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filijs,& hæredibus non uocat filios tantum,aut hæredes tantum, ſed filios,qui ſunt hæredes.

Subſtitutio facta de patre & filio , intelligitur ſeparatim uno poſt alium.

5 Copula,&,quando ſtat augmentatiue,& deſignat ordinem.

6 Hæredes plures uocati per copulam intelliguntur ſimul uocati, ſi inter eos non cadit ordo ſucceſſionis ab inteſtato.

7 Fundationi præualet authorizatio.

8 Patronatus iuris diffinitio remiſſiue.

9 Renunciatio omnium bonorum comprehendit etiam ius patronatus,& emphyteuſim.

10 Emphyteuſis continetur appellatione bonorum paternorum.

11 Patronatus iuris donatio an fieri poſſit ſine conſenſu Epiſcopi.

12 Patronatus ius tranſit cum uniuerſitate.

13 Patronus committẽs ſimoniam priuatur iure præſentandi ipſo iure,& facto.

14 Verbum excluditur,& ſpoliatur,denotat facti executionem.

15 Teſtis eſſe non poteſt in criminalibus ſocius criminis , & mulier.

RESPONSVM VI.

Qui ueritas eſt , me dirigat in ſemitam ueritatis

CIrca primum dubium , ſi ver-
ba fun
dationis reſpiciamus,ius patronatus,de quo agi
tur,videtur tam ad Antonium hæredem quàm
ad Margaritam ſororem propinquiorem ſpecta
re.Illa.n.verba,hæredib. & propinquiorib.in ſanguine . . . . .
1 †Nam illa copula,&,uocat hæredes, & propinquiores æqua-
liter,l.ſi hæredes,ff.de leg.1.ſi quis Titio,ff. de uſufr.accreſc.l.
reos,§.cum in tabulis, ff.de duob.reis, l. ſi pater, & ibi plenè
per D.Iaſ.de uulg. & pup.facit tex.in l.re coniuncti,cum ſua
materia,ff.de leg.3.

Nec obſtat,ſi dicatur,quòd copula debet vniformiter co-
pulare,& ſic debet intelligi de propinquiorib. hæredibus,l.
Seię,§.Gaio,ff.de fund.inſtr.ut etiam in ſimili dixit Bart. in
2 l.ut iuriſiurandi,§.ſi liberi,ff.de oper.liber.ubi uult,†quod ſi
quis recipiat emphyteuſim pro ſe,filijs,& hæredib. quod co-
pula non uocat filios tantum ,& hæredes tantum , ſed filios
ſolum,ſi ſunt hæredes.& illam deciſ.Bar.ſequitur Alex.in va
rijs conſilijs,quæ non refero breuitatis gratia,quia illa deci-
ſio procedit in contractib.& quando ultimo loco uocantur
3 hæredes . † nos loquimur in vltimis voluntatib. & in caſu ,
in quo primo nominati fuerunt hæredes. In ultimis autem
uoluntatib.etiam ꝙ hæredes per copulam uocentur ultimo
loco : tamen hæredes diſcretiue ſimul cum alijs uocati in-
telliguntur,ſecundum Bar.in l.Gallus, §.etiam ſi parentem,
ff.de liber.& poſth.ubi decidit, ꝙ ſi teſtator ſubſtituit Titiũ ,
& eius filios, & hæredes, ꝙ filij ſeparatim, & hæredes ſepara-
4 tim cenſeantur ſubſtituti,†quia copula poſita inter duo uer-
ba indeterminate poſita, & non reſpectu certæ ſubſtãtiæ ſtat
augmentatiuè,l.ea tamen adiectio,ff.de leg.3.
5 Non etiam obſtat,ſi dicatur,†quod copula deſignat ordi-
nem,& ſic ꝙ primo uocauerit hæredes , & ſucceſſiuè nullis
extantib.hæredibus uocauerit propinquiores de ſanguine ,
6 †quia quando plures vocantur per copulam , ſi inter eos nõ
cadit ordo ſucceſſionis ab inteſtato, intelliguntur ſimul vo-
cari,ut per Bar.in l.Gallus,§.quidam rectè, ff.de lib.& poſth.

Si uero reſpiciamus uerba,quib.fuit ius patronatus appro
batum,& authorizatum,tunc ordine ſucceſſiuo admiſſi fue-
runt propinquiores.Illa.n.verba, & demum propinquiorib.
in ſanguine,uocant ultimo loco propinquiores,c.tam litte
ris,extra de teſtib.Dubium ergo ſtat in hoc,an authorizatio
7 præualeat fundationi.†breuiter ſecundum ea, quæ proponũ
tur,arbitror,ꝙ authorizatio præualeat , & ꝙ propinquiorib.
non ſpectat ius patronatus, niſi deficientib.hęredib.quia ius
patronatus non acquiritur alicui niſi conſentiente Epiſco-
8 po,ut patet ex† diffinitione iuris patron.de qua per Panor. &
alios in rub.de iure patr.& probatur in c.nobis,de iure patr.
& in c.piæ mentis,& in c.Frigentius.16.q.7.Calde.conſi.ulti
mo,ſub rub.de iur.patr.& Rota deciſ.10.& 17.eo.tit.in anti-
quioribus.

quiorib. Fel. in c. ex parte, col. 1. de reſcrip. rationem aſſignat Panor in c. illud, de iure patr. bene facit, quod idem Panor. determinat in c. cum ſeculum, eod. tit. Cum itaque proponatur, ꝗ Epiſcopus noluit cōſentire, ꝗ propinquiores eſſent patroni, niſi ordine ſucceſſiuo, ergo ad eos non ſpectabit ius patronatus ſimul cum hæredibus.

Sed poſito, quod propinquiores eſſent uocati à teſtatore & Epiſcopo ſimul cum hæredibus, tamen ſtante ceſſione facta per dictam Margaritam prædicto Antonio in ea forma, in qua facta reperitur, adhuc ipſi Margaritæ nullum ius pat. competeret, quia illud donaſſet dicto Antonio hæredi, & cō patrono.

Ceſſit enim Margarita omnia iura, & omnes actiones ſibi competentes ſuper bonis & hæreditate dicti teſtatoris tā iure teſtamenti, legati, ſubſtitutionis, quàm ab inteſtato, &
9 tam iure proximitatis, quàm alia quauis cauſa. † vnde ſine dubio cenſetur remiſiſſe etiam ius patro. ſibi debitum ex teſtamento ratione proximitatis, ſicut dixit Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, uerſ. 158. quod ſi filius renunciauit hæreditati, & omnibus bonis paternis, cenſetur etiam renunciaſſe emphyteuſi, quæ ſibi ut filio, non ut hæredi ſpectabat, ut ſi pater recepiſſet emphyteuſim pro ſe, & filijs, iuxta tradita per Bar.
10 in l. iuriſiurandi, §. ſi liberi, eo † quia appellatione bonorum paternorum comprehenditur emphyteuſis, ſequitur, & multum commendat Dom. Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. libertus, colum. fi. ff. de cond. inde. quanto fortius in caſu noſtro, in quo Margarita ſoror fundatoris inſtituta ceſſit, & donauit expreſſè non ſolum iura, actiones, & bona, quæ ſibi ſpectabant ex teſtamento, & ſic etiam ius patronatus, quod alia ratione ſibi non competit, quàm ex teſtamēto, ſed etiam expreſſe donauit omnia iura ſibi competentia ratione proximitatis: ſiue ergo Margaritæ ut hæredi, ſiue ut proximiori competat ius patronatus, amplius ad eam non attinet, quia illud donauit Antonio compatrono.
11 †Et ſi dicatur donationem non ualere, quia non interuenit conſenſus Epiſcopi, cap. illud, de iur. patron. Reſpondeo, uerum, ſi ſpecialiter donaſſet ius patronatus: ſecus, ſi donauit ius patronatus cum uniuerſitate bonorum, quia tunc nō requiritur conſenſus Epiſcopi, ſecundum Panor. & commu
12 niter alios ibidem, † quia cum uniuerſitate tranſit ius patronatus abſque conſenſu Epiſcopi, cap. ex literis, de iure patr. Item reſpondeo, quod quando patronus donat ius patronatus compatrono, non eſt neceſſarium, quod in ipſa donatione interueniat conſenſus Epiſcopi, clem. ſecunda, in uerbo, libere, de iure patro. quod expreſſius uoluit Fel. in ca. quæ in eccleſiarum, col. 28. de conſt.
13 Circa ſecundum, † an Margarita propter ſimoniam ſit priuata iure præſentandi, reſpondeo eam eſſe priuatam, capit. conſulete, de Simon. & uidetur, quod ſit priuata ipſo iure, quia tex. ille dixit, ementes & uendentes, iure excluduntur ab eccleſia, cui iniuriam intulerunt, conſtat autem emptorē eſſe priuatum ipſo iure, ſecundum Panorm. in c. cum clerici, de pact. ergo idem dicendum in uenditore, cum una determinatio plura determinās ęqualiter omnia determinet,
14 l. iam hoc iure, ff. de uulg. & pup. facit, † quia uerbum, excluduntur, eſt uerbum denotans executionem facti, vnde præſupponit priuationem iam factam, ut in uerbo, ſpolietur, dicunt Moderni in c. 2. de reſcrip. & per D. Iaſ. in l. rem quę nobis, ad finem, ff. de acq. poſſ. & per Feli. in c. Rodulphus, de reſcrip. & quod Simoniaci priuētur ipſo facto, tenet Hoſtiē. in ſumma de Simonia, §. qua pœna, uerſi. cum uerbo, ſi placet.

Ad tertium patet reſponſio ex prędictis.

Ad quartum reſpondeo, quod confeſſio Margaritę parū,
15 uel nihil nocet pręſentato per eam, † quia eſt conſocia criminis, quia mulier, quia ſola, ut eſt caſus in cap. ueniens, primo, de teſtibus.

Laus Deo Opt. Max.

S V M M A R I V M.

1 Patronatus ius acquiritur ex non modica dotatione eccleſiæ nōdum conſecratæ: ſecus ſi ſit iam conſecrata. quia tunc requiritur ſpecialis licentia Epiſcopi.

2 Altare eſt pars eccleſiæ.

3 Teſtatoris uoluntatis executio ad Epiſcopum deuoluitur, ſi hæredes fuerint negligentes in exequendo.

4 Dies pro homine interpellat, etiam ſi ſit appoſitum multiplicandæ obligationis gratia.

5 Patronis laicis non poteſt legatus præiudicare.

6 Legatus dicitur ordinarius totius prouinciæ, & concurrit cum quolibet ordinario, & locus eſt præuentioni.

7 Error non nocet, ubi de perſona conſtat.

R E S P O N S V M VII.

VIdendum eſt pro diſſolutione omnium difficultatum, quæ ſunt in cędula porrecta contra Dominum Ioannem Giraudi, an ex dotatione aſſignata altari ſancti Petri loci de foſſio de Florenis cētum pro celebranda vna miſſa ſingula hebdomada potuerit acquiri ius patronatus hæredib. ipſiꝰ. viſum fuit prima
1 facie, quòd ſic, † quia ex dotatione acquiritur ius patronatus, vt probatur ex diffinitione iuris patronatus in cap. filius, 16. q. 7. & in c. quoniam, de iure patro. cum ſimilibus.

Præmiſſis non obſtantibus, videtur concludendum contrarium, quia illud, quod dicitur, quòd dotatione ſola acquiritur ius patronatus, procedit, ſi dotetur eccleſia nondum cōſecrata: ſecus, ſi dotetur aliqua eccleſia iam conſecrata, ſecūdum gl. in c. piæ mentis. 16. q. 7. & ibi Arch. & Feder. Senen. conſi. 234. ſuper primo puncto, in fi. Feli. in c. cum venerabilis, col. 12. de excep. Gem. conſi. 32 pro examinatione prædictorum, colum. 4. quia dotans eccleſiam iam conſecratam non deducit rem de non eſſe ad eſſe ſicut facit patronus, & quia videretur imponi ſeruitus rei ſacræ. & iſta fuit ratio gl. in d. c. piæ mentis, & conceſſio iuris patronatus facta per prælatos in eccleſiis ſuis iam conſecratis ſine licentia ſpeciali eſt ipſo iure nulla, cap. hoc conſultiſſimo, de reb. eccl. non alien. lib. 6. & loquitur Gem. in conceſſione altaris, ſeu unius capellę. & poſito, quod alias de iure, uel ex conſuetudine poſſet ex dotatione eccleſiæ conſecratæ acquiri ius patronatus, illud uerum erit, ſi eccleſia conſecrata nullam dotem habeat, & iſtud tunc conceditur fauore eccleſiæ, ſecundum Card. & Panor. in c. quoniam, de iur. patr. Ioan. Andr. in ca. 1. eod. tit. ſic intelliges opinionem Inno. qui viſus fuit tenere contrariū, & ita tenet Panor. conſi. 27. in cauſa communis, lib. 2.

Nec obſtat ſi dicatur, quod altare ſitum in eccleſia S. Petri non habebat aliquam dotem, quia ſatis eſt, quod ipſa eccle-
2 ſia eſſet dotata, † cum altare ſit pars ipſius eccleſię, c. cum ſint, de eccle. ędifica. in terminis noſtris reſpondet Panor. in cōſ. 59. quidam dominus, lib. 2. non etiam ex tam modica dote, quæ uix ad luminaria ſufficiet, poteſt acquiri ius patronat. ſecundum glo. in c. quicunque, ſecundo, 16. q. 7. Iaſ. in auth. præterea, C. vnde vir & uxor. Iſto dubio ſic diſcuſſo tollūtur omnes difficultates de quibus in cędula.

Et primo ceſſat difficultas, an ualuerit præſentatio Dom. Ioannis, quia tempore impetrationis dicta capellania ad dictum altare erecta, & authorizata erat authoritate Reuerendiſſimi Domini.

Secundo ceſſat illa difficultas, an dicti hæredes fuerint negligentes, uel ne, & an quadrimeſtre datum patronis ad præſentandum, ut in d. c. quoniam, non incœperat currere, niſi à die erectionis, quia negatur ipſis hæredibus competere aliquod ius patronatus. Vel eſto, quòd incœpiſſent habere ius patronatus poſt erectionem, & non ante, reſpondetur, quòd ius patronatus fuit deuolutum Reuerendiſſimo Domino non ex eo, quia poſt erectionem fuerint hæredes negligen-
3 tes, † ſed quia fuerint negligentes in exequendo volūtatem defuncti, executio deuoluitur ad ordinarium, cap. nos quidem, & cap. ſi hæredes de teſtam. Nec dicatur, quod nō poſſunt heredes dici negligentes, niſi fuerint moniti, ut uoluit glo. & Scriben. in d. ca. nos quidem. quia reſpondetur, quòd ubi dies eſt præfixa in teſtamento, non requiritur alia moni-
4 tio, † quia dies interpellat pro homine, l. magnam, C. de cōtrah. uel commit. ſtipul. ſecundum Imo. in d. c. nos quidem. Sed in teſtamento eſt appoſita dies multiplicandæ obligationis gratia, videlicet qualibet hebdomada, quæ dies multiplicandæ obligationis gratia etiam interpellat, & cōſtituit in mora. ſecundum Bart. in l. tria ſtipulatus, magna, in 2. & 3. q. ff. de uerb. oblig. item non procedit, ſi eſſet factum edictū, uel ſtatutum generale, prout ſolet, quod quilibet debeat intra annum ſoluere legata ad pias cauſas, &c. ſecundum Panorm. in d. c. nos quidem, & in d. cap. ſi hæredes.
5 Ceſſat etiam alia difficultas dum dicitur, † quod dominus legatus non potuit præiudicare patronis laicis, ca. dilectus, de offic. leg. quia negatur iſtos eſſe patronos: uel procedit niſi ius fuerit deuolutum, c. ſi uero, de iur. patr. cum ſimilibus.

Non obſtat, dum dicitur, quod ius eſſet deuolutum ordinario,

6 nario,& ſic domino Archiepiſcopo Aquenſi, †quia Domi.
Legatus etiam dicitur ordinarius totius prouinoæ,ca.2.de
offic.leg.& concurrit cum quolibet ordinario in collationi
bus,prouiſionibus, & alijs ſpectantibus ad eius iuriſdictio-
nem,ita quòd locus fuit præuentioni,ſecundum Spec.tit.de
leg.§.nunc oſtendendum,verſi.Legatus, per Felin.in rub.de
offic.deleg.col.2.Rota deciſ.1 t 8.ſub rub.de offic.leg. Gem.
In c.1.de offi.leg.lib.6.

Ea autem,quæ nullitatem proceſſus reſpiciunt,non attin-
go,quia ex proceſſus lectura tolluntur,attento,quòd ſatis cō
ſtat de errore ſcriptoris, qui ſcripſit vticenſis, cum debuerit
7 ſcribere Verimacenſis.†Et colligitur error, quia conſtat de
corpore,& de perſona D.Archidiaconi delegati, l.ſi quis in
fundi uocabulo,cum concordantibus,ff.de leg.1.

Laus Deo Opt. Maximo.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia uerbum prò redditibus exponi poteſt. & nu.5.*
2 *Patronatus ius legare cenſetur, relinquens eccleſiam ſuam alicui.*
3 *Contraria inuicem tolluntur, ſcilicet prius per poſterius,*
4 *Prohibitum quod non eſt, ſtare non prohibetur.*
6 *Interpretatio, per quam actus potius ualeat, quàm pereat, capi debet.*
7 *Teſtatoris uoluntas coadiuuanda eſt, quantum fieri poteſt, ut adimpleatur.*
8 *Eccleſiæ conceſſio facta ſine conſenſu Epiſcopi in ultima uoluntate non inter uiuos ualet.*
9 *Patronatus ius iam fundatum donari non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi inter uiuos: ſed in ultima uoluntate, quam Epiſcopus tenetur in hoc confirmare.*
10 *Laicus non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ iam donatis, ſed bene per eum donandis cum onere celebrandi miſſam etiam ſine conſenſu Epiſcopi, dummodo presbyteri cum laico ex pacto non ſe obligent.*
11 *Beneficij unius habentis titulum plures non poſſunt eſſe rectores.*
12 *In beneficijs ſimplicibus poteſt per Vicarium deſeruiri.*
13 *Teſtator non poteſt priuare ordinarium iure inſtituendi.*
14 *Ademptio fit tam per tranſlationem inualidam quam validā.*

R E S P O N S V M VIII.

NOn obſtantibus quę contra presby-
teros Malacenæ ad
ducuntur, iterum reſpondeo, & pro ueritate ac
abſque ſcrupulo conſcientiæ teneo poſteriorem
uoluntatem teſtatoris iuſte authorizatam & ap-
probatam fuiſſe per R. D. Legatum, & per dominos iudica-
re debentes confirmandam, & defendendam fore, ratio-
nibus aliàs per me allegatis,quæ ut clarius intelligantur, ad
uertendum eſt ad plura.

Primò, quid voluerit teſtatrix, dum diſpoſuit in codicil-
lis,quod capella ſit & eſſe debeat communis inter ipſos pre-
sbyteros,qui habeant per ordinem miſſam celebrare.

Secundo,utrum per talem poſteriorem uoluntatem fue-
rit ademptum ius patronatus relictum ſindicis in priori te-
ſtamento.

Tertiò, poſito quòd teſtatrix ademerit, an talis ademptio
habere debeat effectum,ita quod ſeruanda ſit ultima uolun
tas adimens,an prior adempta.

Circa primum dixi in primis reſponſis meis teſtatricem
noluiſſe reditus relictos capellæ eſſe inter ipſos presbyteros
1 communes,per tex.in c.fi.ne præl.vic.ſuas.†vbi apponiť ver-
bum,eccleſia, pro redditib. eccleſiæ, & hic fuit uerus ſenſus,
& uera mens teſtatricis,quæ uoluit, quòd presbyteri in com
muni haberēt redditus,& ratione horum reditum quilibet
presbyter ſuo ordine celebraret. Dixi etiam teſtatricem po-
tuiſſe habere alium intellectum videlicet. quòd uoluerit le
gare ius patro.capellæ ipſis presbyteris collegialiter,per tex.
in c.quod autem,& in c.illud,de iure patr.vbi Panorm.it. in
2 ſpecie not.†quod relinquens eccleſiam ſuam alicui, cēſetur
donaſſe ius patronatus eccleſię.

Circa ſecundum reſpōdeo,intrepide per hanc diſpoſit o-
nem poſteriorem fuiſſe ademptum ius patronatus relictum
ſyndicis in priori teſtamento. Nam ſi teneamus primum
intellectū, quod teſtatrix uoluerit redditus capellæ eſſe cō-
munes inter presbyteros,qui habeant ſuo ordine celebrare,
(quem ſine dubio tenere debemus) fateri cogimur adem-
ptum ius patronatus ipſis ſyndicis,qui ſi redditus debent eſ-
ſe presbyterorum collegialiter & in communi,ergo pertine
re non poſſunt ad aliquem rectorem præſentandum ab ip-
ſis ſyndicis, ſi teſtatrix uoluit, quòd deſeruiatur ipſi capellæ
per presbyteros ſuos ordine:ergo non uult,quod aliquis re-
ctor per ſyndicos pręſentetur pro ſeruitio ipſius capellę faciē
3 do,quia iſta ſunt oppoſita & repugnantia. † ergo per poſte-
riorem tollitur præcedens contraria,l.legatum, ff. de adim.
leg.cum uulgaribus. Idem fortius dicendum,ſi teneamus
ſecundum intellectum, quod teſtatrix voluerit relinquere
presbyteris ius patro. prius in teſtamento legatum ſyndicis,
per rationem prædictam.Prior tamen intellectus magis pla
cet,contra quem aduerſantes nihil opponunt.ſed dicunt,ꝙ
licèt teſtatrix ita uoluerit,quod tamen ita uelle non potuit,
de quo dicitur infra in ultimo dubio.

Et ſi placet tenere ſecundum intellectum, quòd teſtatrix
uoluerit legare ius patronatus ipſis presbyteris, ad allegata
in contrarium reſpondetur præmiſſa una uulgata concluſio
ne,quòd aliud ſunt uniuerſi,aliud ſinguli, l. ſed ſi hac. §.qui
manumittitur,ff.de in ius uoc.aliud.n.ſunt presbyteri vt vni
uerſi:aliud ut ſinguli. Dū teſtator uoluit, quod capella eſſet
communis inter ipſos presbyteros,uoluit, quod ipſi ut uni-
uerſi,& collegialiter haberent ius patronatus. Dum diſpo-
ſuit,ꝙ per ordinem celebrarent miſſam, uoluit, ꝙ quilibet
vt ſinguli, unus poſt alterum celebraret. & iſto modo ceſ-
ſat repugnantia,quia vt uniuerſi habent ius honorificum, vt
ſinguli habent onus deſeruiendi, nec iſtud repugnat hono-
ri,& naturæ iuris patronat.ut ex aduerſo pretenditur,& infra
clarius demonſtrabitur.

Circa tertium,utrum hæc poſterior voluntas codicillaris
ſit obſeruanda,aut prima teſtamentaria, domini allegantes
pro ſyndicis dicunt ultimam eſſe nullam. Ideo inferunt ob
ſeruandam primam.

Ego nec dictum,quòd ultima ſit nulla,nec illationem eſ-
ſe ueram puto, etiam quod ultima diſpoſitio nullius eſſet
momenti.

Quòd autem ultima diſpoſitio ſit ualida, potueritque te-
ſtatrix ita diſponere,quòd capella,ideſt redditus capellæ eſ-
ſent communes inter ipſos presbyteros, qui celebrare ha-
berent per ordinem ſecundum primum ſenſum, probatur,
4 †quia non legitur à iure improbatum; ideo ſtabitur reg. §.
diſponat,in Auth.de nupt.& in c.ultimo uoluntas, 16.q.1.

Non obſtant, quæ in contrarium allegantur. Et primo
non obſtat text. in capitulo illud, & in capit. quod autem,
de iur.patr.quatenus ibi dicitur,quod conceſſio eccleſiæ fa-
cta alicui per laicum ſine conſenſu Epiſcopi nullius eſt mo-
menti,quia reſpondetur multipliciter.

Primò,quòd loquitur in conceſſione eccleſiæ quantum
ad proprietatē,& titulum ipſius eccleſiæ:nos loquimur quā-
tum ad redditus relictos à teſtatrice, de quibus ipſa potuit
5 diſponere pro arbitrio:nam,ut dixi,†teſtatrix legando capel
lam presbyteris,cenſetur legaſſe redditus,d.c. fi.ne præla.ui.
ſu.quæ interpretatio conuenit uerbis ipſius teſtatricis, dum
dicit,quòd capella debeat eſſe communis,quod intelligen-
dum eſt quantum ad temporalia,ideſt redditus.

6 †Eſt.n.talis interpretatio in dubio admittenda, ut actus
potius ualeat,quàm pereat,l.quoties,de reg.iur.l.quoties,ff.
7 de reb.dub. † & ut adimpleatur uoluntas diſponentis,quæ
coadiuuanda eſt, quantum fieri poteſt, l.proxima, ff.de his,
quæ in teſtam.delen.

Secundo reſpondetur,quòd tex.in d.c.illud, & ſimiles lo-
quuntur † in conceſſione eccleſiæ inter uiuos,quæ non ua-
let,niſi interueniat conſenſus Epiſcopi à principio: ſecus in
conceſſione facta in ultima uoluntate per uiam legati, uel
inſtitutionis,quæ ualet,dato quòd à principio non interue-
nerit conſenſus Epiſcopi,cap.cum ſeculum,& ibi Panor. de
iur.patron. Et ſi dicatur, requiritur conſenſus ex poſt, non
negauerim,ꝙ ex poſt non debeat ius patr. relictum in teſta-
mento authorizari, ſed Epiſcopus tenetur authorizare: ibi
nulla ſubeſt legitima cauſa infringendi uoluntatem defun-
cti,meritò R.D.Legatus authorizauit. Item tenendo hunc
primum ſenſum,ꝙ teſtatrix reliquerit redditus cū onere ce-
lebrandi unam miſſam,ceſſaut oīa prædicta, quæ loquunť,
quando relinquitur eccleſia quantum ad proprietatem, vel
titulum,ſiue ius patronatus.

Nos

Nos quando certi redditus aſſignantur cum certo onere,
quos poteſt laicus legare,cui uult, abſque conſenſu Epiſco-
pi,ut infra dicetur,ex quibus patet,quod notata per Scribeu.
max.Imo.in c.de monachis,de præb.nihil faciunt in propo
ſito,quia procedunt,quando laici donant inter uiuos eccle-
9 ſiam iam conſtructam monachis †quantum ad proprietatē,
quia tunc nihil agunt ſine conſenſu Epiſcopi. Nos autem
loquimur in certis redditib. relictis pro miſſis celebrandis,
vel in iure patronatus relicto in codicillis per uiam ultimæ
uoluntatis, quod ius patron.iam fundatum,& in eſſe dedu-
ctum poteſt patronus donare monachis,uel presbyteris abſ-
que conſenſu Epiſcopi,ſecundum Imo.in d.c.de monachis,
col.5.uerſi.mihi videtur,& ubi opus eſt conſenſu, ſufficit ex
poſt, ut dictum eſt: hic autem interuenit conſenſus Reuer.
Domini,qui potuit authorizare,& probare huiuſmodi con
ceſſionem,ut per gl.in clem.1.de exceſſ.præl.ergo,&c.etiam
10 non facit ad rombum, † quòd non poſſit laicus diſponere
de rebus eccleſiæ,quia uerum in rebus iam eccleſiæ acquiſi-
tis,ſed bene poteſt diſponere de proprijs, & illa relinquere
presbyteris cum onere celebrandi per ordinem unam miſ-
ſam, dummodo presbyteri ex pacto non ſe obligent, ut in
caſu iſto,ſecundum Hoſt. Panor.Imo. & alios communiter
in c.ſignificatum,de præben.
11 Non quoque obſtat,dum dicitur,†quòd nō poſſunt eſſe plu-
res rectores eiuſdem capellæ,ſiue beneficii,c.maioribus, de
præben.quia uerum in rectoribus perpetuis habentibus titu
lum in beneficio.ita procedit concilium Turonen. ſecus in
Vicarijs temporalibus deputatis ad tempus pro celebrādis
miſſis,qui nullum titulum habent,clem.1.§.fi. de iure patr.
12 †Nam in ſimilib.beneficijs,ut eſt huiuſmodi,permiſſum eſt
deſeruiri per vicarios temporales,ut tradunt Gem. & Card.
Alex.in c.ſacerdotibus.31.diſtin.
13 Non denique obſtat,dum dicitur,† quòd non ualet huiuſ
modi diſpoſitio teſtatoris,per quam priuatur ordinarius iu-
re ſuo inſtituendi,vel deſtituendi,c.nullus,16.q.7.quia tenē

do primum intellectum, quòd teſtatrix non reliquerit aliquid ius patronatus presbyteris, ſed ſolum certos redditus pro miſſis celebrandis,iuxta not.in d.ca.ſignificatum.prædicta obiectio non ſeruit in propoſito. Tenendo ſecundum intellectum, quod uoluerit relinquere ius patronatus ipſis presbyteris collegialiter cum facultate prouidendi, qui habeant celebrare per ordinem.reſpondetur dupliciter.primo quòd teſtatrix noluit, quòd aliquis inſtitueretur, ſed quod prouideretur de Vicarijs temporalib. quo caſu non poteſt Epiſcopus prætēdere ſe læſum in iure inſtituendi, quod nulli fuit relictum,nec in eſſe formatū Nam ubi ſeruitio eccleſiæ prouidetur de Vicarijs temporalib. non læditur Epiſcopus in iure inſtituendi,quod nunquam competijt,nec competere potuit,d.clem.1.in fi.de iure patr. & notatur per Pan. & alios in c.extirpan.§.quia vero,de præb.

Secundo reſpondetur,quod ubi Epiſcopus prætendere potuiſſet ius inſtituendi ſibi ſaluum eſſe debere, debuiſſet approbare ius patronatus relictum presbyteris,ſaluo iure inſtituendi rectorem in dicta capella per ipſos presbyteros præſentandum,ut dicitur in d.clem.1.§.ſanè: non autem in totum reiicere piam voluntatem teſtatricis uolentis ius prouidendi de miſſis pertinere ad ipſos presbyteros,& non ad ſyndicos,à quib. cōſtitit teſtatricem ademiſſe ius patronat. per tranſlationem poſtea factam in presbyteros,ut ſupra probatum eſt. † Nam per tranſlationem quamuis inutilem, & inualidam utiliter fit ademptio ab eo,à quo tranſlatio facta eſt,ut eſt caſus in l. & ſi transferam, & l. legatum ſub conditione, §.fin. ff. de adim.leg. multo magis per tranſlationem ualidam,ut in caſu noſtro. Patet igitur poſteriorem uoluntatem huius teſtatricis,& authorizationem Reuerendiſſimi D.Legati confirmandas,& coadiuuandas, & dominos Syndicos ab eorum intentione repellendos cum victoria,& expenſarum condemnatione,&c.

Laus Deo Opt. Max.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes ſunt Terniones.

VENETIIS,
M D LXXVI.

A. S.

REPERTORIVM IN RESPONSORVM VOLVMEN SECVNDVM

IOAN. FRANCISCI SANCTO NAZARII, VVLGO RIPÆ,

Tùm rerum, tùm uerborum memorabilium materias complectens, ordine Alphabetico digeſtum.

ABLATIVI abſoluti reſoluuntur in conditionem.reſp. 5.de pactis.nu.2. fol.10
Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.reſp.21. de proba.& de irri.rup.teſta.nu.20 38
Abſurdus ſenſus omnino fugiendus.reſpon.1.de pactis. nu.10 8
Acquiſita ex bonis eccleſiæ quò ad uſum prælato ſucceſſori, quò ad proprietatem eccleſiæ reſeruantur.reſpon.6.de ſucceſſ. ab inteſta.nu.17 63
Acquiſita à prælato in dubio præſumuntur de bonis eccleſiæ. reſp.6.de ſucceſ.ab inteſta.nu.1.fol.62.& nu.8. ubi aſſignatur ratio.
Fallit in negotiorum geſtore,& adminiſtratore, cuius acquiſita cenſentur de bonis proprijs, & aliunde,non adminiſtrationis.ibid.nu.2.
Acquiſita per officiales fiſci præſumuntur acquiſita non de bonis fiſci, ſed aliunde.reſp.6.de ſucceſſio.ab inteſtu.nu.3. 62
Acquiſitu per negotiorum geſtorem, ex ſua induſtria præſumuntur acquiſita.ibid.num.4.
Acquiſita poſt ſolutam morte ſocietatem non communicantur hæredibus. reſp.13.de oblig.nu.8. 23
Acquiſita ex bonis eccleſiæ tranſeunt ad eccleſiam, non ad proximiores hæredes.reſp.5.de ſucceſſio.ab inteſta.nu.1. 61
Etiam ex reſeruatione fructuum poſt reſignationem.ibid.nu.2.
Et ſi fuerint acquiſita ex bonis diuerſarum eccleſiarum, ſit inter eas diſtributio ad ratam redditunm.ibid.nu.3 63
Nec non partim ex bonis eccleſiæ,& partim ex patrimonio,ſit eodem modo diuiſio inter eccleſiam & hæredem.ibid.nu.4.
Acquiſita per filium ex re paterna, & propria induſtria,an ueniant in collationē, quinque recitantur opiniones.reſp.11.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.21 fol. 64
Acquiſita à die ſocietatis,communia efficiantur inter ſocios.reſp.11.de obliga.nu.8 22
Acquiſita ex induſtria filij,dicuntur aduentitia, & non ueniunt in collationem.reſp.11.de ſucceſſio.ab inteſta.nu.12 64
Acquiſitum ex re paterna per filiū dicitur peculium profectitium. reſp.11. de ſucceſſ.ab inteſta.nu.9.& 13. 64
Acquiſitum per filium à pueritia ex re paterna,aut ex induſtria filij, arbitrio boni uiri relinquitur.reſp.11 de ſucceſſ.ab inte.nu. 19 64
Attenta regionis conſuetudine,& induſtria filij.ibid.nu.20.
Acquiſitum partim ex induſtria,& partim ex re paterna, dicitur partim aduentitium, & partim profectitium.reſp.11.de ſucceſſ.ab inteſ.nu.15. fol. 64
Acta ſolenniter præſumuntur ex antiquitate temporis, etiam ſi non appareret.reſp.5.de proba.num.46 35
Actu ab eo, qui communiter reputabatur Vicarius,tenent.reſp.3.de proba. nu.5. 32
Actio dignoſcitur ex medio concluſionis libelli.reſpon.1.de trien. & ſemiſſ. num.10 108
Actio perſonalis tollitur 30.annis.reſp.12.de ſubſti.nu.24 51
Actio ex empto datur adimplenti contractum pro parte ſua. reſpon.20. de obliga.nu.11 27
Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. reſpon.29.de oblig. num.3 31
Actio tranſmiſſibilis ad hæredes,eſt etiam ceſſibilis.reſp.11. de oblig.nu.5. fol. 22
Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. reſp.30.de iure emphy.& de feu.nu.16. 78
Actio confeſſoria datur,tàm poſſidenti, quàm uendicanti iura incorporalia. reſpon.23.de interdicta poſ.& proprie.nu.3 76
Actio, & paſſio non cadūt in eodem ſubiecto.reſp.11.de interdictis. nu.15. fol. 69
Actio perſonalis ex pacto non tranſitoria ad hæredes, an fiat tranſitoria ex ſola libelli oblatione,an uerò requiratur litis conteſtatio. reſpon. 19. de oblig.num.1.& 7. 26
Actio perſonalis datur ſolùm contra promittentem. reſp.18.de interdictis. num.6 71
Actio confeſſoria an, & quando competat pro obligatione perſonali. ibid. num.7
Actio non naſcitur ex promiſſione conditionali,niſi prius conditio euenerit. reſp.5.de pactis.nu.1. 10
Actio intentata dignoſcitur ex medio concludendi. reſpon.24. de interdicta poſ.& proprie.nu.1. 76
Actio qualibet tollitur ſpatio 30.uel 40.ann.reſ.3. de ſecun.nup.nu.3. 102
Actio etiam paſſiua dicitur inter hæredes pro portionibus hæreditarijs. ibid.num.4.
Actio pluuiæ arcendæ an detur contra foſſas facientem cauſa exiccandi agrum,& quid de negatoria actione.reſp.7.de interdictis.nu.7. 67
Actione reali petita largo ſumpto uocabulo dicuntur debita. reſpon.10. de ſubſti.nu.12 48
Actione hypothecaria conuentus liberatur offerens ualorem rei detractis melioramentis, quorum imò donec ſibi ſoluantur poteſt uti retentione. reſpon.24.de oblig.nu.10 30
Actionem realem intentans ſufficit duo probare,dominium ipſius, & poſſeſſionem rei conuenti.reſp.8.de iure emph.& de feu.nu.1 86
Actiones ſuas remittentibus non datur ad eas regreſſus. reſp.19.de oblig. num.4 26
Actiones contra ſe ipſum nemo cedere cenſetur.reſp.11. de interd.nu.5. 68
Actiones, & ſi cohærent oſſibus creditoris, attamen ad hæredes tranſmittuntur.reſp.7.de legib.nu.12.& 21 5
Actiones computantur inter mobilia,aut immobilia ſecūdum bona, ad quæ competunt,niſi ſtent de per ſe,quo caſu faciunt tertiam ſpeciem. reſp. 7. de legibus.nu.13.& 22 5
Actor non poteſt agere ex pacto ultrò citroq; obligatorio, niſi prius ipſe adimpleuerit.reſp.18.de pactis.nu.6 14
Actor ſine actione experiens repellitur.reſp.3.de ſecun.nup.nu.1 102
Actore non probante quemadmodum reus abſoluitur,ita econtra actore probante reus,ſi ſuas non probauerit exceptiones,condemnatur. reſp.13.de proba.nu.1. 35
Actore non probante reus abſoluitur.reſp.30.de iu.emph.& de feu.n.9 98
Actores,& ſyndici uniuerſitatis,non habent authoritatem diſponendi de rebus particularium,quia aliud ſinguli, aliud uniuerſitas. reſp. 20. de interdicta poſſ. & proprie.nu.10 74
Actum principaliter eſt inſpiciendum in damnum,& odium agentium,non tertij.reſp.15.de iure emph.& de feu.nu.3.& 8 96
Actus ad pub. incantum factus uſque ad finem uenditionis,an poſſit reſcindi remedio l.2.C de reſcin.uend.reſp.1.de oblig.nu.19 17
Actus non migrat de ſubiecto in ſubiectum, quoties perſona eſt de eius forma.reſpon.15.de oblig.nu.3 24
Actus facilius fieri impeditur,quàm quòd factus tollatur. reſp.23. de obli. nu.4. 29
Actus multiplicabilis poteſt præſumi bis factus, ſi contentio ſit de tempore.reſp. 5.de proba.nu.42 34
Actus indifferens in præiudicialibus habetur pro diſſenſu. reſpon.12.de interdictis.num.22 70
Actus in non faciendo conſiſtentes multipliciter poſſunt intelligi. reſp. 22. de interdicta poſſeſ. & proprie.nu 8 75
Actus prohibendus non eſt,qui ita ad bonum,ſicut ad malum haberi poteſt. reſp.10.de ſecun.nup.nu.19 107
Actus non uoluntarij non creduntur fieri ad conſuetudinem inducendam. reſp.32.de iure emphy. & de feu.nu.28 100
Adminiſtrator reddendo rationem tollit omnem præſumptionem aliàs contra ſe exiſtentem.reſp.6.de ſucceſſ.ab inteſta.nu.9 62
Aduerſatiua ſolùm his,quæ ſunt eiuſdem generis,aduerſari poteſt. reſp. 19. de pactis.nu.7 14
Affectata nō proſunt,quæ nō affectata prodeſſent.reſp.10.de obl.nu.23. 22
Affectio duplex,ordinata,quæ admittitur; & inordinata, reddens teſtem ſuſpectum.reſp.23.de proba.& reſer.nu.25 41

Agens remedio can. reintegrãdę duo probare habet, uidelicet ſpoliũ ſeu, turbationem ac poſſeſſionem tempore turbationis. reſp. 5. de proba. nu. 1. 35
Agens ſine actione repellitur. reſp. 5. de proba. nu. 55 35
Agentium unio licita eſt pro tuenda poſſeſſione rei ſuæ. reſp. 6. de accuſa. num. 1. 2
Agere quis non poteſt ex contractu ultrò citroque obligatorio, niſi ſequuto prius ex eius latere adimplemento. reſp. 33. de oblig. nu. 6. & 18 29
Agnationis & cognationis differentia ſublata, admittuntur pares in gradu ad ſucceſſionem. reſp. 2. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 15. 60
Agnatus proximior priuatur ſucceſſione pupilli, ſi intra annum non petierit ſibi tutelam decerni facto inuentario, uel pupillo prouideri de tutore idoneo. reſp. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 8 61
Etiam ſi ipſe agnatus geſſiſſet curam utiliter ſine fraude. ibid. nu. 9.
Alienare prohibitus ſi alienet, an poterit iuuari fideicommiſſo, quoad non alienata. reſp. 5. de ſubſtitu. nu. 10 45
Alienare prohibitus extra familiam, an poſſit alienare per uiam teſtamenti. ibidem. nu. 12
Alienare non dicitur, ſed tantum hypothecare legans penſionem ſuper aliquo fundo. reſpon. 5. de iure emphy. & de feu. nu. 1 85
Alienare dicitur imponens rei ſuæ ſeruitutem. reſp. 7. de interdic. num. 12. fol. 67
Alienare poteſt, qui habet facultatẽ liberè diſponendi, uel faciẽdi ea omnia, quæ poteſt dominus. reſp. 33. de iure emphy. & de feu. nu. 34 95
Alienari poteſt res, cum ſuo tamen onere, ſine conſenſu eccleſiæ, cui legata fuit annua penſio ſuper re prædicta, cum per hoc legatum non transferatur dominium. reſp. 4. de iure emphy. & de feu. nu. 10 85
Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris eſt ipſo iure nulla. reſpon. 5. de iure emphy. & de feu. nu. 6 85
Allodialis, & libera in dubio qualibet res præſumitur. reſp. 28. de iure emphy. & de feu. nu. 4 97
Alluſio effectum rei deſignat. reſp. 19. de pactis. nu. 10 14
Alluſio uocabuli quid ſit. reſp. 18. de ſubſti. nu. 5. 55
Altare eſt pars eccleſiæ. reſp. 7. de iure patro. nu. 3. 113
Alteri per alterum non poteſt iniqua conditio inferri. reſpon. 18. de interdictis. num. 14 72
Alternatiuis alterum adimplere ſufficit. reſp. 13. de pactis. nu. 4 12
Alternatiuis quando duo ſunt promiſſa, & unum deficit, alterum tantum cenſetur promiſſum. Reſp. 22. de pactis. nu. 7 16
Amicus amicum cum ualiſia ſuſcipiens, non dicitur ſuſcepiſſe ualiſiæ cuſtodiam. reſp. 3. de obliga. nu. 6 18
Amiſſionem inſtrumentorum alleganti an ſit credendum ſaltem cum iuramento. reſp. 1. de iure patr. nu. 10 110
Animus occidendi ex quibus arguatur. reſp. 10. de accuſa. nu. 5 82
Animus cognoſcitur ex dictis extra iudicium, & ex præcedenti tractatu. reſpon. 10. de accuſa. nu. 7 82
Animus deliberatus tollitur ex ſola percuſſione. reſp. 10. de accuſa. num. 11. fol. 82
Animi deliberati pœna in dubio non habet locum. reſp. 10. de accuſa. nu. 12 fol. 82
Animi declaratio cum ſit perſonaliſſima in alium non tranſit, niſi ſit iam declarata. reſp. 32. de iure emphy. & de feu. nu. 16 100
Annui reditus inter immobilia computantur. reſp. 21. de iure emphy. & de feu. nu. 2 92
Antiquiori libro danda eſt fides, quando diſcordat cum nouo libro. reſp. 3. de accuſa. nu. 6 78
Antiquitas temporis excuſat ab ignorantia. reſp. 19. de ſubſti. nu. 41 5
Antiquum tempus quot annis dicebatur olim, & quot hodie. reſpon. 23. de proba. & reſcri. nu. 15 41
Appellare poteſt etiam lapſis decem diebus captiuus, cum quotidie grauetur donec detinetur. reſp. 10. de legibus. nu. 3 7
Appellatio contra notorium non admittitur. reſp. 22. de proba. & reſcri. nu. 12. 40
Appellatione interpoſita, & ante diffinitiuam ſententiam attentata an & quando ueniant reſtituenda, antequam conſtiterit cauſam appellationis eſſe ueram, & quid ſi facta eſſet inhibitio. reſp. 32. de iure emphy. & de feu. num. 1. 5. 6. & 8 99
Appellationem in dubio iudex debet admittere, & amplecti partem minus damnoſam partibus. reſp. 23. de interdicta poſſ. & proprie. nu. 14. 76
Aqua pluuialem non poteſt in fundum alienum ſine ſeruitute quis immittere, etiam ad inundationem fundi proprij euitandam. reſp. 6. de interdictis. num. 3 67
Aquariã recipere iure natura tenetur inferior, ita tamen quòd ſuperior aliquod opus non faciat, ut aliter aqua fluat, quàm ipſa natura ſolebat. reſpon. 7. de interdictis. nu. 4 67
Aquæductus in alieno, niſi iure ſeruitutis, fieri poteſt. reſp. 7. de interd. nu. 2. fol. 67
Aquæductus ac meatus, qui non poteſt fieri abſque impenſa, præſumitur factus ab eo, in cuius utilitatem fluit aqua. reſp. 21. de interdicta poſſ. & proprie. nu. 7 75
Aquæducenda poſſeſſorio agens, tenetur probare ſe anno proxima aquam duxiſſe, in petitorio uerò probanda eſt ſeruitus. reſp. 7. de interdictis. nu. 2. fol. 67
Aquæ ducendæ ſeruitus acquiritur ex foſſatis manu factis in fundo alterius per eum, qui ducit aquam tanto tempore, cuius initij non extat memoria, ſecus ſi per dominum fundi, pro eius commodo factum ſit, uel concauatio fuerit ex curſu aquarum. ibid. nu. 5.
Aqua pluuialis ſeruituti ſemper eſt damnoſa. ibidem. nu. 11.
Arbitrorum ſubſcriptio ſi non eſt neceſſaria, minus eſt teſtium. reſp. 5. de proba. nu. 49. 35
Arbores fructiferas ſuccidens cadit ab emphyteuſi. reſp. 27. de iure emph. & de feu. nu. 4 97
Argumentum ab experientia ualidum eſt. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſta. nu. 11 38
Argumentum ab emphyteuſi ad uaſallum eſt ualidum. reſpon. 20. de iure emphy. & de feu nu. 3. 92
Argumentum à diffinitione. reſp. 2. de iure patro. nu. 10. 111
Argumentum de feudo ad emphyteuſim eſt ualidiſſimum. reſpon. 24. de iure emph. & de feu. nu. 8. 95
Argumentum de legibus ad contractus ualet. reſp. 32. de iure emphy. & de feu. nu. 20 100
Argumentum de alimentis ad dotem. reſp. 2. de ſecun. nup. nu. 3 102
Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, reſp. 2. de ſecun. nuptijs. nu. 27 101
Argumentum ualet de feudo ad emphyteuſim. reſp. 27. de iure emphy. & de feu. nu. 6 97
Argumentum de feudo ad emphyteuſim tenet. reſp. 3. de pactis. nu. 5 9
Argumentũ ab abſurdo euitando ualet, dummodo inconueniens ſequi poſſit. reſp. 3. de ſubſtitu. nu. 17. 44
Argumentum ab antecedenti deſtructo. reſp. 32. de iure emphy. & de feu. nu. 4 99
Argumentum ualidum de ultimis uoluntatibus ad contractus. reſpon. 4. de oblig. nu. 4 18
Argumentum ab effectu eſt probabile. reſp. 5. de pactis. nu. 9 10
Argumentum ab experientia. reſp. 24. de proba. & reſcr. nu. 6 42
Argumentum à ſtatutis ad ultimas uoluntates eſt ualidiſſimum. reſp. 13. de ſubſti. nu. 13 52
Argenti decem libræ ualent libram auri. reſp. 5. de accuſ. nu. 23. 80
Arma ſumere pro defenſione, etiam rerum ſuarum, licitum eſt, homines conuocare, uim propulſare, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. reſp. 4. de interdictis. nu. 2 67
Arma ad hoc ut quis dicatur habere, duo requiruntur, ut ſint offendibilia, & animo offendendi habeantur. reſp. 11. de accuſa. nu. 6 83
Articulum ſimpliciter negans, uidetur negare totum ſimul qualificatum, non autem ſingulas partes diuiſas. reſp. 4. de accu. nu. 6 79
Aſſertio uenditoris conſtituit emptorem in bona fide, cum ei debuit credere. reſp. 28. de iure emphy. & de feu. nu. 3 97
Attentatum fuiſſe non uidetur, niſi conſtat de poſſeſſione tempore appellationis, & inhibitionis, ac de ſpolio. reſpon. 32. de iure emphy. & de feu. num. 3 99
Auus paternus, & maternus, quomodo nepoti ſuccedunt. reſp. 1. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 2 59
Auus paternus præfertur auo materno in bonis peruentis ex linea paterna. reſp. 8. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 10 63
Auus maternus non cogitur nepotes inſtituere, ſed eos ſilentio præterire poteſt. reſp. 9. de ſecun. nup. nu. 8. 106
Auus an excludatur à matre in uſufructu, reſpon. 7. de ſecun. nup. num. 9. fol. 105

B

BArtoli in dictis ueritatis ſubſtantia conſiſtit. reſp. 11. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 18 64
Bartoli auctoritas magna in uſu practico. reſp. 7. de ſubſti. nu. 6 46
Bartoli cæteros præcellit æquitate, & ueritate. reſp. 1. de ſucceſſ. ab inteſta. num. 11 59
Et eſt Luminare maius Iuris ciuilis. ibidem. nu. 12
Abb. autem Iuris Canonici eſt maius Luminare. ibid. nu. 13.
Beneficij unius habentis titulum plures non poſſunt eſſe rectores, reſp. 8. de iure patro. nu. 11 114
Beneficij renunciatio qualiter ſit facienda. reſpon. 1. de iure patro. num. 18. fol. 110
Benigniora & æquiora in obſcuris ſunt præferenda. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſta. nu. 60 40
Bona mobilia cenſentur eſſe in loco, ad quem ſunt traducenda. reſp. 7. de legi. nu. 14 5
Bona conſeruantur in familia per maſculos, per fœminas autem extinguuntur. reſp. 13. de ſubſti. nu. 17 52
Ideo uidetur maſculos poſitos in conditione fore uocatos, ibid. nu. 18.
Bona ſubiecta reſtitutioni in ære alieno computantur, & ex eis non deducitur legitima. reſp. 13. de ſubſti. nu. 19 52
Bona fides in dubio præſumitur, ubi allegatur, ac adeſt titulus, aliàs ſecus. reſp. 18. de interdictis. nu. 23. 72
Bonam fidem tangentia non dicuntur de apicibus iuris. reſpon. 4. de obliga. num. 12 17

Caducitas

Index.

C

CAducitas dicitur connexa non ſolutioni, à qua dependet, & ſine ea cauſari non poteſt, ſi emphyteuta bene uerſetur, & eſt quædam ſequela. reſp. 9. de legibus. nu. 6. & 7 — 6

Caducitas remiſſa cenſetur ex receptione penſionis debita. reſp. 2. de iure emph. & de ſeu. nu. 12. — 83

Caducitas ita facto, ſicut uerbo declaratur. reſp. 8. de iure emphy & de ſeu. num. 9. — 86

Caducitatem dominus remittit acceptando recognitionem, & paciſcendo cum emphyteuta. reſp. 32. de iure emphy. & de ſeu. nu. 21. — 100

Calumniantium pœna eſt ſimilitudo ſupplicij. reſp. 11. de accuſa. nu. 1. — 82

Can. reintegranda, non poteſt intentari contra poſſeſſorem cum titulo & bona fide cauſam habentem ab alio bona fidei poſſeſſore, ſecus ſi à uitioſo, datur tamen primo caſu condictio l. fina. C. de acq. poſſ. reſp. 17. de interdictis. nu. 1 — 71

Canonicorum numerus ob paupertatem diminutus, auct. facultatibus augetur. reſp. 3. de iure emph. & de ſeu. nu. 7 — 84

Capitula impertinentia ſunt reijcienda, & quando dicantur pertinentia. reſp. 23. de interdicta poſ. & proprie. nu. 1. & 12. — 25. & 76

Capitula, ſeu articuli impertinentes cenſentur reiecti, quando fuere admiſſi, ſaluo iure impertinentium. reſp. 13. de proba. nu. 7. — 36

Capitula dubia aliquid facientes ad cauſam, admitti debent cum clauſula, ſaluo iure impertinentium. reſp. 2. de legibus. nu. 13 — 3

Capitula in dubio ſunt admittenda cum clauſula; ſaluo iure impertinentium, &c. reſp. 23. de interdicta poſ. & proprie. nu. 13. — 76

Captu ab hoſtibus Ciuitate, incolæ in ea manentes non fiunt ſerui hoſtium; reſpon. 1 de accuſa. nu. 5 — 77

Capti ab hoſtibus non tenentur fidem ſeruare. reſp. 1 de accu. nu. 22 — 77

Fallit ſi non ſint captiui, ſed ſub fide retenti, exemplo Attilij Reguli. ibid. num. 23.

Captura prohibita, pariter eſt prohibita captiui detentio. reſpon. 10. de legibus. nu. 1 — 7

Captura minor eſt detentione. reſp. 10. de legibus. nu. 4 — 7

Carceris priuati crimine quis teneatur. reſp. 10. de legibus. num. 5. — 7

Caſtri diuiſio poteſt inter hæredes fieri. reſp. 22. de iure emphy. & de ſeu. nu. 7 — 92

Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis. reſp. 17. de ſubſti. num. 11 — 55

Caſus omiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris communis. Fallit in contractis. ibid. nu. 8.

Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis, uel generalis conſuetudinis, quæ etiam dicitur ius commune in loco, ubi adeſt. reſp. 8. de pactis. nu. 2 — 11

Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. reſp. 6. de legibus. num. 1 — 4

Cauſa non expreſſa, præſumitur actus celebratus ex cauſa prius tractata & conuenta. reſp. 12. de oblig. nu. 2 — 23

Cauſa à cauſato non regulatur, nec ſpeciem recipit. reſp. 22. de oblig. nu. 9. fol. — 20

Cauſa finalis ex præfatione colligitur. reſp. 21. de oblig. num. 11. — 28

Cauſa cauſatũ debet præcedere. reſp. 14. de iure emph. & de ſeu. nu. 6. — 89

Cauſa ceſſante ceſſat effectus. reſp. 3. de iure emph. & de ſeu. nu. 9. — 84

Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus iam conſumatus. reſp. 9. de iure emph. & de ſeu. nu. 6 — 87

Cauſa una ceſſante ex pluribus, non tamẽ ceſſat diſpoſitio. reſp. 22. de oblig. num. 6 — 23

Cauſa falſa uitiat ordinem. reſp. 15. de pactis. num. 6 — 13

Cauſa falſa uitiat quamlibet gratiam. reſp. 5. de proba. nu. 10. — 33

Cauſa teſtati & inteſtati ſimul non poſſunt concurrere. reſpon. 9. de ſecundis nuptijs. num. 3 — 106

Ceſſiones factæ inchoato iudicio præſumuntur ſimulatæ. reſp. 19. de oblig. num. 6 — 26

Citare ſufficit eos, de quorum intereſſe agebatur. reſpon. 12. de interdictis. nu. 18 — 70

Citatio in antiquis præſumitur. reſpon. 1. de iure patro. nu. 15. — 110

Ciuitate recuperata, incolæ recuperant bona & libertatem. reſp. 1. de accuſa. nu. 4 — 77

Clauium præſentatio ſapit quandam dominationem, & ſignoriam, & fit in recognitionem regaliorum. reſp. 19. de iure emphy. & de ſeu. nu. 5. — 91

Clauium traditione transfertur poſſeſſio. reſpon. 3. de interdictis. num. 7. fol. — 66

Clauſula, caſſans, & irritans, ſubintelligitur in contractibus. reſp. 23. de iure emph. & de ſeu nu. 16 — 94

Clauſula codicillaris, ſi non ualet &c. facit directam ſubſtit. trahi ad fideicommiſſariam. reſp. 10. de ſubſtitu. nu. 7. — 48

Clauſula codicillaris, an ſtatim rupto teſtamento natiuitate poſthumi præteriti operetur purum & ſimplex fideicommiſſum. reſp. 21. de probat. & irrito teſt. nu. 57 — 40

Clauſula codicillaris, an impediat detractionem legitimæ ac Trebellianicæ. reſp. 19. de ſubſti. nu. 9 — 56

Clauſula codicillaris operatur, quòd filius præteritus cogitur reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus. ibid. nu. 10.

Clauſula, in omnibus & per omnia, generalem executionem facit. reſp. 9. de legibus. nu. 15 — 6

Clauſula in reſcripto appoſita, uocatis uocandis, facit delegatum ſumere debere partes iudicis. reſp. 22. de proba. nu. 5 — 40

Clauſula in inueſtitura appoſita, & renunciauit exceptioni doli, conditioni ſine cauſa, & omni auxilio, quod continet renunciationem caſus fortuiti. reſp. 14. de iure emphy. & de ſeu. nu. 12 — 89

Clauſula executiua an & quando operetur. reſpon. 3. de iure patro. num. 8. fol. — 111

Clauſula codicillaris ſemper ineſt in teſtamento militis, quamuis non ſit expreſſa. reſp. 21. de proba. nu. 39 — 39

Clauſula codicillaris an cenſeantur grauati liberi præteriti reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto. ibid. nu. 33. 37. & 40. — 39

Clauſula codicillari cenſentur grauati hæredes ab inteſtato adimplere uoluntatem defuncti, etiam teſtamento rupto natiuitate poſthumi. ibid. num 34. & 37.

Clauſula, & quibus dederit, facit ut emphyteuta poſſit alienare irrequiſito domino. reſp. 4. de iure emphy. & de ſeu. nu. 13. — 85

Clauſula, ius & iuſtitiam fieri, operatur, ut remedium utilius & uerius uideatur intentatum. reſp. 11. de accuſa. nu. 8. — 83

Clauſula codicillaris operatur, ut legata cenſeantur repetita uenientibus ab inteſtato, de quibus teſtator cogitauit. reſp. 21. nu. 47. — 39

Clauſula reſcripti, amotis quibuſcumque illicitis detentoribus, an tribuat cauſæ cognitionem. reſp. 22. de proba. & reſcr. nu. 3. — 40

Clauſula generalis quando includat maiora expreſſis. reſp. 27. de obl. nu. 5. fol. — 31

Clauſula, & ſucceſſoribus quibuſcunque, æquiparatur clauſulæ, & quibus dederit, quæ facit feudum alienabile tam per contractum, quàm per ultimam uoluntatem. reſp. 23. de iure emph. & de ſeu. nu. 25 — 94

Clauſula codicillaris potius ex Notariorum conſuetudine, quàm uoluntate teſtatoris ſolet apponi. reſp. 21. nu. 44. — 39

Clauſula codicillaris per uerbum futuri temporis, ſi non ualebit, intelligitur rebus ſic ſtantibus. reſp. 21. nu. 50 — 39

Clauſula pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus utriuſque ſexus, intelligitur in feudi materia de deſcendentibus tantum, niſi adſit quibuſcunque, quia tunc etiam extranei comprehenduntur. reſp. 23. de iure emph. & de ſeu. nu. 1. & 8. — 93

Clauſula, ſi ualere non poteſt, an differat à clauſula, ſi ualere non poterit. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſta. nu. 30. — 39

Clericus beneficiatus dicitur uſuarius tantùm beneficij, cuius fructus deductis alimentis tenetur diſtribuere in pios uſus, aliàs committit ſacrilegium. reſp. 12. de oblig. nu. 17 — 23

Clericus coram quo in cauſa feudali agere debet. reſp. 18. de iure emph. & de ſeu. nu. 14 — 91

Clericus coram quo in cauſa feudali agere debet. reſp. 18. de iure emphy. & de ſeu. nu. 14. — 91

Clerici non poſſunt negotiari. reſp. 6. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 5. — 62

Tenentur eccleſiæ acquirere de eius bonis, nec non & ſeruire. ibid. nu. 6.

Codicilli rumpuntur rupto teſtamento poſthumi nati. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſtam. nu. 43 — 39

Cognationis & agnationis differentia ſublata, admittuntur pares in gradu ad ſucceſſionem. reſp. 11. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 15. — 60

Cognatus præſumitur ſcire facta cognati. reſp. 5. de legibus. nu. 3. — 4

Cognatus præſumitur ſcire facta cognati. reſp. 9. de legibus. nu. 30 — 6

Cohærentiæ rem ipſam demonſtrant, etſi ſolum duæ antiquæ remanſerint. reſp. 9. de legib. nu. 20 — 6

Coitus cum fanticellis uolentibus in foro fori non eſt punibilis. reſpon. 2. de ſecun. nup. nu. 24 — 102

Colonia quid ſit. reſp. 24. de interdicta poſſ. & proprie. nu. 4 — 76

Colonus à colendo dicitur, ideo ipſe, non dominus colit. reſp. 19. de pactis. nu. 9 — 14

Colonus reſpectu culturæ, & ſuo proprio nomine, & ad eius utilitatem, non locatoris colit, etiam ſi nummis colat: Ideo eius pars culturæ, domini uero pars prædio aſcribitur. reſp. 19. de pactis. num. 12 — 14

Collatio fit officio iudicis medio æquitatis. reſp. 11. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 23 — 64

Collatio poſterior non derogat priori, de qua non eſt facta mentio. reſp. 5. de pactis. nu. 10. — 110

Collectiuo nomine uocati, an dicantur uocati ordine ſucceſſiuo, & quomodo intelligitur. reſp. 7. de ſubſtitu. nu. 3. — 46

Commoda ſequuntur, quem incommoda comitantur. reſp. 3. de iure emphy. & de ſeu. nu. 12 — 84

Communia quò ad partem dicuntur propria. reſp. 16. de oblig. nu. 7 — 35

Communia populo, primo occupanti ſolent concedi. ibid. nu. 8.

Communis uſus loquendi eſt attendendus, & præualet propriæ ſignificationi. reſp. 5. de obliga. nu. 6 — 19

Communis opinio doctorum ſequenda, etſi contraria uerior uideatur. reſpon. 1. ad Trebellianum. nu. 1 — 58

Communis res, poteſt propria appellari. reſp. 12. de obliga. nu. 13. — 23

Compromittere non poteſt uaſallus de feudo inalienabili ſine licentia domini, niſi in eius uaſalli præiudicium. reſp. 18. de iure emphy. & de ſeu. nu. 6. & 8. — 91

Index.

Conceſſa ad tempus,cenſentur poſt tempus prohibita. Reſpon.1.de vſufructu.nu.2. 16

Condemnatus habens bona in diuerſis territorijs, quilibet fiſcus capit bona ſita ſuper eius territorio.Reſp.5.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.5. 63

Conditio nihil ponit Reſp.31.de prob.& de ret.rup.teſta.nu.29. 38

Conditio in eitum impedita non habetur pro impleta,dummodo tamen probet,omnem diligentiam adhibuiſſe pro remouendo impedimento. Reſp. 5.de pact.nu.5.& 11. 10

Laycus non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ iam donatis,ſed benè per eum donandis cum onere celebrandi miſſam etiam ſine conſenſu Epiſcopi,dũmodò presbyteri cum layco ex pacto non ſe obligẽt.reſp.8.de iure patr. nu.10 114
Layci ſunt incapaces ſpiritualium. reſponſo. 1. de interdictis. numero 12 fol 66
Laudemium debetur domino pro conſenſu præſtito emphyteutæ alienanti non comprehenſo in inueſtitura.reſpon.17. de iure emphy. & de feu.nu. 1. fol. 90
Laudemium non tenentur ſoluere uaſalli filij pro inueſtitura, quam tenentur recipere.ibid.nu.6
Laudemium debetur domino pro renouatione ſeu conſenſu ab ipſo præſtito alienationi. reſponſo.30.de iure emphyteu.& de feu.numero ſecundo fol. 98
Laudemium non debetur pro re emphyteutica donata, ac ubi non requiritur domini conſenſus.reſp.17.de iure emphy.& de feu.nu.3 90
Laudemium dicitur rei fructus,ac continetur appellatione redditus & emolumenti.reſp.12.de iure emphy.& de feu.nu.1 88
Laudum dicitur tranſactio quædam.reſpon.18.de iure emphyte. & de feu. nu.5 91
Legata an computentur in legitimam.reſp.1.de trien.& ſemiſſ.nu.2.& 6 fol. 108
Legata in codicillis debentur à filijs,etiam poſteà natis.reſpon.21. de prob. & de irri.rup. teſt.nu.35 39
Legata litigioſa an computentur in legitimam. reſpõ.1.de trien.& ſemiſſ. nu.13 108
Legatario pro legatis nominibus datur utilis actio contra debitores, à quibus hæres non cogitur exigere debitum: ſed ſufficit contra eos cedere legatario actionem,quam tenetur ſuo ſumpto proſequi legatarius, qui ab hærede tunc conſequitur æſtimationem, ubi ſine ipſius legatarij culpa non poterit debitum conſequi.reſp.1.de trien.& ſemiſſ.nu.19 108
Legatario,niſi ſit filius,non datur actio de euictione pro legato euicto, ſed ſolùm poteſt agere ad æſtimationem.ibid.no.20
Legatum ſub conditione uidetur adeptum ſub contraria.reſp.1. de uſufructu.nu.4 16
Legatum reuocatur ob donationem,etiam legatario factam. reſpon. 18. de pac.nu.5 14
Legatus dicitur ordinarius totius prouinciæ,& concurrit cum quolibet ordinario,& locus eſt præuentioni.reſponſor.7. de iure patronat. nume.6 fol. 113
Legem non eſſe factam uel eſſe, ſed abrogatam,idem eſt.reſpon.15. de pac. num.2 13
Leges correctoriæ ſtrictè ſunt intelligendæ,& interpretandæ.reſp.3. de ſucceſſ.ab inteſta.nu.5 60
Leges cur ſint factæ.reſp.1.de legib nu.7 3
Legitima debetur aſcendentibus,non fratribus.reſp.3.de ſucceſſ. ab inteſta. num.2 60
Legitima debetur nepotibus, præmortuis filijs,& omnibus his,quib.competit querela inofficioſi.reſp.2.de trien.& ſemiſſ.nu.1. 108
Legitima conſideratur ſecundum numerum filiorum,& non nepotum.ibid. nu.7 109
Legitimam petens probare debet ualorem bonorum, aliàs ſuccumbit. reſp. 1.de trien.& ſemiſſ.nu.1 108
Legitima,& Trebellianica an detrahantur ex fideicommiſſo comprehenſo ſub reciproca admixta compendioſæ.reſp.1.de ſubſt.nu.7 43
Legitima ſicut pacto ceditur,ita conuentio quo ad legata imputetur in legitimam,ualet.reſp.1.de trien.& ſemiſſ.nu.7 108
Legitima non poteſt grauari,cum non comprehenditur in fideicommiſſo.reſpon.12.de ſubſtit.nu.20 50
Legitima prole extante,poteſt mater hæredem inſtituere filium ſpurium, niſi mater ſit Illuſtriſſima.reſp.2.de ſecun.nupt.nu.23 102
Legitima non comprehenditur ſub generali renunciatione bonorum paternorum, ſecus ſi in ſpecie eam renunciauit filius.reſp.27.de obliga. num. 9. fol. 31
Legitima,uel eius ſupplementum,non uenit in generali renunciatione bonorum paternorum ei facta a filia niſi interuenerit iuramentum.reſpõ. 17.de pactis.nu.1.& 4 13
Legitima & Trebellianica,& ſic duæ quartæ,detrahi poſſunt,ex eo teſtamento,diuerſis tamen temporibus non eodem.reſpõ.13.de ſucceſſ.ab inteſta.no.5 65
Legitimari poteſt filius à patre non citatis uenientibus ab inteſtato: ſecus ſi filius petat ſe legitimari,mortuo patre.reſp.10.de ſecund.nup.nu.18 fol. 107
Legitima non debetur illegitimo.reſp.19.de ſubſt.nu.16 57
Etiã ſi fuerit legitimatus quò ad ſucceſſionem ſi tamen patri placuit.ibid. nu.17
Legitima & Trebellianica eodem tempore non detrahuntur, ſed legitima ſtatim,Trebellianica uerò conditione purificata.reſp.19.de ſubſtitu.nu. 13 56
Legitimandi poteſtatem non habent Principes extra eorum territorium, Nec Papa niſi per indirectum,puta approbando matrimonium prohibitum.reſp.10.de ſec.nup.nu.26.& 11 107
Legitimati non ſunt ad feuda habiles.reſp.23.de iure emph.& de feu.num. 7.fol.93.& nu.13 94
Legitimatio probatur ex colorata poſſeſſione facti ſeu quaſi. reſpon.19. de ſubſtit.nu.36 57
Legitimatio probatur per matrimonium præſumptiuum ac clandeſtinum. reſp.10.de ſecun.nup.nu.11.& 13 107
Legitimatio perſona tam actoris,quàm rei eſt ante omnia in iudicio fienda. reſp.23.de interdicta poſſ.& proprie.nu.9 76
Legitimatio & diſpenſatio quomodo differunt inter ſe.reſp.19.de ſubſt.nu. 4. fol. 56
Legitima fructus debentur à die mortis aui,aut patris, de cuius ſucceſſione agitur.reſp.2.de trien.& ſemiſſ.nu.9 109
Legitimæ renunciatio ſpecialis eſſe debet,niſi adſit iuramentum.reſp.20.de pactis.nu.1.& 4 25
Legitima ſupplementum an dicatur relictum in teſtamento ad hoc, ut nouerca non ſolùm filio relictum conſequatur, ſed etiam ſupplementum ipſum,quod petitur conditione ex lege. reſp.9.de ſecundis nuptijs. num.4. fol. 106
Legitima imputatur quicquid indicio teſtatoris percipitur.reſp.1.de triẽ. & ſemiſſ.nu.12 108
Legitimi dicuntur etiam nati ex putatiuo matrimonio.reſp.19. de ſubſtit. no.37 57
Legum correctio eſt euitanda.reſp.1.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.3 59
Lepra diffinitio.reſp.21.de prob.& de irri.rup.teſt.nu.8 38
Lepræ plures ſunt ſpecies.reſponſo.21.de probatio.& de irri. rup.teſta.nu. 14. fol. 38
Leproſi poſſunt contrahere matrimonium, & cõpellere uxores ad conſummationem matrimonij,& per conſequens generare.reſp.21.de proba.& de irri.rup.teſta.nu. 15.& 17 38
Leproſus in lepra confirmatus,etſi ſanari non poßit,generare tamen poteſt. reſp.21.de prob.& de irri.rup.teſt.nu.7.& 18 38
Leproſus non odorat,nec guſtat,& eſt inſenſibilis. reſp.21.de proba.num. 10 38
Læſio conſiderari non poteſt in iure quærendo, ſed quæſito.reſp.20. de pac. nu.15 25
Læſio conſiderari non poteſt in uenditione rei ſub futuro euentu conſiſtentis.reſp.9.de oblig.nu.3 21
Læſio enormis non habet locum in tranſactione iurata,ſed enormiſſima. reſpon.13.de pactis.nu.2.& 5 12
Læſio tertiæ partis dicitur magnus exceſſus,& enormis læſio.reſp.25.de iure emphy.& de feu.nu.12 96
Lex pœnalis eſt reſtringenda,nec habet locum in caſu præſumpto.reſp.4.de iure emphy.& de feu.nu.8 85
Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.reſp.11. de interdict. num.10 69
Lex noua trahitur ad antiquas, ſed per eas diſtinguitur. reſp.1. de ſucceſſ. ab inteſt.no.5 59
Lex futuris dat formam negotijs.reſp.32.de iure emphy. & de feu. nu.19 fol. 100
Lex quælibet ad terminos rationis etiam cõiecturatæ coarctatur.reſp.12. de legib.nu.4 8
Lex hac edictali,C.de ſecun.nup.habet locum tàm in uitrico,quàm in nouerca,nec non ſiue agatur de ſucceſſione ab inteſtato, ſiue ex teſtamento.reſp.9.de ſecun.nup.nu.1 106
Lex hac edictali,de ſecun.nup. fuit facta propter iniuriam illatam à patre filijs,nec habet locum in filia bonis paternis cum iuramento renunciante,ac in filijs conſentientibus, quod pater nubat, & pro libito teſtetur. reſp.4.de ſecun.nup.nu.8 103
Lex hac edictali, C.de ſecund.nup.non habet locum in filia excluſa à ſtatuto extantibus maſculis, & regulariter in his, quibus non datur querela

Index.

inofficioſi,nec non in filio ingrato.reſp.4.de ſec nup.nu.1.& 3.fol.103. & nu.6 103

Lex generaliter loquens, & ſi generaliter intelligatur, tamen recipit interpretationem reſtrictiuam à ratione ipſius l.ibidem.num.2.fol.103. & nu.10 103

Lex correctoria ita reſtringi debet,ut minus corrigatur quàm ſit poſſibile. reſp.1.de ſucceſ.ab inteſta.nu.4 59

Lex correctoria non comprehendit caſum improprium.reſp.8.de ſubſti.nu. 11.fol. 47

Lex & natura fruſtra nihil agunt.reſp.23.de proba.& reſcri.nu.9 40

Lex debet intelligi ſecundum titulum, ſub quo eſt ſituata.reſp.12.de oblig. num.10 23

Lex Iulia de ui pub.uel priuata, ad hoc ut habeat locum,requiritur ut res ſit in dominium auferentis eam.reſponſorum 11.de accuſationi.nume.9. folio 83

Lex imponenda rebus,non uerbis.reſp.20.de pactis.nu.12 15

Lex generaliter loquens,generaliter eſt intelligenda.reſp.8.de iure emphy. & de ſeu.nu.15 86

L. ſi quis maior.C.de tranſactio.habet locum in contractu emphyteutico, ac in quolibet alio contractu.reſponſo.27. de iure emphyten.& de ſeu. nu.11 97

L. ſi.C.de edic.diui.Adria.tollen.non habet locum ubi eſt probanda uoluntas defuncti.reſp.20.de ſubſt.nu.8 58

L.Curabit,C.de act.empt.habet locum de iure canonico.reſp.22. de obliga. num.13 28

Libellãs cenſetur fateri omnia in libello narrata.reſpon.1. de trien. & ſemiſſ.nu 4 108

Libellariam rem eſſe alleganti incumbit onus probandi,cum qualibet res præſumatur libera.reſp.3.de pactis.nu.11 9

Libelli forma in actione pro ſocio,remiſſiuè, reſponſo.12.de obligat. num. 13 22

Libello illegitimè ordinato nomen rei aboletur. reſpon.7. de accuſa. nu. 7.fol. 80

Libellus regulatur à concluſione.reſp.4.de accuſa.nu.14 79

Libellus non poteſt mutari poſt concluſionem in cauſa, nec error probari. reſp.6.de accuſ.nu.4 80

Liber probat pro ſcribente legali,bonoque mercatore. reſpon.5.de accuſa. nu.24 80

Libera & allodialis in dubio qualibet res præſumitur.reſp.28. de iure emphy.& de ſeu.nu.4 97

Libera præſumitur qualibet res.reſponſo. 18. de interdictis, numero 10. folio 71

Libera præſumitur qualibet res. reſpon.11. de iure emphy eu.numero 10 folio 83

Libera præſumitur omnis terra & perſona,niſi contrarium probetur.reſp. 30.de iure emphy.& de ſeu.nu.5 98

Liberatio generalis liberat generaliter, quando ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poteſt. reſponſo.primo de pactis. numero tertio, & 5. folio 8

Liberorum appellatione plures continentur gradus, inter quos cadit ordinis prælatio.reſp.14.de ſubſti.nu.11 53

Liberorum appellatione comprehenduntur etiam fœminæ, niſi ſimus in diſpoſitione fauore agnationis.reſpon.4. de ſubſtitut. num.3.& 13.44

Liberorum nomen eſt collectiuum plurium graduum. reſpon.9. de ſecundis nuptijs.nu.9 106

Liberorum appellatione omnes deſcendentes ueniunt.reſpon.3. de ſub. nu. 2.folio 43

Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes. reſpon.12. de ſubſtitu.nu.1 49

Libertas ineſtimabilis,ac fauorabilis eſt.reſpon.21.de pactis.nu.3 15

Libertatis poſſeſſio retinetur, & ſeruitutis, negatiua acquiritur per actus prohibitiuos,dummodò eis ſit acquietum,& ſortitus ſit plenus effectus. reſp.12.de interdictis.nu.5. fol.69.& nu. 20.& 23 70

Libertus in præiudicium quartæ debitæ patrono prohibetur in ultima uoluntate relinquere etiam amicis benemerentibus,donare uerò inter uiuos poterit.reſp. 2.de ſecun.nupt.nu.14 101

Libra auri olim ex 72.aureis,hodie ex 97.conficitur.reſpon.5. de accuſa. num.22 80

Libri inſcriptio refertur ad omnia & ſingula in libro contenta, quando liber habet ordinatam conſequentiam tàm ſcripturæ quàm temporis. reſpon.3.de accuſa.nu.10 78

Licentia conceſſa non dicitur,quæ non durauit.reſp.15.de pact.nu.3. 137

Litem proſequi tenetur quis & ſi non ſit tutus locus, ſed ſolùm cauſæ & procuratori.reſp.7.de pactis.nu.5 11

Literarum comparatio an ſufficiat ad probandum priuatam ſcripturã fuiſſe ſcriptam ab aliquo.reſp.20.de proba.nu.3.7.8.& 9. 37

Litis conteſtatio quando dicitur impedita culpa actoris, uel rei.reſpon.19. de oblig.nu.3 26

Liuellarius contractus quis ſit,& ſæpe emphyteuticus appellatur.reſp.16. de oblig.nu.10 25

Loca eremæ præſumuntur fore domini loci,& territorij.reſp.22.de in erdi. poſſ.& proprie.nu.2 75

Locata res uendi poteſt,niſi in contrarium adſit pactum cum ſpeciali hypotheca.reſp.29 de oblig.nu.4 31

Locatio retinet poſſeſſionem per conductorem.reſpon.7.de obligatio.nume.8 folio 20

Locatio omni iure licita.reſp.18.de oblig.nu.5 25

Locatio regulatur eiſdem regulis,quibus emptio.reſp.10.de obligat.num.2 fol. 21

Locatio ad longum tempus dicitur potius quàm emphyteuticus cõtractus, quando penſio fructibus correſpondet.reſp.13. de iure emphy. & de ſeu. num.2 88

Locatione non transfertur dominium in locantem,niſi præſumptiuè in præiudicium conductoris.reſp.7.de oblig.nu.7 20

Locationi an teneatur ſtare emptor, ſi iuramentum interuenerit. reſp.29. de oblig.nu.1.& 3 31

Locationi an teneatur ſtare prælatus ſucceſſor.reſp.16.de iure emphyt. & de ſeu.nu.3.& 7 90

Loci iudicij ius eſt ſeruandum quò ad litem ordinandam.reſp.7. de legibus. nu.19 5

Locorum ſtatuta non ſunt contra dominum interpretanda. reſp.11. de interdictis.nu.6 69

Locus ſolutionis,& exactionis attenditur.reſpon.7.de legibus. numero 20 folio 5

Loquentis perſona in generali ſermone non continetur. reſp.11. de interdictis.nu.3 68

M

MAieſtas quare ſic dicatur.reſp.2.de accuſ.nu.2 77

Maieſtatis leſæ crimen ſolùm aduerſus ſupremum Principem cõmittitur.reſp.2 de accuſa.nu.1 77

Mala fides defuncti nocet hæredi.reſp.3.de ſecun.nup.nu.14 102

Malitijs eſt obuiandum.reſp.25.de iure emphy.& de ſeu.nu.9 90

Malitijs eſt obuiandum.reſp.10.de ſec nup.nu.5 107

Malus ſemel, ſemper præſumitur malus.reſpon.18. de obligatio. nume. 11 fol. 26

Malum inchoatum principiò,malos ſolet parere exitus.reſpon.19. de ſubſtitu.nu.30 57

Mandatum an,& quando præſumatur. reſpon.9.de legibus.num.23.25.& 28. fol. 6

Mandatum habere præſumitur ſoluẽs procuratorio nomine pẽſionem.reſp. 9.de legib.nu.33 6

Mandatum non tranſit ad hæredem, ſed morte mãdatarij extinguitur, quia uidetur electa eius perſonæ induſtria.reſpon.15. de obligatio. nu.2. 24

Mandatum Vicarij poteſt probari non ſolùm per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes.reſp.3.de prob.nu.2 32

Mandatum ſpeciale requiritur ad tranſigendum. reſpon. 18. de interdictis. num.11 71

Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis.ibid.nu.12 72

Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis, ſecundum communem Doct.opin.niſi fuerit in actu geſto per procuratorem enunciatum. reſp.19.de interdicta poſſ.& proprie.nu.14 73

Mandatum habere præſumitur habens inſtrumentum, uel literas ad cauſam facientia.reſp.32.de iure emphy.& de ſeu.nu.17 100

Manu ſcriptum præſumitur ſcriptum à recognoſcente.reſp.32.de iure emphy.& de ſeu.nu.13 100

Mare magnum ordinis prędicatorum.reſp.25.de interdicta poſſ.& proprie, num.10 77

Marito mortuo,poteſt mulier retinere bona ſibi hypothecata,nõ tamẽ apprehenſa per hæredem,donec ſibi ſoluatur dos, dummodò poſſeſſio uacua ad eam perueniat ſine uitio.reſp.3.de interdictis.nu.6 66

Maritus etſi ex cauſa poteſt uxorem uerberare, ac abſque homicidij pœna adulteram occidere, punitur tamen extra ordinem arbitrio Iudicis. reſpon.10.de accuſa.nu.1 83

Maritus ſine cauſa uulnerans uxorem,uel cauſa uerberans acrius punitur, quàm ſi extraneum uulneraſſet,aut uerberaſſet,pecuniariter tamẽ.ibid. nu.2.& 4

Maritus tranſiens ad ſecũda uota ita priuatur donatione propter nuptias, ſicut mulier.reſp.6.de ſecun.nup.nu.9 104

Maſculinum concipit fœmininum ex interpretatione iuris,non ex proprietate uocabuli.reſp.6.de legib.nu.3.& 6 4

Maſculinum an concipiat fœmininum in odioſis rationabilib. & quid ubi aliqui puniuntur ob delictum,& uiſum paternum? reſp.2.de ſecundis nup.nu.20 102

Mater tranſiens ad ſecunda uota ſuccedit filio in bonis aliunde peruentis, quam à patre.reſp.7.de legib.nu.9 5

Mater ſecundò nubens iniuriam filijs inferre dicitur, ſed priuatur eorum ſucceſſione.ibidem.

Mater una cum filia admittitur ad ſucceſſionem filia defunctæ. reſpõ.7.de ſucceſ.ab inteſta.nu.2 62

Mater excludit auum paternum,& in ſucceſſione filia etiam quò ad dotẽ, quæ peruenit ex linea ipſius.reſp.8.de ſucceſ.ab inteſt.nu.9 63

Mater excludit auum paternum.reſp.8.de ſuc.ab inteſt.n.1.fol.62.& nu. 11.fol. 63

Mater propter tranſitum ad ſecunda uota, non priuatur ſucceſſione filia,

non

non exiſtentibus fratribus, aut ſororibus utrinque coniunctis. ibidem. num. 2 — 62

Quo caſu ſolùm in uſufructu ſuccedit. ibidem. nu. 3

Niſi cum conſenſu filiorum, mater ad ſecunda uota tranſijſſet, tunc ſuccedit etiam in proprietate. ibid. nu. 4

Mater tranſiens ad ſecunda uota poſt annum luctus dicitur facere iniuriã filijs. ibid. nu. 5

Mater, dum manet in uiduitate, ſuccedit filio unà cum cæteris filijs ſuperſtitibus etiam in proprietate, quam amittit ad ſecunda uota tranſeundo, ſolumque uſumfructum retinet, niſi ſuperſtes eſſet uterinus, vel ſolùm ſupereſſent agnati, & quid de legitima. reſp. 12. de ſucceſſi. ab inteſta. nu. 1. & 2. fol. 64. & nu. 12 — 65

Mater etiam trãſiens ad ſecunda uota, ſuccedit filio non extantibus fratribus, vel extantibus, ſed uterinis. ibid. nu. 2 — 64

Mater priuatur ſucceſſione hæreditatis filij, cuius tutelam non confecto inuentario adminiſtrauit, & quid ſi inceptum non perfecerit. ibid. nu. 3. fol. 64. & nu. 5 — 65

Vel ſi petijt, alium in tutorem dari, quem non ſolicitauit, ut faceret inuẽtarium. ibidem. nu. 4 — 64

Mater propter tranſitum ad ſecunda uota priuatur ſucceſſione filij defuncti, extantib. fratribus: aliàs ſecus, & quid ſi non petijſſet tutorem dari Titio impuberi, vel non reddiderit rationes tutelæ per eam adminiſtratæ. reſp. 8. de ſecun. nup. nu. 1 — 105

Mater propter tranſitum ad ſecunda uota, an priuetur filij ſucceſſione non extantibus alijs filijs, & quid ſi eorum conſenſus interuenerit. reſp. 7. de ſecun. nup. nu. 2. 6. & 7 — 105

Mater in tutela præfertur omnibus agnatis ſecundum ius nouiſſimum. reſpon. 8. de ſecun. nup. nu. 3 — 105

Mater an ſit idonea teſtis ad probandum matrimonium contra virum, & quid de alijs conſanguineis? reſponſo. 10. de ſecundis nuptijs. numero 9 folio — 107

Mater non priuatur ſucceſſione hæreditatis filij, cui tutorem non petijt, dummodo ab alio præuenta fuerit. reſpon. 12. de ſucceſſio. ab inteſta. nu. 7. fol. — 65

Mater à priuatione ſucceſſionis hæreditatis filij excuſatur qualibet probabili cauſa. ibid. nu. 8

Matre excluſa, ex ipſa nati pariter excluduntur. reſpon. 15. de ſubſtit. nu. 1 folio — 54

Matre excluſa admittitur ſoror uterina uti proximior, etiam ſi extet ſtatutum, quòd excluſa matre cenſeantur excluſi eius deſcendentes. reſpõ. 12. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 9 — 65

Matrimonia clandeſtina à coniugib. propalata ſunt ab eccleſia confirmanda, niſi agatur de præiudicio alterius matrimonij. reſp. 10. de ſecundis nup. num. 6 — 107

Matrimonij contrahendi promiſſio ſub pœna ſi non ſeruetur, eſt locus pœnæ exactioni. reſp. 27. de oblig. nu. 7 — 31

Matrimonij concordia non eſt turbanda, etiam ſi de fauore patris agatur. reſp. 17. de proba. nu. 6 — 36

Matrimonio tria ſunt neceſſaria, ſaltem habitu & potentia. reſpon. 21. de proba. & de irri. nup. teſta. nu. 16 — 38

Matrimonium quando incidenter, non principaliter de eo agitur, probatur ex inſtrumento dotis. reſponſorum 19. de ſubſtitutio. numero 33. folio — 5

Nec non publica fama. ibid. nu. 34

Idem quando agitur de probando dominio ibid. nu. 35

Matrimonium an probetur per oſcula & tactus mammillarum, ac per publicam famam. reſp. 4. de proba. nu. 1 — 32

Matrimonium de iure canonico non probatur ex ſola cohabitatione, niſi fauore filiorum, ut præſumantur legitimi. reſpon. 4. de probatio. numero 6. folio — 33

Matrimonium antiquum quod dicatur, relinquitur iudicis arbitrio, conſiderata qualitate facti & temporis. reſponſo. 4. de probatio. numero 9 folio — 33

Matrimonium difficilius probatur inter ſuperſtites, cum agatur de impediendo alio matrimonio, quàm inter mortuos. ibid. num. 10

Matrimonium iam contractum licèt nondum conſummatum non dirimitur ex cognatione ſpirituali, uel affinitate ſuperueniente, cum ſit de iure diuino, & utrum impediatur eius conſummatio, & debiti exactio. reſp. 10. de ſecun. nup. nu. 1 — 107

Matrimonium clandeſtinum coniuges propalantes an ſint audiendi, reſpon. 10. de ſecun. nup. nu. 4 — 107

Matrimonium, de quo principaliter agitur, non probatur ſola cohabitatione, ac dotis inſtrumento: ſecus ſi incidenter, quia tunc qualibet probatio ſufficit. reſp. 10. de ſecun. nup. nu. 12 — 107

Matrimonium clandeſtinum ratione affinitatis an poßit approbari ad effectum, ut filij nati dicantur legitimi. reſpon. 10. de ſecun. nuptijs. num. 22 — 107

Matrimonium contra prohibitionem canonicam poteſt Papa approbare non ſolùm ut ex nunc, ſed etiam ut ex tunc. reſpon. 10. de ſecun. nup. nu. 28 — 107

Medicorum iudicio eſt ſtandum, ubi de morbo quæritur, & non aliorum, etiam numero plurium. reſp. 21. de prob. & de irri. nup. teſt. nu. 1 — 38

Memoria eſt uariabilis in ſenibus & decrepitis. reſp. 23. de prob. & reſer. num. 19 — 41

Mendacium ſolum non eſt ſufficiens inditium ad torturam. reſp. 4. de accuſ. num. 8 — 79

Mens potius quàm uerba eſt etiam in conditionalibus inſpicienda. reſp. 4. de ſubſtit. nu. 20 — 44

Menſuræ renunciatio an probetur per apprehenſionem poſſeßionis. reſpon. 4. de oblig. nu. 5 — 19

Mercator aliquot annis feliciter negotians, præſumitur plura feciſſe lucra. reſp. 24. de proba. & reſcrip. nu. 9 — 42

Mercatorum curia etſi ex bono, & æquo agatur reiectis apicibus iuris, attamen prætermitti non poſſunt, quæ veritatem negocij tangunt, & talis æquitas debet eſſe conformis iuri, & rationi. reſponſo. 1. de legibus. num. 1 — 3

Metus iudicis non excuſat, quando non fit debita reſiſtentia. reſpon. 16. de oblig. nu. 21 — 22

Metus carceris an excuſet. reſp. 10. de oblig. nu. 26 — 22

Metus mariti eſt iuſtus. reſp. 17. de proba. nu. 8 — 36

Miles poteſt habere unum hæredem in caſtrenſibus bonis, & alium in paganicis. reſp. 7. de legib. nu. 8 — 5

Milites coactè in domo ſuſcipiuntur reſp. 3. de oblig. nu. 7 — 18

Milites iurant non euitare mortem propter Principis ſalutem. reſpõ. 1. de accuſ. nu. 19 — 77

Minor eſt incapax curæ animarum. reſp. 13. de legib. nu. 7 — 8

Minor aduerſus dolum non habet beneficium iuris. reſpon. 4. de oblig. num. 10 — 19

Minor contrauenient ſocietati non excuſatur à pœna, cum eius dolo cõmiſſa dicatur. reſp. 27. de oblig. nu. 2 — 30

Minores & ignorantes non reſtituuntur aduerſus geſta per eorum prædeceſſores ætate maiores. reſpon. 9. de iure emphyteu. & de feu. nume. 11. folio — 87

Minor non reſtituitur aduerſus geſta per patrem, minor ætas non eſt cauſa læſionis, uel quando conſtat diligentiam non fuiſſe profuturam. reſp. 26. de iure emph. & de feu. nu. 6 — 96

Minus cui conceditur, quod eſt plus cenſetur etiam conceſſum. reſpõ. 15. de iure emphy. & de feu. nu. 4 — 89

Minus licere debet, cui licèt, quòd eſt plus. reſp. 2. de ſecun. nup. num. 22 folio — 102

Moneta antiqua continebat tantum in materia, quantum in forma. reſpõ. 5. de accuſa. nu. 21 — 80

Morbus Neapolitanus, ſeu Gallicus, eſt ſpecies lepræ. reſp. 21. de proba. & de irri. nup. teſt. nu. 13 — 38

Mora uenditoris in non denunciando intra tempus poteſt purgari, ſi pactũ redimendi ſub conditione, ſi intra aliquod tempus fuerit emptori denũciatum, incipiat à præcedenti diſpoſitione, ſecus de rigore tamen iuris non de æquitate, ſi formetur pactum à præcedenti conditione. reſpõ. 21. de pactis. nu. 5. & 7 — 15

Mora geminata eſt impurgabilis. reſpon. 9. de iure emph. & de feu. num. 8 folio — 87

Mora purgata infra duos menſes, dicitur purgata celeri ſatisfactione, ultra quos iudex non poteſt arbitrari. ibid. nu. 10

Mora quandoque poteſt purgari in foro pœnitentiali, uel ſubſiſtente cauſa. reſp. 26. de iure emphy. & de feu. nu. 2 — 96

Mora dicitur celeriter purgata intra duos menſes. ibid. nu. 3

Moram purgare non licet actori ad conſequendam actionem. reſpon. 21. de pactis. nu. 4 — 15

Moræ purgationem impedit defectus conditionis. reſpon. 21. de pactis. nu. 6. folio — 15

Moræ purgatio nõ admittitur, quando abſque ſententia lex facit executionem ipſo iure. reſponſorum. 8. de iure emphyteu. & de feu. numero 8 folio — 86

Moræ purgatio impeditur per litis conteſtationem, at per iuramentum appoſitum in contractu. reſpon. 8. de iure emphyteu. & de feu. numero 10 folio — 86

Moræ purgatio dicitur celeri ſatiſfactione facta, ſi fiat intra duos menſes. reſp. 8. de iure emphy. & de feu. nu. 13 — 86

Moræ purgatio de iure canonico eſt permiſſa ſolum celeri ſatisfactione, uoluti intra duos menſes. reſponſ. 26. de iure emphyteu. & de feu. nume. 1. folio — 96

Moroſus eſſe quis nõ dicitur, niſi prius aduerſarius adimpleat adimplenda reſp. 12. de pactis. nu. 6 — 12

Mors promptè probari poteſt. reſp. 20. de ſubſt. nu. 7 — 58

Mortis timor non excuſat à peccato & fidelitate Deo debita, & quæ in baptiſmo iuratur. reſp. 1. de accuſa. nu. 20 — 77

Mortuo marito mulier poteſt retinere bona ſibi hypothecata, non tamen apprehenſa per hæredem, donec ſibi ſoluatur dos, dummodò poſſeßio uacua ad eam perueniat ſine uitio. reſponſorum 3. de interdictis. num. 6. fol. — 66

Mulier habitans cum hæredibus in domo mariti, iure familiaritatis præſumitur habitare, ubi aliter de eius uoluntate non appareat. reſpõ. 3. de interdictis. nu. 8 — 66

Mulier habens hypothecam, non dicitur poſſidere, niſi adſit mariti conſtitu-

ſtitutum, quo caſa non dicitur habere plenam poſſeſſionem, ſed ſecundum quid ratione pignoris, reſp. 3. de interdictis. num. 2. folio 66. & num. 10 folio 67
Mulieri non competit actio ex promiſſione dotis facto marito abſente mulieri ſtipulanti, ſecus ſi notario, aut mulier eſſet præſens, reſpon. 3. de ſecun. nup. nu. 2 102
Mulieri poteſt per quemlibet dos ſtipulari. reſpon. 3. de ſecund. nup. nume. 7. folio 102
Mutuare offerens, in dubio præſumitur ſeriò & non iocò loqui, ac inimicum deludere, mendacioque uti. reſpon. 24. de prob. & reſcrip. num. 11 folio 42
Mutui reſtitutionem negans non tenetur furti. reſpon. 5. de accuſatio. num. 8. fol. 72

N

Natalium cauſa, etiam incidenter propoſita, ſpectat ad forum eccleſiaſticum. reſp. 19. de ſubſti. nu. 46 57
Negans ſimpliciter articulum, negare uidetur totum ſimul qualificatum, non autem ſingulas partes diuiſas. reſpon. 4. de accuſatio. nume. 6. 70
Negatio extraiudicialis non facit legatum litigioſum, reſp. 3. de trien. & ſemiſſ. nu. 14 108
Negatio debitorum legatorum non facit legata dubia, quando de debito cõſtat per inſtrumentum. ibid. nu. 15
Negatio non facit rem dubiam, quando præſumptio, & probatio eſt pro affirmante. ibid. nu. 16
Negatiua propoſita verbo, poteſt, importat præciſam neceſſitatem. reſp. 15. de pactis. nu. 10 13
Negligentia non obeſt, vbi diligentia non eſſet profutura. reſpõ. 5. de pact. nu. 3. & 6 10
Negligentia, & contumacia officialium an noceat domino. reſp. 12. de interdi. nu. 16 69
Negociorum geſtor obligatur erga ſe non contrahentem. reſp. 20. de obliga. nu. 10 27
Nemo plus iuris contra tertium in alium transferre poteſt. quàm ipſe habet. reſp. 11. de interdictis. nu. 1. fol. 68. & nu. 14 69
Nemo plus iuris in alium poteſt transferre, quam ipſe habet. reſp. 31. de iure emphy. & de feu. nu. 4 99
Nepos ſicut miles, fingitur habere diuerſa patrimonia. reſpon. 1. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 6 59
Nepos in fideicommiſſo ſuccedit cum patruo in locum patris, quando agitur de hæreditate aui, vel patrui, niſi repugnaret voluntas teſtatoris, & dicuntur gradatim ſuccedere, reſpon. 17. de ſubſtitut. nume. 5. 6. & 13 55
Nepotem eligere non poteſt grauatus reſtituere hæreditatem uni ex filijs, quem elegerit. reſp. 18. de ſubſti. nu. 14 56
Nepotes ſubſtituti cum filijs, an dicantur vocati ſimul, vel ordine ſucceſſiuo, aut neceſſitatis. reſpon. 3. de ſubſtitut. numero 1. 7. 9. & 12 43
Nepotes ex filia licèt deſcendant, non tamen proueniunt ex auo materno. reſp. 12. de ſubſtit. nu. 4 50
Nepotes concepti poſt mortem patrui, ei non ſuccedunt ab inteſtato. reſpon. 13. de ſubſtitu. nu. 8 51
Nepotes ex filia mortua, an decedente auo materno imputent dotem matris in legitimam. reſponſorum 3. de ſucceſſ. ab inteſta. num. 24 61
Nepotes ſublato patre ſuccedunt auo in gradum ſuitatis. reſp. 5. de ſecund. nup. nu. 1 103
Nepotes ſuccedant in legitimam ex matris perſona per ſtirpes, & non per capita. reſp. 5. de ſecun. nup. nu. 20 104
Nepotes ab inteſtato ſuccedunt in ſtirpes. reſpon. 2. de trien. & ſemiſſ. num. 8. fol. 109
Nepoti ſpurio non poteſt auus plus relinquere, quam poſſet pater, & an donare poſſit inter uiuos. reſponſorum. 2. de ſecundis nuptijs. numero 8. folio 108
Nepotis appellatione, an ueniat pronepos, & quid de deſcendentib. reſp. 7. de ſubſt. nu. 5. 8. & 11 46
Nomina debitorum an circunſcribantur loco creditorum, an verò debitorum, an verò deſtinatæ ſolutionis. reſponſorum 7. de legibus. num. 11. 16. & 18 5
Non entis nullæ ſunt qualitates. reſp. 22. de pactis. nu. 5 16
Non entis nullæ ſunt qualitates. reſpon. 19. de interdicta poſſ. & proprie. num. 9 73
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. reſpon. 10. de accuſat. num. 14 82
Notarij ſtylus eſt attendendus. reſponſorum. quinto, de probatio. num. 27 folio 34
Notarij ſunt ut plurimum idiotæ & ignorantes ſenſum, & intellectum verborum. reſponſo. 21. de probat. & de irri. rup. teſtamen. numero 46. folio 39
Notarij excuſantur à falſitate, ac etiam teſtes per improprietatem, & largiſſimam ſignificationem. reſpon. 24. de iure emphyte. & de feu. num. 14 folio 95
Notarius non poteſt rogari, niſi de factis coram eo. reſpon. 5. de obligat. nu. 16 20
Notarius banchi debet eſſe maioris conſcientiæ, & diligentiæ quàm alij, ut reprehendere ualeat officiales delinquentes. reſpon. 15. de obligat. nu. 6. fol. 24
Notarius debet eſſe rogatus de inſtrumento, & in dubio præſumitur rogatus, ſi atteſtatur ſe publicaſſe inſtrumentum. reſp. 5. de proba. num. 36. folio 34
Notarius cenſetur rogatus. ut apponat clauſulas conſuetas. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſt. nu. 45 39
Notarius præſumitur ſcire, quæ ad officium ſuum pertinent. reſpõ. 3. de accuſa. nu. 5 78
Notarius poteſt & in primam, & in tertiam perſonam inſtrumentum conficere. reſp. 32. de iure emphy. & de feu. nu. 15 100
Notarius poteſt alteri ſtipulari. reſponſo. 3. de ſecundis nuptijs. numero 6 folio 102
Notarius poteſt extendere clauſulas iuxta eius ſolitum, & quid de alio Notario, qui non fuit de inſtrumento rogatus. reſp. 21. de proba. & de irri. rup. teſt. nu. 29 38
Notarius accuſatus vt ſuſpectus non poteſt ſuſcipere acta. reſp. 5. de ſecund. nuptijs. nu. 23 104
Nouatio præſumitur, vbi poſt liberationem ſtatim ſequitur obligatio. reſpon. 23. de oblig. nu. 35 26
Nouerca an ſtante l. hac edictali, poſſit conſequi tantum quantum habuerunt priuigni pro ſupplemento legitimæ. reſp. 4. de ſecundis nuptijs. num. 11. & 13 103
Nouercæ plus relictum contra l. hac edictali, C. de ſecundis nuptijs in totum pertinet ad filios primi matrimonij, etiam ſi non eſſet acceptatum à nouerca, & ei ſubſtituti eſſent eius filij. reſp. 6. de ſecundis nuptijs. nu. 10. fol. 104
Nouercæ donatio à patre facta, an ſaltem defendi poſſit pro legitima filij primi matrimonij, cui nihil, aut minus legitima fuit relictum in teſtamento, & quid ſi pater deceſſit ab inteſtato? reſpon. 9. de ſecun. nup. num. 2 106
Nullitas ſententiæ pro matrimonio non reddit filios illegitimos. reſp. 19. de ſubſtit. nu. 39 57
Nullitas vbi principaliter, & non incidenter intentatur, debet ſeruari iuris ordo, aliàs ſecus. reſp. 1. de interdictis. nu. 18 66
Nullitatis dicendæ facultas tollitur triginta annis. reſp. 1. de iure patrona. num. 16 110
Numerus ſingularis in uno uerificatur. reſp. 15. de ſubſt. nu. 11 54
Nuncians dicitur actor, reus verò cui nunciatur. reſpon. 1. de interdictis. num. 19 66
Nunciante nihil intra trimeſtre probante, procedi poteſt in opere oblata fideiuſſione. reſp. 1. de interdictis. nu. 5. & 24 66
Nunciatio facta etiam nomine ſocij prodeſt, quo ad demoliendum non quo ad intereſſe. reſp. 1. de interdictis. nu. 4 66
Nunciatio inepta non impedit ædificium fiendum & poteſt ſperni. reſp. 1. de interdictis. nu. 7. & 20 66
Nunciatio non nomine proprio, ſed eccleſiæ, uel Reipub. fieri debet contra ædificantem in loco eccleſiæ, ſeu reip. ibid. nu. 8. & 14
Nunciatio nomine alterius ſine mandato fieri non poteſt, cum nemo ſine mandato admittatur ad agendum pro altero, etiam ſi promittat de rato. reſp. 1. de interdictis. nu. 21 66
Nunciatio iuris publici ſeruandi gratia remittitur per ſolam promiſſionem de opere demoliendo abſque ſatiſdatione. reſpon. 1. de interdictis. nu. 24. fol. 66
Nunciare ſolùm poteſt nomine proprio habens ius perpetuum in re, cuius præiudicio ædificatur. reſp. 1. de interdictis. nu. 9 66
Nunciare non poteſt uſufructuarius. ibid. nu. 10
Nunciare ſuo nomine non poteſt Laycus iuris ſui patronatus eccleſiæ conſeruandæ cauſa, cum non habeat ius in re, licèt habeat ius præſentandi. reſp. 1. de interdictis, nu. 13 66
Nunciare quilibet de populo poteſt uolenti ædificare ſuper Eccleſiam, nec non intentare contra eum interdictum, quod ui aut clam. reſp. 10. de interdictis. nu. 5 68

O

Obediendum eſt potius ſpiritui, quàm carni. reſpon. 10. de obligat. num. 15. fol. 22
Obediendum potius eſt Pontifici, quàm Regi. reſpon. 10. de obliga. nu. 17 folio 22
Oblatio ſine depoſitione non releuat, uel ſi non eſt integralis. reſpon. 24. de oblig. nu. 8 30
Obligatio dandi eſt præciſa. reſp. 9. de pactis. nu. 9 11
Obligatio poteſtatiua non neceſſitatiua, dicitur fruſtratoria. reſpon. 20. de oblig. nu. 6 27
Obligationem perſonalem ſingulorum concernit, quòd quilibet est ad coquendum uel molendum, in furno uel molendino alterius, non uniuerſitatis. reſponſo. 20. de interdictis. poſſeſſ. & proprie. numero 9. & 14 folio 74
Obligationes perſonales non ligant ſucceſſores. reſp. 20. de interdicta poſſeſſio. & proprie. nu. 14 74
Obligationis diuerſitas præſumitur ex temporum diuerſitate ac inſtrumentorum & ſummarum, niſi de prima fiat mentio. reſpon. 18. de obli. nu. 32. & 34 26

Obliga-

Obligatum licèt nemo ſe ipſum habeat, poteſt tamen ſe alteri obligare. reſp. 12. de interdictis. nu. 14 — 69

Obligatur nullus, niſi ex contractu uel quaſi, delicto uel quaſi. reſp. 1. de legibus. nu. 3 — 3

Obligatus ad factum non cogitur praeciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur, niſi adſit iuramentum. reſp. 9. de pactis. nu. 7 — 11

Obligatus ille dicitur, in cuius perſonā collata ſunt uerba obligatiua, & executiua. reſp. 20. de oblig. nu. 9 — 27

Obligatus ad reddendum rationes, tenetur incipere à facto, & non à uerbis, ubi creditor dicat ſe paratum eas audire. reſp. 23. de obli. nu. 10 — 29

Occaſio ſequuta ex indirecto, non conſideratur. reſpon. 10. de legibus. nu. 10 fol. — 7

Occidendi animus ex quibus arguatur. reſp. 10. de accu. nu. 5 — 82

Occidendi animo deliberato coniecturae purgari poſſunt per torturam. ibid. num. 6

Occidendi tractatus conditionalis non eſt deliberatus, ideo nec punibilis, quando non peruenitur ad actum immediatum, puta uulnus. reſpon. 10. de accuſa. nu. 18 — 82

Occiſus praeſumitur aggrediens, cum dolus praeſumatur in inſultante. reſp. 9. de accu. nu. 4 — 81

Occurri ie in tempore, quàm poſt uulnus illatum remedium quaerere, melius eſt. reſp. 4. de interdictis. nu. 3 — 67

Odioſa cum ſit conſtitutio tàm ex parte aui, quàm nepotis, quòd auus non poſſit diſponere de bonis ſuis in nepotes, eſt reſtringenda. reſp. 2. de ſecun. nup. nu. 12 — 101

Odium non datur contra adhuc non natos. reſp. 4. de ſubſti. nu. 10 — 44

Offenſor in dubio non creditur defenſor. reſp. 9. de accu. nu. 3 — 81

Officia collata à Tyranno licitum eſt ſumere, nec ex hoc offenditur principis maieſtas. reſp. 1. de accu. nu. 10 — 77

Operarum mercedem tutor, uel curator, uel negociorum geſtor, aut mandatarius, conſequitur contraria actione. reſpon. 14. de obliga. nu. 5 — 24

Omnio ſanior anima in dubio eſt ſequenda. reſpon. 18. de oblig. nu. 16 — 25

Opinionibus hincinde exiſtentibus, eſt praeſumendum pro illa, pro qua conſaluit unum Collegium. reſp. 18. de oblig. nu. 19 — 25

Oppoſitorum eadem diſciplina. reſp. 18. de pactis. nu. 3 — 14

Oppoſitorum eadem eſt cenſura. reſp. 21. de oblig. nu. 14 — 28

Oppoſitorum oppoſita eſt reſolutio. reſp. 13. de proba. nu. 2 — 33

Ordinata à maioribus, reſcindere non licet ab inferiori, & habente auctoritatem reuocandi geſta ſui ſuperioris, niſi eſſent euidenter iniqua. reſp. 5. de pactis. nu. 7 — 10

P

PActa incontinenti appoſita, cenſentur ineſſe. reſpon. 9. de pactis. num. 4. fol. — 11

Pacta nouiſſima ſunt ſeruanda, & ultimae conuentiones praeualent. reſp. 23. de iure emph. & de feu. nu. 15 — 94

Pacta ſeruare naturale eſt, & criminoſum à tranſactione reſilire. reſp. 3. de iure emphy. & de feu. nu. 2 — 84

Pactis inſolitis oſtenditur contractus ſimulatus. reſpon. 18. de oblig. num. 29. fol. — 26

Pacto diſcedit faciens actum ipſi pacto contrarium. reſpon. 18. de pactis. num. 2 — 14

Pacto uti quis non poteſt, cui non ſatisfecit. reſp. 21. de pactis. nu. 1 — 15

Pacto de retrouendendo iuncto cum aliis coniecturis, puta precij modicitate, arguitur contractus ſimulatio. reſp. 7. de obliga. nu. 12 — 20

Pactum de certa quantitate ſoluenda pro intereſſe eſt licitum in contractu tranſactionis non mutui, niſi probetur tantum eſſe intereſſe, quantum eſt promiſſio. reſp. 22. de oblig. nu. 14 — 28

Pactum redimendi lapſis quibuſdam annis abſque alia coniectura non dicitur uſurarium, ſed requiritur laeſio ſaltem in tertia parte. reſpon. 22. de oblig. nu. 16. — 28

Pactum de futura ſucceſſione non ualet. reſp. 8. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 6. fol. — 62

Niſi ſit iuramento firmatum. ibid. nu. 7

Aut ille conſenſerit ei, de cuius ſucceſſione agebatur. ibid. nu. 8

Pactum nudum non parit actionem. Fallit inter mercatores, & in contractibus iuriſgentiū, qui ſola perficiuntur conſenſu. reſp. 20. de oblig. nu. 8. & 17. — 27

Pactum redimendi eſt pars precij. reſp. 18. de oblig. nu. 9 — 25

Pactum conforme iuri communi, operatur quod ubi de iure communi eſſet caſus ſpecialis in contrarium, quòd talis caſus deciſio non haberet locum. reſp. 15. de oblig. nu. 12 — 24

Pactum quòd maritus praemoriente uxore lucretur partem dotis, non habet locum in uxore ſuperuiuente. reſp. 8. de pactis. nu. 1 — 11

Pactum de retrouendendo omni iure licitum. reſp. 18. de oblig. nu. 4 — 25

Pactum de reddendo plus quàm receptum fuit, facit contractum uſurarium. reſp. 18. de oblig. nu. 21 — 26

Pactum l. commiſſoriae ualet. reſp. 23. de oblig. nu. 22 — 29

Pactum luendi non mutat rei ſubſtantiam, iunctis tamen quibuſdam coniecturis reddit contractum ſuſpectum de uſura. reſpon. 21. de iure emphy. & de feu. nu. 3 — 92

Pactum nudum etiam de iure ciuili fauore dotis parit actionem in terris imperij, eccleſiae uerò indiſtinctè, uel de iure canonico. reſpon. 3. de ſecun. nupt. num. 9 — 102

Pactum de ſoluenda dote marito poſt diſſolutum matrimonium non ualet. reſp. 6. de pactis. nu. 5 — 10

Pactum de retrouendendo unà cum modicitate pretij arguunt contractus ſimulationem. reſp. 18. de oblig. nu. 15 — 25

Papa non poteſt mortuos baptizare, nec à peccatis abſoluere quia ad eccleſiā triumphantem: ſecus quo ad militantem. reſp. 10. de ſecun. nup. num. 24. & 30 — 107

Papa & Legatus de latere an poſſint apponere manum in praeiuditium patronorum ex praeſcriptione, uel priuilegio, uel fundatione, & dotatione. reſp. 4. de iure patro. nu. 5. & 7 — 112

Papa poteſt ſupplere probationem imperfectam. reſpon. 10. de ſecun. nup. num. 29 — 107

Papa poteſt approbare matrimonium contra prohibitionem canonicam, nō ſolum ex nunc, ſed etiam ut ex tunc. ibid. nu. 28

Parentes ambo ſuccedunt ſimul cum fratribus. reſp. 5. de ſecun. nup. nu. 16. fol. — 104

Parochia an diuidi ab Epiſcopo poſſit. reſpon. 22. de iure emphy. & de feu. nu. 5 — 92

Partes facientes ſimul ad partes admittuntur. reſp. 2. de ſubſti. nu. 2 — 43

Participium, primogenitum, reſoluitur in relatiuum & uerbum. reſpon. 18. de ſubſti. nu. 8 — 56

Paſcua loca conſiſtunt in ſola pecorum paſtione. reſpon. 18. de interdictis. num. 19 — 72

Paſcua loca in ſola paſtione conſiſtunt. reſp. 19. de interdicta poſſ. & proprie. num. 8 — 73

Paſſio & actio non cadūt in eodem ſubiecto. reſpon. 11. de interdictis. nu. 15 fol. — 69

Pater, & filius cenſentur una, & eadem perſona. reſp. 9. de legib. nu. 26 — 6

Pater eſt uſufructuarius omnium bonorum aduentitiorum filij emancipati propter remunerationem emancipationis, niſi expreſſè renunciet. reſp. 3. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 6 — 60

Pater non debet habere uſumfructum in parte filiorum cum eo ſuccedentiū, niſi ille alium titulum praetendat. reſp. 3. de ſucceſſ. ab inteſta. num. 22. fol. — 61

Pater retinendo dotem uxoris ſuae defunctae, cenſetur adire haereditatem pro filio infante. reſp. 9. de ſucceſſ. ab inteſta. nu. 1 — 63

Quod procedit à fortiori, ſi in inſtrumento dotis adeſſet iuramentum reſtituendae dotis, ut euitetur periurium in retinendo dotem. ibid. num. 2

Pater tenetur alere, ac dotare filiam ſpuriam, etiā de iure ciuili, niſi habeat aliquid filia, unde ſe alat, & dotet. reſpon. 2. de ſecun. nup. num. 4. 6. & 7. fol. — 101

Vel dotem retinuiſſet per decennium. ibid. nu. 3

Pater tenetur alere ſpurium de iure Canonico. reſpon. 2. de ſecun. nup. num. 2 — 101

Pater pro filio ſine mandato agit, dummodo de rato promittat. reſp. 1. de interdictis. nu. 23 — 66

Pater tranſiens ad ſecunda uota, an priuetur filij ſucceſſione, ſicut priuatur mater. reſp. 5. de ſecun. nup. nu. 8 — 103

Pater ſecundò nubens priuatur filij ſucceſſione, ſaluo tamen ſibi uſufructu. reſp. 6. de ſecun. nup. nu. 3. & 6 — 104

Pater olim indiſtinctè à fratribus excludebatur, hodie cum illis ſuccedit ſimul etiam cum matre. reſp. 6. de ſecun. nup. nu. 5 — 104

Paterni conſanguinei praeferuntur maternis in bonis prouenientis ad defunctū per lineam paternam, ſicut etiam de maternis dicitur. reſpon. 7. de legib. num. 10 — 5

Patris ſpes non eſt filium praemori. reſp. 3. de ſucc. ab inteſta. num. 12 — 60

Patiens ſine agente nihil poteſt. reſp. 13. de interdictis. nu. 6 — 70

Patronatus iuris diffinitio remiſſiuè. reſp. 6. de iure patro. nu. 8 — 112

Patronatus iuris ſeruitutem non poteſt epiſcopus imponere eccleſiae liberae, nec facere patronum eum, qui non fundauit, conſtruxit, uel dotauit, praecipuè eccleſiam conſecratam: poteſt tamen antiquam ſeruitutem renouare. reſp. 1. de iu. patr. nu. 1. & 4 — 110

Patronatus iuris ceſſio an & quando fieri poſſit, ac in diuiſione uni ſoli adiudicari. reſp. 2. de iure patro. nu. 1 — 110

Patronus ius pro temporali cedens, illud amittit. ibid. nu. 2.

Patronatus ius eſt indiuiduum in ſubſtantia, & diuiduum quo ad ius praeſentandi, & in eo ſuccedit ur in ſtirpes, & non per capita. ibid. nu. 3

Patronatus ius tranſit cum uniuerſitate bonorum. ibid. nu. 4 — 111

Patronatus ius cum ſit indiuiduum quo ad ſubſtantiam, eſt etiam penes quemlibet ex compatronis inſolidum, nec continetur in diuiſione bonorum. ibid. nu. 5

Patronatus ius acquiritur fundatione, & dotatione. ibid. nu. 6

Patronatus ius legare cenſetur, relinquens eccleſiam ſuam alicui. reſpon. 8. de iure patro. nu. 2 — 113

Patronatus ius acquiritur ex non modica dotatione eccleſiae nondum conſecratae: ſecus ſi ſit iam conſecrata, quia tunc requiritur ſpecialis licentia Epiſcopi. reſp. 7. de iu. patro. nu. 1 — 113

Patronatus ius ex fundatione, & dotatione acquiritur, & praeſcriptione 40. an. in praeiuditium ueri patroni. reſp. 4. de iu. patr. nu. 3 — 112

Patronatus ius praeſcribitur 40. an. in praeiuditium ueri patroni, non libertatis eccleſiae, ibid. nu. 4.

Index.

Patronatus ius in dubio præſumitur ex fundatione, uel dotatione, & non ex præſcriptione,& quare ſit Laycis conceſſum. ibid.nu.8

Patronatus iuris poſſeſſio non acquiritur,niſi præſentatus fuerit inſtitutus, & confirmatus,m poſſeſſionē adeptus.reſp.23.de interdi.poſ.& propric. num.6 75

Patronatus iuris donatio, an fieri poſſit ſine conſenſu epiſcopi. reſp.6.de iu. patro.nu.11 113

Patronatus ius tranſit cum uniuerſitate.ibid.nu.12

Patronatus ius iam fundatum donari non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi inter uiuos, ſed in ultima uoluntate,quam Epiſcopus tenetur in hoc confirmare.reſp.8.de iu.patro.nu.9 114

Patronatus ius non acquiritur, ſed iam amiſſum reacquiritur ex reędificatione eccleſiæ ſine licentia epiſcopi.reſp.1.de iu.patr.nu.6 110

Patronatus ius conſtituitur ex ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatum. reſp.1.de iu.patro.nu.11 110

Patroni conſenſus non requiritur in alienatione rerum eccleſię,licèt contradicere poſſit ex cauſa.reſp.9.de pactis.nu.20 11

Patronis laicis non poteſt legatus præiudicare. reſp.7.de iure patro.num.5 fol. 113

Patronorum conſenſu mediante poteſt epiſcopus ſemel inſtituere præſentatum à patronis contra formam fundationis.reſp.3.de iure patro. num.1. fol. 111

Patronus committens ſimoniam priuatur iure præſentandi ipſo iure, & facto.reſp.6.de iure patro.nu.13 113

Patruus an excludat fratrem patruelem. reſp.4.de ſucceſſ. ab inteſta. nu.1. & 6. 61

Paupertata præcedente infertur ſiniſtra ſuſpicio.reſpon.18.de oblig.nu.24 fol. 26

Paupertate conceſſum auctis facultatibus amittitur. reſp.3. de iure emph. & de feu.num.5 84

Peculium recipit augumentum,& diminutionem.reſp.11.de ſucceſſio.ab inteſta.nu.11 64

Pecunia quantitas,cum non ſolet reuelari præſertim uiatoribus, eſt difficilis probationis.reſp.24.de proba.& reſcr.nu.7 42

Pœna calumniantium eſt ſimilitudo ſupplicij.reſpon.11.de accuſa. num.1. fol. 82

Pœna eſt tertia pars omnium bonorum,& habet locum legis Iuliæ de ui priuata.ibid.nu.7

Pœna ſtatuta per l.is, qui cum telo, C. de ſicar. delibeatis, licèt non habeat locum, ſi ad actum tantum remotum deuentum ſit, tamen pœna extra ordinem locum habet.reſp.10.de accu.nu.19 82

Pœna eſt priuatio diſponendi de bonis ſuis in aliquem. reſp.2. de ſecun.nup. num.31 102

Pœna remiſſa ob paupertatem non poteſt peti ceſſante paupertate. reſp. 3. de iure emph.& de feu.nu.4 84

Pœna l.ſi quis maior, C.de tranſ. habet locum in quolibet contractu iurato, reſp.12.de oblig.nu.11 23

Pœna legis de ui publica punitur, qui cum armis poſſeſſione ſui prædij alium deiecit.reſp.11.de accuſa.nu.5 83

Pœnalis lex nullam faciens mentionem de dolo habet locum etiam in culpa, ubi non agitur de pœna corporali.reſp.4.de oblig.nu.11 12

Pœnalis lex eſt reſtringenda,nec habet locum in caſu præſumpto. reſp.4.de iure emphy.& de feu.nu.8 85

Pœnæ ſecundò nubentium infra annum an hodie locum habeāt. reſp.5.de ſecun.nup.nu.10.& 18 104

Pœnæ ſecundò nubentium an habeant locum in uiro, ſicut in uxore,cum ſint correlatiua.ibid.nu.13

Pœnæ in materia eſt amplexanda benignior pars. reſp.10.de accuſa.nu.13 fol. 82

Pœnæ ſecundò nubentium an hodie locum habeant. reſp.6. de ſec. nup.nu.2. fol. 164

Penſio iuſta dicitur,quę in 20.annis non excedit ſortem principalē.reſp.18. de oblig,nu.14 25

Penſio conſtituitur etiam ſuper ſpiritualibus ceſſis. reſp.22. de oblig.nu.6. fol. 28

Penſio iuſta dicitur,quæ in 20.annis non excedit ſortem. reſp.22.de oblig. num.8 28

Penſio ſuccedit loco fructuum. reſp.16.de iure emph.& de feu. nu.4 90

Penſionis annuæ emptio eſt permiſſa, dummodo animo emendi, & ſecūdum iura fiat.reſp.31.de oblig.nu.1 27

Periculum rei uenditæ,& ſi per traditionem transferatur in emptorem,non tamen cenſetur renunciatiuo mēſuræ uenditæ rei, præſertim immobilis. reſpon.4.de oblig.nu.6 19

Periculum caſus fortuiti ſpectat ad debitorem quantitatis.reſp.10.de oblig. nu.8 25

Periculum fructuum pertinet ad fructuarium. reſp.14.de iure emphy.& de feu.nu.7 89

Peritorum dicto etſi ſtandum ſit, tamen admittitur probatio in contrariū, & Iudex ex officio poteſt inquirere de ueritate expertorum, & ſecundum eam debet iudicare.reſp.1.de legibus.nu.8 3

Permutatio dicitur, cum pro annua penſione præſtatur res immobilis, inter quam ipſa penſio commmeratur.reſp.21.de iu.emph.& de feu.nu.1 92

Permutatio dicitur emptio, & econtra, impropriè tamen, & habet maximam conformitatem inter ſe.reſp.24.de iu.emph.& de feu.nu.13.& 18 fol. 95

Permutatio diſcernitur ab emptione ex eo quod præualet,uelut ſi res præualeat pecunia,erit permutatio: aliàs dicetur uenditio.reſp. 25. de iure emph.& de feu.nu.4.7.& 11 96

Permutatio dicitur,quando genus pro genere,aut ſpecies pro ſpecie datur: ſecus,ſi pro quantitate, quia tunc dicitur uenditio.reſp.11. de iure emph. & de feu. nu.6 88

In permutatione nulla fit æſtimatio. ibid.nu.7.

Permutationem poſſunt contrahentes agere,& ſi pro æquiualentia tradatur pecunia.reſp.25.de iure emphy.& de feu.nu.2 96

Perſonæ extraneę non ſubintelliguntur in contractibus.reſp.19.de iure emphy.& de feu.nu.4.& 5 92

Perſonæ legitimatio tàm actoris, quàm rei eſt ante omnia in iudicio fienda. reſpon.23.de interdicta poſſeſ.& proprie.nu.9 76

Peſtilentiæ uigenti inter homines non ſubijciuntur animalia bruta. reſp.7. de pactis.nu.3 11

Peſtis excuſat ab omni mora, & ſic à pœna, & intereſſe cauſato. reſp.7.de pactis. nu.1 11

Pignorare eſt iuriſdictionis.reſp.16.de oblig.nu.3 24

Pignus poteſt extingui à quolibet habente ius in rem,offerēdo creditori debitum.reſp.29.de obli.nu.9 31

Pignus æquiparatur alienationi, quando eſt factum pro tanta quantitate, quòd abſit ſpes luitionis.reſp.4.de iure emph.& de feu.nu.7 85

Pluralis uocatio uerificatur in uno ſingulari,& econuerſo.reſp.3.de ſucceſſ. ab inteſta.nu.11 60

Pluralitas uinculorum ſolùm inter fratres, filioſq́; fratrum conſideratur. reſpon.2.de ſucceſſ.ab inteſta.nu.16 60

Pluuiæ arcendæ actio an detur contra foſſas facientem cauſa exiccandi agrum,& quid de negatoria actione.reſp.7.de interdictis.nu.9 67

Pollicitatio fauore dotis an pariat actionem,& ſit abſenti, pactum uerò audum præſenti.reſp.3.de ſecun.nup.nu.10 102

Populus ex uniuerſitatis conſilio repræſentatur.reſpon.2.de iure emphy.& de feu.nu.6 83

Portio confunditur ſolùm pro portione hæreditatis. reſpon.10.de ſubſtitu. num.10 48

Poſſe aliquid non dicitur quis, quod ſuperior fieri non uult.reſp.15. de pact. num.1 13

Poſſeſſio cauſata à iure & proprietate iuſtior dicitur. reſp.12.de interdictis.nu.9 69

Poſſeſſio efficacius oſtenditur ex fructuum perceptione, quàm ex alio actu. reſp.8.de interdictis.nu.10 68

Poſſeſſio ſpatio 10.annorum præſumitur deperdita.ibid.nu.12

Poſſeſſio libertatis retinetur, & ſeruitutis negatiua acquiritur per actus prohibitiuos, dummodò eis ſit acquietum, & ſortitus ſit plenus effectus. reſp.12.de interdictis.nu.5.fol.69.& nu.20.& 23 70

Poſſeſſio prohibendi nō acquiritur ex ſolis prohibitionibus,ſed oportet,quod prohibiti acquieuerint prohibitioni. reſp. 23. de interdicta poſ. & proprie.nu 4 75

